

12860



25
18

5

Bij
Ad. Penn.

D. Tommaso de' Rossi a Fidenza
Meliuno pratico pro prosperis


ج

FRIIDERICI HOFFMANNI

Consiliarii & Archiat. Reg., Com. Palat., Profess.
Medic. Primar., Societ. Imper. Carol.,
Russ. Britan. & Porussicæ Sodalis.

CONSULTATIONUM E T RESPONSORUM MEDICINALIUM CENTURIÆ TRES.

*Quarum prima complectitur morbos Capitis, & Pectoris; secunda
morbos Abdominis; & morbos Artuum externorum tertia.*



VENETIIS, MDCCXLV.

Ex TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

SUPERICRUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

ЕРІДЕРІСІ
ІНІАМНОН

Согласие Альфана Григорьевича
Павла Борисовича Еланя
Леонида Евгеньевича

СВІДЧАНИЯ
ІІІ
РЕСПОНСОРІУМ
МЕДІЦИНАЛЬНО
СУДІЛІКІ ТРЕЗІ

Согласие Альфана Григорьевича
Павла Борисовича Еланя
Леонида Евгеньевича

ВЕНТИСІ. МДСХІА

Ф. Т. Іоаннісій Балабановіч
Іванівська Академія

PRÆFATIO

*De egregio Consultationum & Observationum
medicinalium usu.*



N^o benevolē lector! prodeunt consilia ac responsa quædam medicis
nalia, eorumque prior, binis sectionibus morbos capitū atque pe-
ctoris complectens centuria. Quanta ex hisce laboribus in totam
medicinam redundant emolumenta; quam solida ac rationalis e-
xinde r^{et} sultet theoria, quamque felix, & ad specialissimos casus probe ac-
commodanda praxis: cuiilibet in arte paululum versato erit manifestum. Ne-
que tamen videtur alienum præfiminis loco insignem, quam observatio-
nes ac consultationes medicæ spōndent, utilitatem paucis perlustrare; ha-
rumque studium vehementer commendare. Eo namque redactum est post de-
plorandum lapsum mortalium genus, ut ipsi non solum certissima machinæ
animalis destructio, ac dura moriendi necessitas immineat; verum etiam du-
rantem adhuc miseram vitam variis morbi, dolores, ærumnæ, atque calamiti-
tates premant, crucient, infestent. Et si dicendum, quod res est, plurimi
sane hominum ipsi fortunæ sīz fabri existunt, multasque ægritudines haud
fecus, ac ipsam s^epenumero præmaturam mortem sibimet ipsis insipidi con-
trahunt. Erēnīm homo, brutæ adhuc animalitatis jugo succumbens, igno-
rat omnino ea, quæ sibi vel prosint, vel noceant, nec novit subsidia, quæ
ad conservandam vitam ac sanitatem, tanquam omnis, qua in hac rerum
vanitate potiri licet, felicitatis verum fundamentum, alius ordinavit Crea-
tor. Neque etiam plerique de iis addiscendis sunt solliciti; sed ipsorum dum-
taxat curæ se totos tradunt atque confidunt, qui illi scientiæ se penitus, &
urvocant, ex professi^on^e consecrarunt, & vocantur vulgo Medici atque Physi-
ci. Enimvero acerbe omnino dolendum est, & horum plerosque haud tanta
solertia ac meditatione illis incumbere ac incubuisse semper artibus, quan-
ta quidem opus esset. Licet enim per quamplurima lecula quamplurimi
etiam medicæ arti^e operam navaverint: nihilo tamen secius tot adhuc re-
stant opiniones, torque in theoreticis veritatibus pariter, ac medendi
rationibus dissensus, ut non solum magna adhuc artem salutarem actu
premat incertitudo, verum etiam multi doctissimi viri de adipicenda cer-
titudine omnino dubitaverint. Hujus rei causam in ipsis medicis hærere:
arbitror, quippe quorum plurimi istum haud callent ordinem, quo incep-
dere debemus, si errores evitare, ac ad auream pertingere veitatem velim.
Neque minus eadē est ratio, quod in reliquis etiam scientiis, ve-
lunt sunt Theologia, Jurisprudentia, atque Philosophia, tot adhuc occur-
rant dissensus, torque opinionum commenta. Relinquam alio-

rum industria, ut qua ratione in omnibus disciplinis recto veritatis traxi insisterem liceat, edoceant: mihi duntaxat paucis est ostendendum, qua potissimum methodo nostra ars salutatis ad majorem evahi possit certitudinem.

Ad unum omnes medici clamant, experientiam atque rationem duo esse Medicinæ fulera atque fundamenta: & cum paucissimi nec experientiam acquirendi, nec rationem excolendi verum calleant mod. m; magno fane medicinæ opprobrio, experimentum fallax, judicium difficile ad hanc usque pronunciantur diem. Mihi quidem experientia medica est attenta, & completa observatio earum rerum ac mutationum, quæ sunt circa corpus humanum: sub ratione vero comprehendendo, solidam theoriam physicam atque medicam, quæ ad completas observations rite applicata, certas ac indubitas gignit veritates. Tali enim ratione innoscunt nobis ea, quæ ad conservandam, ac restituendam sanitatem apta sint vel inepta; & sic vero totius medicinæ feliciter potimus sine. Quo latior autem est campus, quo amplior multitudo eorum objectorum, quæ sanitati nostræ vel noxia sunt, vel convenientia: eo majori studio attendere oportet medicum, ne quædam commendet subsidia, quorum certus effectus ipsi nondum innuit, & ideo majus sanitati inferat damnum, quam emolumentum. Hanc ut obtineamus certitudinem, operæ est pretium, ut observations medicas, tanquam verum illius fundamentum, rite instituere sciamus, easque completas a minus talibus discernere. Non enim omnes ita sunt comparatae, ut illis certum superstruere queamus judicium. Sic si dispiemus, an cortex chinæ in febribus intermittentibus tuto possit adhiberi, nec ne? deprehendemus tot hanc questionem negantes, & ex multiplici experientia comprobantes, corticem illum non solum febrium illarum periculosos recursus, verum etiam longe graviores, eosque saepius funestos induisse morbos; quot e contrario illius usui calculum adjiciunt. Eadem fors premit pleraque remediorum genera, & eadem ambiguitas prognosin in diversas, ac contrarias saepenumero abire partes facit, quarum quævis & experientia & ratione suffulta esse prohibetur. At quæ quofo tanti dissensus caussa? Mihi certe nulla alia se offert, quam immaturum & incompletis observationibus ac utilæ theoriæ superstructum judicium, quo bonus malus effectus soli adscribitur remedio, qui saepius aliis debetur caussis.

Quamobrem quo solidum sit medici consilium, necesse est, ut partim observations ac historiæ morborum sint completæ, partim ut mens vera cognitione imbuta, & ad judicandum apta sit. Quod si vero observations completæ esse debeant; illis primum commemoranda est tota ægri natura, ac indoles. Describantur igitur ægrotantis sexus, ætas, temperamentum, structura corporis, dispositio valorum atque nervorum, sensibilitas corporis ac animi, partium constitutio, consuetudines, victus ratio, acominium rerum, quas non naturales vocant, applicatio. Recensatur

seatur inter hæc porro, quo loco commoretur æger, quo aëre; quibus cibis, potibusve utatur, quibus animi indulget affectibus, quibus excretionum vel sanguinearum vel aliarum speciebus adsueverit; quo fruatur somno, an corpus motu exercere soleat: quibus denique laboraverit olim morbis, quo hi eventu potiti, quibus remediis profligati sint, atque quinam medicamina exceperint effectus? Ex hisce etenim momentis rationalis medicus totam ægroti naturam, ejusque varias ad hos vel illos motus proclivitates facile cognoscet; & hinc in suppeditandis tam præservatoriis, quam curatoriis consiliis erit felicissimus.

Deinceps vero ipsum, quo æger premitur, morbum probe perscrutari oportet, ac attendere, quinam illius sit ortus atque progressus, quæ symptomata; quantum læsæ actiones naturales, vitales, ac animales a statu sano recesserint; quæ sint vires, qualis somnus, quæ ciborum appetentia, qui pulsus, quæ spiratio; quomodo se habeant excretiones, maxime quæ per cutim, alvum, ac urinam fiunt; qui viscerum & generis nervosi status? qualis humorum per vilcera abdominis atque caput sit circuitus; num sanguis abundet, anne dyscrasia quædam laboret; quæ primatum viarum, ventriculi nimirum ac intestinorum sit constitutio; qualis tonus partium nervosarum; num partium internarum periculose inflammationes vel siderationes immineant? An malum sit hereditarium; an epidemium, & a communis causa, vel aeris ac alimentorum corruptione productum? anne potius endemicum, sive ex climate, aere, ac victu incolarum generatum? an ab animi affectibus, aut contagio inductum? utrum remissiones, intervalla, intermissiones, vel exacerbationes exhibeat? an denique sit simplex, ac complicatum, an & quando perversa quadam medicatione corruptum? Quum enim ex hisce circumstantiis vera morbi origo, generatio, causæ læsionum ac symptomata elucescant: ex iis peritus medicus non solum morbi eventum accurate prælagire, verum etiam, quæ ipsi sint profusa, feliciter judicare poterit.

Tum in completis observationibus medico-practicis adnotare convenit, quæ remedia, quo tempore, qua dosi, ac ordine, morbo hactenus fuerint opposita? quænam corporis mutationes ea exceperint? anne potius omne opus soli naturæ absque ullo medicinalium usu fuerit relictum? an remedia domestica hinc adhibita, & quo effectu? Ex quibus omnibus percipit medicus, qua ratione, quoque ordine Deus sanitatem recuperari voluerit; quibus viis noxia depellantur, & e corpore proscribantur; & quæ denique specificæ remediorum sint virtutes, quamque diversæ in tam variis hominum naturis, morbis, ac aliis circumstantiis. Quis enim præstantior observationum medicinalium scopus est, quam ut eorum subsidiorum vires discamus ac virtutes, quibus morbi sint profligandi? Et quisnam earum experts his prompte medebitur? Enimvero haud ignorari oportet, vires uti generatim corporum, ita & remediorum non esse absolutas, sed relativas tantummodo atque conditionatas: aut, quod idem est, nulla dari medicamina, quæ

se absolute, ac necessario corpori vel pro sint vel noceant; sed eorum operationem pro diversa corporis dispositione admodum variam existere. Ex eodem fundamento explicandum est illud momentum, quod unum medicamen huic supperias, alteri noxam ferat in uno eodemque morbo: quin uni eademque subiecto hoc tempore pro sit, alio noceat. Inde vero ulterius eorum adpareret ignorantia, qui dari medicinas universales, vel in certis morbis specificas reputant. Perarduum potius ac difficultimum est: nam certe in eo maximum artis nostrae momentum existit, si vires remediorum relativas, in tam insigni circumstantiarum varietate probe habeamus cognitas atque perspectas. Quod si vero contigerit, ut sub nostra curatione æger petierit, necesse est, ut ad impetrandas completas observationes cadaver dissecetur, & viscerum intestinorum status præternaturalis probe describatur. Ita enim in conspectum veniunt caussæ morbi ac mortis; quibus cognitis, major scientiæ nostræ accenditur lux, quo si inciderit similis casus, nos ipsi majori certitudine obviam ire queamus. Ex his elucelcet, quantum completae ac accuratae morborum historiæ toti medicinæ adferant emolumentum. Hæ namque detegunt primum occulta naturæ, deinde revelant earum rerum caussas, quæ nos latuerunt hactenus; & denique verum & solidum fundamentum presentent omnium & medicarum & chirurgicarum veritatum, atque problematum. Quando enim cunque a chirurgo desideratur, ut de violentia exteme facta renunciare, illiusque eventum expeditate debeat; nihil certe prestatibus, nisi accurata instructus sit morbi historia. Neque etiam medicus morbum dijudicare, ac quæ ipsi congrua sint remedia commendare poterit, nisi ex completa morbi relatione illius caussas atque symptomata cognoverit, ilisque curandi rationem adaptaverit. Et quomodo accuratum de præservanda a morbis sanitatem judicium ferre potest, qui ægrotantis naturam, indolem, diætam &c. ignoraverit? Nec denique possibile est, ut remedia cum fructu a medico possint ordinari, nisi ex solidis observationibus eorumdem vires ac virtutes rite perspexerit.

Quemadmodum vero extra omne positum esse credo dubium, observationes primum artis nostræ salutaris præbere fundamentum: ita nemo quoque ire poterit inficias, quin illæ solæ sufficiant minime. Nisi enim accesserit bene exercitatum judicium medici, quod ex dictis observationibus utiles veritates recta ratione elicere potest, nullus vel sane exiguis earundem erit fructus. Hinc enim occurruunt quamplorimi medici, qui licet per quinquaginta & ultra annos fecerint medicinam, & innumeras collegerint observationes, tamen falsas omnino struant conclusiones, ac de veris remediorum viribus erroneous admodum furent opiniores. Nec sufficit solum judicium; sed requiritur etiam solida theoria physico-mechanico-chymico-medica. Quia si defecerit, nullæ oportet ex observationibus veritates, nec caussæ effectuum atque phænomenorum poterunt clare detegi ac explicari. Sic edicti ex Anatomia esse debentus, quæ sit fabrica nostri corporis, quæ structura, situs, connexio, ac uts singularum illius partium; quæ fun-

ctiones, quatenus illæ vitæ ac sanitati inserviant? Deinceps etiam per experientia chymica, physica, atque mechanica perspectum nobis esse debet, quæ sunt indoles, vires, facultates externarum rerum, sive sint alimenta, siue elementa, sive medicamenta, sive alia corpora, quæ in nostram machinam assidue agunt, ac insignes sanitati, vitæ, morbis, ac morti inferre valent mutationes: ex quibus cognoscimus, quæ salubria sint, quæque nobis ruinam minentur. Quomodo ergo de lethalitate externæ violentiæ judicare potest medicus, qui expers Anatomiz situm usumque partium hanc callet? quomodo in morbis partem affectam, ac sedem causæ morbificæ indagabit, quem situs viscerum, & horum functiones latent? quis perspiciet morbum, ejusque non minus ac mortis causas, qui theoriam motuum, maxime circulationis sanguinis per totum corpus, & singulas illius partes ignorat? Et quem principia mechanica hanc docuerunt naturam, species, proprietates ac effectus motuum; quomodo quæso poterit is ex pulsaum eximia varietate morbi conditionem cognoscere?

Certe si talis theoria physica ad completas observationes applicatur; tum demum resultant veritates, quarum plures parvunt certas regulas ac axiomata, ex quibus denique vera proficitur scientia medica. Hinc porro elucescit, theoriam physicam & anatomicam matrem quasi esse theoriarum medicarum; & hanc sine illa nunquam esse solidam. Veritatum enim ea est conditio, ut una in altera suum habeat fundamentum: & ex comparatione jam cognitarum veritatum cum iis, quorum causæ adhuc latent, effectibus, novæ resultant. Ad inveniendas autem non secus ac dijudicandas veritates limatum oportet esse judicium; quale cum natura non datum sit nobis, adparet simul, quantum theoria mathematica medico præstet ulum. Hæc enim acutus intellectum, ac methodum demonstrandi ac inveniendi egregie docet: & veram praxin logicam ac syllogisticam nobis tradit.

Ex dictis ergo luculenter patet, quantum completae observationes, & in vera theoria fundatae consultationes præbeant ulum. Nam crebris observationibus stabilitur theoria, & a falso discernitur vera. Hanc vero si probe calluerit medicus, incredibilem sane præ aliis in dijudicandis non solum, verum etiam præservandis atque curandis morbis habebit prærogativam. Namque meo quidem arbitrio haud melius explorare poterit quisquam cognitionem suam, ac judicandi facultatem; quam si casus quosdam medicos vel chirurgicos, eosque rariores scientifice resolvere ac dijudicare allaboraverit: tum enim perspiciet, quanta sint, quæ ne- sciat, quibusve adhuc laboret præjudiciis. Quæ cum ita sint, facile adparebit, quæ sint causæ incertitudinis, quam per tot secula exculta nostra ars adhucdum retinet. Namque primum nec antiquis, nec nostris temporibus veræ morborum historiarum sufficienter deprehenduntur explicatae: deinde vero priscis temporibus non sive exculta theoria physica

ac anatomica; quæ licet nostro ævo ad altius evecta videatur fastigium; dolendum tamen est, quod plurimi eandem cum observationibus rite comparare, & exinde veram theoriam medicam formare nec didicerint, nec alaborent. Hinc adhuc manca est morborum historia, imperfecta vera theoria. Quamobrem non solum monstraviviam studiosæ juventuti, qua ad rem veritatum inventionem pervenire potest; sed etiam ille idem scopus est omnium meorum scriptorum. Hinc neque alienum mihi visum fuit, hanc Consultationes publici facere juris, quas partim ex medicina mea Consultatoria desumptas, partim novis adiunctas juxta ordinem partium corporis nostri disposui. Hanc primam Lectori jam trado centuriam: quam, si Deus vires & vitam dederit, adhuc binæ sequentur. Interea navabo operam, ut medicinæ systematicæ Tomus quintus mox lucem adspiciat. Precor ceterum divinum Numen, velit & hos labores bono publico esse faustos atque salutares. Hale XII. Calend. Octob. MDCCXXXIII.

CON-

CONSPECTUS CASUUM IN HOC VOLUMEN CONSULTATIONUM CONVENTORUM.

SECTIO I. DE MORBIS CAPITIS.

CAS. I. De cephalalgia diurna cum dolore artuum vago.	Pag. 1	Et in apoplexia hypochondriaco-spasmodica	43
II. De cephalalgia rebelli	2	XX. De Hemiplexia cum curatione frustra tentata	47
III. De rara hemicrania.	4	XXI. De Hemiplexia ex affectu rheumatico arthritico.	58
IV. De hemicrania febri tertianæ succedente	7	XXII. De Paralyssi dextri lateris	
V. De hemicrania cum ophtalmia conjuncta	8	63	
VI. De memorie debilitate	10	XXIII. De Paralyssi sinistri later.	
VII. De memorie debilitate singulari ex terrore	11	65	
VIII. De vertigine idiopathica cum congestione inflammatoria circa renem sinistrum.	12	XXIV. De Paralyssi cum purpura	68
IX. De vertigine caduca in gravida	15	XXV. De affectu paralytico	70
X. De vertigine caduca, levioris apoplexia specie	18	XXVI. De affectu paralytico principis	72
XI. De vertigine cum hemopisii, aliquo gravibus malis stipata in hypochondriaco	21	XXVII. De affectu semiparalytico cum dysuria	74
XII. De vertigine ex stomacho	30	XXVIII. De atroci affectu epileptico convulsivo	77
XIII. De serenissima ex affectione hypochondriaca & vertigine laborante	31	XXIX. De affectu epileptico & brevi alienatione mentis ex male curata febre intermittente	80
XIV. De rara Lipothymia specie insene	32	XXX. De Epilepsia inveterata cum vermis implicata	82
XV. Num in affectu soporofo usus Carolinarum conferat.	34	XXXI. De Epilepsia inveterata cum lipothymia	92
XVI. De Insultu apoplectico, cum responso, an in eo thermarum Carolinarum usus sit salubris	37	XXXII. De Epilept. convulsivo malo inveterato valde raro	96
XVII. De Debilitate generis nervos & præcavenda apoplexia	39	XXXIII. De affectu melanchol.	
XVIII. De dispositione ad affectum paralyticum & apoplect.	41	98	
XIX. De Camphoræ ad duos scrupulos per errorum sumptæ effe-		XXXIV. De affectu melanchol.	
		100	
		XXXV. De affectu melanchol.	
		103	
		XXXVI. De affectu melancholiaco-maniaco	
		104	
		XXXVII. De Primipara ex terrore facta maniaca, & feliciter restituta	
		107	
		XXXVIII. De Delirio period. cum motibus epilepticis a mensuram retentione.	
		108	
		XXXIX. De Tinnitus aurium per-	
		110	

- X
- | | |
|---|------|
| tinaci. | 111. |
| XL. De Auditus difficultate cum fluxione serola. | 112. |
| XLJ. De Auditu gravi cum imbecillitate generis nervosi aliiisque symptomatibus. | 115. |
| XLII. De cæxitate subito suborta. | |
| XLIII. De Visus imminutione ex humorum oculi, potissimum aquæ, conturbatione. | 119. |
| XLIV. De humor. oculi conturbatione cum gutta serena. | 122. |
| XLV. De Visus imbecillitate ex turbatione humor. oculi. | 123. |
| XLVI. De Dolore & imbecillitate oculorum cum suffusione incipiente. | 124. |
| XLVII. De Ophthalmia scorbutica diurna in lippitudinem serofam & scotomiam degenerante. | 126. |
| XLVIII. De Gutta serena unius & obscuratione periodica alterius oculi. | 130. |
| XLIX. De Visus obscuratione ex paralytica nervi optici resoluta. | 133. |
| L. De difficultate visus & scabie. | 137. |
| LI. De Cataracta. | 139. |
| LII. De Sapore falso & affectu spasmodico. | 142. |
| LIII. De Sapore corrupto. | 143. |
| LIV. De impotentia ambulandi & loquendi in puerò novem annorum. | 145. |
| LV. De Spasmo muscularum maxillarium febri continua benigne sporadicæ superveniente. | 146. |
| LVI. De rejectione pituitæ nimis ex ore cum pathematibus hypochondriacis. | 148. |
| LVII. De Salivatione præternaturali in cachectica. | 150. |
| LVIII. De Ulcere lingue cancrolo. | 152. |
| LIX. De Ulcere mali moris in interioribus labii superioris. | 153. |
| LX. De affectu capitù cum efflorescentiis in pede. | 156. |

SECTIO II. DE MORBIS PECTORIS.

- | | |
|---|------|
| SEC. LXI. De Exulceratione faucium cum ingenti fluxu salivali. | 158. |
| LXII. De singulari colli dolore ex stomachi vitio. | 159. |
| LXIII. De Spasmo œsophagi, illiusque atonia. | 161. |
| LXIV. De affectu œsophagi & ventriculi spasmodico. | 163. |
| LXV. De affectu œsophagi paralytico. | 165. |
| LXVI. De Difficili deglutitione ex summa muscularum pharyngis atonia. | 168. |
| LXVII. De Tumore in mamma cum mensium obstruktione diurna. | 169. |
| LXVIII. De Diurna raucedine cum tussi & copiosa pituitæ excretione. | 171. |
| LXIX. De Hæmoptysi. | 172. |
| LXX. De Hæmoptysi hypoch. | 175. |
| LXXI. De Hæmoptysi cū febre lenita post tussim graviorem. | 177. |
| LXXII. De Hæmoptysi cum metu hecticæ. | 179. |
| LXXIII. De Hæmoptysi cum labo pulmonum. | 183. |
| LXXIV. De Refractario pectoris catharro. | 186. |
| LXXV. De Tussi pulmonali physica cum calore hectico, demum funesta. | 189. |
| LXXVI. De Tussi habituali cum panno oculi & nativa succorum impuritate. | 192. |
| LXXVII. De Tussi diurna sine Pulmonum labo. | 194. |
| LXXVIII. De Suspitione labis pulmonum ex tuberculis scirrhosis. | 197. |
| LXXIX. De Physii pulmonali functa. | 200. |
| LXXX. De descensu pulmonum vi infantis in aquam. | 203. |
| LXXXI. De Vulnera pulmonum. | 204. |
| LXXXII. De Vulnera diaphragma- | |

<i>matis & hepatis cum subsequen-</i>		<i>glandularum inguinalium orto</i>	
<i>ta morte, non tamen absolute</i>		<i>262</i>	
<i>lethali</i>	<i>206</i>		
LXXXIII. De Astmate & spasm-		III. De ventriculi, intestinorum, &	
<i>mo præcordiali a motu corpo-</i>		<i>partium genitalium, nec non</i>	
<i>ris</i>	<i>209</i>	<i>vesicæ & ureterum strictura</i>	
LXXXIV. De Asthm. humido	<i>210</i>	<i>spasmodica, cum insigni gene-</i>	
		<i>ris nervosi debilitate</i>	<i>266</i>
LXXXV. De asthm. flatulento	<i>213</i>	IV. De ventriculi affectu spasmodi-	
		<i>co chronicò vehementiori</i>	<i>268</i>
LXXXVI. De asthm.flatul.	<i>215</i>	V. De ventriculi spasio hypochon-	
<i>cum Colica</i>	<i>217</i>	<i>driaco</i>	<i>270</i>
LXXXVII. De asthmate flatulen-		VI. De usu Carolinarum & Tepli-	
<i>to cum Colica</i>		<i>censium in affectu ventriculi</i>	
LXXXVIII. De asthm. spasm-		<i>spastico inflativo.</i>	<i>274</i>
<i>atico flatulento</i>	<i>218</i>	VII. De ventriculi inflatione car-	
LXXXIX. De asthmate spasm-		<i>cardalga cum hemicrania.</i>	<i>276</i>
<i>atico flatulento</i>	<i>219</i>	VIII. De inflatione ventriculi &	
XC. De asthmate spasmatico con-		<i>duodeni hypochondriaco-spas-</i>	
<i>vulsivo</i>	<i>224</i>	<i>modica</i>	<i>278</i>
XCI. De Asthmate spasmatico &		IX. De cardialgia spasmodica cum	
<i>hypochondriaco</i>	<i>225</i>	<i>colica flatulenta</i>	<i>284</i>
XCII. De asthmate spasmatico		X. De cardialgia spasmatica flatu-	
<i>cum tumore testis sinistri</i>	<i>231</i>	<i>lento-hypochondriaca</i>	<i>286</i>
XCIII. De cura asthmatis spasm-		XI. De intestinorum dolore ex luc-	
<i>atici & hydropis pergeram in-</i>		<i>torum stagnatione & acrimo-</i>	
<i>stituta</i>	<i>234</i>	<i>nia</i>	<i>296</i>
XCIV. De asthmate spasmatico a		XII. De intestinorum affectu spasm-	
<i>potu & victu post iram sumto,</i>		<i>atico-hemorrhoidali</i>	<i>299</i>
<i>& inde adhibitis incongruis</i>		XIII. De colico spasmaticis affecti-	
<i>medicamentis orto</i>	<i>239</i>	<i>bis ex defectibus fluxus he-</i>	
XCV. De Empyemate feliciter cu-		<i>morrhoidalis rite tractandi</i>	<i>301</i>
<i>rato</i>	<i>241</i>	XIV. De infelici colica hemorrhoi-	
XCVI. De Reumatismo pulmona-		<i>dalnis curatione</i>	<i>304</i>
<i>li</i>	<i>ibid.</i>	XV. De colica hemorrhoidali ex	
XCVII. De Pleuritide spuria ac ve-		<i>obstructo hemorrhoidum flu-</i>	
<i>ra feliciter sanata</i>	<i>244</i>	<i>xu</i>	<i>306</i>
XCVIII. De Pleuritide	<i>246</i>	XVI. De colica spasmatica ex po-	
XCIX. De Phytis ex hamopt.	<i>247</i>	<i>dagra retropulsa</i>	<i>307</i>
C. De Tuberculis pulmonum	<i>248</i>	XVII. De colica spasmatica cum	
Appendix exhibens judicia & responsa		<i>subsequentे Ictero</i>	<i>309</i>
<i>medicorum, an purgans ex resina ja-</i>		XVIII. De colica spasmatica con-	
<i>lappe & mercurio dulci lactentibus in-</i>		<i>vulsiva cum tumore, & odo-</i>	
<i>fantibus sit proficuum.</i>	<i>250</i>	<i>re, pedum per Carolinas sa-</i>	
<i>nata</i>			
SECTIO III. DE MORBIS IMI-		XIX. De colica spasmatica chro-	
<i>VENTRIS.</i>		<i>nica cum calculo vesicæ felleæ</i>	
CAS. I. De occulto abscessu musculorum		<i>conjuncta</i>	<i>312</i>
<i>hypochondrii sinistri</i>	<i>260</i>	XX. De colica flatulenta cum do-	
II. De apostemate musculorum ab-		<i>lore nephritico.</i>	<i>321</i>
<i>dominis & dorſi ex tumore</i>		XXI. De præservatione atque cu-	
		<i>ratione illustris foeminæ ex co-</i>	
		<i>li</i>	

- li & calculi doloribus 323
XXII. De gravi spastmo & dolore
in recto intestino, cervice &
vagina uteri cum sanguinis
silicidio 325
XXIII. De erosione ulcerosa tuni-
carum recti maxime intestini
328
XXIV. De debilitate generis ner-
vosi cum excrescentia ani 330
XXV. De fluxu in ordinato hæ-
morrhoidali in fœmina 332
XXVI. Sistens consilium in fluxu
hemorrhoidali nimio 334
XXVII. De pathematibus ex hæ-
morrhoidum turbis 335
XXVIII. An pathemata spasmody-
ca hæmorrhoidalia a pilulis
Becheri cum resina jalappæ
permixtis proguacili possint
338
XXIX. De malo hypochondr. 340
XXX. De affectu hypochondr. 344
XXXI. De passione hypochondria-
ca in fœmina 346
XXXII. De affectu hypochondria-
co cum tumore erysipel. pedis
347
XXXIII. De affectu hypochondria-
co hysterico 348
XXXIV. De passione hypochon-
driaco-spasmatica 353
XXXV. De affectu hypochon-
driaco-spasmatico cum febrili
commotione & intercurrente
purpura 357
XXXVI. De affectu hypochondr.
spasmatico cum debilitate va-
forum spermaticor. & partium
generationi inservientium 360
XXXVII. De malo hypochondr.
spasmatico flatulento 363
XXXVIII. De affectu hypochon-
dr. spasmatico, atque flatu-
lento 365
XXXIX. De affectu hypochondr.
spastico, atque flatulento,
functiones animales stimul tur-
bante 366
XL. De affectione hypochondriaca
& melancholica 369
XLI. De Melancholia hypochon-

- driaca purpura retenta 370
XLII. De melancholia hypochon-
driaca cum hæmorrhoidibus
nimis 373
XLIII. De passione hysterica 375
XLIV. De passione hysterica cum
fluore albo 378
XLV. De morbo hysterico seor-
butico 380
XLVI. De affectu hysterico spa-
smatico 382
XLVII. De variis symptomatisbus
hysterico-spasmaticis, ex lo-
chio:ū & mensium retent. 384
XLVIII. De pathematibus hyste-
rico-spasmaticis cum tumore
pedum cedematoso 386
XLIX. De affectu spasmatico-hy-
sterico hypochondriaco, cum
concretione calculola in vesica
fellea. 388
L. De malo hysterico, convulsivis
& epilepticis motibus stipato
392
L1. De passione hysterico-melan-
cholica 394
L2. De melancholia hysterica 395
L3. De morbo spasmatico flatu-
lento cum excretione ciborum
indigestorum 399
L4. De hernia intestinali, passio-
ne iliacam minante 401
L5. De hernia inguinali 402
L6. De singulari quadam hydro-
celes specie 404
L7. De ictero diurno contu-
maci, emeticis demum expu-
gnato 407
L8. De atrophia cum febre len-
ta 410
L9. De atrophia luxationem fe-
moris sequente 413
L10. De cedemate & debilitate pe-
dum summa 414
L11. De affectu cachectico ex
atonia ventriculi ac intestino-
rum 415
L12. De affectu rariori cachectico,
cum tumore uteri scirrhoso, &
fluxione dolorifica in malleo-
lo pedis sinistri 417
L13. De cachectica corporis con-
sti-

- stituzione ex soda diurna 420
 LXIV. De cachexia cum asthmate & tumore hydropem minante 422
 LXV. De affectu cachectico tympanitico 425
 LXVI. De morbo tympanit. 427
 LXVII. De rumore hydropico cum metu tympanitidis 429
 LXVIII. De ascite cum tympanite juncto 431
 LXIX. Sistens confilium medicum de hydrope præcavendo 433
 LXX. Continens relationem sectio-
nis, magni Germanie principis, hydrope defuncti 435
 LXXI. De rara abdominis intume-
scencia 436
 LXXII. De subita renis & vesicæ
excoriatione a suppresso fluxu
hemorrhoidali 438
 LXXIII. De calculo renum 440
 LXXIV. De affectione calculosa
renum cum podagra 442
 LXXV. De calculo renum invete-
rato, cum hernia scrotali 444
 LXXVI. De affectu nephritico sim-
pli 446
 LXXVII. De dolore nephritico
cum numerosa calculorum ex-
cretione 448
 LXXVIII. De mictu cruento 450
 LXXIX. De mictu cruento per-
quam raro 452
 LXXX. De mictione cruenta, &
urinæ incontinentia ex tumore
pedum præpostere tractato 424
 LXXXI. De difficultate mictionis
a calculo vesicæ 455
 LXXXII. De mictione dolorifica
cum crebro stimulo 457
 LXXXIII. De continuo ad mi-
ctum stimulo ex spastmo vesicæ 459
 LXXXIV. De dysuria cum tenes-
mo, & excretione materia ha-
va per anum 461
 LXXXV. De diabete ex basione
calculi in rectere orto 462
 LXXXVI. Sistens curationem ve-
sicæ excoriatae 463
 LXXXVII. De exulceratione vesicæ intercurrente mictu cruen-
to. 464
 LXXXVIII. De pravo vesicæ mor-
bo hemorrhoidal ex male-
tractata purpura (corbutica) 465
 LXXXIX. De calculo vesicæ cum
incontinentia urinæ, dysuria,
stranguria, ac hernia scrotali
conjuncto 467
 XC. De spastmo vesicæ urinariæ 469
 XCI. De spastmo & exulceratione
vesicæ cum calculo 471
 XCII. De spastmis vesicæ, & hypo-
chondriorum ex incerta gravi-
ditate ortis 474
 XCIII. De raro vesicæ affectu 475
 XCIV. De gonorrhœa simplici, ex
impura & immodica Venere
orta 477
 XCV. De gonorrhœa inveterata 479
 XCVI. De gonorrhœa inveterata
ex intempestivo Veneris usu 481
 XCVII. De gonorrhœa inveterata
cum variis symptomatibus ex
inquinamento venereo. 482
 XCVIII. De gonorrhœa virulenta
cum copiosis coniuncta 487
 XCIX. Sistens confilium in gonor-
rhœa diurna, cum inflatione
ventriculi 489
 CI. De gonorrhœa cum exulceratio-
ne renis dextri, colli vesicæ, &
prostatarum 490
 CII. De tumore testis dextri ex go-
norrhœa improvide suppressa 491
 CIII. De pollutione nocturna 493
 CIII. De pollutione nocturna, &
excretione feminis involuntar-
494
 CIV. De infirmitate ob nimiam se-
minis effusionem 496
 CV. De affectu singulari partium
genitalium. 498
 CVI. De fluore albo cum hemor-
rhoidibus cœcis 499
 CVII.

XIV.

- CVII. De fluore albo continuo ex plenaria mensium obstructione. 501
CVIII. De fluore albo ex suppressis lochis orto 502
CIX. Exhibens consilium in ulcere uteri datum 504
CX. De hæmorrhagia uteri ibid.
CXI. De enormi hæmorrhagia uteri, cum fungola in vagina ex crescentia. 506
CXII. De totali mensium suppressione a male curata febre 508
CXIII. De diurna & male tractata mensium obstructione. 509
CXIV. De pertinaci mensium obstructione post quartam intermittentem. 511
CXV. De fluxu mensium inordinato, gravissimis symptomatibus stipato. ibid.
CXVI. De immodico mensium fluxu cum frequenti abortu, & molarum, sanguinisque concreti excretione 516
CXVII. De frequenti abortu cum continua ciborum per vomitum rejectione. 518
CXVIII. De gravi valetudine ex cerebro partu, abortu, & animi commotione. 521
CXIX. De regimine gravidæ ad partum feliciter obtainendum. 523
CXX. De conjugio sterili cum consilio & responso, ad quæstionem: an spes sit prolis. 524

SECTIO IV. DE MORBIS AR TUUM EXTERNORUM.

- CAS. CXXI. De atrocibus & pertinaci bus doloribus cum exulceratione artuum. 533
CXXII. De maculis & tuberculis totum corpus & faciem pertinaciter occupantibus 535
CXXIII. De affectu pustulari pruriginoso 537
CXXIV. De atonia partium post

- insultum apoplecticum 538
CXXV. De fluxionibus serosis diuturnis ex hæreditaria dispositio ne 540
CXXVI. De affectu arthritico va go saepius recrudescente 543
CXXVII. De præservandis doloribus arthriticis 545
CXXVIII. De affectu arthritico cum peculiari manuum callositate. 547
CXXIX. De malo arthritico scorbutico. 549
CXXX. De arthritide lumbari 550
CXXX. De malo venereo 552
CXXXII. Exhibens consilium in reliquis luis venereæ 553
CXXXIII. De cachochymica corporis constitutione 555
CXXXIV. De pathematibus multis ex succorum abundantia & impuritate 557
CXXXV. De spasmis vagis ex repellula podagra. 559
CXXXVI. De affectu spasmodico chronico. 561
CXXXVII. De affectu spasmodico cum purpura. 563
CXXXVIII. De affectu spasmodico ex relieta generis nervosi debilitate, cum iscuria & apoplexia coniuncto. 565
CXXXIX. De affectu generis nervosi spasmodico, per Selteranas cum lacte curato. 568
CXL. De affectu spasmodico, gravibus & multis symptomatibus stipato, cum consilio, an thermæ Carolinæ sint profutura. 570
CXLI. De affectu spasmodico in foemina, cum consilio, quænam post potum thermarum ex usu sint. 573
CXLII. De variis pathematibus spastico-hystericis cum corporis coniunctione 575
CXLIII. De malo spasmodico flatulento. 577
CXLIV. De affectu spasmodico flatulento in persona Serenissima, per

per lac asinimum & Selteranas feliciter curato	579	CLXVII. De catharris in veram podagram terminatis	637
CXLV. De affectu spasmodico fla- tulento post puerperium	581	CLXVIII. De podagra adolescentis	
CXLVI. De affectu spasmodico rheu- mat, s̄epius recurrente	583	639	
CXLVII. De rheumatismo scor- butico	585	CLXIX. De podagra sanguinea he- morrhoidali	641
CXLVIII. De rheumatismo scor- butico	587	CLXX. De topicis, in primis cam- phoratis in podagra & erysipe- late noxiis	643
CXLIX. De malo rheumatico scor- butico	589	CLXXI. De pertinaci ulceratione femoris	645
CL. De affectu spasmod. convulsi-	592	CLXXII. De abolitione motus pe- dis ex prava curatione post la- plum	646
CLI. De affectu nervorum spasmo- dico convulsivo	593	CLXXIII. De impotentia ambu- landi ex lapili in regionem is- chiadicam ossis femoris nec fra- cto, nec luxato	648
CLII. De morbo spasmodico con- vulsivo	597	CLXXIV. De impotentia ambu- landi ex imbecillitate natura- li	651
CLIII. De affectu spasmodico con- vulsivo diris symptomatibus stipato	599	CLXXV. De tumore cruris lan- guineo	652
CLIV. De singulari quodam affectu spasmodico convulsivo	602	CLXXVI. De efficacia olei caryo- phillorum in Iphacelo ex cau- sa interna noto	655
CLV. De singulari generis nervosi affectu Ipalmod. convuls	606	CLXXVII. De febre tertiana male curata, s̄epius recidiva, inque erysipelas cum molaitis sym- ptomatis transiente	658
CLVI. De affectu spasmodico con- vulsivo chronico	609	CLXXVIII. De febre tertiana ma- le curata Ipalmi hypochondria- ti causa	661
CLVII. De affectu spasmodico con- vulsivo, cum commotionibus epilepticis	612	CLXXIX. De tertiana duplice cum purpura in gravida	664
CLVIII. De affectu scorbutico	615	CLXXX. De febre quartana in gra- vida, cum judicio de venae le- ctionis & corticis Chinæ usu	
CLIX. De scorbutica humorum im- puritate, cum nervosarum par- tium debilitate	616	667	
CLX. De malo scorbutico inverte- rato	618	CLXXXI. De febre biliosa inter- mittente	670
CLXI. De affectu scorbutico cum effusione feri acris in humeris & dorso	620	CLXXXII. De febre lenta ex male curata tertiana	672
CLXII. De affectu scorbutico male tractato, cum pedis rigid.	622	CLXXXIII. De febre lenta cum cachexia succedente male cu- rationi febris intermitentes	
CLXIII. De affectu scorbutico spa- smodico	624	674	
CLXIV. De affectu scorbutico spa- smodico	627	CLXXXIV. De febre lenta despe- rata per lac asinimum curata	
CLXV. De affectu scorbutico, rheu- maticis & arthriticis sympto- matibus stipato	629	678	
CLXVI. De malo scorbutico pathe- matibus hypochondriaco Ipa- modicis stipato	634	CLXXXV. De febre lenta cum ni-	

XVI

- mio mensium fluxu 681
CLXXXVI. De metu febris lentæ
post catharralem & purpura-
tam 687
CLXXXVII. De hectica cum pa-
thematibus hypochondriacis .
688
CLXXXVIII. De febre hectica
post partum 690
CLXXXIX. De marasmo senili.
693
CXC. De marasmo senili funesto
694
CXCI. De purpura contumaci chro-
nica 698
CXCII. De pertinaci purpura scor-
butica 702

- CXCIII.** De purpura alba & rubra,
cum summa generis nervosi de-
bilitate 706
CXCIV. De febre purpurata puer-
perarum pro novo & incogni-
to morbo habita 709
CXCV. De purpura alba puerperis
plerumque funesta 713
CXCVI. De variolis 715
CXCVII. De Comite variolis ex-
tincto 718
CXCVIII. De virgine inflamma-
toria febre defuncta 721
CXCIX. De febre maligna pete-
chiali 723
CC. Historia febris epidemica per
annum 1720. grallantis 726

SECTIO

D E M O R B I S ,

C A P U T

Potissimum occupantibus.

C A S U S . I.

De Cephalalgia diurna cum dolore artuum vago.

HISTORIA MORBI.

Illustris matrona, quadraginta sex annos nata, sanguineo melancholici temperamenti, a teneris juventutis annis variis oculorum æque ac hypochondriorum ægritudinibus infestata fuit. Perpetui ferme dolores caput tanata adfecerunt atrocia, ut non solam ante aliquot annos capillorum desfluvium passa fuerit, verum etiam tormentis illis adeo insueverit, ut absque querelis illa toleraverit. Hæc admodum adolescentula conjugii leges subiit, decemque prolium secunda fuit mater; quarum primam cum ederet, atroces adflictiones, præsertim larga ac diurna sanguinis ex utero profluvia ipsam prehenderunt, reliqua autem puerperia, cum ipsa infantibus præberet ubera, omni calamitate vacua, ex voto successerunt. Verum enim vero plerisque harum prolium prematura morte defunctis, eximiæ sollicitudines mereoresque mente in occuparunt; & non minus caput debilitarunt, quam varias maxillarum & oculorum congeßiones, & periculosa febres catarrhales, reliquerunt. Menstrua ipsi rite fluunt, ex aliquot annis aliquantulum imminuta; ut inde bis quotannis sanguinem ex venis pedum mittere decreverit: & cum præterea alvi obstructionibus sepius laboret, pilulis contra obstructions frequenter uti debuit. Vere proxime elapsu molestus ventriculi ardor, eique junctus fuscum ac cœphagi spasmus atrox miseram præter

omnem spem invalerunt; post liquoris anodyn mineralis cum essentia castorei mixti, usum autem, & datos pulveres præcipitantes, mox evanuerunt. Nihilo tamen lecius sub Junii finem rediit acerbis ille ventriculi spasmus; & adhibitis contra obstructions pilulis, & Castorei essentia se iterum depelli passus est. At vero vix octiduum est elapsum, cum scindentes lancinantesque dolores dextre manus corriperent articulationem: ægra, manum luxatam reputans, eam extendit curat; sed post aliquot dies iidem dolores, ad sinistram devoluti manum, inde ad genas, oculos, femora protracti, & per totum ferme corpus distributi, tandem ad caput & oculos redierunt, ibidemque fixum ceperunt locum. Jam igitur adgravati oculi ardeat; in vertice spatium transversæ manus latitudinem explens, tenacissimæ stricturæ sensum refert; ægra capite ad terram paululum inclinato protinus vertiginosa, omnia obscuris intuetur oculis; alvum, nisi pilulis adiuta, non deponit, & vini assumto hauſtu mox volatico faciei rubore, capituisse vertigine adscitur, urina clara, tenuis & pallida. R. d. 23. August. 1731.

RESPONSI O CONSULTATORIA.

Intelligo ex transcripto casu, cuius omnia momenta probe ponderavi, illustris agrotæ corpus valde tenera, sensibili gaudere textura, eamque a prima statim infantia insigni capitis debilitate fuisse affectam. Quid ergo mirum, si humores Julio majori quantitate eo fervantur, irregulari per corpus distribuantur circuitu, & hinc tantam capiti relinquant humiditatem, quanta continuis illius crudi-

Hoffm Confut Med.

A

cia.

ciatibus, oculorum afflictionibus, defluxionibus ac catarrhalibus febribus excitandis satis par est ac idonea? Neque vero haec unica causa est, sed si consideres, quantis debilitatibus natura ex crebro partu, ex largo cruris sub puerperio profluxu, & ex mororibus, ab infantum crebra morte inductis, fuerit infestata; haud sane miraberis, quod recensita pathemata, nimisrum hypochondriaca, hysterica, splenetica, sanguinis congettiones ad caput, alvi obstructions, flatulentiae atque anxieties exinde propullulaverint. Accessit præterea illa ætatis periodus, in qua mensuum fluxus, antea regulari successu erumpens, naturali ordine parcior redditur & imminutior: inde vero crux, cum non amplius depuretur, non solum in quantitate coacervatur, sed acriorem quoque ac spissiorem induens qualitatem, plures easque periculosiores producit afflictiones. Ex eodem igitur fundamento ægra nostra currente anno ventriculi ardore, phlegosi, pertinaci alvi obstructione, & jam defluxione scorbutica satis acri, corporis omnes partes pervagante, ac tandem in oculis fixata, in iisque pariter ac in vertice acutam lancingationem & stricturam prodæente, detenta fuit ac cruciata.

Ne autem periculosius exinde capit is malum, aut plane hemiplexia, suboriatur; haud immittero tempes tivis medicinis his pathematibus obviam eundum, eaque, quantum possibile erit, præcavenda sunt. Quo fine ante omnia suadeo, ut ægra statim ex vena pedis tusa quatuor circiter aut quinque sanguinis uncias detrahi; & aliquot diebus post scarificatas cucurbitas nuchæ adplicari curet. Neque erit incongruum, si nuchæ vicinia pannis asperis, bene calidis sedulo fricentur, ac deinde spiritu quadam, sub litt. A. communicato, inungantur: cuius externa applicatio ipsis quoque proderit oculis. Qum autem simul ad purpuraceam materiam, in hisce morbis tantum non semper intra humores reconditam, respiciendum esse arbitrer: inter interna medicamina pulvrem meum bezoardicum & præcipitatem, pari portione commixtos, & mane æque ac vesperi sub lecti in-

troitum larga dosi; cum decem liquoris mei anodynii mineralis guttulis, adsumendum commendoo; subinde vero aliquot vascula infusi theiformis sub litt. B. descripsi haurienda, ut maior lenis sequatur, suadeo.

Tum alvus semper libera servanda, non pilulis, quæ nimium exsiccant corpus, ac perversa imbauant consuetudine; sed clymatibus domesticis, quæ ex tenui avenæ juscule, oleo chamomillæ & carvi, tantillo salis communis, & mellis præparantur. Non minus Elixir meum viscerale, 50. & 60. guttis inter epulas adhibitum egregiam concoctioni feret opem, & laudabilis chyli confectionem adjuvabit. Tandem vero potulentorum exacta ratio habenda, quæ omne fere curationis in his morbis absolvunt momentum: nocent enim omnes cerevisiarii ac calidores potus; & in eorum locum decocta ex cornu cervi raspatio, radice cicchorei, scorzonerae, semineque foeniculi composita, & cum vini vetustioris Mofellani parte mixta feliciori forbillantur effectu. His denique si accesserit bonum regimen, & præfertim ab animi commotionibus, & aere frigido abstinentia: haud dubito, quin exoptata sanitassit reditura.

Litt. A.

Rec. Spiritus vini rectificatissimi unitas duas, olei macis, foeniculi ana drachmam unam, M. D. S. Nervenstärkender Spiritus außerlich Zu gebrauchen.

Litt. B.

Rec. Herbae veronicae, melisse, betonicae, scordii ana manipulum, radicis liquiritiae, seminis foeniculi ana drachmas duas, C. C. D. S. Species Zum Krauter-Thee.

C A S U S II.

De Cephalalgia rebelli.

Princeps quidā serenissimus satis longo abhinc tempore in anteriore capit is parte atroces valde expertus est dolores. Corporis illius habitus omni fere vitio vacare videtur: nihil fecius insignes pri-

mum

mutum tempora torserunt cruciatus, & Serenissimus æger spissam mucaginem a capite delapsam excernere coepit: quibus subsultantes nervorum accessere motitationes; & jamjam gravativi dolores regionem, quæ est supra oculorum orbitam, tenent. Harum partium obstrukciones, quæ ex membranarum sinus frontales involventium obstructione, primos congestoriis sanguinis & seri ibidem stagnationibus natales debente, oriuntur, subesse simul videntur. Quibus incommodis licet hactenus variae cephalicæ, nervos confortantes, & obstrukciones ac staves resolventes medicinæ, evacuationes per laxantia, venæctiones in brachio æque ac pede institutæ, fuerint oppositæ, in eodem tamen malum permanens tenore. Quamobrem doceri aet princeps serenissimus, qua ratione morbus hic sit tractandus, aut utrum mineralis aquæ, quibus partim adiuvavit, illi tollendo futuræ sint idoneæ?

CONSLIUM.

UT desideratum a me super diurno anterioris capitis dolore consilium suppedititem, & congruas ipsi medicinas proponam, morbi historiam sedulus perpendi, illumque ex seri viscidi & acris stagnatione tam in ossium frontalium sinus, quam inter cranium & pericranium facta derivandum autumo. Quas vero stagnationes cruditates potissimum ex depravata concoctione in ventriculo generatae produxerunt. Quod si enim tenacior justo, ac multo acore infectus chylus sanguini commisceatur, hic inde spissescit, ac libero per minima pericranii & membranarum sinus capitis investientium vascularia circuitu exclusus, subsistit ibidem, stagnatque; hinc non nisi subtile dimittit serum, quod nervorum fibrillas sensibiles valde, pungit, rodit, ac eorum dolores subsultusque producit. Quæ cum ita sint, eo potissimum dirigenda erit curatio, ut non minus stagnatio seri viscidi acrioris in nerveis capitis membranis resolvatur, & discutiatur; quam ventriculo restituatur debita concoquendi vis, & alvi successus

promoveatur. Hunc in finem pilulas meas balsamicas commando, quarum quatuordecim semel vel bis singulis septimanis proxime ante prandium, quo tempore haud adeo siccant, ac paulatinos effectus præstant, adsumi possunt. Dein hic pulvis nervinus, resolvens & diaphoreticus, egregie juvabit discussionem: Recipe antimonii diaphoretici, lapidum cancerorum ana drachmam unam, cinnabaris nativæ preparatae scropulos duos, salis volatilis cornu cervi, pulveris castorei ana grana decem. M. f. pulvis, dividatur in doses quatuor; quarum una mane & vesperi ex aqua cum vino mixta exhibenda, mane vero infusum herba Theebois, aut aliud theiforme insuper bibendum, & intra lectum lenis diaphoresis instituenda. Eadem scopo externa salis volatilis ammoniaci siccii, cum tantillo olei majoranae veri remixti, ad nares admotio satisfaciens, non minus balsami mei vitæ cum duplicatis linteis facta fronti applicatio conducet; aut pulvis quidam cephalicus, instar sternutatorii adhibendus: Recipe herbe majoranae, florum liliorum convallium ana scropulos duos, mari veri, florum benzoes ana scrupulum, pulveris castorei grana decem, olei caryophyllorum guttas quatuor. M. D. Tum vero concoctricem ventriculo vim egregie restaurabit essentia corticum aurantiorum, quæ ex corticibus his recentibus concisis, cum sale tartari in poltis formam contulisi, tantillo olei de cedro Italicæ permixtis, & tandem cum spiritu vini rectificatissimo, aut quod præstantius, spiritu vini Hungarici per nycthemeron digestis conficitur: hæc enim sub epularum fine 60. vel 70. guttis ex potu adsumta status discutit, acrimoniæ præcipitat, & virtutem leviter balsamicam exferit.

Præterea exactum vite regimen servandum erit, & maxime ab omni refrigeratione, præfertim pedum, sedulo caverendum: quo enim hi sunt frigidiores, et magis humores ad superiora rapiuntur, in ilisque eo acerbiores excitant dolores. Hinc valde proficuum erit, si ad circulum sanguineæ massæ aequaliter promovendum pedes vespertino tempore calidis fricen-

tur pannis, aut leviori pediluvio ex aqua fluiatili, furfuribus triticeis, rosarum & que ac chamæmeli floribus concinnato immitrantur. Hæc sunt, quæ suadenda duxi; quæ si observentur, de felici, exoptatoque evertu haud dubito, illumque ex animo adprecor.

CASUS III.

De Rara Hemicrania.

VIR sexagenarius autumno anni 1718. narium distillatione, quam coryzam vocant, correptus, primis diebus tenuem per nares stillavit pituitam: quæ vero mox gravedine intus adeo obstructæ fuerunt, ut absque sternutatorii pulveris ope nihil ferme muci ploraverit, caput autem multum grave existiterit. Molum hoc non solum per insequentem hyemem, verum etiam integrum 1719. annum adfixit, majoraque in dies sumens incrementa adeo debilitavit caput, ut sepius muniorum suorum non nisi paucissimis, sepius nullo plane defungi potuerit. Hunc rerum statum medici consulti leviores astimantes, coryzam dumtaxat subesse putabant mox plane evanituram. Ast hyemali anni 1719. tempore mali vehementia crevit: ciborum enim aduentia paulatim abolita, viresque capitatis & corporis defecerunt incredibilem in modum, ut denique a 10. Martii die anni 1720. lecto sere affixus hærere debuerit. Tum penitus obturatae sunt nares, iisque nec aerem trahere, nec musi quidam excernere potuit: accessere simul spasmidi postici dextrique capitatis cruciatus, qui non more cephalalgiis solito interius adstringebant, sed inter cranium & externam cutem torquere videbantur; & per caput ad collum, frontem, dextri lateris tempora, oculum, dimidium nasum, os, linguam, maxillamque ad cervicem usque protensi, veram constituerunt hemicraniam: quæ dextrum facie latus intus extusve intumefactum & stupefactum foedo deturpavit spectaculo. Dexter oculus visu taatum non omni pri-

vatus si cum sinistro simul ad videndum aperitur, omnia objecta sifistit duplicita: hinc aliquid lectorus, scripturus aut exacte consideraturus, dextro clauso solo sinistro uti valet oculo, cuius acies pariter magis magisque infringitur. Hi spastici dolores primum horrore ac æstu alternantibus stipati circa septimam vespertinam semper invaserunt, & ægrum summa atrocia ad nonam, & quod excedit, discriuerunt; post bis de die, mox ter recurrerunt, tandemque sine ulla ferme remissione levierunt. Ille vero tormenta hec ferre nescius summis medicum orabat precibus, ut dolores istos si abolere penitus non posset, saltem sopiret paululum & mitigaret; ordignavit hic pulveres precipitantes cinnabarinos cum extracto opii remixitos; quorum quotidie unum, dein duos, & acerbitate nihil remittente tres assumere debuit æger. Neque autem secundus eodem tempore cibos prorsus aversari cœpit; ventriculus & intestina acerbe torquebantur, maximeque prædandi tempore; appetitum quidem interdum edulia, illa autem ori oblata summa nausea iterum abigebat; juncta spiratione difficultiori. His incommodis per 4. aut 6. hebdomadas toleratis, varias natura molita est excretiones: inter quas primum tenax sanguineaque mucilago per nares delapsa, manibus, ulnarum sœpe longitudinem superans extrahi debuit: elapsis autem quibusdam septimanis fluxiior tenuiorque ferebatur mucus, tanta quidem copia, ut nec nocte nec die cessaret, sed somnum valde perturbando per tres ægrum adfligeret menses. Interea largissima hec fluxio nullum prorsus naribus attulit levamen: haec enim obstructæ ac quasi coalitæ ne minimum quidem aeris perspirare valebant: quid? quod aliud adhuc fatis curiosum accesserit incommodum, quo venia in palati fornice sponte rupta multum crux mox per os solum, mox simul per nares effudit. Tum & haec sanguinolenta effusio cessavit quidem; attenuamen coagulatus crux adhaeret infundibulo, & per scretum ac sputationem effunditur: saliva insuper per quasdam septimanas tenax, & viscida ran-

ta

ta spuitur copia , ut salivatio subesse videatur ; & alvus , quæ antea fuit libera ac regularis , jam obstrui incipit . Diris olim tormentis crura , femora & totum corpus laceravit arthritis vaga ; quæ sub præsentí morbo evanuit , fixamque in capite obtinuit sedem . His itaque ægritudinibus quam plurima æger opponi curavit medicinarum genera , laxantia nimirum , decocta lignorum , exsiccantia sanguinemque depurantia ; nullam tamen constantem inde reportavit valetudinem ; quin licet æstivo tempore , sereno clementique celo quadam sanitatis larva gavisus sacras frequentare potuerit ædes ; nihilominus jamjam autumnali tempestate pristino agitatur malo ; salivam reddit valde copiosam , dextrique capitis diros persentit dolores . Omnis aeri per narium meatus præcluditur aditus ; quibus cum aliquando spiritus vini non adeo rectificatus syphonis ope injiceretur , insignes inde capitis cruciatus evenere , adeo , ut cum præ iis somnum capere nescierit , apoplexiæ aut convulsionum metus suboriretur , qui , dolore post 48. horas mitigato , evanuit . Hinc porro pulvres cephalici , decocta lignorum cephalicis mixta sudorem promotura , infusa dilutiiora potum ordinarium subministratura , ac pediluvia ordinabantur ; male nequicquam soluto . Quam ob rem tandem queritur ; num hujus morbi aliquod levamen aut ex mineralium , præsertim Carolinarum aquarum usu , aut ex mercuriali cura rite instituta queat expectari .

EPICRISIS.

Affectus , qui in hac historia describitur , est gravissima & inveterata hemicrania , quæ cum sc. vissimis symptomatibus iuncta dimidium caput dextri lateris occupat ; siquidem non modo per cranium hujus lateris , partemque capitis superiorem , sed ipsum quoque oculum , dimidiā partem nasi , oris , linguae , mandibulae , occipitis gravi dolore pungitivo exercet , harumque partium functiones laedit , ut oculus viuē privetur , omnia-

Hoffm. Consult. Med.

que egrotanti duplicata apparet . Seviunt symptomata per periodos , dum primum præcedente levi horrore ac frigore , ut in hoc affectu fieri consuevit , circa tempus nocturnum facta fuit exacerbatio ; deinde crescente malo intra diei spatium bis vel ter dolor accessit ; quumq; hoc vitium diutius ægrum detineret , non solum inaptentia cum ciborum fastidio , viriumque prostratione & immuno vigore ingenii suborta , sed etiam concoctio & egestio excrementorum insigniter perturbata fuit . Quum itaque sub hoc affectu maxima cerebro & nervis inducta sit debilitas , nullum sane est dubium , quin haud leve periculum ægro immineat . Nam ejusmodi graves valdeque diuturnos capitis dolores periculosiores subinde affectus , paralyses , hemiplegia , apoplexia , morbiisque soporosi subsequi solent ; id quod multipli experientia nobis compertum est . Si primam hujus mali originem disciamus , ea potissimum ad suppressam coryzam , seu impeditam seri per nares & fauces excretionem referenda est : unde a stagnante sero tunica pituitaria , quæ totam faucium & narium regionem investit , nata fuit obstructio , ita ut nares penitus obturatæ præter odoris abolitionem aeris aditum ad larynx interceperint . Et quoniam in coryza & catharralibus ejusmodi desfluxionibus humorum motus atque impetus ab extremis partibus , spasmo quodammodo constrictis ad interiora , & præcipue ad glandulosos fauciū & alperæ arteriæ tractus , convertitur ; hinc non solum accessit alvi & transpirationis segnities , sed etiam copiosior humorum ad partes internas affluxus concitatus fuit , qui copiosam , salivationi similem valdeque diuturnam seri viscidi per os & nares excretionem commovit , nulla tamen inde sequuta narium obstructarum apertione . Neque mirari oportet , quod sanguis interdum cum sero extillaverit : siquidem humorum affluxus vasa sanguifera ita distendit , ut sanguini accumulato & cum impetu irruenti facile exitum concedant .

Videtur autem ad generationem hujus mali haud paru[m] cœtulisse falsa acris lymphæ in-

temperies, arthritidis genetrix, quæ ægrotantem nostrum alias crebro infestavit, jam vero hoc malo cor�eptum defecit. Nam ab ejusmodi sero falso acri, quo arthriticorum humores imbuti sunt, membranis nerveis inherentes, major sit dolorum & spasmorum vehementia, sub qua utique liber humorum circuitus debitaque eorum secretio & excretio in vicinis partibus magnopere labefactatur & pervertitur: ex quo factum putamus, ut huic malo & augmentum & diuturnitas accesserit. Perpetuae enim observationes est, cessantibus consuetis doloribus arthriticis partes nerveas & membranaceas graviter affligi, quod videre licet in colica & asthmate convulsivo, in tussi, rheumatismis, aliisque doloribus, quibus arthriticorum corpora infestantur.

Præterea circa hanc morbi historiam id monendum duco, quod nascente hoc malo, si omnia recte & prudenter fuissent administrata, hæc symptomatum vehementia faciliter averti potuisset. Sed morbo & a medicis, & ægrotante neglegto, partim etiam copiosis exhibitis opiatis, indeque nervorum ac membranarum tono mirifice debilitato, non mirum videri, autam esse procedente tempore hujus mali acerbitatem, adeo ut jam utique major circumspectio, prudentia, ampliusque temporis spatium ad restituendam valitudinem requiratur.

Quum autem hoc loco maxime in questionem venire videam, an thermarum seu aquarum mineralium usus, vel etiam eura, ut vocant, mercurialis hoc in tollendo affectu aliquid auxilii conferre possit, breviter hac de re sententiam nostram exponemus. Ac primo quidem omnimodo & aquarum mineralium usum & curam mercuriale dissuademus, quoniam utrumque medicationis genus per omnia & perpetuo integrum vigorem corporis, maximeque illibatum ventriculi robur desiderat. In nostro autem jam sexagenario summa capitatis, generisque nervosi debilitas cum magna stomachi infirmitate animadveritur. Deinde non semel, sed frequenter observavimus, thermas præser-tim Carolinas nunquam conducere in iis

adfectibus, qui a debilitate nervorum & stagnatione humorum in capite nascuntur, & quidem ob hanc rationem, quoniam hujus generis aquæ paulo graviores difficultius per debilitatem cerebri vasa transiunt: hinc etiam est, quod in idiopathicis capitis affectibus v. g. hemiplexia, paralyssi, gutta Serena, surditate, auditu difficulti, nunquam has aquas prodesse experti simus.

Quod vero curam mercuriale attinet, eam ideo non admittendam putamus, quoniam ex mercurio parata remedia spasmus & constrictione fibrarum agunt, præser-tim in partibus externis, quas fortius strigendo humorum cum impetu ad faucium glandulas appellunt, unde major affluxus atque ex eo seri in cerebro ejusque partibus extravasatio metuenda est. Accedit etiam illud, quod ætate proiectioribus ejusmodi medicatio, ob corporis infirmitatem, vix tuto præscribi possit. nostrum potius consilium eo collinear, ut excretionibus per alvum & transpirationem, quod tamen remediorum temperatorium ope peragendum est, restitutis impetus humorum a capite derivetur: quod per pediluvia, balnea, blanda laxantia & diaphoretica commode fieri posse existimo. Postea partem affectam roborare oportet suffumigis balsamicis, maximeque beneficio temporis utendum est, prospiciendumque, ut ne quid inconsulto, & præcipitante in tam inveterato malo agamus.

APPENDIX.

Notandum hoc loco, quod ægrotus salutari hoc consilio neglecto, cura mercuriali usus fuerit: unde quidem primo dolorum levamen sensit, sed postea crevit morbi vehementia, tandemque hemiplexia & suffocatio asthmatica, brevi post inseguuta, vitam abstulit.

C A S U S IV.

De Hemicrania succedente Febri
Tertiana.

VIR quadraginta sex annorum proceræ staturæ, ad iram facillimus, Tabaci fægendi spirituofolque potus bibendi amantissimus, septimo calendarium Novembri febre corripiebatur: quæ cum primum exiguo horrore ac spinae dorsalis lancingationibus ægrum adorsa esset, altero die absque horrore rediret, ardoremque per sedecim horas protractus inferret, acuta speciem retulisse visa. Vocatus hinc medicus protinus sub morbi initio venam tundit jussit, variaque dedit medicamina; quo factum, ut intra quatuordecim dierum spatium evanuerit. Verum haud ita multo post dextrum capitis latus immunes prehenderunt dolores, qui, vespertino semper reversi tempore, per integrum favierunt noctem, & non modo somnum eripuerunt ægro, verum etiam adeo labefactarunt caput, ut visus ferme fuerit abolitus. Remittit interdiu doloris atrocitas; nulla vero est adpetentia, sed summum ciborum fastidium. Prior medicus iterum accersitus epithema ex aqua rosatum, aceto rosaceo, nitro, camphora & quibusdam olei ligni rhodii guttis confectum applicari jubet; sed tantum aberat, ut æger inde melius haberet, ut potius dolorum atrocias increceret: quid? quod præterea sicca molestissima tussis ægrum exagitet, caputque magis reddat temulentum, alvo manente libera. Quum iraque hic cruciatus jam per octiduum adflixerint, omnesque vires dejeicerint; illorum congrua anhelatur medela.

CONSILII MEDICUM CUM
CURATIONE.

AE Groti conditionem litteris mecum communicatam fedulo perscrutatus; dolorum, quibus caput illius nocturno potissimum tempore cum plenaria fer-

me somni abolitione occupatur, origine a febrilis faburrae haud penitus foras actæ reliquis derivandam esse censeo; & hinc cauſam eorum maxime in primis viis, ventriculo nimirum & intestinis, residere arbitror. Quamobrem cum præscribendæ sint congruae medicinæ, eo respiciendum est, ut malum extirpetur funditus. Quæ fine mitto laxativam potionem, quæ simul absque omni laboriosiore & anxi conatu lenem ducet vomitum: cujus altera pars manæ, subuncto decocti tenuioris ex avena parati haustu capiatur, altera elapsa hora quadrante assumatur iterumque avenaceus potus hauriatur. Nec etiam erit incongruum, si succedentes per alvum aut vomitum excretiones continuatis avenæ junculis magis promoveantur; reliqua vero potulenta & que a edulia hac die studio fugiantur. En vero ipsam potionem: Recipe manna electæ uncias duas, tremoris tartari drachmam unam, radicis hypocacuanæ scrupulos duos: solve & coque leni calore in aquæ florum acaciae uncis quinque, colature adde olei de cedro italicici guttas tres.

M.D.S. Laxir-Trancklein.

Adiungo porro pulverem discutientem & anodynum, cuius hæc est compositio: Recipe cerussæ antimonii, lapidum cancriorum, cornu cervi philosophice preparati ana drachmam unam, cinnabaris præparatae drachmam dimidiæ, salis volatilis cornu cervi, pulveris castorei ana scrupulum unum, croci austriaci grana X. M. f. pulvis div. in X. doses. Sumatur hujus una dosis altero post assomum laxans die, matutino tempore, commodo ex vehiculo: proin quædam scutellæ decocti Theebois aut Coffee, aut alias theiformis ex foliis saturæ, melissa, salviae & semine fœniculi parati forbillentur; & quo leuis sequatur transpiratio, per aliquot tempus lecto immoretur æger.

Sed circa vesperam tribus circiter ante dolorum accessionem horis, ejusdem pulveris portio cum 40. guttulis liquoris mei anodynæ mineralis, ex debita aquæ florum lambuci quantitate, capiatur iterum: tum descendatur in pediluvium ex aqua fluviali, furfuribus tritici & chamomilla pa-

ratum, eique haud adeo ferventi pedes ad suras usque & ultra immittantur. Denique lectum petat æger, placidique sudoris exspectet eruptionem.

His medicinis dicta ratione per quadratum usurpatis, ut de ulteriori ægrotantis statu certior fiam, cupio; quo porro, quæ re sunt, commendare queam.

A P P E N D I X.

Elapsis quibusdam diebus æger præscripta medicatione usus retulit, laxativam potiunculam ex voto alvum duxisse; pulverem autem postridie matutino solum, vespertino tempore cum anodyno liquore simul adsumtum molestos capitum cruciatu[m] effectu fugasse felicissimo: quin eodem pulvere & spiritu, sub juncto pediluvio, tertio die post adhibitis, se largo sudore perfusum proxima nocte fauces flavis vesiculis farctas reportasse; caput tamen haud amplius doluisse, nec noctes somno fuisse privatas. Hinc ipsi, quid medicina adsumeret, quo faucibus succurreret, consulenti, ut mane infusum theiforme sorberet, vesperi pulveris dosin caperet, ac nonnunquam balsamum meum vitæ & nari bus admoveret, & loco, quem occuparat dolor, illiniret, commendabatur: vesicas autem fauci ad dolores earum leniendos, & aerimoniam temperandam, mucilagine cydoniorum & aqua rosarum inungi curaret, & lactis flores nitro permixtos ore detineret, suadebatur. Sic dicto audiens ægrotans adeo felici curacionis potitus est eventu, ut divina favente gratia a dolorifica ægritudine penitus fuerit liberatus.

C A S U S V.

De Hemicrania cum Ophthalmia conjuncta.

Sanguinei temperamenti vir, annos quadraginta septem natus, lauta quidem semper usus fuit diæta; sed cum sufficienti corporis motui induxisset simul, ad trigesimum ætatis annum illibatam prostraxit sanitatem. Cum autem aliud vitæ

genus ingressus, perpetuo sedere, littera rumque commercio & acceptorum expensarumque computationibus vacare debet: varie hypochondriacæ afflictiones, spiradi angustiæ, flatulentia, borborygmi, tensiones intestinorum, & ossis sacri dolores ipsi inharrere cooperunt. Has omnes vero hæmorrhoidum fluxus, arte medica provocatus, sustulit: hoc enim per integrum decennium singulo mense satis larga cruris portio evacuata, & nonnunquam, maxime diæta errore accidente, diarrhoea quædam eidem juncta est. Neque eo secus septem annis abhinc ob ventriculi quandam imbecillitatem Sedicensi fonte usus, alvi incurrit profluvium, quod per totum continuans annum extimam induxit virium prostrationem, adeo ut contra illud Egranis aquas cum vino mixtas sub epulis potare debuerit, eo effectu, ut diarrhoea inde sedata hæmorrhoides fuerint perturbatae. Hinc per periodos podagrici accesserunt dolores, & his quoque ante biennium abactis arthritica tormenta vago impetu mox digitos manus, mox pedum, mox scapulas occuparunt: quin & his denique evanescientibus elatio proxime semestri pertinax congestio insigni dolore ruboreque prehendit dextrum oculum, simulque dimidium capitum nasique latus eximio exercuit cruciatu[m]; qui per octiduum ibidem protracti, ad sinistrum latus oculumq[ue]demigrarunt, dein & in eo quatuordecim diebus s[ecundu]m vierunt, & ad dextram iterum redierunt regionem: qualis alternatio singulis fere quatuordecim diebus contigit. Neque autem silentio prætereundum, ægrotanti olim largos, eosque valde foetidos pedum sudores evenisse, quos, dum inter piscandum calceis ac tibialibus indutus per aquas ambulavit, protinus amisit. Quare cum medela esset adPLICANDA, & hujus sudoris, & hæmorrhoidalis fluxus revocatio medicis fuit coræ cordique. Illam quidem restituere allaborarunt, dura vaporem spiritus lumbricorum terrestrium, formicarum & salis ammoniaci carentibus lateribus infusi pedibus admiserunt. Hæmorrhoidalem autem fluxum excitare, variis modis anni si sunt: partim enim species ex radicibus

cibus & herbis anti-hypochondriacis cum cerevisia bene fermentatas, loco ordinarii potus commendarunt, & tincturam metallorum mane ex decocto Thee bois hauriendam ordinarunt; partim Elixirum viscerale ex extractis amaricantibus & balsamicis cum liquore terre foliatæ tartari & spiritu corticum aurantiorum extractis, & anima rhabarbari elixirio proprietatis ac spiritu nitri dulci combinatis paratum, 70. guttis bis de die capiendum exhibuerunt. Hisce revocato fluxu, ea in usum vocata sunt medicamina, quibus facultas quædam medica dato responso uti jussit: decoctum nimirum ex radice sarsaparillæ, chinæ & semine foeniculi paramatum calidum bis quotidie sorbillabatur, & frigidum loco ordinarii potus hauriebatur; tinctura martis in vicem tincturæ metallorum sub dolorum remissione capiebatur; blandiora laxantia propinabantur; in sura vesicatorium excitatum per aliquot hebdomas in fluore servabatur; & externe aqua felopetaria (*l'eau d'arquebuse*) subjuncta accurata diata applicabatur. Tantum vero abest, ut ex exacta hujus methodi observatione levamen quoddam perceperit æger, ut potius male habere pergeret, & oculorum perpetuis angeretur doloribus. Hinc tandem viribus exhaustis, corpore macie concocto, & appetititia ciborum plane abolita, post usum decocti & tincturæ martis, alvi æque ac hæmorrhoidum obstructionem iterum incurrit. Quamobrem relicta hac medicatione, & repetito tam specierum anti-hypochondriacarum cum cerevisia fermentatarum, quam fomentationum usu redierunt hæmorrhoides internæ, & sæva symptomata, maxime oculorum capitisq; dolor, adeo remiserunt, ut per semestre tempus itineribus fungi valuerit. Sed notandum est, ægro acetum saturninum, oculis dumtaxat adipicandum fuisse ordinatum; quod cum ille, errore inductus, toti admovisset capiti, exinde potissimum dolores videbantur evanuisse. Ast falsa hac dolorum quiete gavisus ex medici cuiusdam consilio pediluvia furfuracea, & ælio tempore acidulas Egranas in usum vocavit, interque prandendum Pyrmont-

nas cum vino potavit: quibus per 14. dies usurpatis ophthalmicus non minus ac hemieranicus reerudit dolor, &, quamquam hæmorrhoides per integrum fluxerint mensem, 14. diebus dire lœvit. Prior enim medicus licet venæ selectionem, pilulas ballamicas salino liquore solutas, & essentiam antimoniæ tartarisatam, pimpinellæ & succini ægro ordinaverit, id quidem esfecit, ut lansus per anum flueret, dolorum autem atrociam minime mitigavit.

C O N S I L I U M .

Hemicrania periodica cum ophthalmia conjuncta, qua noster laborat ægrotans ceu homo plethoricus & hypochondriacus, hæmorrhoidalí fluxui per multos annos obnoxius non solum restricto huic sanguineo fluori, & pedum sudori represso; verum etiam debilitatæ ventriculi concoctioni natales suos deberet. Experiencia enim comprobatum habemus, horum hemicranicorum & periodicorum dolorum somitem plerumque in primis hæc re viis, eosque a fabutra ibidem generata potissimum foveri & augmentari. Quamquam igitur accitus medicus cerevisia laxativa & balsamico elixirio hæmorrhoidum revocationem potissimum tentaverit; haud infelici quoque affectus levamine: at tamen subsequitus decoctorum & acidularum, maxime Pyrmontanarum usus maiorem iterum ventriculo induxit infirmitatem, more hisce potulentis consueto. Hinc consultum duco, ut hæmorrhoidibus haud succendentibus, singulis octo hebdomadibus vena pedis secetur, iisque promovendis pilula Becherianæ, & pulvis præcipitans nitrosus quandoque capiatur. Alvi obstructio pulvere ex rhabarbari binis scrupulis, & duodecim nitri antimoniati granis concocto referetur: & ventriculo per Elixirum supra memoratum balsamicum, elixirio proprietatis & rhabarbari omissis, 50. guttis cibis interpolandum, robur addatur. Cerevisia tenuis & pabulum amaricans potui interviat, & omnis vini, nisi rhenani parcus inter prandendum usus fugiatur. Externis vero remedijis in hisce ophthalmicis & hemi-
cra-

eranicas doloribus parum fidendum; si tamen quid tentandum, experientia mihi commendavit eucupham ex radice ireos florentinæ, floribus chamaemeli, pulvere caryophyllorum, storacis calamitæ, benzoe & succino paratam; aut fomentationem affectæ partis vel per calidos sacculos, vel eosdem floribus chamaemeli, sambuci, croco & camphora repletos. Denique corpore bene præparato magnum ex leniori sudore expectandum est auxilium, qui pulvere ex cornu cervi uesto, antimonio diaphoretico, cinnabari & succino composito, mane & vesperi assumendo, & insuper mane infuso theiformi sorbillando, promoveri, & intra lectum commoratione adjuvari potest.

C A S U S VI.

De Memoriæ Debilitate.

VIR celebris Juris peritus annorum XXXI, cholericо-sanguinei temperamenti, statura brevis, & constitutio-
nis tenera ac valde biliosa, exacta qui-
dem semper diæta fuit usus, tamen seden-
tariæ vita nocturnisque lucubrationibus
nimium vacavit. Exinde vero per quin-
que jam annos tanta adficitur memoriae
debilitate, ut sèpius actarum rerum nul-
lam fere habeat recordationem. Ipsi val-
de sensibili ex animi motibus facilime
commoventur humores, caput dolere in-
cipit, & corporis exercitio parum indul-
genti imminutior ciborum est adpatentia.
Ante quinquennium enim acuta febre su-
perata conjugium initit; quo tempore son-
ticulus, per sex annos ob oculorum caligi-
nem brachio inhærens, ultimo autem
biennio officio suo haud satis functus, pe-
nitus consolidatus fuit, & molestam me-
moriæ adfectionem reliquit. Hinc qui-
dem suafum ipso fuit, ut exsiccati fontie-
li fluxum restitui curaret; nullas autem
consiliis præbuit aures, & licet varia me-
dicamina, & repetitum Selteranarum
aquarum usum malo suo opposuerit; illud
tamen nequicquam levatum majora in-
dies capit incrementa. Ille igitur vigorem
memoriæ recuperaturus, salutare anhelat

consilium, & doceri cupit; quæ mali sui
sit origo? quæ methodus, quæque diæta
tollendo morbo sint convenientissimæ?

CONSIGLIUM MEDICUM.

INtellexi morbi statum ex transcripto
casu, & quæstiones, quarum solutio
desideratur. Harum priori satisfactorius,
mox deprehendo, ægrotum constitutione
valde tenera ac sensibili esse adfectum. Ubi
autem hæc subest, & accedunt animi pa-
thema non minus, quam perversum vi-
vendi genus: facillime nervosum genus
æque ac vires, facultates & operationes
animales, in cerebro peragendæ, debili-
tari possunt. His vero adfectis perturba-
tur etiam partim cruris vitalis circuitus,
partim fluidi nervorum lymphatici secre-
tio summe necessaria læditur: hinc tan-
dem stagnationes ac decubitus humorum
contingunt, & ex his non solum infirmi-
ties ac dolores capitis, oculorumque ca-
ligines, verum etiam eximium memorie
decrementum enasci observantur. Quæ
cum ita sint, & in nostro ægroti naturali
ipsius debilitati diuturnum otium, motus
neglectio, crebrae lucubrationes, ni-
mium mentis ac ingenii exercitium, insig-
nis ad moerores aliasque animi commo-
tiones promptitudo, & tandem acuta fe-
bris, toti corpori, maxime cerebro debi-
litando satis apta, accesserint: non mi-
rum, si memoriarum imbecillitas ipsum pre-
hendit, indiesque aucta fuit; quid? quod
fonticuli in humorum stagnantium deri-
vatione efficacissimi, subsequuta exsicca-
tio majus adhuc mali pabulum suppedita-
vit. His si forsitan libidinis intemperantia
& immodicum veneris exercitium jungs-
retur, memorie ingeniique robur omni-
no magis magisque pessunabatur.

Quæ autem tali ægritudini medelâ fe-
renda, quæve diæta ipsi erit convenientissima?
Minerales lane aquæ, ac calidores
medicinae parum efficient; sed omnis sa-
lutis spes in diæticorum remediorum
prudenti exhibitione erit collocanda. Quo-
fine omnes occasiones, quæ humores com-
movere, mentemque ad iracundiam aut
sollicitudinem incitare valent, studio fu-

gien.

giendæ; cum meditatione juncti labores moderandi, venere parca utendum & a calidioribus potulentis, maxime triticeis, vinosisque sedulo cavendum. Contra vero sub epulis haustus vini Rhenani optimi haud nocebit; cui cœlo sereno amicoque, quinta circiter hora vespertina, corporis moderata motitatio jungenda; vesperi ad quietem se composituro pediluvis utendum: loco decocti Theebey infusum calidum ex melissa & citri corticibus hauriendum; ac ex illo quandoque sex balsami mei vitæ guttae faccharo exceptæ capienda: tandemque bis de hebdomade ante lecti introitum bezoardici mei pulveris dosis cum decem essentia succini, ambræ tinctura permixta, guttulis assumenta. Quæ si rite observabuntur, de felici eventu nullus dubito.

C A S U S VII.

Vix XLII, annorum epulis assidens, ex filioli natu minimi in cubili transcurrentis inopinato lapsu ante aliquot dies tanto adsciebatur terrore, ut protinus memoria vigore amissio, verba sine ordine loqueretur. Nec tamen simul reliqua mentis vires evanere; dum non solum ab aliis dicta rite intelligere, & actorum reminisci valuit; verum etiam ipse in hoc rerum statu medicum chirurgumque accersi jussit: hunc quoque primum advenientem, ut sibi venam in brachio aperiret, ac integrum cruentum libram emitteret, coegit. Nihilo secius præcordiorum adfixerunt anxieties, & alvi profluvi ad noctem usque durans non minus ac vomitus ad tertiam sequentis diei matutinam horam extensus, accessere. Ex his vocatus medicus primum judicavit cholericam subesse febrem, & loquendi suppositam impotentiam ex delira derivavit imaginatione; qua æger non solum ante septennium laboravit, verum etiam hæreditaria dispositione, patre avoque hypochondriacis, imbutus fuit. Verum enim vero cum mox appareret, quid mon-

stri aleret morbus; alter simul consultus fuit Medicus, qui essentia Stahlii tonica exhibita, naribus scarificatis, hirudinibus ad aures admotis, vesicatoriisque brachiis cruribusque applicatis, tandem ipsam capitis arteriotomiam, irrito quanquam effectu, institui, multumque cruentis mitti curavit. At vero nullum sequebatur levamen; æger enim, judicio sensibusque integris, nec ordine loqui, nec scribere, nec legere valet: pulsas sanis similis fertur; ipseque cum medicis malum suspicatus eventum, fore ut hoc malo interimatur, notis quibusdam significavit, celebrisque Hoffmanni mentem cognoscere cupit ac consilium.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Docuit me transcripta morbi historia, & actionum, virumque animalium, memoriarum, nexus idearum, sermonisque ordinarii eximia laborare impotentia; qua, prævio terrore, tanta correptus fuit vehementia, ut missa licet mox sub morbi initium integra cruentis ex vena libra, naribus scarificatis, hirudinibus ad aures admotis, arteria capitis rusa, & vesicatoriis admotis, malum adhuc magna inhareat atrocia. Cujus medendi methodum, & a gravioribus malis præservationem sappeditaturus; mox intueor ægroti ex hæreditaria paterna avitaque dispositione natam hypochondriacam constitutionem. Quum enim hæc abdominis, maxime ventriculi intestinorumque flatulenta expansione que ac spasmodica constrictione potissimum absolvatur, clarissime patet, nostro robor ventriculi ac intestinorum, chylum ex alimentis separantium, facisque per alvum edacentium, valde suis debilitatum. Hinc autem turbatur aqualis humorum circuitus, iisque justo copiosiores ad partem quandam, maxime caput rapti, gravissimarum causæ fiant afflictionum. Auxit hunc humorum ad caput raptum in hoc casu inopinatus vehementisque terror, cuius ìdoles ea semper est, ut sanguinem ab externis ad interna viscera, cor præcipue & caput, restrin-
gat:

gat: illi vero intra vasa stagnantes, serofas dimiserunt partes, quæ, ad cerebri substantiam atque basin delapse, sensuum internorum produxerunt hebetudinem. His igitur capitibus adfectibus, insigniori sanguinis abundantia fultis, tempestiva & sufficiens venæ seccio sèpius opem attulisse observata est; eadem autem subjectis sanguine haud adeo turgidis, hypochondriacis, ad animi commotiones, terrores & exsandescientias facilissimis, majus eorum, qui caput nervosque occupant, morborum augmentum induxisse haud raro deprehendi, & ne tales cruxis evacuationes salutari destituantur eventu, exquisito lane medici judicio opus esse animadvertisi. Hinc in præsenti casu eo potissimum respicetem, ut primarum viarum roborato tono, concoctrix vis restituatur, alisque liber conservaretur successus: chylus enim laudabilis puros bonosque generabit humores, quibus viatio vacuis reliqua partium capitisque labes sponte restituetur. Obtinebitur hæc intentio, si in rebus sex non naturalibus congruo obseruato ordine, Elixirum nervinum ac stomachicum, quod sub litt. A. descripsi, quotidie per 4- hebdomades inter epulas sumetur. Proinde drachna pulveris nervini sub litt. B. communicati, ægro cubitum ituro ex aqua fluvialili & cerasorum nigrorum propinata, & pediluvia temperata ex aqua fluvialili & tritici surfuribus parata eodem tempore egregie proderunt. Alvi obstructionem passula rhabarbarinæ satis commode referabunt; & potui ordinario ipsa fontana aqua, cum Selteranæ aut Tcenstadiensis dimidia, thenani vini quinta parte commixta optime inferviet. Inter externa denique remedia pulvis succini capiti insperlus; aut balsamus meus vitæ binis guttis laccharo instillatus, ac sub lingua detentus locum habent principem. Quibus rite exhibitis, cum junior vegetiorque ægrotantis accedat ætas, haud dubito, quin morbus feliciter nacturus sit eventum.

Litt. A.

Recipe tincturæ tartari unciam, essen-

tia succini, ligni aloes, liquoris anodynæ mineralis nostræ, essentia corticum aurantiorum, spiritu salis ammoniaci ana drachmas tres, olei macis guttas duodecim. M. D.S. Elixir zu 30. bis 40. Tropffnen.

Litt. B.

Recipe cornu cervi sine igne usci, antimonii diaphoretici, pulveris marchionis, succini præparati ana drachmam unam, cinnabaris præparatae drachmam semis. M. F. pulvis D.

CASUS VIII.

De Vertigine Idiopathica cum congestione inflammatoria circa rem sinistrum.

V Ir sanguineo-cholericus 47. annorum ad gubernacula reipublicæ sedens, justus probus, profunde eruditus, difficillimisque & maxime intricatis rebus extricandis, at illum pene solum redundare solitus, addictus, hoc tempore vertigine, ad tres annos jam sine intermissione durante, vexatur gravissima, ita ut vix publicum sine lapsus metu frequentare & terram versus caput flectere queat, juncta simul oculorum pressione, lectionem maxime difficultante, visumque non solum obtusum reddente, sed & nuper ante aliquot mentes per tres & plures septimanas illum duplicante, quo omnia objecta duplicata se ipsi offerebant, præcipue remotiora. Sub tali vertigine torpor capitis, nonnunquam plus minus gravior accedit, somnolentum illum oculosque madidos reddens. Narium etiam obstructio pertinax, a primo visus duplicati atque vertiginis accessu, anno 1718. facto, pralens, nulla arte solvenda: genæ consanter rubent. Pressionibus pectoris sèpe, & ante aliquot annos adhuc sèpius angitur, ad unam & plures horas durantibus, sub quibus in latere sinistro prope sternum, inter costam quintam & sextam circiter, aliquem laxionis sensum percipit, qui ceden-

dente pressione etiam cessa^t, & hanc ut plurimum excretio calculorum renalium flavorum friabilium sequitur ; levis tamen corporis, sive per motum, sive aliam causam ; facta exstatio, potulentorum theiformium servidorum usus, pediluvia temperate calida sub aere aestivo calido adhibita, essentiae spirituosa^e facilime etiam ejusmodi pressionem, sanguinisque ebullitionem producere queunt : plerumq; etiam post redditam finito somno urinam, immediate talis, sed brevi saltē tempore durans, sequitur. Asthma nullum, neque ulla tussis, nisi haec invitata fuerit, ex mane assumto cochleatim juscule avenaceo aut hordeaceo aut ubi micæ panis fuerunt indite; quo semper ea infecuta cum expectoratione pituitæ viscida, nonnunquam valde cruentæ, imo per aliquot dies sanguinem purum secum ferente ; quæ omnia tamen nunc cessant, postquam juscula ejusmodi seposita, & alia tepida potu^{nt} e. g. Chocolada, jura carnis cum vitello ovi, in eorum locum potando surrogata, aut etiam pulmenta assumpta sunt: procul dubio ob deficitem (sub levi & tarda tali non sufficienter epiglotidem deprimente juscudorum cum cochleari assumptione) arctiore laryngis occlusionem; siquidem ad solidorum deglutitionem, aut haustus se invicem cito insequentes, talia nunquam sequuntur. Appetitus semper integer, digestio ciborum facilis, somnus, extra præsentiam pressionis pectoris, tranquillus, alvus nonnunquam tarda, ut plurimum tamen singulis 24. horis semel libera: urina sanæ similis, calculi tamen renales sunt frequentes, licet sine singularis doloris sensu excernantur, & saepius sanguis cum urina emittitur haemorrhoidalis. Seminis ejaculatio sub praeflendo debito conjugali ab aliquot annis nulla, licet membra ere, dico non deficiat. Pedum vacillatio magna, semper fulcro sub incessu opus habens statu firmo. Sunt haec symptomata urgentia; quæ causa autem hisce viam paraverit, nulla ægrotanti constat : a sanis enim parentibus natus usq; ad annum 1718. sanus vixit, nisi quod rheumaticis defluxionibus ad caput & pectus nonnunquam laborarit; quæ autem cesserunt, materia morbifica

limpida per nares sepiissime excreta: quo critico beneficio autem nunc a multis annis caret. Dicto anno 1718. inopinato visu duplicato prima vice invadebatur, qui autem mox post aliquot dies, applicatis ad vasa haemorrhoidalia hirudinibus, relieta tamen oculorum imbecillitate, cessavit. Ante xiv. circiter annos laboravit quodam affectu pectorali, pro phthisico habito, antiphthisicis etiam remedii tunc temporis tractato in continuo sonitu vel sibilo, rocheln oder rasseln, constante, proxime sub larynge percipiendo & ad quinque annos pene durante, nec prius cedente, usq; dum apparentibus per alvum signis cruentis, hemorrhoidum molimina clarus indicantibus, venælectio pedis, & tunc temporis accidente simul visu duplicato hirudinum applicatio fuerit administrata. Remedia hucusque adhibita fuerunt varia, & quidem inter primaria acidula^e Egrana, venælectio pedum, nec non hirudinum applicatio menstrua, a dolore nuchæ pressionem pectoris ante aliquot annos menstruatim concomitante, imo semper anteponente indicata; qua frequente autem sanguinis emissione ægrotus se valde ener- vatum percepit, & totus fortean enervatus fuisset, nisi ante duos annos largiorem hirudinum applicationem seposuisset, & ex usu lactis caprini floribus acacia infusi interpositis simul pulveribus absorbentibus ex radice altheæ, succino, castoreo compositis gravis nuchæ dolor cessasset, & pressio pectoris ad longius tempus intermisset. His duobus annis, quibus mihi physici munus oblatum fuit hac in urbe, venælectiōē pedis æquinoctiale, interposita pro rei necessitate semel hirudinum applicatione observavi, & nitrofa ceu optimam medelam reperi, cum pectoris pressionem, tum capitis a sanguine infarcitum moderatia. Aliquoties potiunculam mannatā propinavi, interpositis aliquibus cephalicis, tonicis &c. scarificationes supra genua & in dorso menstruas ordinavi: haesit aliquot vicibus parca dosi aquam amaram Sedicensem, & quidem ultima vice cum lacte mistam, sed cum pressio pectoris supra memorata accederet, ab ulteriore usu desistere malui. In quolibet brachio fonticulū gerit;

vesicatoriis nonnunquam temperata. Venum nunquam purum; sed cum decocto avenaceo, addita radice sarsaparillæ mistum biber, sine incommodo & libenter, licet parcus bibere solitus sit. Jam ordinabo juscum herbaceum ex radicibus & herbis cephalicis, valerianæ, pœoniae, foeniculi paratum, aliquot uncii omni mane calide forbllandum &c. Interim alii putant, pro tanta sanguinis congestione circa caput, quam fere infarctum valorum cephalicorum nominare possem, mode randa hirudines temporibus esse adplicandas: an non autem hoc remedium raptum sanguinis versus caput magis promoveat, non minus ac de cucupha ista a B.D. Wepfero inventa vesicatoria (vid. Rosin. Lentil. miscell. P.L. p. 74. & P. II. p. 314.) & ab aliquot viris nobis magnis encomiis commendata, timendum esse credo, Tu quoque, Vir illustris, judicio relinquo. Ambiguus enim hoc in remedio huic ægro applicando hæreo: siquidem Wepferum tale in affectibus capitis humidioribus, & quasi hydropticis adplicasse, in nostro autem magis sanguineam congestionem quam hydropicam affectionem capitaleo inimicam existere video: licet & hoc non negandum, quod ex tali congestione & stasi sanguinis, serum simul fecerni, & cerebrum isto successive inundari possit: id quod ex alias assueto, nunc autem a multis annis intercepto ichoris tenuis fluxu per nares, ex multo oculorum mado re, nec non ex continuo salivæ profluxu & effluxu sub somno appetet. Hunc in finem etiam remedium istud Wepferianum, in ejus historia apoplect. obs. 33. p. 317. recensitum, quod in masticatione agarici, mastichi involuti consistit, suasi, sed hucusque adhuc sine singulari effectus nota. Quicquid sit, malo prius tuum judicium expectare, quam dubium experientum adplicare, quo ut mox succuras, ex intimis rogo rogitoque.

RESPONSI CONSULTATORIA.

AE Grotus noster dupli laborare vi detur vitio, quorum primum vertigo idiopathica, alterum congestio in-

flammatoria circa renem sinistrum consti tut. Sæpe quidem vertigo aliis affectibus, ut hypochondriacis, & debilitatæ ventriculi concoctioni, ceu malum symptomæ, adjungi deprehenditur. At vero si considerem, præsens malum, nulla periodorum habita ratione, sine intermissione affligere, & non solum oculorum visusque vitio, quo & lectio impeditur, & objecta ad parenta duplicata, verum etiam capitis gravitate, & perpetua ad somnum propensione, ex quo scilicet nares obturatæ nullam muci permiserunt excretionem, stipatum esse, illud in capite potissimum, ipsoque cerebro idiopathice residere arbitror. Alterum autem affectum, pressionem nimiram in sinistro spinæ dorsi latere inter quintam sextamque costam molestem, & calculis per urinam excretis evanescentem, non congestioni sanguinis in pulmonibus, sed potius sinistro reni & coli flexuræ, sanguine aut flatibus farctis & septum transversum afficitibus, adscribendum esse censeo. Ægrotans enim sanguinis in haemorrhoidalibus vasis stagnationes olim expertus, cruentem haemorrhoidalem non solum per venas in anum explicas, verum etiam adhuc dum cum urina saepius reddit: quid? quod spirituosa, pediluvia paulo calidiora, infusa theiformia fervidius hausta, corporis ac animi vehementiores commotiones, & quæ modo humores exagitare valent, peccatori nec tussim, nec spirandi angustiam relinquant, sed diætam sinistri lateris pressionem adaugere observentur. Quum itaque his ægritudinibus Egranæ aquæ, venæ sectiones, hirudinum adplicationes, medicinæ absorbentes, nitrostæ, antispasmodicæ, cephalicæ, leniora mannataque laxantia, sed licentes aquæ cum lacte mixtæ aliaque frustra fuerint opposita: jam in questionem potissimum venit, cum emplastrum vesicatorium, quod Wepferus in cucupha forma adplicuit, & a Lentilio in miscellaneis describitur, illis conveniat? Haud ita pridem de usu vesicantium medicinarum ventilavi disputationem; in qua quidem hujus remediū mentionem injeci, memet ipsum autem eo nunquam usum fuisse, ingenuæ fatior. Neque tamen illius

Ilius usum in hoc morbo capitis idiopathicō, cuius cauſa a colluvie quadam ferola in medullari cerebri ſubſtantia derivanda eſt, diſuadere poſsum; quo magis Wepferi experientiam ſatis comprobata m habeo, & ex hoc medicamine minime maiorem feri ad caput attractionem futuram ſutumo, maxime ſi illius applicatione ſanguinis per venæflectionem in pede ventilatio, & alvi per mannatum laxans, aut rhabarbarum, cum tartari cremore combinatum, reſeratio p̄mitteretur. Oc curerunt mihi præterea ægri, & inter eos Vir quidam ampliſſimus a regis Poloniae ſervitiis, qui iſdem ſympotmatibus, vertigine, nephritide, & pectoris anguſtia correpti, ſimulque hæmorrhoidibus expositi, bina p̄ſertim remedia ſibi valde proficia repererunt, eaque fere domesti ca. Quorum primum fuſt ſuccus ex dauco hortensi recens expreſſus, cui mane ea, quam octo capiunt cochlearia, quantitate aſſumto iuſtum theiforme ex veronica, meliſſa, betonica, radice liquiritiæ & ſœniculo paratum ſuperbiberunt; alterum pulvis ex lapidum cancerorum, radicis pimpinellæ nigrae, iridiſque florentinæ æquali pondere compoſitus, cuius drachmam vefperi biſ ſingulis hebdoma dibus ex commodo adhibuerunt vehicu lo; quibus factum eſt, ut nominatus ille ægrotans, vertigine ac nephritide diu ex cruciatus, elapſo anni quadrante, a ſuis ſympotmatibus liberatus fuerit. Quæ cum ita ſint, harum medicinarum, excretiones per alvum, urinam & diaphoresin ſalutares promoventium uſum & in noſtro ægro per aliquod tempus commendarem; & externe ſal volatile ammoniacum ſiccum, oleo majoranæ & rutæ vero imprægnatum naribus admoverem. Ordinario potui inferviret hoc decoctum: Recipe radicis ſcorzonerae, ſarsaparillæ, chinæ ana uncias quatuor, caryophyllate, liquiritiæ ana unciam unam cum dimidia, M. C. C. D. S. Species pro decocto, cuius binæ unciae in tribus aquæ menſuris per treſ horæ quadrantes decoquuntur. Acidularum aut Sedlicensium aquarum uſum in hiſ idiopathicis capitis adfeſtibus ideo non admittendum puto, quoniam ex illis, pro-

pter atoniam membranarum vasorumque cerebri, major humorum ſeroforum generati ſolet copia. Laxandi vero ſcupo hic pulvis egregius erit: Recipe rhabarbari optimi drachmat ſemis, tremoris tartari ſcrupulos duos, olei de cedro guttas treſ. M. f. pulvis mane alternis diebus ex aqua vino permixta biſ per ſingulos menſes capiendus; qui autem, ſagro valde ſenſibili aut imminutiori doſi, aut mechoacanna deſtitutus, exhiberi potest. Neque minus ſanguinis ebulitiones optime ſedabit pulvis præcipitaſ ex lapidum cancerorum, matris perlarum drachmis duabus, nitri depurati drachma una, ſuc cini præparati drachma dimidia, olei ani ſi guttis VI. præparatus, & ad unam da tus drachmam &c.

C A S U S I X.

De Vertigine Caduca in Gravida.

S T A T U S M O R B I .

UXOR mea, 36. annorum, variis hu cuſque morboſis ſympotmatibus in feſtata, ante 14. circiter dies ex itinere redux, lecto plane adfixa fuit, tantaque infirmitate correpta, ut ne quadrantem horæ extra leclum commorari valeat. Omnes illius ægritudines non ſolum pa ciōri potui, & hinc enata minimorum vasorum, alvique obſtructioni, verum etiam ipſi alvinæ excretionis neglectui, quo illa negotiis occupata ſtimulis iſtis haud ſatisfecit, adeoque ſaþe per biduum alvum deponere non potuit, natales ſuos debere exiſtimo. Mensium fluor olim valde irregularis, ſaþius per 10. vel 15. hebdomades fuit ſuppreſſus; ut ante 10. aut 12. annos monaſterio incluſa ſualu medici quoṭannis & venæflectiones iſtituere, & laxantibus uti debuerit; quibus vero mo niali viा reliqua ſuperfedere cœpit. Ve rum enim mihi anno 1721. nupta, venæflectionibus iterum adſuevit; varia que adhibuit laxantia, & pilulis ob nau ſeum vomitu rejectis, potionēs laxantes, mannam, ac Hallensium laxantem pul verem ſaþius largis doſibus aſſumſit: quæ omnia

nia tamen ob parciorē potū sufficiētū fuerunt destitutā. Quatuor præterlapsi sunt anni, cum illa gravida vertigine prehensa fuit, ex qua inter standū aut eundum protinus concidit; sedens vero inter ipsam vertiginem, ratione integra, sermones cum aliis miscere, cibos potusque assumere valuit. Ut primum hic morbus invadere vult, prehendit pedem sinistrum formicans sensus, qui tractu temporis magis magisque adactus in fortiorē illius motitationē desit, qua ille magna vi sursum atque deorsum agitabatur. Hæc adfectio vero successu temporis adeo invaluit, ut mentem simul perturbaverit; quid? quod aoni præteriti mense Augusto illam curru mecum iter facientem gravis accessione epilepticorum similis prehenderit, & insequente hyeme ter redierit. Sub his enim mentis simul incidebat lassio, loquendi aderat impotentia; pollices quidem non in manum colligebat, spuma tamen ante os erumperat. Idem sinistri pedis formicans sensus mali hujus semper erat nuntius, qui ad præcordiorum regionem pertingens, subito induxit accessionem, ab omnibus pro vera epilepsia habitam. Hinc quædam generosa matrona, transmissis 5. pulvribus oppugnare tentavit: quarum cum ægra quotidie unum capelleret, evanuit quidem illud malum, reddit tamen vertigo priori longe gravior; eadem prænunciata formicatione ex pedibus ad cor ascenderet quam sentiens illa protinus spiritum salis ammoniaci naribus admovit, eoque meo arbitrio effecit, ut a priori epileptico fere impetu immotus manserit. Verum enim vero epilepticam eam fuisse haud credo: siquidem vertigine semper stipata, attonitum prænunciare morbum mihi visa est. Præcurrit eam insignis angustia, ac gravissimi in præcipitia lapsus idea, quem evitatura, undique se contineat cupit, neque secius autem se precipitatam imaginata omni sensu, ratione ac loquela privabatur. Comitatut hōs paroxysmos gravis spasmus; quo etiam extra illos maxime in manibus pedibusque graviter torquetur; quid? quod pedes ad

levissimum contactum acutissimis doloribus, furunculorum instar prehendantur. Jam ipsi septimo mense gravidæ vafa adeo turgent sanguine, ut suaſu medici brevi temporis spatio ter vena fuerit tuſa: neque vero minus sex circiter abhinc hebdomadibus tanta ſimil memorie debilitate, ſenſumque ſupore occupata fuſt, ut actionum ſuarum fere nescia, ad quæſita quidem rite respondere, actorum vero reminisci haud potuerit. His denique immanes capitii dolores, æſtu ſipati accessere; quibus oppugnandis intra mensis ſpatium ter pilulas intra pruna docta obſolitam aversationem abſconditas assumit. Sufficiens equidem has ſubsequuta eſt evacuatio; nullum tamen mali levamen; tantum abeat, ut corporis infirmitas incredibili augereſeat ratione, & ægra nec pedibus marcidis iſiſtere, nec ſola cetera membra agitare & movere valeat. Præterea intra decem dies tribus vomitibus, iisque ſpontaneis multum biliosæ, mucidæque laburræ excrevit; cuius adhuc major quantitas ventriculo inhærere exinde videtur, quod capitii dolores ac perpetua nauſea, iſiſi dubio procul ventriculi progenies, majori per intervalla acerbitate adhuc adſligant. Præſens igitur ægrotantis tribus potissimum abhuc annis, frequenti excandescientia agitata conditio ea eſt, ut præter insignem corporis, maxime pedum imbecillitatem, interiorum ardore, anguſtia & capitii dolore cum periodica exacerbatione vehementer crucietur. His quidam medicus ventriculi per laxantia purgationem fore congruum ratus (emeticum enim gravidum ſiatum, & insignem imbecillitatem diſſuadere exiſtimabat) nudius tertius pilulas quædam exhibuit: que quidem bis alvum duzerunt, omnes vero vires, omnemque cibi ac potus appetentiam proſus pessum dederunt. Verum enim vero hodie melius paullo habere cœpit; cibos assumit, & ob insignem ſitum largiter bibt.

Nec autem alienum erit, hæc adhuc recenſere momenta: Ni mitum anguſtia capitisque cruciatus tanta ſeruiunt atrocia, ut omnium, quæ agit, oblita insignem pa-

patiatur temulentiam, astus per periodos urget, haud adeo gravis; vertigo evanuit per quasdam septimanas; potuienta deglutiendi quædam difficultas; post alvinam excretionem, quam ex pilulis nudius tertius habuit, heri hodieque obstruta est: quid? quod hodierno die hora septima matutina animi inciderit deliquum; quo finito ter vomuit, bilemque muco permixtam reddidit: post vomitum pergit praecordiorum angustia, saburræ adhuc majorem copiam indicans, quæ sibi tanta existit, ut præ vehementia manibus letum agitet, laceretque ac si convulsa esset: junguntur tormina ventris, pedumque tensio spasmodica.

EPICRISIS CUM CONSILIO MEDICO.

Adfectus ille, cui ægrotam ante ali-
quot annos gravidam prehendit, epilepsie levioris, a medicis vertigo cadu-
ca vocari solita sitit speciem. Inducere
hoc vitium solet vehementis spasmodis, qui
inferiores primum corporis partes, aut pes-
des formicationis sensu occupans, per uni-
versum nervorum systema, dorsalem spinam,
easque potissimum partes, quæ ex
pari vago ac intercostali habent ramulos,
continuatus, in capite finitur; jungun-
tur tum gravis vertigo, mentis lascio, epi-
leptice artuum agitationes absque polli-
cum in pugnum collectione, ipsiusque ra-
tionis ac loquelæ impotentia: atque post
accessionem hanc artus spasio trahuntur.
Hence autem in nostra ægrotante nervo-
rum distensionibus parcius olim potus,
vita sedentaria, & alvinorum stimulorum
neglectus, eique, inducto intestinorum
motu inverso, superveniens alvi obstruc-
tio præbuerunt originem: mensum vero
suppresso olim 10. & 15. hebdomades in-
bareas, humoresque impuritatibus im-
buens, majus addidit augmentum: quid?
quod ægrotam aliquot abhinc annis sca-
biem, qua infestata fuit, mercurialibus
repalisse unguentis mihi relatum sit.
Verum enim vero quantas mala talis ul-
cerose saburræ, a natura per cutim excusse
repressio noxas inducat, maxime impu-

Heffm. Consult. Med.

ris humoribus, nervosique generis debili-
tate adfectis, quantisque nervorum sy-
stema spasmodicis, convulsivis ac epilepticis motibus excruciet, quotidiana satis docet experientia. His demum omnibus insignis ægræ ad nictores & iracundias proclivitas juncta extimam nervorum im-
becillitatem excitat, diorumque mor-
borum somitem suppeditare valuit. Neq;
autem mirandum, ægritudinem hanc, sub
imprægnationis tempore semper recur-
rentem, non solum gravissimos capitum do-
lores, ejusque nec nos memoræ atque ra-
tionis infirmitatem, verom etiam tantam
totius corporis imbecillitatem, ut extra
lectum commorari non potuerit, comites
habuisse; quum in gravidis plerumque
humorum major dyscrasia, nervorumque
insignior deprehendatur debilitas. Hinc
enim innumeris observationibus compro-
batum habeo, foeminas & corpore firmo
robustoque & animo bene composto præ-
ditas, cum utero gererent, ad iracundias,
terrores, ac imaginationes fuisse facil-
mas. Quibus ergo suppositis, si ea, que
e re hujus ægræ futura sunt, dispiciamus,
ante omnia jamjam largiorum sanguinis
missionum, sub initio quidem proficuum,
multo magis emeticarum usum me-
dicinarum cane pejus & angue fugiendum
suadeo. Contra vero non ludetur opera,
si alvi segnities per clysteres aut blandas
balsamicas pilulas oppugnetur; ac pulvis
antispasmodicus ex pulveris marchionum
drachmis duabus, cornu cervi philosophi-
ce præparati, nitri depurati, cinnabaris
nativæ præparatae, lumbricorum terre-
strium ana drachma dimidia, olei macis
destillati guttis tribus confectus, & pondere
dimidiæ drachmæ ex aqua analeptica,
qualis est melissæ, tiliarum convalli-
um, cerasorum nigrorum, & cinnamo-
mi cydoniata, quandoque capiatur. Nec
erit incongruum, liquoris mei anodynæ
mineralis quindecim guttas, totidem spi-
ritus salis ammoniaci melissati guttulis
nuptas nonnunquam exhibere: aut exter-
ne spiritum salis ammoniaci vinorum cum
oleo melissæ essentificatum naribus admovere;
eoque sub dolorum acerbitate ex-
ternos inungere artus.

B

Ni-

Nihil præter dicta ante partum propinare lieet, eo minus cum haud dubitem, fore ut hoc malum in purpuraceum aut aliud exanthema tandem finiatur.

C A S U S X.

De Vertigine caduca, levioris apoplexia specie.

QUADRAGINTA septem annos natus vir illustris, temperamenti leviter cholerici, maxime sanguineo-phlegmatici, magna laborat ægritudine, qua gravi vertigine subito saepius in terram prosternitur. Nec vero illa malum præcedunt indicia, quo a lapsu cavere sibi possit; sed omni sensuum usu protinus orbatus illico concidit, hincque non immerito veritus, ne aliquando vitæ incurrat periculum, mali sui medelam ac præservationem anhelat. Scendum autem de hoc æstro est, quod a teneris ad 30. etatis annum frequenter, largit ergo sanguinem per nares fuderit; hunc vero fluxum, intra octo annorum spatium nescio num ex anno medicatorum fontium usu, num matrimonio contractio paulatim immunitum plane amiserit; nisi forte sub vehementi corporis agitatione, vini calidioris usu, aut gravibus catarrhis adhuc quandoque redeat. Post hæc ad sinistram aurem pertinaciter decubuerunt humores, ac audirum fere obturaverunt: ventriculum vero gravis occupavit colica: quarum afflictionum per biennium protractarum prior de sua quidem acerbitate aliquantulum remisit, periodicum tamen aurum susurrum tintinnumque reliquit: altera penitus evanuit. At enimvero has tanti dorsi, renum, coæque dolores exceperunt, ut per aliquot septimanas æger inflexus quasi ac incurvatus incedere debuerit, qui num flatum collectioni natales debeant, numne ad ischiadicum malum pertineant, determinare non audeo, & potius illorum accessiones haud adeo crebras suisse gaudeo. Jam triennium est, ex quo vertiginosa, cuius causa ægrum laret, accedere cœpit perturbatio. Ut primum invasis, alvi levior fluxus, nausea, largus sudor, vomitus.

que inciderunt: inhæsit sudor, donec vomere desit; & denique insignis virium prostratio accessionem clausit, tanta quidem, ut vix post binas ad se redierit horas. Recrudit malum singulis quatuor aut sex mensibus; quandocunq; vero aut cibi concoctu difficiliores assumti, aut flatus intra corpus retenti sunt, saepius redire suevit. Progrediente tempore nec alvi profluvium, nec nausea, nec vomitus antecedunt; sed absque ulla accessu mali notis præviis subito incidit vertigo tanta vehementia, ut sensibus privatus æger omnia rotatione quadam circumferri ratus, statim concidat, brevissimo tamen interposito tempore ad se redit, & præter relictam capitis temulentiam, sensuum pariter ac rationis usum recuperat. His non raro calores vlati, humorum ebullitiones, spiralia inter angustias expressa, & oscitationes jangi observantur; ex quibus malo quoddam levamen accedit. Ejusdem propinquæ accessiōem quandoque arcere valet æger, si sella relicta leniori intra musum obambulatione feratur, aut hac ob convivas presentes prohibita, aliqualem capitis, pendum ac corporis agitatione instituat. Non minus a crebriori librorum, minoribus maxime litteris scriptorum, lectione, imprimis ad accensam lucem facta, multa meditatione, corporis subita gyratione, capitisque ad terram inclinatione studio cavere debet, nisi subitanea vertigine rapi velit. Sinistra auris susurrus quotidie adhuc adfligit, pro concoctionis varia conditione modo mitior, modo gravior; non autem tanto auditui est impedimento, quin voce paullo elatoriæ dicta percipere possit: cibi integra adpetentia, somnique nullum vitium, interna nulla labe adfecta denotare videntur viscera.

Olim morbus per 10. vel 12. continuos annos Selteranarum aquarum usus fuit oppugnatus; quibus autem ob alvi largius profluvium inde sequutum intermissionis, per proximum biennium Amasianæ & Schwalbacenses, hæque ob martiale, quod solvent principium, adhibitæ sunt, eo quidem effectu, ut ad hyemis usque initium a malo suo immunis vixerit æger. Quam obrem denique consilium efflagitatur,

quæ.

quænam remedia huic morbo futura sint idonea, numne a Deinacensibus aquis levamen expectari queat?

RESPONSO CONSULTATORIA.

Agritudinem, cuius causa consultus sum, haud solam vertiginem, sed levorem insultus apoplectici speciem esse, certo persuasus credo: quippe quæ ægrotum omni sensuum exercitio orbum lubito præcipitem reddit, & nisi tempestiva feratur medela, gravioris apoplexiæ metum incutit. Levorem dixit apoplexiæ speciem, cum in ea seri & sanguinis extravasatio, graviori apoplexiæ fere propria, præsto non est; sed quæ crux in vasis meningum, cerebri & plexu choroiideo stagnationi dumtaxat natales suos debet. Hæc enim vasa distendit, medullam oblongatam comprimit, atque secretiōnem & influxum nervei liquidi in nervos remoratur. Quod si vero & hujus vasorum cerebri a copioso sanguine distensionis causam persequamur: illa non nisi a spasmodicis partium, quas imus venter contineat, maxime ventriculi ac intestinorum constrictiōnibus, hypochondriacis per quam familiaribus derivanda mihi videatur. Hi enim spasmī quām liberum crux vitalis circuitum quam maxime retardant: crux ille tum ab extimis partibus, accessionis tempore plerūq; querigentibus, cum ab interioribus abdominis visceribus tanta ad caput rapitur vehementia, ut ob difficultiorem per venas regressum ibidem stagnet, vasa expandat, robur & tonum eorum dejicit, eaque varicosa sanguis reddat: quæ vero omnia libero progressu sanguini restituto, iterum cessant. Quamquam igitur ex his patere credam, causam horum affectionum non solum in abdomine, verum etiam in ipsa canalium cerebri sanguiferorum debilitate quærendam esse: quis tamen negabit, quin in præsenti casu in ventris spasmī principalem, quæ sanguinem ad caput agit, constituant causam; quum æger pertinaci colica, ventris tormentibus, alvi fluxu, borborygmis ac flatulentius non minus laboravit, quam etiamnum sanguinis ebula-

litiones ac astus volatili mali eruptionem antecedunt, quæ symptomata a spasmodicis constructionibus unice dependent? Neque minus eadem sanguinis stagnatio, ac seri in aure interna, labyrintho, cochlea, etiam in ipsa concha collecti secesso tinctum sulurrumque aurium producit; constat enim partes has auditorii organi osseas membrana multis sanguiferis vasis praedita investiri; & humores, si per Eustachianum ductum aut plane obstructum, aut justo breviorem excerni nequeunt, inhalitus resolvi, qui tympano meatus auditorii majori pariter ac ovalis foraminis sulurrantem atque tinnientem inducunt sensationem. Quis vero in dubium vocabit, quin crebriores, quæ ægro juveni obtigerunt, sanguinis per nares fluxiones non solum naturam eo perduxerint, ut abundantes humores ad nares pepulerit; verum etiam eo ipso cerebrum cum membranis atque vasis suis haud parum debilitaverint? Hancce enim capitisi infirmitatem magnum huic malo addere augmentum vel exinde adparet, quod ex multa lectione, profunda meditatione, lucubratiōne, capitisque ad terram inclinatiōne major semper facta fuerit exacerbatio. Eadem quoque causa haud dubia prænuntiat fide, fore, ut si æger animo vehementē commoveatur, longe gravius ac periculosius tandem capitisi vitium incurat.

Quom itaque spasmis hisce ac sanguinis ad caput congestioni, superflui humores in vasis intimi ventris stagnantes, arque in spongioso sanguinei temperamenti corpore facilime generandi originem suppeditant ac somitem: clarissime eluceat, nullum majorum malorum exinde fore pertimescendum, si ea justo copiosior humorum quantitas vel ab ipsa natura, uti in juventute per narium hemorrhagias, ita progrediente ætate per hemorrhoides immittatur; vel illius incremento per tempestivas venæficationes, corporis sufficiens exercitum, ciborum temperaniā, ac a potibus nutritivis & calidioribus abstinentiam arte ponatur obex. His enim neglectis præsens malum, in paralysin, apoplexiā veram, & loporofog-

affectus certissime terminabitur. Quæcum ita sint, eo meum collineat consilium, ut ter ad minimum quotannis, nempe initio Martii, fine Aprilis, & medio Octobris, cœlo sereno & amico venę pedis, debito subjuncto regimine, aperiantur; æger a largiori cœna abstineat, a viño caveat, flatulentos cibos arceat, corpus sedulo, & si fieri potest, per equitationem moveat, frigus fugiat, ac omnia studio evitet, quæ mentem turbare valent atque commovere. Tum vero erit, ut cubitum iturus quandoque pediluvii ex aqua fluvialili, furfuribus triticeis & chamæmeli floribus paratis, moderate calidis, ne nimio corpus inde perfundatur sudore, utatur, insque pedibus ad genua immisis per horæ dimidium immoretur. Nec minus maximopere curandum, ne alvus sit clausa; quæ si forsan præsto sit, nequaquam purgantibus, quæ nimis siccant ac commovent, aperienda; sed mannae binis uncis, duabus cremoris tartari drachmis nuptis, nisi æger respuat dulcia, solvenda erit: cui eidem scopo dñi vel tres salis anglicani drachmæ, in acidularum dimidia mensura solute, interdum haustæ facient fatis. Præterea vero mihi ex usu est, ut in chronicis ejusmodi cerebri affectionibus ad genus nervosum roborandam, & spasticas partium nervearum constrictiones soviendas hoc exhibeam electuarium: Recipe visci querinci, china chinæ ana unciam dimidiam, pulveris florum chamæmeli, lumbricorum terrestrium ana drachmas duas, succini præparati, extracti cardui benedicti ana drachmam unam, caryophyllorum, cinnabaris nativæ præparatæ ana scrupulos duos, syrupi berberum uncias duas. M. F. l. a. electuarium: cuius binæ drachmæ tribus circa quadrâ longe successive diebus mane æque ac vespere uno capiantur haustu. Neque erit incongruum, si insuper vespertino tempore pulveris præcipitantis ex oculorum cancerorum uncia una, nitri depurati uncia dimidia, & olei de cedro guttis XII. parati, quantum duo fovent cultri cuspides, quandoque assumatur:

Denique si mentem meam aperiam, an Deinacenses aquæ præsenti malo future

sint opportuna? candide profiteor, me hunc fontem nunquam nec accessisse, nec examinasse. Neque tamen secius experitorum medicorum, illius probe gnarorum relatio me docuit, hunc fontem securi æque usus, ac lenissimi effectus esse, sal alcali fovere, levissimas, ut hec tis etiam ac febre lenta correptis tuto exhiberi queant, aquas continere, & denique parum vitriolici ac martialis principii possidere: hujus ratione in hypochondriacis & melancholicis morbis, capitisque pertinacissimis ac habitualibus doloribus egregia præ aliis virtute pollere deprehenditur. Quamobrem has aquas nostræ ægro non minus profuturas existimo: maxime si earum interno usui inter externa balnea, quæ in ejusmodi ægritudinibus ad æqualem & liberum sanguinis circulum restituendum multum faciunt, illud, quod se rinum audit, & tribus dumtaxat a dicto fonte milliaribus distat, adjungatur; hæc que medicatio medio Augusto instituatur, cui divinam appreco benedictionem.

APPENDIX.

Factum esse percepit, ægrotum, postquam præscriptis medicaminibus, & in vicem Deinacensium aquis Schwalbencibus lecto quidem affixus, rite fuit usus, ac diætam commendatam exacte observavit, a malo suo per divinam gratiam prorsus evasisse.

CASUS XI.

De Vertigine cum Hemoptysi, aliisque gravibus malis stipata in Hypochondriaco.

Vix 26. annorum parentibus arthritide infestatis genitus, strictioris habitus ac teneræ constitutionis, a teneris fere variis expositus fuit ægritudinibus. Præter enim, quod quinque annorum puer atrocibus calculi doloribus, a medico tamen exhibita quadam tinctura ita fugatis, ut

ut non amplius redierint, corriperetur: anno etatis decimo quinto, cum Giessæ, cuius clima sibi infensum deprehendit, studiis vacaret, gravis totum corpus per integrum annum detinuit psora, & pedes a genibus ad taleolos usque fædis derupavit exuleerationibus. His vero malis per purgantia, balnea ac emplastra depulsis, novum incurrit: quum enim aliquando sacris interesset, oborta subito tussiculosa commotione ore reddidit cruxis eam, quam vasculum pœui Thœ bois vulgo destinatum continet, quantitatem. Hanc autem effusionem, nullis symptomatibus, nisi forte periodicis capitis doloribus ac ventriculi debilitate quadam stipatam; nec & illam, quam anno 1716 Rintelii degens, varique generis cibis indulgens mense Decembri inter cœnandum eodem modo toleravit, non tanti fecit, ut ad præcavendos ulteriores insulitus medicinis uteretur: maxime cum nec pejora sequerentur mala, nec florido colori, augmentoque corporis ullum accederet decrementum. Hinc porro anno 1719. ex nimio ventriculi acore gravem cephalæam sibi contraxit scorbuticam: quæ etiam medici periti ope mox evanuit. Verum enim vero adulterior factus, variisque meroribus implicatus vivido destituitur colore; eo magis cum temperamento cholerico-melancholico prædictus, scholasticis ab an. 1721. præficeretur officiis, ibidemque crebram iracundia haberet occasionem. Namque abhinc fere vultus pallere coepit; vires languescebant; capitis dolores sœpius per 14. dies cruciabant, ægrumque lecto affiebant; post assumptum mane potum Thœ bois hora decima rosionem ventriculi sentiebat; magna que ciborum appetentia urgebat, eo molestior, quo diutius & ad primam plerumque meridiei horam prandendi tempus protrahebatur; alii omnis epulis ventriculus gravabatur, maxime cum post eas prima statim hora scholasticum munus, sedendo potissimum absolendum adgrederetur; quibus cacheœtica jungebatur tussis. Init porro anni 1723. mense Junio matrimonium; omnia vero in deteriorius omnino vergebant symptomata: præter

Hoffm. Consult. Med.

enim virium decrementum insignis circa decimam matutinam fuit dicta rosio ventriculi, quæ ex illo veluti auræ raptus ad caput adspirans ipsas ex oculis pressit lacrymas; ut taceam & cephalæam omnem semestri periodico quasi circuitu per 14. adfligentem dies, & spasmos renum post assūtum prandium adeo diros, ut præ doloribus se totum in terram prosterneret, mali levamen inde expectaturus. Eodem quoque anno tertiam hymoptysin, eadem ratione ac copia, ut olim, toleravit; ac insuper salivam striis cruentis permixtam reddidit; sed & illam, sicuti priores consultus medicus non pro vera hæmoptysi, sed cruxis e venis faucium aut arteriæ eruptione reputans, discutientibus & consolidantibus debellavit medicinis. Quum vero anno 1724. circa paschatos festum cephalæa sua scorbutica per decem iterum dies torqueretur: ordinavit medicus Pyrmontanarum usum aquarum; hinc ipse Pyrmontium petiit, ibidemque medico loci, numne hæmoptysi tentatus, variisque, quas recensuit, ægritudinibus debilitatus, iis aquis tuto uti possit, consulto, suau illius Junio mense illas portavit tepidas. Nec quoque effectu destituebantur salutari: quanquam enim sub initium tussim excitare viderentur, hac tamen sponte iterum evanescente, iis per urinam magis, quam alvum, nisi forte sale quodam acuatæ fuerint, operantibus per duodecim dumtaxat dies ob strictiorem habitum utebatur, ac inde paulo melius habens, coloris ad minimum aliqualem recuperavit vivacitatem. Verum enim vero domum reversus, haud ita multo post atroci capitis dolore prehendebatur, cervicis nervi spastmo rigebant, & vertigo ex levissima causa accedebat. His perterritus, medicamentis a medico ordinario frustra adhibitis, Theologum quandam, empyricam medicinam facientem, consuluit, qui fontis usus improbans, mali caustam in splenis, jecinoris, renum ac mesenterii obstructionibus, facilime referandis hærente putavit. Quare largas sudationes per mixturam quandam albicanem, ex aqua destillatis & spiritu salis ammoniaci paratam, binis co-

B 3 chlea.

chlearibus devorandam , excitandas ter imperavit ; dedit insuper Elixirium stomachicum , hora una ante epulas 40 guttis capiendum , pastamque acidulam , appetitum restaurantem , ex acaciis confevit ; & mane vesperique 30. guttas olei therebinthini & anisi ex infuso florum bellidis hauriendas ordinavit . Quum autem hanc medicationem sex diebus usurpatam sibi nimium æstuosam infensamque perciperet ; ea missa ad priorem confugit medicum , maxime cum nocturnos inter scapulas , quandoque per totum corpus jam pateretur sudores . His quoque ille curatis , eo perduxit ægrum , ut muneri suo præesse iterum valeret ; sed Octobri mense anni 1724. continuus ardor , molestaque tensio prehendebat dorsum , inde per scapulas brachiaque , præcipue dextrum pergebat , ac denique pectus occupabat , illudque comprimebat graviter , subsequita tandem inopinata inter Tabacum fumendum hæmoptysi . Nulla equidem hanc stipbat spirandi angustia : attamen non solum saliva striis cruentis permixta iterum adparebat , vcrum etiam insignis vi- rium languor cum nocturno mox inter scapulas , mox in toto corpore erumpente sudore excipiebat . At enim vero his etiam debellatis , sex hebdomadibus interpositis gravis denuo pectus infestavit pressio , ejusque crebra per spontanea sternutamenta concusso , omnibus puncturis libera : & cum XIV. Calend. Januarii anni 1725. expergefactus collectum in faucibus noctu mucum more consueto exscreare vellet , en iterum crux ex pectori erumpebat . Ceterum mitis interdiu aderat tussis , noctu nulla : absoluta digestione & matutina decima hora multum exscreatur muci : non minus hora post sumptum prandium præterlapsa manuæ volæ incalescunt , dorsum earum licet sudore madidum frigescit ; tribus post concoctionem heris vires languescunt , ac largus sub levissimis laboribus accedit sudor , coena ab his symptomatibus fere immuni ; appetentia ciborum vellemens multumque voratur , nullo corporis augmento insequente . Non unquam miserat æger sanguinem ex venis ; cum proxime clapsis paschalibus feriis il-

lius ex utroque pede binæ , dein ante sonis Pyrmontani usum , sex , totidemque mense Decembri post novissimam hæmoptysin uncia ex pedibus fuissent evacuatæ ; crux quidem rubicundo , simul tamen crasso , coagulato & parum humiditatis continente , ut inde a medico multo farctus muco judicaretur . Neque vero unquam sanguinis per nares aut hæmorrhoides evacuationes habuit : urinam autem mingit , sanis similem , quæ versus meridiem turbatur , matulæ relinquit rubicundum tartarum , multum fabuli secum dicit , ac sedimentum deponit . Tabaco sumando ab ætatis decimo octavo anno nimium adsueverat ; jam vero illius usum , sibi inimicum plane omisit . Alvis quotidie solvi solet , licet magno conatu , paucis , durisque excrementis : contra lotium majori , maxime post sumtas epulas redditur quantitate ; præcipue cum ex medici suasu , ad humorum fluxilitatem restituendam , plus jam potus assumat , quam olim . Pedes ipsi a prima statim infantia esse sueverunt frigidæ ; sub hisce autem ægritudinibus eo sensibilius est hoc frigus , quo magis in calidissimis etiam locis adsligit , quanquam æger pellitis induitus sit tibialibus . Mucus , quem exscreat , tenuis albicansque foetorem scorbuticæ , quæ a dentibus abraditur , impuritatis refert ; quem ægrotans ex pulmonum ulceratione , medicus autem , cum nulla spirandi observetur difficultas , ex scorbuto derivat ; at vero crux , quem ex pectori ejicit , primum ater , mox rubicundior , maxime si violento scretu tuisque eliditur , apparere suevit .

Prater hæc symptomata accidit , ut IV. Kal. Febr. 1725. anni hæmoptysis iterum recruduerit , licet pediluvia quavis septemmana fuerint adhibita ; modica sanguinis erat excretio , major salivæ sanguine intermixta ; ipse crux nigrans scorbuticum spirabat odorem ; quem ex capite delapsum æger suspicabatur , quoniam eo antehac valde dolente , post aliquot dies ex naribus aliquantulum stillavit . Insuper mox pectus vel lancinatoria ac si omnia cultro searentur , vel tensiva ex brahiis aspirans molestia infestat ; mox dor-

fum urente occupatur sensu; mox caput maxime sumtis epulis, ingenti torquetur dolore, & ipsa meningum tunicæ humorum decubitu infarctæ videntur; vasa enim temporum turgent sanguine; a vertice ad oculos protenditur dolor, quorum vasa distenta, graviterque compressa eminet; ipsaque cutis capitis ac si undique contusa esset, vehementer dolet, & quandoque pulsulis aqueum liquorum plorantibus obsidetur. Ciborum quamcunque assumptionem spasmi circa cordis scrofulatum & hypochondria sequuntur; post somnum rigent brachia, & insignes regionem umbilicalem, hypo- & epigastricam cruciant torsiones: somnum nocturnum comitantur pulsus celerior, cordis palpitatione; neque tamen illum turbant, diurno præter dicta symptomata accedit tussicula, qua mucus, læpius ipse crux, ejicitur graviorem ominans, frequentioremque hæmoptysin.

Ceterum exactam æger observat diaetam; nec enim sale conditos cibos, nec fuillam, nec fumo induratum carnem comedit, vitulina dumtaxat, juscumisque gallinaceis ac avenaceis contentus: nec vinum amat, nec vinoſa, cerevisario tantummodo minus quidem defæcato uſus potu: mane insolum theiforme ex trisolio fibrino, aristochia rotunda & veronica bibit; & ad ventriculi acorem contemplandum decima hora juscum haurit avenaceum: ex pediluvii autem omni hebdomade suau medici uorpati abullitiones suboriri percipit. d. 8. Febr. 1725.

C O N S I L I U M.

MOrbus, cuius historiam mecum communicatam probe perscrutatus sum; illiusque symptomata, maxime cruenta per os ejectio, non solum universa humorum massa, salsa, acri & acida dyscrasia imbutæ, verum etiam gravissimis nervosarum totius corporis partium, præcordiorum, ventriculi & diaphragmatis distensionibus natales suos debet, & hinc hypochondriaco-spasmodicum involvit affectum. Scorbuticum equidem illud

humorum vitalium inquinamentum altas jam egisse radices, & per parentes arthriticos hæreditaria labe communicatum videtur: quippe quod olim psora, foedisque pedum exulcerationibus se prodidit, jam autem ex corporis languore, rigore, gravitateque brachiorum, doloribus vagis, pulsulisque aqueum ichorem plorantibus cognoscitur. Neque vero minus hypochondriaca spasmodicaque illa, quæ junxit, molestia omnino inveteravit: ex qua non solum ventriculi acrimonia, concoctio depravata, præcordiorum anxieties, ventris & hypochondriorum post pulm inflationes, alvi segnities, pedum frigus &c. originem trahunt; verum etiam ipsa hæmoptysis propullat, si scilicet partibus abdominis extimisque spasmus constrictis sanguis violento raptu ad superiora, maxime pectus fertur, ibidemque erumpit. Non autem hanc crux eructationem ex ipsa pulmonum substantia factam, sed ex interiori potius faucium vel principii asperæ arteriæ parte, seu morbi principalis symptoma quoddam, deducendam esse, exinde puto, quoniam nec pectoris angustiam nec spirationem difficilem habuit comites, ideoque crux teter fuit ac male olenit quæ etiam est ratio, cur pulmonalis tabis metum inanem credam. Quodsi porro illas dispiciamus cauſas, quæ hisce malis adaugendis magis, quam excitandis inservierunt: inter illas vitam sedentariam, intensas meditationes, crebras lucubrations, mœreres, ærumnas, gravesque excandescencias, medicinas calidiores ab empiricis exhibitas, nimiumque Tabaci usum invenimus potissima.

Quæ cum ita sint, hisce ægritudinibus nec certiore nec convenientiorem fore credo curationem, quam quæ sub Aprilis finem per aquas Selteranas caprillo, aut potius asinino laeti nuptas fiet. Harum scilicet aquarum binæ partes cum una latetis permixtae mane ad mensuram unam cum dimidia tepidae per 4. vel 5. hebdomades hauriantur, ac vesperi hora circiter quinta in balneum ex sola fluviali aqua temperate & ita calida, ne sudorem mox veat, paratum descendatur; quibus, ob-

servatis iisdem, quas Pyrmontanae exigunt, dietæ legibus, frequens ac moderatus corporis motus adjungatur; omniaque negotia, maxime mentis commotiones evitentur. Consulo autem, ut prius quam tempus huic curationi opportunum accedat, æger cubitus iturus, pediluvio, quod habet furfures triticeos, chamaemeli flores & aquam fluvialem, tepido dumtaxat utatur, eique, pedibus ad genua fere immersis, aliquamdiu immoretur, ita tamen, ut hujus aquæ tepræ successiva calidioris affusione idem semper conservetur. Dein in locum cerevisiæ ordinario potui inserviat hoc decoctum: Recipe radicis scorzonerae, rasuræ cornu cervi ana uncias tres, salsaparille uncias duas, radicis cichorei unciam unam, semenis foeniculi drachmas tres. Conc. cont. D.S. Species, quarum uncia una & dimidia ex tribus aquæ mensuris, cum hordei mandati manipulo per tres ferme horas quadrantes decoquantur. Mane vero, & post meridiem sequens forbilletur juculum medicatum: Recipe radicis scorzonerae binas uncias, cichorei, asparagi, foeniculi ana unciam unam, Veronicæ, urticæ urentis minoris, nasturtii ana manipulos duos. M. f. Species, quarum manipulus in mensura una cum dimidia juris ex carne bovina parati coquatur. Non minus pulvis mox recensendus ad dimidiad drachmam breviante prandium & vesperi ex commodo vehiculo sumtus insignem feret opem: Recipe lapidum cancrorum unciam unam, nitri depurati, tartari vitriolata ana drachmam semis, pulveris cardamomi scrupulum unum. M. f. pulvis. Denique manna binæ circiter uncia, loco sacchari infuso theeois cum lacte parato conjunctæ, matutino tempore quandoq; sumtæ, non solum alvum servabunt libram, verum etiam saburram mucidam acidamque optimè eliminabunt.

RELATIO DE CURATIONIS SUCCESSU.

Commendatam præterito anno curationem cum aquis Selteranis & balneis per quinq; hebdomadas rite adhibuit

eger, & mali sui insigne percepit levamentum. Namque intensior olim æstus cum pulsu citatiore fere evanuit; capitis post partum dolores remiserunt aliquantulum, eosque féri per oculos stillatio matutino semper tempore exceptit: tensio tamen vasorum temporalium sumtis epulis adhuc urget, capitisque cutis molestum contusionis refert sensum: sed & pedum frigus est imminutum, adeo, ut jam scholastico munere fungi, ac sub celi clementia in publicum prodire queat. Quo vero medicationis effectus eo melius elucescat; haud alienum videtur, illius successum ulterius explicare.

Potaverat nimirum æger per Majum, Juniumque menses Selteranas cum lacte caprino mixtas aquas, ad juncto balneo: decoctum loco potus ordinarii hucusque bilit, & prescriptum pulverem adhuc sumit: Mannam ob nimiam alvi segniem sepius antea adhibuit, jam vero alvo paululum liberiori rarius capit; nec minus pediluvii crebro utitur. Accidente autumno iter ipsi in patriam faciendum erat, quo, cum primum præternaturalis æstus recrudescere videretur, nihilo secius continuato id effecit, ut ille iterum evanuerit, & adhucdum ab illo vivat immunis. Hinc reversus, sanitatis pre se ferens speciem, cerevisiæ dulci rursus indulxit, maxime cum floridus color, viriumque robur inde augeri viderentur: at enimvero vix tribus hebdomadibus illa usus erat, cum hæmoptysi, a qua per decem fere menses liber fuerat, denuo erumperet; quo viso illius potus, quem ardoris in dorso sensus presso semper insequebatur pede, usum depositus, & pediluvia ac ordinatum decoctum in usum revocavit.

Neque vero acuti pectoris dorsisque crassiatus penitus remiseront, quia adhuc per intervalla recrudescant, & a sinistro potissimum aspirantes latere, splenis indicare credantur labem: at sternutando tanta dorsi tensio excitatur, ac si pleura uno impetu magna vi a costis divelleretur. Ad iram jam facillimus æger exinde patiter ac ex inopinato terrore non solum magnos ardores circa colon, splenem & umblicum incurrit; verum etiam animo redit.

ditur piger, lassus, omniaque graviter advertit. Pectoris dolor fixum tenet locum in sinistro versus brachium latere, ejusque musculis: ut inde pulmonis in ea parte vitium, & vel accretionem vel vomicam subesse putet, maxime cum sinistra gena sub humorum ebullitione, capitisque tortura majori quam dextra suffundatur rubore: nec tamen angusta jungitur spiratio; nec haec lancinationes atque tensiones continua serie adfigunt, sed saepius per 14. dies evanescentes integrerrimos innuere videntur pulmones. Ceterum matutino tempore, nonnunquam summis epulis multæ sunt muci excreciones, tussis nulla: at multa, licet magis magisque extenuetur corpus, urget appetentia, plurimumque cupiditas epularum; a ventriculi humorumq; acrimonia procul dubio oriunda. Hec enim jejunum ventriculum ad ructuosas commotiones proritat, quas si nulla sequitur eruptio, graves in præcordiis sentiuntur molestiae. Quare ne jejunus sit, hocque incidat malum, mane infusum theiforme ex millefolio, scordio, scabiosa, betonica, sanicula atque fibrino trifolio paramo haurire; eique ventriculum nimis distendenti, interposito horæ intervallo, panem butyro illitum superingerere sivevit. Urina meitur naturali fere similis, nisi quod nubecula imum matulæ petat, ibidemq; paulo post salinas particulas deponat, postridie rubicundo colore lateribus adhæscentes. His jungebantur ante nocturni sudores, maxime abdomen pedesque occupantes, nullo autem corporis languore dilatati, & forte a pediluviis excitati; qui eo certius ingruebant, si aut cœna largior, aut primæ viæ sordibus onus haud purgata fuerint; jam vero longo tempore non infestantes. Insomnia, quæ diurnum somnum frequentius comitantur, anxias fistunt ideas, ac si æger scelopeto transfodi, aut alio mortis genere occidi deberet. His igitur recensitatis circumstantiis denuo salutare sibi expedit consilium, præcipueque harum quæstionum benevolam resolutionem.

1) Num Selterana aquæ hac æstate iterum repeti debeant; numne ab alio

medicato fonte, ut Triburgensi, par salutaris expectari possit effectus.

2) Utrum sit possibile, ut absque redituræ hæmoptysos metu cerevisiæ potus iterum assumi queat?

3) Anne potius ex perpetuo aquarum ulu hydrops, aut majus periculum sit verendum?

4) Quibusnam simplicibus heftica, phtisis aut scirrhous viscerum, quæ tandem malo finem impositura videntur, sint præcavenda? numne convenientius sit, missis interdum medicinis, ipsique pediluviis, omne naturæ committere negotium? R. pridie Kalend. Febr. 1726.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Lætus ex transmissa mihi curationis, ejusque successus historia intellexi, quantum illa morbo levamen attulerit, & quod inde non solum insignior astus, nocturni sudores, pedumque frigus fuerint debellata; sed quoque hæmoptysis sub non interrupto decocti usu haud redierit. Quum autem capitis cervicisque post epulas molestiae, pectoris illiusque sinistri lateris & dorsi per intervalla recurrentes dolores, mucosa excreatio, & ventriculi acrimonia adhuc urgeant: non possum quin & hisce symptomatibus oppugnandi ulteriore proponam medlam. Ipsiis vero quæstionibus, earumque primæ satisfacturus; eundem Selterani fontis lacti nupti usum hoc anno, ejusque Majo mense denuo adorandum, sub istud diæta regulis, laborum meditatione junctorum, animique commotionum sedula evitazione continuandum, ac ut paulatim universa humorum vitallium massa contemperetur atque corrigitur, per octo hebdomadas protrahendum suadeo, certamque fere felicis eventus spem exinde foveo. Non enim solum harum aquarum eximii, quos præterlapsò anno præstiterunt effectus, id innuere videntur: verum etiam nullæ reliquarum acidularum mihi suppetunt, que in acrimonia humorum edulcoranda pariter, ac partibus nervosis, quas spasticæ detinuerunt stricture, maxime ventriculo inter-

intestinisque roborandis majorem præstarent utilitatem, quam hæ ipsæ Selterane lacte permixtæ. Etenim quamvis lac cum reliquis quoque acidulis magno emolumento combinari possit, soleatque tamen præsenti ægrotantis, ejusque tam solidarum quam fluidarum partium constitutioni, non convenientiores aptioresque Selteranis unquam inveni: siquidem hæ levissimas aquas, purumque sal alcali continent, & vi elementi ætherei sulphureique ipsæ Pyrmontanis. observantur temperatores, adeo ut in subjectis tabe pulmonali, hectico calore, & corporis oblympham falsam, seorbuticamque extenuatione laborantibus, per crebram experientiam omnibus aliis palmam præcipuisse. deprehendantur.

Ut vero ad alteram respondeam quæstionem, numne cerevisia usui absque hemoptyseos metu iterum aduerscere liceat? cerebra longaque docuit experientia, in chronicis, qui inveterarunt, affectibus, nihil præstantius esse, nihilque reliquam curationem magis adjuvare, quam perpetuam a cerevisia abstinentiam, & ei substitutum decocti temperantis, quod nec ventriculum onerat, nec difficulter emunctoria permeat, usum. Karissima enim talis est cerevisia, quæ & ægritudini convenientis, & medica virtute predicit; & quamvis ea nonnunquam detur, quæ morbo congruat, plerumque tamen aut nimis recens ac fœculenta, aut nimis vetusta spirituosa, & acidula, redditam corpori sanitatem affligere deprehenditur. Cur ergo decocti, per longum tempus utiliter usurpati, usus jam omitti debet, atque cum cerevisia commutari? Neque tamen alienum foret, si sub acidularum cum lacte mixtarum adsumptione ipsæ Selteranæ, quatuor partibus cum una vini rhenani combinatae, aquæ ordinario potui inservirent: hoc enim vinum, licet acorem quandam soveat, per sal earum aquarum alcalinum ac lixiviosum adeo contemperatur, ut etiam sub ipsa solius lactis cura, tuto exhiberi queat.

Quod si vero tertiam quæstionem, annè ex continuo aquarum potu hydrops, graviusve malum pertimescendum sit, dispi-

ciamus: tantum abest, ut in illis, quæ jam egrum comitantur symptomatis ex decoctorum aquarumque mineralium assiduo usu tumor cedematoso aut plane hydropi prænuntiando locus relinquatur; ut potius hoc medicationis genus, spissos, tenaces, mucidosque humores diluendo, vasculaque viscerum minima resolvendo & aperiendo, illis morbis præcavendis dici mereatur convenientissimum. Alter res se habet, si hydrops primas jam egit radices, vasorumque, quæ viscera ingrediuntur, quædam obstructio infarctusque præsto est: quæ corporis conditio impedit, quo minus justo largior aquarum, diluentium ac humectantium exhiberi debet quantitas.

Sed ad quartam denique quæstionem: quæ cura hectice, phtisi, ac scirrho viscerum ex prælenti morbo tandem metuendis, debeatur, ne actu tandem eveniant? & annon consultum sit, medicinis quandoque intermissis, naturæ rem totam permitti? regero: non utique dari specifica nec composita, certos morbos avertentia; omnemque præservationis rationem ex corporis ægrotantis, & mortificæ causæ varia constitutione esse dijudicandam. Quanquam enim ea ratu eruditorum, quam vulgi animis inhæretat opinio, naturam aut artem nobis suppeditare quædam medicamina, huic vel illi morbo specificè opportuna: ea ipsa empiricæ medicinæ fucum arguit, & talia jaçantem ignorantia suæ accusat. Proinde tamen non cum iis facio, qui assiduum remediorum usum, maxime astiva calidaque nimis tempestate, suadent: at vero si omnia medicamina abolere, soliosque naturæ viribus fidere vellemus; deprehensiones nos omnino vereor aut hanc morbo debellando minus sufficientem fore, aut sub ea a medicinis abstinentia morbum invalidisse; atque nimis altas & inexpugnabiles fere egisse radices. Commendata a me remedia naturæ sunt quam maxime amica, & non nisi diæticæ: hinc nequam naturæ inferent molestiam, nec felicem præstabunt effectum, nisi temporis diuturnitate adjuta. Certus enim sum, presentem ægritudinem magis diæticis, quam

quame pharmacia desuntis auxiliis esse oppugnandam: quibus mentis tranquillitas, corporisque temperatum exercitium jungenda, omnis vero periculi metus probe excutiendus. Quibus prælibatis id adhuc monendum duxi, ut evitatis antea per 3. vel quatuor dies aere inimico, cibis crudioribus, animique pathematis, sub finem hujus mensis ex tusa vena quatuor vel quinque sanguinis emitantur unciae: iisque rite adhibitis divinum affore auxilium, non dubito, sed ex animo precor.

ULTERIOR MORBI RELATIO.

Quisquis ex adjecto medici consilio ea cognoverit symptomata, quæ agrum hucusque infestarunt: mirabitur sane, illum penitus extenuatum & viribus fere confectum iis tolerandis fuisse parem. Quæ licet in dicto consilio aliquantulum sint exposita; ea tamen hisce litteris uberiori explicare, haud alienum videtur. Postquam igitur anno 1728. potatis acidulis Selteranis vertiginis insultus valde gravis accesserat, ipsaque recruderat hamoptysis: bini mense Junio consulti sunt medici, qui venæctionibus, laxantibus & temperantibus hos diros depulerunt affectus. Verum enim vero XI. calend. Septembriis hora matutina decima prævio aurium susurru tanta agrum rapuit vertigo, ut animi simul inciderit deliquum, & sensuum, loquendique potentia quidem integra, spirationis tamen summam angustiam, extremorumque refrigerationem toleraverit. Abhinc tota hyeme lecto affixo, decima quavis matutina hora vertiginosa redit molestia, mox graviori, mox leviori æstu stipata: quid? quod cruenta exscreatio ab illo fere ad hoc usque tempus per intervalla ingruat; cuius accessionem 14. Calend. Februarii anni 1729. tanta simul comitabatur humorum expansio, ut febris inde accendetur, a medico demum temperantibus ac roborantibus expugnanda medicinis. Vertigo autem eo frequentior erat, & a levissimi causis, ipsoque alicujus libri intuitu, excitabatur: quæ tamen, æstiva tempestate appropinquante, aliquantulum re-

misit; & succedentibus temporibus raro gravioribus adfixit invasionibus, levioribus quoque fere recurrit. Illæ ex humorum nimia commotione, internisque spasmos, præviis immoderato corporis motu, multa sermocinatione atque exæstuatione induci; hæ a retentis flatibus & rustibus augeri deprehenduntur, atque hoc casu a corticum citri recentium masticatione præsens subsequitur mali imminutio, cum rustuum promotione. His insuper aurium per totam hebbdomadam protracti tinnitus sapientis junguntur. Elapso proxime vere acidulis, per proximum sexennium portari solitis, supersedit, & infusum theiforme ex speciebus balsamicis bis quotidie, nec non juscum cum radice scorzonera paratum, adhibuit: exinde vero crebras tensiones, (jam quidem sub larga muci expectoratione cessante) ardoreisque ac torsiones circa regionem epigastricam sensit, ad sellæ & vesiculæ regionem usque protractas; quibus si flatuum molestiae accenserint, in eadem regione sensus quidam percipitur, ac si interna spinis leviter laccerarentur. Ubi autumnus ingruit, successerunt crebræ largæque muci, haud sordidi quidem, per os sputationes, primum levi scratū redditæ, nocturnisque stipatæ sudoribus; tum vero tussi promovendæ & emoliendæ, qua, satis miti, primo mucos solutus, dein levissima exscretione, matutino præsertim tempore, externebatur, & ex sinistro potissimum hypochondrio ascendere observabatur: hic enim locus, multa resistente mucagine, acerbo assidueque torquetur dolore; qui ea evacuata, paulo remittit, & in hoc latus decumbere iterum permittit. Neque vero minus eadem pituita, quandoque circa mediastini, sternique regionem oriunda, per pectoris membranam assurgere percipitur, ac eo usque iis locis ardoris inferte sensum, donec fuit reddita: jungitur hisce spirandi major ac olim anguilla, cubantem magis quam euntem adfligens; & pro reliqua agititudinis ratione modo gravior, modo levior. Ipsam quidem mucidum sputum medicus, omnem pulmonum adhuc ulcerationem negans, ex scorbutica deducit putrilagine, ejusque cau-

causam ab induratis mesenterii glandulis derivat; tussim vero epidemicæ adscribit stragi: attamen veretur æger, ne ipsa pulmonum tabes aut jam præsto, aut in propinquo sit, & quom pituitam sputo redditam ex imo ventre circa eam, in qua chylus elaboratur, regionem oriri ac inde ascendere percipit, omnem chylum in tam mucum mutari, hinc ad pulmones ferri, ibidemque, nisi affluxus divertatur, vasa exulceraturum esse, sibi persuasum habet.

Ceterum fluxu hoc per fauces tam copioso, fonticuli, quos in pedibus gerit, fere sunt exsiccati: alvi excrements quotidie dejiciuntur, satis dura, præceduntque saepius atroces circa umbilicalem regionem spasmi; ea vero plane obstructa, internus invalescit astus; quam ob causam quater quotannis laxante uti folet medicina. Lotium, absente nimio calore, naturali redditur simile, nubecula salino-scorbutica, saepē sedimento conspicuum: pulsus quidem æqualis, justo tamen celerior, & sub spasmorum tempore debilis. Hūmorū accedentes commotiones sequuntur ossis sacri dolores, hæmorrhoidum quasi indicia; quibus cessantibus, multum pituitæ expulitur. Epulis supervenire solent ventriculi & sinistri hypochondrii spasmodicæ constrictiones, nec minus capitis dolores, temporum, siniti maxime lateris, tensiones ac pulsatiles pone aures motitationes. Frigus est maxime inimicum; capiti enim admixtum prævio aurium susurru vertiginem inducit: eadem, quæ exscreatur, fertur quoque per nares pituita, matutino tempore truentis intermixta striis: sub ructibus ipsa amara bilis fauces adspirat; & cœna plerumque parciors magis a molestiis immunis observatur, quam prandium, sub quo multam voratur: ipsa vero diæta exactissima est. Mæne theiforme assumitur decoctum, & insuper decima nona juscum forbillatur: calori vero præternaturali pulvis ex Hoffmanni consultatoria sumitus medicina opponitur, qui sic se habet: Recipe lapidum cancerorum unciam dimidiari, cornu cervi philosophice præparati, concharum, nitti depurati ana-

drachmas duas, cinnabaris rite præparatae, succini ana scrupulos duos; olei de cedro Italici guttas octo. M. capiatur vesperi aut ante epulas. Pediluvia, licet prævidō satis tempore adhiberentur, nihilosecūs ex quo vertigine tentari cœpit, malum irritare videbantur; hinc iis, quotidiano usu intermisso, quater quotannis utitur æger, maxime cum pedum frigus olim confluētum jam remiserit.

Hicce denique malis Selteranas iterum opponere aquas ideo veretur, quoniam eas ante biennium haustas grave exceptit symptoma, quo cordis motus fere interruptus, spirationi viam præcludere videbatur: quod vero an ipsi aquarum usui, an potius gravi sub illo mentis commotio adscribat, ambiguus hæret. Quare salutare iterum anhelat consilium.

COPIA CONSILII A MEDICO QUODAM DATI.

Vir quidam, cuius temperamentum, ætas, vitæ genus, antecedentes morbi, illorumque curationes a Friderico Hoffmanno Med. Conf. P. V. Dec. II. Cas. V. uberior exponuntur, per aliquot annos satis bene valuit, suisque muneribus rite fungi potuit. Ille circa anni 1728. æquinoctium unico vini haustu assumto cruentum iterum incidit sputum: eoque per aquas Selteranas lacte caprino permixtas ac brachii venæ sectionem debellato. V. nonar. Julii denuo prehensus, tendentes simul pungentesque in regione intercostali, hypochondriorum, dorsi & circa claviculas dolores percepit. Hoic a suo medico hactenus usitatis pectoralibus ac traumaticis sublevato medicinis, cum & ego operi latus requirerer, ipsum véhementi humorum ebullitione, volatico astu, gravique vertigine labore deprehendi. Quamobrem pedum venis protinus tulis, assiduum consuetorum hucusque pediluviorum usum commendavi, medicinas pectori oportunas & antispasmodicas virtute præditas ex pulvere marchionis, lapidibus cancerorum, spermate ceti, cascarilla, millepedibus, nitro arcanoque duplicato propinavi; infusa thei-

for-

forma ex herbis veronicæ, betonicæ, melissæ, millefolio, floribus bellidis &c. ac pilulas balsamicas exhibui. Nec sine exemplo symptomatum levamine hæc remedia in usum fuere vocata. Verum enim vero cum more consueto s. Calend. Augusti, cœlo austero vento quoque equo fecisset iter: vesperi gravis vertigo, animi conjuncta deliquio, ipsum prehendit; quæ nervinorum ac cinnabarinorum remediorum frequenti expugnata usu, X. Calend. Septembri decima hora matutina tanta rediit vehementia, ut præter animi defectionem, tremulus maxille inferioris motus, idemque nec non debilis valde pulsus accederent, ac omnia mortem simulare viderentur. Quamvis autem & hæc accessio ex modo dictarum medicinarum usu post aliquot horas remiserit: nihil tamen minus abhinc ad anni usque finem levis vertigo, calore mox volatico, mox continuo, sanguinisq; ebullitione stipata quotidie fere recurrit, tandemque naturæ magis quam artis ope aliquantulum evanuit. Ceterum cum ex insigni ciborum appetentia, digestione se-re integra, bonoque excretionum successu, viscera labet quadam nondum adfecta eonjiciam, & omne malum sola humorum expansione & enatis inde ad caput pectusq; spasmodis ac congestionibus absolvicredam: eo meum tendit consilium, ut æger proximo vere venam in pede secandam præbeat, pediluvii adhibendis inhæreat, supra memoriarum cephalicarum & pectoralium medicinarum, infusorum scilicet theiformium, & ad humorum nimios motus, nitroforum, salium digestivorum usui indulget, inque diæta legibus rite observandis sedulus pergit &c. d. 18. Jan. 1729.

RESPONSUM CUM CONSILIO.

Docuerunt me transmissa & morbi historia & medici consilium, quæ porro agrum infestaverint afflictiones, & qualis exhibitorum in iis remediorum fuerit effectus. Quamvis igitur haud inficias ire queam, tam intricatam morbi conditionem rarissime comprehendendi: attamen

malo hypochondriaco, aut spasmodico flatento, magna capitum nervorumque imbecillitate, sputo cruento, virium summo defectu, ac insigni humorum vitalium acrimonia stipato principales deberi partes extra omne positum credo dubium. Quantis vero horum adeo inveteratorum morborum extirpatio subjecta sit difficultatis, illos, qui in arte soteria bene sunt versati, haud fugiet; uno enim symptomate mitigato, alterum insurget atrocius. Quidquid autem sit, nullum in his malis præstantius est auxilium, quam quod diæta & vitæ regimen suppeditant; quo quilibet, quid sibi utile, quid noxiū sit, probe observet, hocque fugiat, illi indulgeat: quod curationis supereat optime vere proximo, mense Majo præstabitur. Ejusdem certum cum Medico, ante citati consilii auctore, sum sententia: ille enim rem acutetigit, & exigente necessitate præ aliis erit consulendus. Quo vero etiam instanti hyenie malo aliquod feratur levamen, illudq; a gravioribus præmuniatur, suadeo, ut decoctum mox communicandum gratiæque saporis ac eximiæ virtutis sub epulis loco ordinarii potus, mane vero calidus ad mensuram dimidiā hauriatur. Sic autem paratur: cornu cervi rati pati binæ uncæ, usi una, & radicis scorzonerae una cum dimidia ex tribus aquæ mensuris per horam dimidiā decoquantur, tum percolentur, aqua colata cum tribus amygdalarum excorticatarum uncisi ad emulsionis formam conteratur, & ut amoeniori imbuatur sapore, saccharo ac aqua cerasorum nigrorum permisceatur. Non minus quotidie, mane vel vesperi viginti harum anti-spasmodicarum pilularum devorentur: Recipe extracti florum chamomillæ, summatum millefolii ana drachmas tres, rhabarbari, centaurii minoris, corticis chascarillæ pulverisati ana drachman semis, cinnabaris rite paratae ana duos scrupulos. M. f. l. a pilulae ex scrupulo no. XX. Tum vero mitto pulvinis mei præcipitantis portionem, cuius bini scrupuli, accidente sanguinis ebullitione, metum hæmoptyseos faciente, ex emulsione supra citata assumendi sunt.

De.

Denique omnis refrigeratio , cibi salvi
acidique , omnes animi & corporis com-
motiones cane & angue pejus fugiantur :
quaer si rite fuerint observata , de felici
eventu nullus dubito ..

C A S U S . XII.

De vertigine ex stomacho.

PErillustris Comes annorum 57. tem-
peramenti sanguineo-cholerici , sta-
turae mediocris , constitutionis satis fir-
mæ , capacioribus vasis , nervisque instru-
ctus , juventutis suæ annis a morbis fere
immunis vixit ; procedente vero ætate
variis capitum , ventriculique molestiis oc-
cupatus , & ab iis magis naturæ beneficio ,
quam artis ope liberatus fuit . Quadraginta
sex annos natus acuta febre per sex tere
hebdomades lecto affigebatur , & adeo
debilitabatur , ut post satis longum tem-
poris intervallum vires demum recuperar-
et ; quæ febris tribus post annis , levio-
ribus tamen symptomatibus stipata , ite-
rum infestavit . Anno 1723. scabies sicca
pruriginosa cutim obsidere cepit ranta
pertinacia , ut omnibus sanguinem puri-
ficantibus , aliisque medicinis irritis , ipsi-
que Pyrmontanis aquis bis nequicquam
potatis , per integrum triennium mole-
stiam intulerit affectionem . Hanc tandem
fugatam bona per binos annos exceptit va-
letudo , nisi quod graves quandoque sub
regiminis administratione animi commo-
tiones accesserint : quæ ne biliosas lordes
ventriculo relinquerent , emetica reme-
dia semel aut bis quotannis , haud sine in-
signi muci evacuatione ac salutari effectu
adhibere suevit . Nihilo tamen minus his
per intervalla vertiginosi demum insul-
tus , primum levissimi , paulatim vero
adeo invalescentes irreperunt , ut proxi-
mi anni menre Junio illustrissimus , epu-
lis finitis , hilaris ac optime valens ex im-
proviso gravi vertigine subito raptus , ad
terram concidisset , nisi assidentes ipsum
continuissent atque sublevassent : quam
gelidissimi sudores , membrorum tremo-
res , omniumque partium emortuales quasi
rigores cum vomitibus acris acidissimæ

saburræ repetitis exceperunt . Hinc artus
fricabantur , insque incandescentibus san-
guis e pedibus large mittebatur ; quo fa-
ctum , ut intra paucas horas proflus ad se
rediret . Vix autem sex præterlapsæ erant
septimanæ , cum eadem afflictio , eadem
periodo depulsa , recrudesceret : & deni-
que ingravesceret , ut trium spatio men-
sium ter quoque longe citior ac vehemen-
tior recurreret , nullasque suæ accessionis
præmitteret notas : sub qua ratio sensusq;
inanent quidem illæsi , capiti vero gravi-
tas ac temulentia quædam relinquitur .
Jam eo perductum est malum , ut nulla
dies ab eo , licet plerumque mitiori sit im-
munis , & hinc omnis lectio , meditatio ,
subitanea corporis gyratio , capitisque ad
terram inclinatio studio evitari debet .

Sub hoc rerum statu perillustris æger-
mentis commotionibus maxime expositus
est , assidueque mœrore cruciatus ; adeo
ut sèpius anxiis turbetur ideis , & ad sus-
piria facillime moveatur . Somno gaudet
satis profundo ; cibisq; quorum integra est
adpetentia , ordinario dimidiâ vini rhe-
nani mensurâ , quandoque Hungaricum To-
ckænum interponere suevit , per omnia
ceterum sanus . Venas in pedibus bis quo-
tannis circa utraque æquinoctia secandas ,
bilque corpus scarificandum præbere solet:
Pyrmontanis autem acidulis , quibus olim
laepius erat ulus , novissimo biennio super-
sedidit , numne eas aut forsan alias instanti
vere adhibere congruum sit , doceri avet .
Lotium per proximas abhinc septimanæ
redditur valde turbulentum , laterito se-
dimento conspicuum , quod ad matulæ la-
tera rheumaticam materiam largiter al-
luit . Nec denique silentio prætereundum ,
sub vertiginosis accessionibus liquorem
quendam vomitu reddi , aquæ forti similum ,
fauces excoriantem & linteæ arro-
dentem . Quamobrem ne molestum hoc
malum graviora inducat damna ; salutare
efflagitatur consilium , ac morbo funditus
debellando congruum auxilium ..

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Illustrissimi comitis afflictionem dum
probe ac penitus examinavi , illam
gra-

gravi vertigine a spasmo imi ventris, maximeque ventriculi inducta absvoli deprehendo: quo scilicet crux vitalis ad caput magno impetu propulsus, illius vasa sui stagnatione graviter distendit, & nisi tempestiva feratur medela, futura apoplexia metum omnino incutit. Ab eadem enim earum partium distentione, quæ ex crebris mœroribus, & clandestinis ærumnis majus acquisivit pabulum, insignis acor & multa bile permixta acrimonia, quæ ventriculum & duodenum intestinum obsidet, suos mutuatur natales. Neque minus humorum vitalium eximium mucidis sordibus, scorbuticisque salibus inquinamentum subesse, non solum urina significat, verum etiam pruriginosa, quæ olim cutim satis diu occupavit, scabies testator. Hisce vero ægritudinibus diætæ potissimum vitia viam stravisse arbitror: hinc pro sanitate recuperanda suadeo, ut excellentissimus æger omnes spirituosos potus, cerevisias valde lopulatas, calidiora maxime Tockæana vina, morbis capitis vertiginique admodum inimica omni studio fogiat: & pro ordinario potu solam aquam, aut potius Selteranas acidulas, quarum binæ tresve partes cum una vini rhenani generosi sint permixtæ, hauriat. Dein omnem curam eo dirigendam puto, ut insignis acrimonia, ac caustica bilis, quæ hepatis, pancreatisque obstructorum vitio enata, animi vero commotionibus concitata videtur, corrigatur æque ac eliminetur: priori scopo optime satisfaciet pulvis hic: Recipe lapidum cancrorum, polv. marchionis ana unciam unam, succini præparati, nitri purificati ana drachm. unam cum dimidia. M. f. pulvis, cuius drachma quavis vespere ante lecti introitum ex aqua fontana capiatur. Alteri fini imperando præstantissimus erit rhabarbarinus pulvis, e. g. Recipe rhabarbari alexandrini, lapidum cancrorum ana scrupulos duos, nitri purificati grana decem; qui semel singula septima manæ ex aqua vino rupta sumatur, eique superingeneratur decoctum Coffee. Tum vero venæ in pedibus præsenti mox tempestate, dein Junio mense, & octo semper cruxis unicæ emittendæ; pedes ipsi ab omni frigo-

re muniendi, & in moderato semper calore conservandi, hinc saepius in temperata pediluvia vespere immittenda sunt, & denique cœna parciori utendum. Quod si autem vernale tempus accesserit, Selteranas aquas in usum vocandas perquam commando; quas adhibendi modum tum docebo. Ceterum a nimio medicaminum, maxime calidiorum, quæ vulgo capiti ventriculoque confortandis exhibentur, usu omni modo dehortor: & si commendatæ methodo diætæ, cuius neglectus omnem medicinarum vim reddet irritam, exacta jungetur ratio, haud dubito, quin eximium mali levamen sit insequutur.

C A S U S XIII.

De Serenissima ex affectione hypochondriaca & Vertigine laborante.

Serenissima quædam persona 34. annorum, temperamenti phlegmatico-sanguinei, habitus corporis inter macilentum & succi plenum medii, tenerimæ ac valde sensibilis constitutionis, extra matrimonium vivens, a multis jam annis, autumnali maxime, hyemalique tempestate acerbos capitum dolores, catarrhales defluxiones, tonsillarumque inflammations, & has quidem ultimo abhinc triennio ex usu cuiusdam pulveris salini fere evanescentes, nec non spasmodicas sinistri potissimum lateris, olim atrociores toleravit tensiones. His novissima hyeme perpetua quidem, mane vero decima, vesperti quinta circiter hora adeo ingravescens, ut subito desidere teneretur, vertigo accessit, ægrotamque impedivit, quo minus in publicum prodire valuerit; quid? quod insuper ventriculi ardor, occipitis frigidulus sensus, & proximis aliquot diebus crebra salivæ nimium acris, internalque faecium partes arrodentis sputatio tanquam molesti jungantur comites. Appetitus integer, saepius justo major, ut hausto mane decocto herba Theebois aut fabarum Coffee lacte permixto, panem bis coctum assumere teneatur. Venas in pedibus per 14. jam annos, prima quidem vice,

vice, ob diros capitis dolores, singulo semper mense Mayo haud sine eximio levamine aperiendas præbere suavit: a calidioribus vero medicinis inlignes humorum incurrit commotiones, quas pulvis Hallensium antispasmodicus plerumque sedavit, insuperque in mitigandis quoque sinistri lateris tensionibus, alvoque tantum non semper segni aperienda præclaros exseruit effectus. Locum ordinarii potus per ultimum quadriennium vinum rhenum æquali portione cum acidulis Pyrmontanis combinatum, & ad quartam mensurę partem quotidie haustum supplevit; unde quoque longe melius, quam olim habere coepit. Mensum denique fluxus in quantitate pariter ac qualitate integer, justo recurrit tempore. Quum itaque splendidissima ægrotans hisce malis minerales opponere aquas decrevit: scire aet, quales futurae sint convenientissimæ, quave ratione adhibenda?

C O N S I L I U M .

Intellexi ex transmissa morbi, qui Serenissimam personam infestat, historia, quales haeruerint ægritudines, simulque quaestionem, que iis medicatæ aquæ futuræ sint optimæ? propositam deprehendi. Hisce ergo consultorius malis, omnia capitis symptomata tam vertiginosa, quam catarrhalia ex mala omnino digestione originem traxisse arbitror. Ventriculus enim multis acribus, acidisque foribus onustus non solum vehementioris appetentia, ardoris, ac lateris sinistri tensionis, olim magis adfligentis exsilit caussa: verum etiam acida illius saburra, absoluta concoctione, longe acrior redditæ membranam stomachi nerveam vellitat, & vi consensus, quo partes nervosæ invicem gaudent, vertiginem & tensivas capitis stricturnas excitat. Neque vero minus idem digestione vitium, hincque enata ventriculi acrimonia spissos impurosque gignit humores, qui malis recensisit majus pabulum suppeditare valent ac augmentum. Hinc enim prima hypochondriacæ affectionis ponuntur rudimenta, succorumque vitalium per abdominis vi-

scera circuitus difficilior redditur ac impeditior.

His suppositis curatio quoque erit adaptanda; quæ, quo felicior evadat, ante omnia exactam diætæ requirit observationem. Cibi enim acidi, dulces, laeticiæ, poma, similaginea; animi commotiones ac mœrores; frigorisque liberalior admissio quam longissime sunt fugienda: contra vero cœna sit parcior; corporisque, ne sit vita sine motu deses, binis circiter ante epulas horis aut curru vehendo aut obambulando placide moveatur. Potui ordinario loco Pyrmontanarum, Selteranae vino rhenano permixta acidula, ob eaurum alcalinum principium feliciori inservient effectu: nec opera ludetur, si ad humores a capite derivandos, vesperi temperata pediluvia ex aqua pluviatili, furfuribus tritici & tantillo lactis parata adhibeantur. Præter has vero diætæ regulas, acrimoniae involvendæ, ventriculoque confortando præstantissimus erit hie pulvis, aut matutina decima aut vespertina quarta hora ex haustu aquæ sonante capiendus: Recipe lapidum cancerum, matris perlarm, pulveris marchionis ana drachmas duas, tartari vitriolati, magnesiaæ albæ ana drachmam unam, nitri depurati drachmam dimidiam, olei de Cedro Italici guttas VIII, sacchari Canariensis ad pondus omnium. M. D. S. Pulver zu einem halben Quentlein auf einmahl. Neque minus erit, mane quoddam tinctellas decocti Chocoladae tenuioris, aut Theebois sorbillare; sub epulis vero ultimo haustu 80. vel 90. guttas Elixirii balsamici temperati assumere, quod sic se habet: Recipe extracti absynthii, cardui benedicti, myrræ electæ, succini, salis tartari ana drachmas duas, corticum aurantiorum unciam unam M. & digere cum libra vini Hispanici aut Hungarici.

Alvi vero obstructioni nihil convenientius opitulabitur, quam vel enematum applicatio, vel pilularum mearam aut Stahlianarum frequens usus: nec incongruus erit pulvis Hallensium antispasmodicus, humorum ebullitioni oppositus. Externe capiti confortando egregiam o-

pem

pem feret sequentis cucuphæ perpetua capiti impositio: Recipe radicis ireos florentinæ unciam unam, succini, benzoes eleæta, storacis, cariophyllorum aromatiorum ana drachmas duas, herbae majoranæ manipulum unum, florum laven dulæ, anthos, chamomillæ romanæ ana pugillos quatuor. M.f. pulvis. D.S. Species zum Krauter. Mutzgen. Denique medicarum aquarum, mense Junio adhibendarum, usum fatis salutarem fore credo; inter quas Schwalbacenses acidulas, subtiliores longe Pyrmontanis, iisque efficia haud cedentes, convenientissimas judico. Harum enim ordinaria dosis mane haurienda, sub epulis autem Selteranæ vino rhenano nuptæ bibendæ, ac ex his commendatum supra balsamicum elixirium assumendum. Quæ si rite observabuntur, felicem inde effectum & spero & appreco.

C A S U S XIV.

De rara Lipothymia specie in sene.

Generosissimus vir, septuagenario major, gravioribus ac perpetuis febre, uti semper, ita præcipue per aliquot dies obrutus negotiis, die quadam Sabbathi facris interfuit; quibus finitis, rus petuit, atque redux factus ea vespera hilaris ac optime valens lætos cum filiis sociavit sermones. At circa septimam circiter vespertinam horam sine evidenti occasione tanta sensuum obnubilatio ipsum prehendit, ut nec videre, nec audire, nec loqui, nec cognoscere quicquam valuerit. Circumstantes filii attoniti morbi accessiō nem subesse rati, protinus & medicum & verbi divini ministrum accersi curant: quorum ille aquis apoplectis frustra naribus admotis, & ipsis vesicatoriis irrito conatu adPLICatis, nullum fere arteriarum animadvertisens motum, ægrotantem una cum Pastore tanquam mortis candidatum hora nona dereliquerunt. Hora duodecima revertens medicus, eundem deprehendit morbi statum; nisi quod externi artus fortiter agitarentur, totumq;

Hoffm. Confut. Med.

corpus sudore gelido ac copiosissimo fere difflueret; hinc iterum tristis abiit. At enim vero haud ita multo post æger ex alto quasi sopore excitatus ad se redire cœpit, & interrogatus, quomodo haberet? non nisi placido profundoque se gavilum fuisse somno respondebat: cuius cupiditate raptus, iterum obdormivit, & mane sponte exerges factus, sequenti non solum die Lunæ satis alacer viuis a multis invisebatur; verum etiam noctem, quæ exceptip, tranquillo confecit somno, dieque Martis eadem alacritate accedentium consortiis amicorum interfuit. Horum autem omnium, quæ his acta fuere diebus, nulla prouersus ipsum subiit recordatio; donec Mercurii demum die omnia fieret conscientis, ac progrediente tempore integræ restitueretur sanitati. Medicus hunc affectum spirituum ex assiduis negotiis factæ consumptioni attribuit: & ægrotans potissimum doceri aet, num forte hujus mali recrudescentes timenda sint accelerationes?

JUDICIUM MEDICUM.

Quem ex missis litteris generosissimi viri cognovi morbum, adeo esse comparatum ingenuo fateor, ut mihi ultra XL. annos medicinam facient nondum obvenierit: licet haud rara sint exempla eorum hominum, qui ex insigni post toleratas febres acutas infirmitate altos inciderunt sopores, iisque suscitati haud inconcinnos equidem cum aliis miscuerunt sermones, & ad quæsita rite responderunt; attamen recuperatis viribus omnium fuerunt insciit. Neque vero minus affectus ille ad mentis defectiones, quas Lipothymias vocant, referri potest: quæ a virium non juxta veteres vitalium, sed potius animalium, & fluidi illius nobilissimi, & simplicissimi, quod sub nomine spirituum animalium nervis & cerebro vehitur, defecit quodam, aut saltē cessante & ad tempus sufflamminata secretione ac influ xu in organa sensuum; vel si mavis, ex magna valorum & substantiæ cerebri imbecillitate & atonia natales suos mutuantur. Eminus autem ad hoc morbi genus in senili maxime atate multum disponere videtur irrequieta illa diurna

nocturnaque mentis fatigatio: quæ sicuti animæ aciem adauget, ita quoque corporis vigori enervando admodum opportuna deprehenditur; & quum tantis mentis laboribus tam proiectæ ætatis homines raro indulgere observantur, ipsi etiam tales morbi rarissimi occurunt. Quibus suppositis cum spirituum dumtaxat inopia huic malo præbit originem, haud mirandum est, iis mora temporis, maximeque cordialium ac analecticorum usu refectis, naturam quoque refocillatam fuisse; neq; ideo recursus illius adco pertimescendus erit, nisi forte assidua mentis cogitationes, exque occasiones, quæ vires dejiciunt, iterum accesserint omni modo fuigienda. Ipse egomet satis deprehendi, imbecillam senectutem minus aptam esse illis laboribus tam corporis quam animi perficiendis, quos alacris juventus facillime peragit; ac recte dixisse Hippocratem arbitror, quod æquam inter vires & labores, cibum ipsum ac potum servare oporteat proportionem. Præterea vero senibus nihil magis curæ cordiq; esse debet, quam ut ventriculo, ejusque vi concoctrici robur addant: cui scopo optime satisfaciet Elixir meum stomachicum, sæpius quidem & alternis diebus XX. tantummodo guttis capiendum: aromata enim & spirituosa, ut illis sunt proficia, ita nec larga simul assumenta dosi. Eandem quoque cautelam vini requirit usus; quod licet ætate proiectioribus vires egregie corroboret, eamque ob cauſam lac secundum appelletur: attamen & para quantitate, & generosum, quale est Hungaricum, potari debet. Quod reliquum est, excellentissimo viro ut Deus vitam diu servet incolunem, est, quod ex animo precor.

C A S U S XV.

Num in Affectu soporoſo uſus Carolinarum confeſat?

Generosus vir, 46. annos natus, calidioris quidem ac strictioris temperaturæ, constitutionis tamen vividæ ac integræ, anno 1712. Principem quedam in itinere comitatus, dolente pedis fin-

stri tumore prehendebatur. Derivabat hunc primum a multa pedum stando eundoq; defatigatione non minus, quam pernionibus calcanei diuturnis, omni fere hyeme exulcerari solitis: quum autem ille aliquot septimanis cum immani sæpius dolore inhæsit, a medico, cuius, donec vivere desit, consilio uſus fuit, pro podagrīa accessione habitus, sibique relictus absque medicinis sponte evanuit. Sequentis 1713. anni mense Mayo accidit, ut dum noctu iter faceret, & currui ex viæ inæqualitate remorato revehendo ipse manum admoveare deberet, ex hoc labore sudore perfusus, mox vero refrigeratus, pectoris inciderit defluxionem, ac crebra tuſi, raucedine, anhelitusq; difficultate vexatus fuerit. Remiserunt autem hæ molestiæ & adhibitis medicinis, & accedente podagra mitiori; ægerque pro confirmanda sanitate per binos annos Pyrmontanis ac Amasianis uſus aquis, præter spirandi levem angustiam egregie valere cœpit. Sed anno 1714. Augusto mense crux parcus ex venis in anum explicatis stillavit: qui fluxus primum dysentericæ dejectioni, tum temporis epidemicæ, tribuebatur, pilulisque adstringentibus bis oppugnabatur; errore vero detecto nullo modo quidem turbabatur hoc hæmorrhoidale profluviū, attamen mox cessavit, & non nisi sub Septembribus finem unica rediit vice. Abhinc autem fere artuum assidua gravitas, pectoris molestia, somniique naturalis major cupiditas accessere; quæ symptomata, interveniente nonnunquam podagrico dolore, protinus quidem remiserunt, hoc tamen vago, & licet redierit, vix per horulam incerto loco infestante, pejora evaserunt. Præcipue auxit somni desiderium; cui, cum sub anni 1715. finem venando humores graviter commovisset, capitis pulmonumque varia destillationes, coryza, tuſique manifestatæ, labiorum intumescientia, mox efflorescentia, & catarrhalis febris supervenerunt. His licet varias opposuerit medicinas, tantum tamen aberat, ut malo ruderint suppeditias, ut potius anhelitus ille difficilis, viriumq; decrementum cum reliquis symptomatibus

tibus per aliquot hebdomadas magis fere increverint: quibus demum vescantia pedibus adplicata levamen quoddam addiderunt, asthma vero & præternaturalem soporem haud penitus exstirparunt. Hinc enim non solum nocte, verum etiam hora decima matutina accedens multis ludibris, corporis agitationibus, vehementi roncho, largoque sudore molestus est, & finitus gravem cordis palpitationem post se trahit. Oppugnavit ergo hæc mala Egranijs Pyrmontanisque acidulis novissima æstate in uſum vocatis, tantumque effecit, ut sopor æque ac difficultis spiratio, membrorumque insignis torpor ad aliquot fere septimanas remiserint; nulla tamen valetudinis constantia: siquidem symptomata recensita, repetito frustra inſequente autumno dictarum aquarum uſu, magis invaluerint. Somno enim nunquam ad satietatem frui potest; & quamquam ad 8. vel 10. horas fuerit protractus, tanto languore, perpetuo dormituriens adſicitur, ut ſub ipſa ſepiuſ matutinarum precum recitatione iterum obdormifcat: quibus denique totius ferme corporis dolor & tensio, ac ſi fuitibus percussus eſſet, ſociantur: matutino quoque tempore multi ante oculos verfantur vapores, quos autem aſſumtu theiforme, aliudve decoctum cito diſpellit; & denique ciborum appetentia nullo laborat vi-
tio. Neque vero ignorari oportet, agrotant generofæ familiæ proprium veluti ac hæreditarium eſſe hydropeſe; cuius initia ipſe jam deprehendit: ſiquidem non ſolum abdomen ſepiuſ dilatatur; verum etiam poſt aſſumta purgantia virideſcen-
tis ichoris multam reddit copiam, iſpumq;
fit tenuius. Ceterum bis quotannis ve-
nam in pedibus incidentem præbere ſue-
vit, ex qua eruor valde robeus, ſiccior,
ac ſcorbuticus mittitur: inde quidem re-
vocari videtur arthritiſ, at juncturis ali-
quantulum excruciatib; mox inſidiosa re-
cedit. Corporis motus, maxime per equi-
tationem malo admodum conducere, ni-
miumq; ſomni desiderium immiuere ob-
ſervatur: pedes autem omni vespera tu-
ment, digitique impressi vestigia relin-
quent, tumore ſuo anhelitus libertatem

reſtituentes. Has ægritudines præſenti
1719. anno non medicatis aquis, ſed va-
riis decoctis ex appropriatis herbis confeſ-
tis, spiritibus volatilibus aliisque medici-
nis, omni autem effectu deſtitutoris oppo-
gnavit: & hinc conſilium petiſ, num fu-
turo vere acidole Carolinæ, aut quæ alie-
ſint profutura?

C O N S U L T A T I O .

EX iis, quæ de præſenti caſu transcri-
pta ſunt, intellexi, omnem calamitatem, qua generofissimus vir premiatur, catervam in nimia ad ſomnum proclivitate variis ſymptomatibus concomitata conſistere: ſoporem enim illum gravibus inſomniis, motitatione corporis, inſigni dolore, ſlertore, largoq; ſudore vitiali, ex-
pergefacto cor vehementer palpitare, ſo-
mni desiderium inſatiabile, perpetua inquietus
ad illum eſſe proclivitatem, iſfq; omnibus
artuum atque totius corporis immanes
cruciatus, contuſionis ſenſum referentes
jungi, ample ſatis percepī. Hinc autem
clariffime patet, cerebrum ejusque mem-
branas non minus quam univerſum ner-
vorum genus poriſſimum laedi, ſerofumq;
laticem ex humoribus largiter ad caput
compulſis separatum, & dictis cerebri
membranis nervorumque principiis inhe-
rentem, reſenſitarum proximam cauſam
existere adſiſtionum. Namque omne &
ſoporiſ & ſpirationis vitium nimiq; humo-
rum vitalium ad caput & pectus conge-
ſtioni natales fuos debere, hanc vero ex
ſpasmodicis flatulentisq; imi ventris, ma-
xime in teſtinorum moleſtiiſ originem
trahere omnino arbitror; quas & ha-
morrhoidum impeditus fluor, & hinc enata-
cruoris circa has partes ſlagnatio, & ar-
thritica materia intus retenta excitave-
runt. Quis enim hec negabit, qui attendet
pectoris æq; morbum ac ſoporem profoundum
ex recrudēſcentibus pedum dolori-
bus, aut imminentे ſanguineo per anum
fluxu inſigne reportasse levamen? Quis-
nam, qui multas flatulentias, ſpasmos, al-
vique obſtructions, & egregiam in hiſce-
malis Pyrmontanarum & Egrariarum aci-
dularum efficaciam intuebitur, non pri-

mariam horum vitiorum causam in abdome ac intestinorum canali mecum collocabit? Omnibus vero hisce afflictionibus primam ansam dedisse videtur cruentæ excretionis pro dysenterica habitæ, per adstringentes pilulas cohibitio ac pleuria suppressio; hanc enim protinus torpor, difficilis anhelitus, somnique inexpleibile desiderium exceperunt. Quorum symptomatum exsurgatio quanquam venarum sectionibus, laxantibus, derivantibusque medicinis, sub primo accessu insitutis, absolvit fere potuerit: iis tamen neglectis malum increvit, & jam potissimum in quæstionem venit, num illi tolendo Carolinæ sint profuturae acidulae?

Neq; vero eas dissuadere possum. Namque licet omnes fere minerales aquæ, maxime Carolinæ, tanquam duriores aliisque ponderosiores per cerebri vasa difficultius paulo vehantur, adeoq; illis ejusdem affectibus, quos serosa produxit colluvies, potius nocere quam prodesse, & plerumque somnolentiam inducere soleant: attamen pectoris oppressionem & soporosum affectum, qui nostrum ægrum vexant, ex cruoris circa imi ventris viscera stagnatione, primarum viarum distentionibus, atq; podagræ & hemorrhoidalis excretiōnis retentione originem suam habere est animadvertisendum. Hinc cum longa mihi compertum sit experientia, congruum harum thermarum usum & in revocando hemorrhoidalī fluxu, & in foras pellendis arthriticis podagricisque motibus, & denique in spasmis ac flatulentiis primarum viarum, viscerumque imi ventris infarctibus expugnandis esse præstantissimum ac fere divinum: haud facile video, cur dissuadenda sit earum potatio, ac magis, cum jam Pyrmontanæ & Egranæ eximiam exseruerunt virtutem. Verum enim vero cum binæ potissimum inter fontes Carolinos repellantur aquæ, interno aque ac externo usui opportunæ, ordinariae nimirum, quas *den Brudel* vocant, & molares, *den Mulbrunnens*: harum usum in præsentí morbo illis præferendum consulo. Differunt enim hæc sillicidia & elementis & virtutibus: prius quippe, cuius a plus quam centum annis

ordinarius est usus, insignem scaturit fermentū aquarum quantitatem, multaq; fovet principia tum salina alcalina neutra, cum terras calcareas martiales, quæ ochre nomine in canalibus, quas perfluit aqua, promte copioseque in tophaceum concrescunt lapidem: quorum principiorum una earum libra post evaporationem unicam suppeditant drachmam.

Alvum movent hæ thermæ ad sedes quinq; sex, aut plures; cum vero ob largam terrestrium particularum copiam crudæ sint ac ponderosæ, difficilius per corporis habitum transire observantur; & hinc in spongiosis maxime corporibus pedum aliqualem relinquunt intumescentiam. Eandem quoq; ob rationem difficilius per caput progrediuntur, & in iis affectibus, qui ex atonia & debilitate cerebri ac nervorum oriuntur, magis obesse, torporemq; ac somnolentiam inducere deprehenduntur. Externe autem inter balnea adhibitæ adstringentem exserunt efficaciam; dum cutim mirifice constringunt, tumores discutunt, repellunt, omnisque cutis sordes, maxime scabiosas, quin & ulcerosas citissime exsiccant.

Contra vero longe alia molarium thermarum est indoles. Harum enim internus usus ante 20. annos nemini adhuc innotuerat; sed olim equi male habentes iis lavabantur, ac demum ab hominibus inter balnea dumtaxat adhibebantur. Cum autem 20. abhinc annis primi Carolinos fontes accessisse, eorumq; omnium elementa ac virtutes accurato indagasse examine: hos molares longe subtiliores levioresq; aquas, puriora salia ac minorē terrestrium & calcarearum particularum copiam vehere, quam, quidem ante memoratas thermas mox deprehendi. His enim tepidiores sunt, & majori quantitate assimi queunt; saporem magis martiale exserunt; ex gallarum pulvere obscuriori imbuuntur colore; ipsasque sapiunt acidulas, quarum calefactarum nomen omni merentur jure; nec denique tantum ochreæ, tophaceique lapidis ad canarium balneorumque latera depositant, ac priores, eoque præclariorē sui levitatem ac subtilitatem sufficienter demonstrant.

Non

Non minus quoque virtutes molarium aquarum longe sunt præstantiores: alvum enim copiosius ducunt, nec tamen caput aggravant, nec torpem relinquunt; nec tumores excitant, nec in balneis usurpatæ repellentem vim exserunt. Ipse ego primum earum præstantem efficaciam in meo corpore expertus, illas prioribus prætuli, & medicis & que at multis illustris & grotis admodum commendavi; qui etiam majorem inde utilitatem in malo hypochondriaco, affectibus nervorum ac hæmorrhagiis perceperunt, quam quidem ordinarius fons hactenus præstiterat.

Hoc harum thermarum discrimine explicato, ipse facile generosissimus æger judicabit, quare molares ipsi convenientissimas ordinaverim. Ipsa vero curatio hac potissimum ratione erit instituenda.

Altero post accessum die vespere cipientur viginti pilularum mearum balsamicarum; ac postridie aquarum potus inchoetur, adeo ut matutino tempore intra unius hora spatium primum 14. vascula (qua binas Hallensium mensurarum circiter adimplebunt) sequenti die 18. tertio 25. quæ nisi quinque sexiesve alvum moverint, quarto 30. totidemque sequentibus ad nonum usque diebus hauriantur; vesperi vero pediluvium ex iisdem aquis confectum adhibetur. Transactis hisce 9. diebus per biduum mane balneo immittatur corpus; tum adsumis iterum vesperi pilulis, eadem potandi ratio, protinus a 25. vasculis inchoando per 8. dies repetatur: quibus præterlapsis rursus per biduum in balnea descendatur; hinc prior potatio septem continuis diebus instituatur, & denique balnea subjungantur. Omnibus absolutis corpus hoc laxante, quod licet purgantibus sit vacuum, tamen restitantes adhuc in intestinis, glandulis ac vasculoſo corporis habitu aquosas mucidasque fortes egrégie ducet, purgetur: Recipe manna electæ uncias tres, foliorum sennæ f. s. tremoris tartari ana draconiam unam semis, coque leni calore in aquæ florum acacia uncis quinque; colatura adde extracti rhubarbari, nitri de purata ana grana decem; aquæ cinnamomi unciam semis. D. S. Potio laxans,

Hoffm. Consult. Med.

cujus una manæ, & interjecto juscili avenacei potu post horam dimidiā altera capiatur portio. Subinde vero essentia corticum aurantiorum balsamica, aquæ pondere cum tinctura gentianæ rubræ combinata ad LX. guttas aut ante epulas aut sub iis sumta egregiam feret opem.

Quæ ceterum victus ratio sub his meditationibus habenda sit, eo magis jam non explicabo, cum ample satis ac exacte in tercia scriptorum, quæ edidi, diæteticorum parte, ubi de rationali mineralium aquarum usu est expositum, memoria sit prodita. Neque vero ignorari oportet, ægro priusquam Carolinos accedat fontes, venam in pedibus secandam, & septem vel octo cruoris uncias emitendas esse.

His adhibitis mihi fuit nunciatum, generosissimum virum sub ipso quidem thermarum usu graves soporosæ afflictionis accessiones tolerasse, ab iis autem absolute curatione fere immunem evasisse, corporis proceritatem diminutam fuisse, tantumque vigoris accessisse, ut per tres horas obambulare, ipsosque montes ascendere valuerit; ipsam denique anhelitus difficultatem penitus evanuisse.

C A S U S XVI.

De Insultu apopleptico, cum Responso, an in eo thermarum Carolinarum uſus sit salubris.

Si morbum intueor, cuius historia mecum fuit communicata, ut mente meam, num Carolinae ipsi forent congruae, aperiam; maxime si novissimam illius accessionem, qua arteriis adhuc pulsantibus, oculis rubentibus, toto corpore calente, ægro per binas horas omnis sensus cum motu periit, & abhinc dextri lateris artus pristino rigore ac firmitate orbati, memoriaq; vis imminuta fuit: eam minime a mentis defectione derivare, sed potius inter morbi attoniti primordia recte collocare mihi videor. Hujus enim tres fere sunt gradus: sub quorum primo levissimq; humores vitales ab extimis & infimis corporis regionibus vi vehementissimâ

C 3 di-

distentionum ad caput, ejusque tam externas partes per carotides exteriōres, quam per has interiores ad cerebrum, hujusque membranas magno impetu compelluntur, expansisque harum partium vasib⁹ liber⁹ circuitu remor⁹ injiciunt. Tum vero inh er ente hac crux stagnatione sensus interni  que ac externi perirent, eaque paulatim discussa sensus restituuntur. Et haec sunt fere accessiones, quae viros hypochondriacos, sc minasque hysterias s p n numero infestare solent. Alter apoplexie gradus est, si nimis illi sanguinis in vasis cerebri stagnationi, ac circulo impedito serosi laticis secessio accedit & extravasatio. Hic enim dum vasorum poros penetrat, & propter suam gravitatem lateri cuidam medull  oblongata vel spinalis insidet, nervi fluidi influxum remoratur ac hemiplexiam vel paralysin inducere observatur. Quae stagnatio ac extravasatio quo est vehementior, eo gravior nervorum resolutio, eo que magis memor  vis, loquela faculta, ac sensuum internorum non minus quam exterorum vigor deperditur.

Summus denique hujus affectus gradus exoritur, quando ex violento humorum impulsu subtilissima pi  maxime meningis vasa rompuntur, ipseque extravasatus crux basin cerebri occupat. Prior tempestiva venae sectione facilissime sanatur; alter licet minime ita gravis sit, ut subito occidat, infirmos tamen per totam vitam reddit  grotantes, & si fuerit levior, atque junior, medel  locum relinquit: tertius vero tantum non semper lethalis deprehenditur.

His suppositis pra sentem  gritudinem inter primum apoplexi  gradum refero, & hinc egregiam, quam tempestiva venefactio tulit, opem derivo. Verum enim vero cum experientia doceat, hosce violentos caput versus motus, & inde resultantes paralyticos & hemiplegicos insultus ex levissimis caussis facilissime rursus excitari ac recrudescere: haud inconsultum erit non solum originem eorum rimari, verum etiam medelam h c mala pr servativem perscrutari. Ex causarum igitur huc facientium censu depre-

hendo,  egrum longo tempore multis m roribus occupatum, variisque occasionibus plus justo commotum ac perturbatum. noctes fere insomnes transfigisse, interdiu nimiis animi defatigationibus vacasse, & pro tristium idearum depulsione saepius ultra modum vini potationi indulssisse; hinc per aliquot menses anxietate pr cordiorum, alvi obstructione, ruſtibus magis quam flatibus, intentis cogitationibus ac insigni tristitia affectum fuisse. Exinde vero facile elucescit, omne nervorum genus debilitatum, summaque ad motus spasmodicos atque hypochondriacos esse proclivitatem; quibus nihil opportunius ad sanguinis versus caput peccusque congestiones invitandum deprehenditur.

Quae cum ita sint, omnem curationis nervum eo intendere oportet, ut spasmis primarum viarum consolitis caput nervique roborentur: quod num ex prudenti Carolinarum thermarum usu impetrari queat, jam erit dispiciendum. Haec igitur aquae corpore rite preparato sub recta victus ratione ac convenientium medicinarum usu adhibita in omnibus spasmodicis ac hypochondriacis affectibus, ex sanguinis stagnatione & libero per viscera imi ventris, nominatim mesenterii, lienis, intestinorum, hepatis, & uteri circuitu impedito originem trahentibus, miram omnino pr stant utilitatem; maxime si dicta sanguinea viscera crux nimio sint infarcta, secretio bilis, succi pancreatici & intestinalium glandularum vitiata, digestio ac chylificatio l s , alvina non minus quam sanguine  per anum uterumque evacuationes suppress , & mult  acid , mucos , biliosaque fordes, ver  flatuum origines intra intestinorum canalem coacervata . Verum enim vero quandocunque hi perversi motus ex pr viis animi commotionibus diuturnisque m roribus, caput nervosumque genus mirifice debilitantibus, natales suos mutuati sunt: iis non minus Carolinas, quam alias acidulas mineralesque aquas minime quadrare, aut saltem cautissimo usu opponendas esse longa compertum habeo experien-

rientia. Ratio in aprico est: illæ enim aquæ, & præsertim ordinariæ Carolinæ thermæ, quas den Brudel dicunt, difficillime per caput progrediuntur, ideoque insignem temulentiam torporemque relinquere deprehenduntur. Hinc quoque est, quod sub earum potatione periiores medici ægros ab omnibus mentis defatigationibus, multo magis commotionibus, & omni, quod caput labefactare valet, sedulo dehortari soleant: quid? quod ex eodem fundamento in iis, qui, ut dicunt, idiopathice caput atque cerebrum infestant, affectibus, maxime paralysi & memoria debilitate horum fontium usus ab omnibus dissuadeatur.

His præmissis in præsenti ægritudine cautam providamque dictarum thermarum potationem eo minus proflus improbare possum quo magis notissimum est, iter, aeris mutationem, omnem a mentis corporisve laboribus abstinentiam, jucundum confortium, & exactam victus rationem, quæ sub illa curatione observantur, multum valere ad nervosum genus confortandum. Tum autem haud ignorari oportet, non ordinarias thermas, sed molares, illis longe leviores ac subtiliores in usum vocandas, nec sub earum potu diurno nimium indulgendum tombo: contra vero omni merore curisque superfedendum, finitaque curatione a frigore, calidiori potu, ac omnibus, quæ mentem turbare possunt, sedulo caudendum, & denique nervinas, tonicas, cephalicasque medicinas esse subiungendas. Quod si autem hisce curate observandis æger se haud parem putaverit, ab ea medicatione, majus periculum minitante, penitus erit abstinendum.

C A S U S XVII.

Sistens Consilium in debilitate generis nervosi. & præcavenda apoplexia.

A Gritudinum, quas Virum generosum de D. strenuum chiliarcham prementes ab ipso coram percepit, omne fundamentum in generis nervosi capitise

insigni per nimiam refrigerationem, corporis animiq; vehementes commotiones excitata debilitate situm esse arbitror. Ex hac enim non solum ventriculus labefactus loco legitimi chyli multum mucidæ acidæque generat pituitæ, alvum reddit segnem, molestamque gignit flatulenticam: verum etiam succi vitales ad caput rapiuntur, ejusque imbecillitatem non minus, quam visus, auditus & memoria vitia torporemque inducent. His igitur symptomatibus conveniens omnino medela apponatur necesse est, ut majora damna prævertantur, & apoplexiæ metus discutiatur: quam cum & mihi impositum sit proponere, ante omnia suadeo, ut ne quidquam ab instituta & hæcenus rite observata vitæ ratione æger deflectat. Maxime vero cerevisias potum proflus abolere oportet; & in ejus locum Selteranas acidulas, aut decoctum sub litt. A. communicatum, quorum partes quatuor cum una vini thenani generosi mixtæ sint, substituere convenit. Nec ludetur opera, si per aliquot septimanas alternis diebus cubitum iturus in pediluvia ex aqua fluvialili, forfuribus tritici & dimidia cinerum clavellatorum uncia confecta descendat. Inter medicamina autem consulo, ut pulvis meus bezoardicus pari potatione cum præcipitante combinatus ante lecti ingressum ad drachmam dimidiā in præcipitato decocto capiatur: mane vero quædam vascula descripti sub litt. B. infusi theiformis sorbillentur, ac lenis inde intra lectum expellent fudor; & denique sub epulis ex ultimo haustu XXX. Elixirii visceralis guttulae assumentur. Tum imprimis alvi lenitio maximopere curanda, quam optimè præstabunt pilulae mæ ballamicæ, quarum bis per quamvis septimanam numero LV. vesperi, totidemque mane in sequentis diei deglutiantur, & juscum superingeratur. Eadem scopo pilulis missis, convenient manna, singula hebdomade semel ad unciam cum dimidia manæ loco sacchari in decocto Theebois aut juscculo soluta avenaceo, nisi aduersetur, devoranda. Nec erit incongruum, efficiæ mæ stomachicae guttas XX. ante

prandium ex supra laudato decocto haurire. Vena in pedibus ter quotannis, primum Martio mense quinque circiter ante æquinoctium diebus, dein fine Maii & denique medio Octobris tempestate sera incidunt, sex circiter crux unciæmittendæ, & proximo post triduo maxime ab aere frigido & cibis incongruis absinendum. His peractis, mense Maius acidularum Selteranarum erit præstantissimus, quarum tepidarum una cum dimidia mensura matutino per 5. vel 6. septimanas bibantur, eaque vino nuptæ potui ordinario sub epulis inserviant. Hanc vero curationem & antecedat & excipiat potus seri lactis dulcis, quod nervis tensis exsiccatisque humectandis egregiam feret opem, sic preparandum: Recentis lactis mensura super prunis sub continua, ne adurat, agitatione ad pulveris fere consistentiam coequatur; tum aquæ puræ mensura una adsundatur; ebulliant invicem, ac ut caseosa remaneat portio, percolentur, cujus mane calefacti in locum potus Theebois una, post meridiem frigidæ altera portio hauriatur. Hoc remedii genus præterlapsis circ. 8. diebus corpore per pilulas aut mannam bene purgato sub reliquarum medicinarum usu inchoetur, & per aliquot tempus adhibeatur. Et hæc sunt, quæ in salutem generosi viri propoundedi duxi, quæ Deus reddat felicia atq; salutaria precor. d. 10. Mart. 1727.

Litt. A.

Recipe radicum sassafrillæ, chine, scorzonera ana uncias quatuor, cichorei, liquiritie, corticis ligni sassafras ana uncias duas, seminis foeniculi unciam dimidiad. C.C.D.S. Species pro decocto ordinario, cujus binæ unciae in tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes decoquantur.

Litt. B.

Recipe herbae veronicae, millefolii, melissæ, salviae ana manipulum, florum papaveris rhœados, tiliæ ana manipulum femis, corticum ligni sassa-

fras, seminis foeniculi ana drachmas tres. C.C.D.S. Species Zum Krauter-Thee.

ULTERIOR RELATIO.

Quatuor jam aguntur anni, cum salutari pro tuenda sanitate consilio instructus, egregiisque potitus fui medicinis: quarum quidem effectus, cum primum non omnino votο respondisset, dosi tamen imminutiori fuit præstantissimus. Abhinc Pyr montanis acidylis, irregulari methodo usus, multos excrevi calculos, quorum maximus orificio vesicæ impactus hæsit, ac haud sine immanissimis doloribus, ipsiusque vitæ periculo tandem excretus fuit. Neq; vero jamjam illis premor, nisi quod nonnunquam fabulum cum lotio reddatur; cruentaq; mictio ac ardor urinæ, maxime si equo vel curru vectus corpus nimium commovi, graviter urgeat. Hæc op pugnaturo mala pilulæ sunt datæ numero 15. de vorandæ; quarum binas tresve dum taxat, lectum petiturus aliquot successive diebus sumbi; (aloes enim justo largiorem eas ingredi quantitatem ratus, illas simul transmitto, numane parca hæc dosis sit continuanda, doceri cupio:) & exinde hæmorrhoides bis quotanuis commoveri deprehendi; quæ cum mox licet pareius fluerent, mox in solis motibus acquiescerent, diras mihi semper excitarunt molestias. His sèpius opposui hirudines, quæ semper insigne præstiterunt levamen, ultima tamen vice, nescio an ipsarum, an illas applicantis culpa spem fefellerunt. Denique novissimo autumno Carolinas in usum vocavi thermas, quæ licet primum ardori urinæ nihil mederentur, continuatæ tamen insignem limosi lotii eduxerunt quantitatem, & hoc excreto ab omnibus me liberarunt symptomatis. Verum enimvero dum suau medici aquarum usum abrumperem, iisq; adsumta salis Anglicani dosi finem imponerem: en rediit pressio & ardor urinæ, & ad hunc usq; diem mox levior mox gravior assidua me exercet molestia. Nec silentio prætermittendum est, sub dictarum aquarum potatione catarrhales humores e capite ad fauces la plos

psos hucusque adfligere, & non minus rau-
cedinem, nullo gargarismate, nec aqua
scabiosæ debellandam, quam etiam insi-
gnem capitis inducere gravitatem. Et hæ-
c sunt quibus premor, ægritudines, qua-
rum medelam cupidissimus anhelo, & sci-
re aveo, num Pyrmontanis, iisque tepidis
ad fontem uti liceat acidulus? Namque se-
ptuagenarius fere ventriculi adhuc illibato
gaudeo vigore, nisi forte frigidis indul-
geam potibus. Nec minus denique cognoscere
gestio, num venæsectione circa pro-
xime elapsum æquinoctium novissime in-
stituta, illam more hactenus solito, ter
quotannis repetere oporteat?

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Traditis litteris, quibus præsens viri
generosi valetudo exponitur, mox me
subiit pristinorum, qui ipsum exercuerunt,
morborum memoria: & cum jam
potissimum in questionem veniat, an Pyr-
montanis aquis hac æstate tuto liceat uti?
non possum non, quin ab illis candide de-
horter. Non enim solum hæ acidulae
præter spirituosas, quas fovent, partes,
graviores vehunt aquas, & ventriculi vi-
icerumque integrum supponunt röbur:
verum etiam, teste diurna experientia,
ætate proiectioribus non omnino conve-
niunt. Contra vero multo utilior tutiorq;
erit curatio, quæ eum Selteranis aquis per
quatuor hebdomades instituetur; ea qui-
dem ratione, ut quotidie matutino tem-
pore teria lagænae his aquis replete pars
calida; & non minus ante, quam post eam
potationem, corpus potiuncula mannata
purgetur, idemque fiat sub ipso potu per
pilulas meas balsamicas 11. numero singu-
lo quatrius vespere devorandas. Hæ enim
acidulae in iis, quæ pectoris renesq; infestant,
ægritudinibus, nephritide, mictione
cruenta, & humoribus denique edulco-
randis pereximiam edere solent virtutem.
Deltillationes autem faicum, tussim,
sanguinisque acrimoniam partim infuso
theiformi, olim communicato, vel cum
vel sine lacte sorbillando, partim Elixi-
rio meo pectorali vespere XL. guttulis ex-
haustu aquæ frigidæ capiendo oppugnan-

dam esse duco. Deinde pilularum mihi
transmissarum usum dissuadere omnino
cogor: quippe quas examinatas multa sca-
tere aloe, humores graviter commoven-
te, deprehendi; iisque meas pilulas præfe-
rendas consulo. Temperandæ deniq; san-
guinis acrimoniaz, ejusque ebullitioni so-
piendæ utilissimus erit pulvis meus præci-
pitans, vesperi antequam lectus petatur,
ad unam drachmam aut solus, aut cum
supra laudato pectorali Elixirio ex frigi-
dæ haustu quandoque capiendus.

RELATIO.

Generoso ægro commendata medica-
tionis ratione probe uso, insigne morbi
levamen accessisse percepit, & non dubi-
to, quin ex diurniori medicinarum
præscriptarum usu omnem sit recupera-
turus sanitatem.

CASUS XVIII.

*De Dispositione ad affectum paralyticum
cum O' apoplepticum.*

Vix annorum 26. temperamento lar-
giter sanguineo, corpore spongio-
lo, teneroque permultis, iisque exiliori-
bus vasis conspicuo instructus, & inde ad
humorum majorem, quam natura vegeto
circuitu movere potuit, quantitatem ge-
nerandam valde opportunus, a prima fere
infantia debilitate, nausea, vomitibus,
capitis doloribus, quandoque vertigine, &
dextri lateris insigni gravitate stipatam
præsestulit valetudinem: que symptomata
maxime artuum gravativa molestia, ætate
progrediente magisque increbuerunt, ut
etiam nonnunquam manibus, inter obam-
bulandum rigida distensione subito corre-
ptis, nihil firmiter continere sapienter
valuerit. Præterea pectoris oppressio, anhelitus,
maxime sub ascendendis scalis difficultas,
& vernali autumnalique tempestate humo-
rosa tussis jungebantur: neque tamen aliis
infantæ familiaribus morbis, preter vario-
las, morbillos & purpuræ facillime supera-
tas, fuit divexus. His malis variæ & eva-
cuantes & stomachicæ medicinæ fuerūt oppo-
sitæ,

sitæ , & peccoris afflictiones binis abhinc annis potu Selteranarum acidularum op. pugnatae : sub quarum usu fracturam tibiæ sinistre incidit , adeo rebellem , ut vi. giti septimanas intra cubile omni corporis motu destitutus sedendo cubandoque transferat . Tum vero insigniter aucta fuit ciborum adpetentia , hinc humorum copia mirifice increvit , corporisque nimis obesitas ; quibus corporis exercitio minus idoneus largum Tabaci usum oportuit . Verum enim vero novissimo vere ex avidiori muranularum ingurgitatione capitis diro dolore , vertigine , & nauseabunda correptus commotione , emeticam sub debito regimine assumit medicinam , & tribus vomitibus multas reddidit sordes : subjungebantur stomachica ex balsamicis temperatoribus cum nervinis , cephalicis & cinnabarinis maritata , & appropinquante æquinoctio , venæ sectio , quæ olim in brachio instituta , per biennium neglecta erat , in pedibus iterum administrabatur eo effectu , ut si accedere repetitus Selteranarum usus , æger omnem sanitatem recuperandi indubiam spem foveret . Inchoabatur quoque , corpore rite præparato , earum potatio : at enim vero quarto die vix duos sorperat cyathos , cum leviori apoplexia subito corriperetur , tenebræ oculis objicerentur , & omnis auditus sermonisque potentia evanesceret ; quam accessionem copiosissimi exceperunt vomitus , omnisque fere adpetentia amissio . Hæc symptomata accersitus medicus laxantibus eidem , divertentibus & roborantibus medicinis oppugnavit , non autem adeo debellare potuit , quin matutino maxime tempore quotidie redirent ; ut hinc a potu aquarum desistere , aliisque remediis uti debuerit . Vena nimirum in pedibus incidebatur , parvumque cruxis ermittebatur , & alternis diebus pediluvia in usum vocabantur : quibus effectum est , ut sopito vomitu appetitus rediret , oculorum autem caligo & auditus gravitas penitus evanescerent . Neq; tamen minus gravatus in dextro latere sensus adhuc urget , ipsamque interdum linguam attingere videtur : ut ideo non solum scire aveat ægrotans , quo mor-

bo laboret ; quæ illius sit causa ? atque num Selteranaæ aquæ novissimam accessionem excitaverint ? verom etiam ad depellendas has ægritudines , majoraque damna avertenda salutare anhelet consilium .

CONSULTATIO .

Postquam non solum præmissam hanc morbi historiam diligenter perpendi , verum etiam ipsum generosi ægrotantis statum oculis intueri mihi licuit : insignem jam ad affectum paralyticum & apoplecticum dispositionem , omnibus modis tam exacta diæta quam congruis medicinis merito oppugnandam timeo . Namque longo tempore gravitate ac languore dextri lateris , vertigine , capitis dolore , præpedito sermone solicitatus , proxime elapsi vere sub ipso Selteranarum aquarum potu levem incidit apoplexiæ insultum cum visus , auditusque amissione , lingue hesitantia , nausea , & quadam veluti paralytica dextri lateris resolutione slipatum , venæ tamen sectione , congruisque medicinis iterum expugnatum . Omnibus vero his symptomatibus insignem generis nervosi , cerebri ac ventriculi debilitatem , quæ plethoricæ ac spongiosa nimirum corporis constitutioni , cerevisie crassæ lupulataque potui , ac servidæ ciborum adpetentia suos debet natales , proximam stravisse viam nullus dubito ; & eandem ob rationem maximam quoque curandi ac majora mala præservandæ vim in pertinaci victus observatione , quæ in diutornis hisce morbis nihil fere praestantium habetur ac fructuosius , esse positam arbitror . Hujus intuitu ante omnia solitum hucusque crassioris cerevisie potum non minus , quam justo largiore Tabaci , maxime a cibis inimici usum penitus abolere oportet : edolia nec avidius nec liberalius ingurgitare , & inter ea a pomis , acidis , faltis , similagineis , laeticiis , fumo induratis , saleque conditis carnis & que ac piscibus utplurimum abstinere , aut saltē parcissime vesci convenit : aer frigidus , septentrionalis , venti vehementes , animique cu-

xx quam longissime fugiantur, & coelo sereno aliquot ante pastum horis corpus & equitationibus & ambulationibus moderate moveatur. Præterea vero inter alia auxilia hisce ægritudinibus convenientissimum judico, ut ob insignem humorum abundantiam, ter omnino quotannis, nimirum Februario, Junio & Octobri mensibus sub tempestate serena croris septem circiter unciae e vena in pedibus tusa detrahantur: quo potissimum tempore per aliquot dies cibi non nisi molliores ac concoctu faciliores comedantur, & omne frigus studio arceatur. Tum omnis curationis nervus eo est intendendus, ut ventriculo robur ac vis concoctrix restituatur, & hinc legitimus chylus, capiti confortando maxime opportanus generetur: cui scopo optime satisfaciet Elixirium meum viscerale balsamicum, quod nullo spirituoso paratur menstruo, & L. vel LX. guttis aut ante epulas ex aqua vino permixta, aut sub iisdem ex ultimo haustu adsumptum & acrimoniam simul temperat, & alvi conservat libertatem. Nec minus operæ erit pretium, ut omnes sanguinis commotiones, ad quas æger ob calidioris cerevisiæ potum videtur facillimus, consopiantur: id quod sequens pulvis pondere unius drachmæ vesperi alternis diebus ex aequo vehiculo v. g. aqua cerasorum nigrorum, aut florum tiliæ devoratus egregie præstabat; Recipe lapidum cancrorum, pulveris Marchionis ana unciam semis, nitri depurati, arcani duplicati, succini præparati ana drachmas duas. M. f. pulvis. Matutino vero tempore adhuc intra lectum sorbillanda sunt quatuor vel sex vascula decocti calidioris ex his speciebus conficiendi: Recipe herbæ veronicae, betonicæ, melissæ ana manipulum unum cum dimidio, feminæ fræniculi, cubebarum ana drachmam, C. C. M. f. species. Externe dextri lateris debilitati confortandæ insignem ferent opem, cervicis, spinæ dorfi, scapularum, pedumque frictiones mane pannis asperis calidioribus peractæ; aut inunctio articulorum per hoc balsamicum linimentum: Recipe a-xungia humanaæ uncias duas, olei laven-

dulæ drachmas duas, nucistaræ, caryophyllorum ana drachmam. M. d.

Hæc sunt, quæ in hoc casu proponenda duxi, haud dubitans, quin si rite fuerint exhibita, exoptatus inde sequutus sit effectus, quem D^rus reddat salutarem.

C A S U S X I X.

De Camphora ad duos scrupulos per errorem assumta effectu in apoplexia hypochondriaco-spasmodica.

Verbi quidam divini minister passione hypochondriaca, tanquam malo ipsi hereditario diu solicitatus immannissimis capitum doloribus, hemiceranias, temulentia, gravi vertigine, mentis deliquiis, hypochondriorum inflationibus & stricturis olim laboravit, & adhuc per intervalla torquetur, simulque narium eximiis obturbationibus vexatur, quæ emunctæ haud raro coagulatum atrumque reddunt cruentem, nulla in sequente hemorrhagia. Non minus olim diurnis alvi obstructionibus obnoxius, illius jam detinetur magis profluvio, quo copiosi, tenues, spumosi, ac anum rodentes vellicantesque funduntur humores; aut hoc cessante gravi tenesmo, & ossis sacri doloribus, quasi frigidum quid il lud perreptaret, agitatur, hæmorrhoidum suspicionem moventibus. Premitur frequenti insuper incubo, & insomniis terretur turbulentis, somno, quādiu viduus fuit, satis parco fruatur, & continuis animi curis angitur atque solicitudinibus.

Novissima vero ægritudo hisce se manifestavit symptomatibus. Primum deglutiendo difficultas incipiebat, & adesse semper in faucibus aliiquid percipiebatur, quod ad continuam stimulabat deglutitionem; fauces ipsæ excoriatae videbantur, & inspectæ uvula relaxata tumidaque seruum tumorem repræsentabant, mitissimo corporis calore, ac pulsatione que fere naturalibus stipatum. Oppugnabant hæ molestiae partim mixtura ex

essen-

essentia alexipharmacæ Stahlii, scordii, succini lignorumque parata, partim pulvere diaphoretico, nitro, cornu cervi sine igne, & cinnabari nativa confecto, alternis propinatis vicibus: externe vero collum fovebatur, & oleo amygdalarum dulcium camphora permixto inungebatur, verticique oleum succini admovebatur; ex quorum usu, postquam balnearior insuper aromaticum pulverem spatula adsperserat uvula, haec remiserunt affectiones. Verum Calend. Junii per mediam noctem omni repente rationis sensuumque exercitio destitutus, pectore, ac si vinculo quodam adstrictum esset, oppresso & attolli & vocem edere prohibebatur, simulq; œsophago & aspera arteria constrictis, nec spiritum libere trahere nec deglutire quicquam valebat; quin, licet rationis usus mox rediret, omni tamen movendi corpus & vociferandi potentia privatus, sub nulla auxilii spe se totum Deo naturæque committere debebat. Tunc sudores oriebantur copiosissimi, & malum adeo solvebant, ut mane læsus surrexit, ac largam insusi theiformis sati callide assumserit quantitatem. At enim vero vix septima matutina hora audiabantur, cum eadem accessione denuo veluti attonitus percelleretur, & post horæ demum intervallum, spiritibus ad narres admotis, frictionibus, aliisque, quæ in promtu erant, adminiculis iterum excitaretur. Excitatus autem omnem penitus loquendi potentiam amiserat; signisque animi cogitata significare tenebatur; hinc digitis pectus, collum, linguamque laborare innuebat, & denique calamo ac atramento datis litteris satis inconcinnis se nihil deglutire posse, pectusque, gulam & asperam arteriam graviter constringi explicabat, atque medicum accersi desiderabat. Accitus ille eadem deprehendebat symptomata, æger enim vix liquida ac medicamina deglutire valebat, venæ in manibus, facieque solito calidiori atque rubicundiori ad modum turgebant, pedibus refrigeratis; pulsusque ferebatur tardus ac languidus, & magis a sanguinis insigni abundantia viriumque oppressione, quam harum defectu derivandus vi-

debatur. Inde medicus, qui affectionem pro leviori apoplexiæ specie declaratom a spastis sanguinem ab infimis extimis ve partibus ad caput atque pectus compellentibus deducebat, protinus venam in sinistro brachio intundendam, & octo cruris, insigniter atri & adeo spissi, ut vix stillaret, uncias emittendas curavit; externas partes, maxime nucham & dorsi spinam cum spiritibus apoplectis, nervinisque, junclo spiritu salis ammoniaci vinolo fricari jussit; interne liquorem cornu cervi succinatum cum essentia castorei & liquore anodynō Hoffmanni mixtum propinavit, linguae quasdam balsami vitæ saccharo instillatas guttulas imposuit, eamque salvia, theriacaque perfricavit: cujus quoque theriacæ tantillum folio salviæ inclusum sub lingua detinendum exhibuit, ac herbam roriferi marini masticandam ordinavit. His medicinas larga muci tenacissimi insequebatur exscreatio; cui magis fluxili reddendo fauces gargarismate resolvente nervinoque repido eluebantur: clysterum autem commendatam injectionem æger respuebat. Neque minus raninarum venarum sectionem, quam medicus malo diutius inhærenti opponendam censebat, insigniter abhorruit, maxime cum recordaretur, quandam olim febre acuta, forsan phrenesi laborantem ex illa in incompeſibilem & lethalem omnino sanguinis effusionem incidisse: nec quoque emeticam dare medicinam consultum videbatur, ex qua æger olim tertiana febre detenus animi defectionem passus fuerat. Sed ecce! sub ancipiti hoc rerum statu sponte excitati quidam vomitus insignem pituita reddiderunt quantitatem, & sobris lingue vincula, per septem horas consticta, protinus relaxata sermonis facultate restituerunt. Jam adhuc vexabant calor internus, vertigo, torpor, somnolentia, & fauicium stomachique spasmatica detentio: quando enim liquida summo labore & difficultate deglutita ad superiorius ventriculi orificium pertingebant, ibi acsi obex fuisset positus, subfistere observabantur; quibus symptomatibus præter supra memoratas essentias eodem die pul-

pulveres antispasmodicis ex nitro depurato, antimonio diaphoretico, cinnabari antimonii, & pulvere marchionum composti opponebantur. Eorundem usus sequenti quoque die, cum noctem paucō, sed turbulentō transiegisset somno, compressio atque constrictio gulae, asperæ arteriæ, thoraci ac stomachi adhuc urgenter, caput existeret temulentum ac vertiginosum, pulsusque citior esset, protrahebatur; adjunctis partim mixtura ex essentia succini, scordii, pimpinellæ, ambræ & liquore anodynō confecta, partim ad derivandos humores, motusque perversos compescendos temperatio pediluvio. Non minus torpori capitis ac insigni temulentia mitigandæ vesicationis remediorum, quorum egregium effectum æger jam antea in vertigine expertus fuerat, applicatio suadebatur; & invito licet medico, qui, ne genus nervosum inde magis laederetur, & spasmodicæ increscerent strictræ, valde timebat, haud sine fructu instituebatur.

Quum autem nihilo feciū recensitarum partium distensiones in eodem tenore persistenter, ad illas relaxandas binę spermatisci ceti drachmæ in olei amygdalarum dulcium recentis uncia dimidia soluta, ac tribus haustibus ex juscule carnis bovinæ pinguiori capienda ordinabantur. Haust etiam unam portionem ægrotans, eaque nihil efficiente, alteram affumturus, in locum olei amygdalarum, quod abhorrebat, sua sponte oleum olivarum cum spermate ceti dicta ratione ac quantitate commiscendum ex pergula accerendum curavit. Tum vero vel ancilla vel tabernarii errore accidit, ut loco spermatis ceti binę Camphoræ drachmæ datæ, illaque cum olivarum oleo levi calore soluta fuerint a combinata: quarum tertia pars, duo nimirum camphoræ scrupuli ægro sunt propinati. Hos vix devoratos insigne vertiginis excipiebat incrementum & extremitatum frigus, vultus mortui instar pallidus, pulsus parvus ac valde languidus, precordiorum anxietates, gelidus capitis sudor jungebantur; mentis error incidebat, seque per omnia sanum reputans, mirabatur circumstantium hominum actiones, &

graviter advertebat, quod ipsum ægrotantem pronunciantes, instar simulati a Moliere in Comœdiis ægri attondere velint; nihil nisi somnum anhelabat: mox assidue risu agitabatur, mox iterum mortis imminentis metu percellebatur. Naribus admota volatilia & vita balsamus Hoffmanni temolentius reddebant caput, gravoremque vertiginem: membra languida apparebant ac fere contusa, & miser se valere demonstratus, intra cubile insigniter titubans obambulabat: spasmodica vero pectoris & cœsophagi constrictio, infallibili virtutis, quam camphora habet, antispasmodicæ documento, protinus evanuerat. Medicus camphoram datum ignorans ob insignē vertiginē, torporem, languorem & incredibilem somnolentiam verebatur, ne ipsa omnino accederet apoplexia; hinc protinus clyisma emolliens & nervinum cum oleo ruta, liliorum alborum & nitro antimonato, haud sine fructu injici jussit: quo facto membrorum rigore, & recensisit symptomatibus per binas horas detentus æger, ad fe paululum redire coepit, deprehenditque, quam infirmus sit languidusque; tum vero corporis æstus, copiosusque sudor cum urina rubicundiore, pulsuque celeriori insequebantur, & gravioris morbi quandam adferebant solutionem: ipse ægrotans insidente nocte placidissimo fruebatur somno. Postridie, cum clystere novissime applicato materia viscidæ, grumosa, lateritis coloris, quam medicus concrementum quoddam ex acido ventriculi hypochondriacis familiari, & oleo amygdalarum dulcium cum spermate ceti atque cinnabari coagulatum esse pronunciavit, satis larga quantitate expurgata, & hinc insigne levamentum inductum fuisset; ille denuo in usum vocatus non nisi ventrem naturali modo subduxit. Mingebarunt adhuc rubrum lotum; calor erat mitior; & insignis lassitudo, affidaq; in somnum propensio adfiebant. Tum demum casu accidit, ut medicus vasculum, quod oleum olivarum cum spermate ceti continebat, inspiciens camphoræ odorem perciperet, & adeo errorem cōmisum detegere: hinc quo præverteret acutam febrem, ipsiusq; camphoræ ardore

mitigaret , supra memoratis pulveribus nitrum , ceu verum camphora corrigens , majori dosi admiscerit . Nec minus , agro cruentem nigrum coagulatum , more olim solito , naribus adhuc emungente , illi resolvendo , ac stasi discutienda mixtroram ex spiritu nitri dulci , essentia scorpii , arnicæ veræ , pimpinellæ cum balsamo vita paratam opposuit . Et sic convalevit æger , nisi quod aliquot post sumtam camphoram diebus pustulæ copiosissimæ totum corpus , maxime femora obsederint ; hac vero non in ulcus abierunt , sed apertæ parum seri stillabant , exsiccata autem punctulum nigrum , quale ex pulvere pyro cuti intrulo deprehenditur , relinquebant ; quo furfuris instar decidente , cicatrix adparebat , sponte demum evanescens .

Ex hac igitur observatione quid quæso de camphora vicalefaciente statuendum ? Certe eam tantam esse non adparet , quanta a quibusdam medicis , internum illius usum timide & cautissime admittentibus , prædicatur : quod si enim esset , majorem omnino in nostro agro XL . granis assumis excitasset ardorem ; maxime cum in melacholicis affectibus binis dumtaxat granulis , iisque nitri simul larga dosi permixtis propinari soleat . Eo magis autem hanc commoventem vim amittere camphoram , si oleis soluta fuerit , elucescit : & denique ipsam provide datam egregia pollere virtute antispasmodica , vel ex eo patet , quod exinde omnis spasmatica thoracis constrictio protinus evanuit , & extremonrum languor , frigus , atque dolor exceperunt &c.

J U D I C I U M .

PRÆLENTEM casum , qui Theologi cuiusdam & vita integritate & eruditione ac insigni naturalis historiæ cognitione venerandi adversam tradit valetudinem , publici juris facere eo minus alienum duxi , quo magis & ipsi morbo & singulari camphora efficacia quædam debetur animadversio . Morbum equidem non alium esse judico , quam leviorum apoplexiæ passioni hypochondriaco - spasmodicæ supervenientem ; cujus certe ac-

cessio hypochondriacis frequentior , quam a medicis dijudicatio deprehenditur . Hoc vero apoplexiæ genus tempestivis venæctionibus , clysteribus , pediluvii , aliisque sèpius sanatur , & natales suos debet violentis extremarum partium & imi ventris distensionibus ; quibus crux spissus justo majori copia ad caput rapitur , in illo per minima vascula progredi necis subsistit , & externorum æque ac internorum sensuum potentiam per aliquod tempus aufert . Hinc quamdiu nulla vasorum ruptio , aut sanguinis serisque extravasatio accedit , curationi locus relinquitur ; sero autem ad cerebrum delapo , ægerime morbus tollitur , & sanguine plane extravasato sanari omnino nequit . Sed præsentis mali principiis , incrementis , symptomatibus & curatione re censendis jam eo magis supersedeo , quo amplius & eleganter ea omnia a peritis medico in præmissa morbi historia sunt explicata . Id solummodo , quod ex ea notatu dignissimum mihi videtur , est singularis , quem camphora in oleo olivarum soluta , & binis pro una dosi scrupulis ægrotanti summa cerebri ac virium imbecillitate affecto propinata edidit , effectus . Multi sane hujus maxime ævi sunt medici , qui præconcepcta magis opinione , quam constanti experientia induci huic remedio nimis calefacientem , humoresque commoventem attribuunt efficaciam , illudque tamquam plane noxiū , quod nullis omnino morbis conveniat , sc pejora excitet symptomata , plane rejiciunt . Verum enim vero , ex quo in Mindano maxime & Halberstadiensi principatibus medicinam feci , au toritate Riverii , quem sui seculi præstantissimum judico medicum , & Cranii celeberrimi Batavorum Professoris inductus , camphora cum nitro combinata in inflammationibus , peripneumonia , pleuritide vera , rheumatismis , febribus inflammatoriis , nimia sanguinis profusione , nec non in morbis hystericis æque ac venereis , ipsaque gonorrhœa , maxime corporis peripheria perspirabili , & ipso a sanguinis abundantia vacuo , & frequentissime & felicissime usum sum . Hinc etiam ,

etiam anno 1714. in disputatione de usu camphoræ interno securissimo & præstantissimo ventilata demonstravi, eam, licet inflammabilem, oleofas, sulphureasque foveat partes, nihilo tamen minus ad scrupulum unum in oleo solutam & propinatam homini sano & alvi libertate gaudient nec calorem excitare nec fitim. Hujus rei veritatem quilibet infemitio experturus, ex drachma una spiritus vini rectificatissimi, aut guttis quinque olei cinnamomi vel caryophyllorum, aut haustu vini Hungarici longe maiorem excitari percipiet astum, quam quidem ex uno camphoræ scrupulo. Hæc enim sicuti crocus, opium, castoreum &c. efficaciam suam vi sulphuris anodynæ evaporabilis potissimum exserit; & eamdem ob rationem nitro nupta in spasmicis, dolorificis, iisque affectionibus, in quibus interna discussione opus est, securissimi reperitur usus. Quemadmodum autem omnia medicamina, maxime anodyna, incongrue usurpata damna inducere solent; ita quoque eadem fors premit camphoram. Hæc etenim in morbis, qui ex virium & cerebri imbecillitate originem trahunt, & alvi segnitiem comitem, larga potissimum dosi propinata facillime vertiginem, stuporem sensuum, aliaque symptomata, quæ præmissa morbi historia uberioris docet, excitare observatur. Præterea vero haud raro contingit, ut vaporosa hæc remedia, ut crocus, castoreum, opiate, aliaque anodyna a quibusdam hominibus omnino abhorreantur, iisque adhibita periculosa excitent affectiones: a quibus ad alios nulla valet consequentia. Neque tamen statuo, tam largam camphoræ dosin esse propinandam; sed illius duo grana pro dosi data sufficient, & nunquam ullam creabunt noxam. Confirmant id idem & recentium & veterum medicorum quamplarimi, qui tantum abest, ut internum camphoræ reformidaverint usum, ut potius illam in nimis hemorrhagiis, & febribus malignis sapissime commendaverint & suis immiscuerint compositionibus, quales sunt species de hyacintho, trochisci de Carabe, sper-

niola Crollii, pulvis Heurnii contra hæmoptysin, quem ille L. V. aph. 50. describit, pulvis pannonicus ruber, tinctora bezoardica Michaelis, per tot annos summo fructu usurpata &c. Namque hæc præcipue mixturæ simplici nupta in febribus cujuscunque generis longe tu-tiorem feliciorumque præstabit effectum, quam quidem confluæ hisce temporibus alexipharmacæ essentiæ ex radicibus calidioribus, enule, angelica, vincetoxicæ, imperatoria &c. paratæ; quæ sane majorem, quam camphora nitro aut acidis maritata, humoribus inducere observantur ebullitionem.

C A S U S X X .

De Hemiplexia cum curatione hastenus frustra tentata.

Foemina annum agens primum & quadragesimum, temperamenti melancholico-sanguinei, habitus corporis inter macrum & pinguem medii, dum flore ætatis esset florido, jam vero pallido faciei prædicta colore, infœcundo vi-ginti duorum annorum matrimonio quatuordecim vicibus puerpera facta, vivos enixa foetus est, & inter eos bis gemellos, ut abortivos aliquot taceam foetus, in lucem edidit. Natura parentibus suam a-lendi sobolem inditus amor & nostram eo impulit, ut septem, ni fallor, priores foetus ipsa lactaret, reliquos autem partim lacte deficiente, partim superveniente, dum uterum gereret, diurna tussi cum somni defectu & sudore, vertigine que gravi per intervalla accidente, nutritibus committere oportuerit.

Quum anno 1729. novissime gravida esset, per omne illud tempus de insigni femoris debilitate est conquesta, pro ratione audi foetus ac imminentis partus magis adacta, & cum frigore cruris ejusdem insueto conjuncta. Bis eo tem-pore vena incisa crux reddebat den-sa, viscida, tenacique variegati, grisei præsertim coloris tunica, qualis pleuri-ticorum esse suevit, tectum, subiugve atriore.

Brevi

Brevi ante partum pariter ac sub ipso, die 14. Martii 1730. contingente, vix credibilem aquarum copiam effudit uterus, puerperaque tandem gemellos edit, puellam alteram, alterum puerum. Illa viva, ex omni parte integra; hic mortuus fere dimidio minor cum cuticula lutei coloris mollissima, ad tactum quasi diffusente, non obscuro indicio, eum jam ante, quamdiu? dubium, in utero fuisse extinctum, adparebant: reliqua, imprimis etiam purgamentorum matricis, quæ lochia adpellant, excretio satis ad naturæ leges accommodata. Nec silentio præteriri debet, pueroram secum perpendentem, quod omnes infantes, quotquot nutribus lactandos dederat, post diuturnos morbos tandem mortui fuissent, prioribus illis, quibus ipsa mammas exhibuerat, in vita manentibus, consilium cepisse, factui hinc propria ad movere ubera, licet fere exsucca. Constituerat enim defectum, si quis foret, lactis alia supplere convenienti alimonia. Neque a proposito suo ullis se averti rationibus passa est, Inde factum, ut non modo majori juscotorum copia pro generando lacte, quam e re sua esset, corpus oneraret, verum etiam dies nocte plerumque omnes insomnes transigeret, sicque corporis, nervosique præsertim generis robur admodum minueret. Tempore tamen puerperii nihilominus sine notabili incommodo finito, puerpera ad reddendas benignissimo numini gratias templum adiit, sacrificisque interfuit. Quinto vero vel sexto die post, qui primus erat septimæ a partu hebdomadis, post quartam meridianam horam ægra gravi ex improviso animi pathemate, ex terrore partim, partim mœrore mixto percellitur. Expallescit mox misera, oculi illachrymantur, labia livecunt & tremunt, naufragat ipsa, & ab adstantibus pulverem quandam antispastmodicum, qui in promtu erat, poscit. Accedentes filiae in os matris pulvrem indere conantur, sed ægra deglutiire nequit: potius inani corripitur vomendi conatu, oculi rigent, ipsa obmutescit, mortuæque simillima ex sella, cui insi-

debat, in terram prolapsura vix sustineri, ægreque elevari potest. Me tum absente mox aliis accitum medicus juxta ac chirurgus, & ægram quidem ad se rediisse vident, loquelam vero amissam, sinistrique lateris resolutos artus.

Jussu medici inciduntur sinistri brachii vena (siquidem dextrum latus paralyticus affectum esse putaverat) sanguinisque aliquot mittuntur uncia: interne mixtræ ex liquore cornu cervi succinato cum essentia castorei larga ori ingeritur portio: quam tamen brevi post magno revomit ægra conatu ac simul ingentem variorum copiam. Externe pariter spirituosa, nervina, excitantia in usum vocantur. Post septimam vespertinam ipse dominum reversus ægram pallentem cum naso acuminato, pulsu debili, sed æquali, respiratione satis integra, viribus tamen valde defectam reperi. Adhæc loquela difficultima, vox minus sonora, sed submissa & intra voculas *Ja* & *Nein* subfissens, ceterum ita comparata, ut rationis integrum ostenderet usum. Os ad dextrum sive sanum latus tantisper vergit, & imprimis isthuc trahitur, dum loqui ægre animus est. Oculi sinistri palpebra superior admodum debilitata adaptari, hinc semper dextra magis connivere sinister observatur oculus, manetque semiclusus, dum utrumque aperire ac libere circumspicere conatur. Ceterum sensus interni pariter ac externi cum rationis usu vigebant: solum latus sinistrum, ejusque artus adeo erant resoluti, ut nec motus, nec sensus ullum in iis supervenisset vestigium: nec enim impressæ brachio acus vim misera percipiebat. Calore tamen naturali & paralyticæ perfundebantur artus, arteriarumque motus æque ac in sano micabat brachio. Quæsta, num ex capite doleat ægra? utique se dolere respondit, admotaque ad dextrum sive sanum capitinis latus manu, hoc potissimum dolore affici significavit: quin & sequentibus diebus, sermone per Dei gratiam integre redditio, semper de dextri capitinis molestissimo dolore est conquesta, non item de sinistri lateris. Tussis subinde humida cum soni-

fonitu hærentis intra pulmonum vesiculas muci ægram prehendit; & reliquæ corporis excretiones, præter menses a partu emanentes rite se habent.

In hoc tristi rerum statu dum, quid potissimum agendum sit, circumspicio, ac imprimis in causam hujus sottici affectus materialem inquirto, probe gnatus, hunc deum recte curaturum, quem mali origo haud fecellit, animum præ-
primis subiit quæstio: Num apoplecticus hic insultus a sanguinis copia excedente, & hinc facta ejus ad caput congestione, stagnatione, hancque subsequentे lymphæ extra suos alveolos effusione ad medullæ spinalis principium, illamque imprimis partem, quæ sinistro nervos suos impertit latere, ortum suum trahat? & num adhuc etiam a sanguinis exsuperante copia foveatur? hinc pro remedio iterata postulet sanguinis missionem, sive evacuandi, sive revellendi id sine fiat? Quæ dum animo agito & simul antecedentia & concomitantia momenta probe expendo, id denique rationali deprehendo conjectura, quod tametsi morbi accessio utique a sanguinis crassi præternaturali ad caput compressione stagnatione que post vehementem illam animi commotionem fuerit excitata, præfens tamen hemiplexia minime a sanguinis laudabilis copia & abundantia foveatur, hinc nec sanguinis evacuatio repetita indiceatur, nec ab ea axilium expectandum sit. Ut enim taceam, ægrotantem per omnem suam vitam omni fere vino, quin & ipsa fortiore abstinuisse cerevisia, solamque bibisse secundariam; neque urgeam, illam frequentibus non solum puerperis, verum etiam abortibus, imprimisque illo, qui novissimam ingravidationem non multo ante præcesserat, stupendis sanguinis profusionibus fere exhaustam, ultimoque etiam partu sufficien- tem uteri purgationem fuisse expertam; & præfens illius status adeo videatur comparatus, ut defectu potius boni sanguinis quam excessu laborare appareat: corporis sane totius & faciei extenuatio mira ac pallidus exsanguisque color, pulsus nec

plenus nec fortis, sed potius debilis ac languens, virium denique prostratio fati plene evincunt, non adesse, quæ iterata urgeat venarum incisionem, sanguinis copiam nimiam. Qualitatem vero ejus vitiatam, & inertiam, serique dyscrasiam, non modo cruoris e vena extracti conditio, verum etiam frequentissimæ illæ macula scorbutica fuscæ majores, fogillationibus simillimæ, aliaque symptomata satis comprobant.

Omissa sic, tanquam minus conveniente remedio, venæsectione répetita, alterum illud generosum remedium, a non paucis magnis medicis inter palmaria contra ejusmodi affectus numeratum, vomitorium intelligo, se offerebat; nec pauca pro ejus exhibitione militabant momenta. Ipsum enim malum haud ita multo post prandium ægram prehenderat, quæ ad augendam lactis inopiam plus potus & juscotorum, quam olim fuerat, forbillaverat: quid? quod ipsa natura nauseas vomitusq; cum maximo conatu movens viâ quasi digito monstraret, quam ingredi & sequi minister ejus deberet, recte suo perfundurus officio. Et profecto expeditissima fuisset res & inventa clavis ex hypothesi agenti. Verum cum mecum perpendarem, ægrotantem ab aliquot jam annis idiopathico quodam capitidis vitio & debilitate laborasse, jam etiam de dextri lateris hemicrania conqueri; apoplecticos insuper morbos æq; ac alios capitidis sotticos affectos, ab externa etiam lassione ortos, stomachi mala, naueam, subversionemq; ventriculi per sympathiam producere consuevit; ac porro ventriculum ipsum repetitis, iisq; vehementibus succussionibus jam omni suburra evacuatam, & deniq; ipsam miseram jam a paroxysmo excitatam, adeoq; tam potent i. & periculo lo remedio ad excitationem opus non habere: tutius me & ab hoc medicamine abstinere, quam fortissimo ejusmodi nisi humores ad caput magis urgere, hujusq; functiones turbare judicavi; maxime cum vix appearat, qua ratione incarceratum illud, osseisque cranii & vertebrarum repagulis inclusum vitium vel levissimam operi inde experire queat: Quid? quod nec spontanei hi

& symptomatici vomitus quidquam levatis attulerint.

Quapropter omisso & hoc periculose aleæ pleno opere , tutiore via incedere , ac potenti mox acrius clystere revellendo , caput ac supremas partes ab incumbente onere liberare tentavi : non minus autem partim ad feri coagulati discussio nem , partim ad fibrarum elanguidum morum ac elaterem exstimulandum vesicantia ampla muchæ & utrique brachio adponni curavi : intus quoque pulveres potenter incidentes ex salibus mediis , cinnabari , succino & castoreo ex convenienti dedi vehiculo , hisque & sequentibus pugnavi diebus .

Clysteres quotidie repetiti optime responderunt , nullo tamen alio allevamento , nisi quod mox secundo die articulatus magis & sonorus & ex pluribus contextus voculis sermo , tametsi non sine difficultate & languore , orisq; ad dextrum detorsione deprehenderetur . Vesicæ per plures dies apertæ multum feri acris cutim circum circa cum pruritu erodentis stillarunt . Agræ , somnolenta licet plerumq; esset & dormire vifa , somnum nihilominus , de cuius defectu querebatur , anhelabat : quem quidem affectum maxime non solum cerebri nervorumq; a morbo labi , verum etiam liquidi nervosi , quod spiritus vocant , defectui , ejusque influxui imminuto , hinc virium ortæ debilitati in acceptis ferebam . Ere tamen agræ erat , animæ sedem & nervorum principia , quantum depressa patiebantur vires , ab incumbente sero magis magisq; purgare . Quare mox tertio die dato pharmaco alvus aliquoties evacuata , idque etiam pluries sub morbi cursu , datis varia forma purgantibus minus acribus , factum . Ipsa insuper posteris diebus sponte natura multum , sed sine ullo sudavit levamine . Ciborum appetentia plane fuit dejecta , potus vero majus desiderium , sed inter deglutiendum facilis ejus ad asperam arteriæ , dummodo tantil per sinistrorum reflecteret vasculum , descensus cum tussi : & præter capitum dextri dolores artus quoque illius lateris satis acriter torqueri coepi runt ; adeo ut suræ cruris affecti epispasticum ad plures dies fuerit adpositum . Quar-

to morbi die copiosissima hinc inde erupit purpura rubra , maxime in brachio paralyticæ , quin toto sinistro latere ; quæ licet successive totum fere corpus occupaverit , nihil tamen attulit emolumenti .

Quinto die sermo satis promtus erat & expeditus ; quo simul se obtulit occasio de agræ conditione cum D. D. E. archiatro R. P. colloquendi . Hic in hisce affectibus omnibus reliquis medicaminibus anteferebat cauterium actuale nucha inter primam & secundam , vel hanc & tertiam colli vertebraæ per momentum impressum ; hujusque operationis effectum optatissimum se Varfaviæ non solum vidisse in puella epileptica , & milite paralytico : verum etiam usum hujus chirurgiæ Italis maxime familiarem esse ac notissimum deprædicabat ; monebatque id mox inter malis principiis , antequam firmiores egerit radices , fieri debere , & jam , cum quintus circiter morbi dies esset , nondum exspirasse commodum hujus medicinæ tempus asserebat . Inveni etiam illud experimentum in laudati viri libro , cui titulus ; Varavia physice illustrata pag . 185 . & de illo cum doctissimo ac experientissimo sene D.D.S. communicavi . Hic , quamvis rationi utique consentaneum hoc remedii genaus , mecum judicaret ; non tamen audebat sibi minus expertum tentare , ne eo haud feliciter succedente occidisse , quam nos servassemus , videremur . Palsus tamen deniq; fuit , convocari duos experientissimos chirurgos , ut de hac manuali operatione , & num tam unquam administraverint ? interrogarentur . Neuter tamen horum ad hæc loca applicaverat olim ferrum candens , parati nihilominus utrique erant , jussu nostro urere partem desideratam . Dum vero explorandi solum loci causa intuebamur cervicem , totam ejus cuticulam ab imposito vesicatorio adhuc erosam undiqueaque ac leniter inflammata deprehendentes , nec quidem adpligate ferrum ausi sumus . Elapsa sic occasione comoda ac principio , in quo , si quid movendum est mouere jam suo tempore jussit Hippocrates , elapsa , nulla hujus medicinæ amplius ratio habita fuit . Spem interea faciebat & fidem alter chi-

rurgorum, fore ut gravis licet hæc hemiplexia, absque concurso remedii ejusmodi violenti ac trucis, aliis solom adjuta commodis externis solveretur. Hunc in finem maxime commendabat, qui sequitur, litum externum, propria sua in simili casu experientia comprobatum, quo calefacto spinæ pariter ac resolutæ partes, harumque imprimis commissuræ, panno prius calido frictæ, quotidie inungantur: Recipe saponis Hollandic. virid. libram, therebinthinæ communis libram dimidiā, salis ammoniaci uncias duas, camphoræ unciam, cinerum clavellatorum uncias quinque, calcis vivæ uncias duas, baccarum juniperi manipulos sex; quæ cum spiritu formicarum digerantur per noctem. Hujus autem deficientis in locum spiritum juniperi sumserat chirurgus.

Hoc igitur externo remedio diu ægra uia est, datis simul interne pulveribus ex salibus neutrīs, imprimis arcano duplicato, tartaro vitriolato, cum regulo antimoniī medicinali, succino, hujusq; sale & cinnabari: nec non tinctura metallorum cum liquore cornu cervi succinato, essentia fuliginis Claudi &c. alvus vero senior & plerumq; compressa subinde pilulis balsamicis, & clystere ad officium excitata. Ægra, quæ hactenus & sensu membrorum paralyticorum caruit, emplastri, quod erosæ a vasicatoriis cuti erat impositum, detractionem in brachio percepit, minus autem aculeos phœnigmī ad pedem adpositi. Urina fulvi coloris saturatior & densioris paulo consistentiæ mejebatur; sudores copiosissimi, calidi, non levantes: purpura rubra agmine densissimo corpus omne, magisque paralyticos, quam sanos artus occupat cum somni defectu, partim ex pruritu, partim ex dolore, qui femora & crura, maxime dorsum & lumbos excruciat. Sitis lati vexat, pulsus languidus quidem, nec tamen vel ordine vel numero aut frequentia idem a naturali valde recedit: potui datur aqua pura cortice citri condita, ac sexta vini minus merci parte remixa: urina, quæ sub morbi initium copiosa ferebatur, parcus fluere, & omnino supprimi cœpit; simulque

sitis imminuitur, parumque bibitur. Huic vero symptomati clyster therebinthinatus exhibitus medelam attulit, alvumque simul copiose subduxit. Insuper dextri, illiusque integri lateris hemicrania perinaciter inhæret cum sensu pressionis ab internis ad exteriora molientis capitilisque simul gravitate; quæ maxime die inclinato urgent.

Die 6. Maij ægra iterum cum Decocto Manageti, quod constat ex manna, cremore tartari & syrupo violarum, addito jalappæ pulvere ac sale neptro purgata. Die 7. hemicrania multum remisit, sed urina ægræ distillat sine stranguria, rametsi plenam esse vesicam ægra sentiat; semel vero intra diem redditæ, naturalis aurei coloris fuit, opaca ac densioris consistentia, brevique in liquorē limosum fatiscebat. Ad hanc urinæ difficultatem liquorē terræ foliatae tartari cum quartâ liquoris anodynī mineralis Hoffmanni mixtum dedi bis terve per diem ad guttas 80. sub noctem vero pulverem salino-cinnabarinum; unde quoque illa tenuior ferrebat: somnus ciborumque aliqua appetentia rediere. Nec tamen minus dolores lancinantes hinc inde corpus, partesq; etiam affectas male habent, & pruritus quoque, procul dubio a frictione partim cum pannis, variis gummis sumigatis, partim cum liquore dicto spirituoso saponaceo molestus est.

Alvum quartum diem compressam elixirio quodam proprietatis cum rhabarbaro, foliis lenneæ, agarico, sale tartari & vino Hungarico parato laxavi; quumque & paulo acriorum vim in posterum eluderet, clystere demum cum melle & sale duriora eduxi scybalæ. Hactenus mensæ a partu nondum rediere; quorum promovendorum non minus, quam vario alio fine die 17. Maij has præscripsi pilulas: Recipe massæ pilularum de tribus Ruffi scrupulos duos, tartari vitriolati, scamonei puri, extracti rhabarbari, hellebori nigri, gummi galbani ana scrupulum, extracti trochilorum alandal grana sex, olei destillati carvi guttas duas, cum tinctura succini; f. pilulæ, pondere grani unius, conspergantur pulvere cinnabaris

nativæ d.s. Pillen davon 15. Stück abends zu nehmen. Mercurium dulcem admiscerre nolui, non tam quod in affectibus nervosi generis multis male andiat, quam quod ægra quotidie pulvere utatur, ad quem larga satis cinnabaris antimonii quantitas adjecta non fecus, ac grana duo falso volatilis viperarum; quod tamen sal adeo Waldschmidio laudatum, ob sudores quibus fore diffuebat ægra, capitilq; dolorem, & redeuntem per intervalla, nihilque levantem purpuram ad paucos solum dies continuavi. Ad corrigenda vero lymphæ vitia, juxta alia etiam decoctum ex radice farfaparillæ, scorzonere, chinæ, symphiti majoris, liquiritiæ & pauco Guajaci in usum fuit vocatum, alvusque ex intervallo aliquot dierum clementer purgata: urina haec tenus decenter fluxit.

Die 31. Maji celebris ille Budissæ medicus D.B. forte hoc venerat, quem quum apud familiarem quandam deprehenderet, & sermo etiam de statu ægræ meæ incidisset, id ejus consilium fuit: nimirum interne essentiam alexipharmacam Stahlii cum parte quarta spiritus falso ammoniaci fuccinari remixtam bis de die dare jussit; externe balneum Radebergense, & post illud litum cum spirituosis commendavit. Ante vero, quam hanc essentiam propinare, præmisso prius infuso ex purgantibus, nervinis, ac salinis parato cum vino, crassos imprimis nervis que impactos humores dissolvere ac facta revulsione per organa ac colatoria iis convenientia sensim evacuare constitui. Bibit proinde hoc per dies aliquot, bisque purgata quotidie fuit, sed ejus correptatio tandem abstinuit eodem, & medicinas a D. D. B. commendatas in usum vocavit.

Die 7. Junii domi balneo egelido ex aqua, cui pars acervi formicarum inepta, fuit imposta, eique valde tepido umbilico tenuis infudit, cervice interea, & quod deficiebat, latere eadem calente aqua perfusis: cuius in usu cautissimo per tres perficit septimanas ægra, sed sine ullo levamine, neque etiam dolores illi lacerantes, qui per intervalla extrellum pedem

affectum occupabant, auxilium quoddam attulere. Dum hæc siebant, convenit me Junior quidam medicus commendans mirum in modum externum aliquod remedium, eujus virtutem in Paralyssi sibi & aliis cuidam medico plus simplici vice expertam dicebat, fidemque dabat, ne hujus remedii opem & effectum intra octiduum deprehensurum. Misit etiam ipse remedii bujus circiter mensuram unam, indicato simul adhibendi modo, qui erat, ut parte hujus liquoris ex commota prius probe lagena effusa calefactaque, laborantes partes calido prius panno fricatae, superne semper inungerentur. Examinans hoc medicamen deprehendisse spiritum frumenti vulgarem cum sale communi mixtum, sedimentum tamen illud falso nigricantem carbonis colore exibebat: quam conjecturam medico illi cum exponerem, confitebatur ille nihil aliud esse, quam salem culinarem ligno juniperi excavato incuneatum, post combustum, dehinc una cum carbone pulverisatum, ac cum spiritu frumenti vulgari commixtum. Sed nihil praestitit hæc medicina, ultra octiduum solerter adhibita: quod idem fatum, proh dolor! manebat & essentiam illam alexipharmacam, & alia omnia, sicut & in medicina illud verum esse deprehendatur: Homines plus sæpe de facultatibus suis sperant, quam ipsis inest. Tantum enim aberat, ut ægra quidquam levamnis acciperet, ut potius inter ipsos hos medicos ausus manus affecti lateris primum, tum quoque pes extremus cœdematofo, & qui impressi vestigia servabat digiti, tumore distenderetur, & purpura simul integrum latus denso agmine, nullo levamine, magno pruritu occuparet. Nec minus alvus evadebat stridior, supra recensitarum pilularum, quandoque uno aut altero resinæ jalappa vel auri fulminantis grano commixtarum usu relata.

Quum igitur domesticorū remediōrum exhibito haec tenus irrita fuerat, thermas tandem adire naturales fuit constitutū. Has cum omnes omnino docti uno commendarent ore dubia fuit ægra, ad quas potissimum acce-
dez

deret; alii enim Radebergenses, alii novitate se commendantes Gishibemens, alii denique antiqua fide & seculorum aliquot experientia confirmatas, nativoque superbientes calore Tœplicenses anteferebant, prout unicuique vel proprius vel aliorum responderat usus. Ipsa tandem misera omnem spem in Tœplicenses ob institum, naturalemq; earum calorem collocavit: quod institutum, probe gnarus, quantam in corpus humanum imaginatio haberet efficiaciam, haud improbavi, quamvis me non fugeret, quod D. D. Wolffius tr. de fonte Radebergensi calorem naturalem thermis inherentem earum virtutem magis infringere perhibeat. Sic VI. Iduum Julii bono cum Deo ingressi sumus iter ad Tœplicenses: vix autem unum alterum-ve confeceramus milliarium, cum nausea molestissima cerripi cœperit misera, quam demum maxime conatus vomendi, per intervalla repetiti sequebantur, ultra horam excruciantes, & denique ventriculi contenta omnia, & varias cruditates repetitis insultibus excutientes. His partim ob vehementissimos vomendi conatus, partim corporis a carpento per salebrosam asperamque viam ducto concussione, insig-nes dorsi, cervicis, lumborum, artuumque jungebantur dolores; qui etiam molestissimo hoc itinere exantlato noctem fere in somnum reddiderunt.

Sequenti die mane elixit proprietatis rhabarbaro & vino Hungarico paratum propinavi: & vespera, alvo inde non rese-
rata, dosin pilularum dedi, quarum hæc est de scriptio: Recipe aloes violatæ unciam dimidiam, gummi ammoniaci depurati drachmas duas, tartari vitriolati drachi-
mam, myrrhæ electæ drachmam dimidi-
am, extracti radicis imperatoriaæ, vale-
rianæ, salis succini ana grana quindecim,
olei destillati carvi guttas octo, cum tin-
etur succinif pilule ponderis grani unius,
obducantur argento. d. f. Pillen. 15. Stuek
des Abends zu nehmen.

Sequuta nox quietior, mensiumque si-
mul fluxus a puerperio hue usque suppres-
sus rediit, conspirantibus hunc in affectum
variis causis, corporis nimisrum vehemen-
tissima concussione partim ab itinere gra-

Hoffm. Consult. Med.

vi per integrum diē protracto, partim a re-
petitis illis violentissinis vomitionibus,
nec non purgantibus illis, emmenagoga si-
mul virtute præditis, post corporis illas in-
suetas commotiones propinatis. Continua-
vit hic fluxus ad quintum diem, primo bi-
duo copiosus, reliquis diebus parcior: nec
minus primo die fuit ater, coagulatus, vi-
scidus crux, sequentibus naturali simili or-
simul vero crus affectum exquisitissimos
noctu dolores patitur lacerantes a lura ad
calcaneum cum tremore protractos; tre-
mor ipse interdiu quoque sed absq; dolore,
maxime dum ægra paulo diutius sellæ in-
sideret, ad fibigebat: Ædematosus præterea tu-
mor pedem æq; ac manum affecti lateris
adhuc occupabat, cum naturalis caloris
defectu, qui arte suppleri debuit.

Sic demum finita, quæ balneorum usum
hucusq; remorata erat, menstrua purgatio-
ne, primum corpus purgabatur sale. Sedli-
censi ad unciam unam, cum fervente aqua
soluto, die XVI. Cal. Augusti mane ex-
hibito: quod dum eodem die ter alvum
movit, sequenti priua vice balneo insidere
cœpit. Neque tamen vel virium de-
fectus, vel plenaria morus impotentia,
vel alia symptomata permittebant, ut ip-
sos ingredieretur fontes: sed in aquas ex-
scaturigine ad proprium domicilium al-
latas, & ad eum temporis gradum, quem fa-
cillime & sine ulla ferrere incalcentia, re-
daetas bis quotidie descendebat, & primo
die vix ultra horæ quadrante in iis com-
morari valuit; post in lectum deportata,
quædam decocti farfaparilla vascula for-
billavit. Postea vero sine ullo incommmodo
per tres horæ quadrantes aquis insidere
valuit; sub qua mora e cervice brachium
paralyticum calida sedulo perfundebatur;
& in lectum reposite egræ artus calidis fri-
cabantur pannis, ipsique demum cervici e-
pilasticum latum ex gummi aliisq; acri-
bus & oleis nervinis concoctum imponeba-
tur, tæpius renovatum. Quam autem
perpetuus ille ac curiosissimus effectuum,
quos Tœplicenses thermæ præstant, ob-
servator celeberrimus Z. archiater re-
gius suo etiam salubri consilio meam be-
nigne adjuvaret operam; pro sua is huma-
nitate commendavit, misitque balsamum

D 3 quod-

quoddam nervinum, quod in casibus non dissimilibus insigni olim usu administraverat. Palmaria hujus virtus oleo illi ex India allato Cajeputi, de quo conf. D. Schendo in epistola ad Schroeckium de quibusdam Indiæ rarioribus E.N.C. anno 1727. in appendice inserta, debebatur, reliqua ex axungis humana, taxi, oleis expressis nucis moschatae & destillatis aromaticis & nervinis constare dicebat. Hoc igitur balsamico liitu partes resolutæ post quodvis balneum, calido prius panno frictæ, cum nucha dorsique spina ungebantur, omisso, quod ego cervici applicaveram, emplastro epipastico. Protracta fuit hæc curatio per tres septimanas, omni cura, diatæque convenienti regimine; sed eheu! absque ullo emolumento, nisi quod tumor cedematosus discussus, animoque major vigor, & cibi aliquod desiderium ventriculo fuerit redditum.

Quum vero plurimi ex iis, qui thermas has frequentaverant, usum illius fontis, qui extra urbem scaturit, & das Schwefel-Bad appellatur, longe anteferebant balneis intra mœnia profluentibus, ægra sanitatem anhelans & illos fontes experi-ri cupiebat, obtinebatque etiam, ut sibi soli per horulæ spatium lavacri usus per-mitteretur. Hinc per dies novem con-tinuos exportata, aquis his infedit, nec tamen ultra horæ dimidium earum vim, calorem, sudoresque, quos movebant, perferre potuit: ipsis vero his diebus post meridiem suas intra ædes balnea ingrefsa. Tandem huic thermali curationi ad quatuor septimanas extractæ finem im-posuit profecto non exoptatum: nec enim inde ullum in hemiplexia levamen experta est, artusque sine omni motu manebant. Sensus vero tactus brevi post mali principia jam redierat, imo in acer-bos cruciatus cum insigni tremore affecti cruris a violenta corporis per viam sale brosam sub reditu concussione intende-batur.

Postquam igitur demum reversa fuit misera, undio cum balsamo Z. continua-batur, coque consumto, frictiones cum aliis nervinis studiose ad nervorum prin-

cipia & artuum commissuras adhibitæ, siccæ cucurbitæ ad temporis quoddam spatiū dorso ejusque spinæ admotæ, dehinc per ostium summa cutis urticis cæsa fuit, exasperata, & nescio quæ non tentata, verum incallit omnia, Nec strenuus internorum usus omisssus: corpus ex intervallo purgatum, elixi-rium ex plantarum nervinarum extra-ctis, millepedibus, sale tartari, sale amoniaco & vino Hungarico paratum, subinde & pulvis salino-cinnabarinus fue-runt exhibita.

XI Mo Cal. Sept. mensium fluxus re-versus, quatriedium persistit, dieque secundo ac tertio largus fuit, qui effectus, num sit infuso herbae saponariæ cum flo-ribus, quod secundo tertioque hujus fluoris die sorbillavit, adscribendus? in medio reliquo. Cessante hoc corpus bal-samicis iterum evacuatum fuit pilulis. Brachium vero læsum a supremo humero contabescere, flaccescereque cœpit, haud ita notabiliter manus; pulsus quoque mi-nor videbatur ac in dextero carpo: ipsum tamen brachium calore gaudebat naturali. Intanta mali pertinacia ethiopis mineralis vim lympham viscidam coagulatamque dissolvendi experiri tentavi: cujus ad men-tem Harrisii & Hoffmanni Aldorffini ab-que deflagratione sulphuris parati scrupu-lum, cum elæosacchari cinnamomi scrupu-lo dimidio mixtum, bis quavis die, ma-ne vesperique dedi, ita tamen, ut ex in-tervallo paucorum dierum fordes alvinæ leni purgante subducerentur. At capi-tis accedens dolor, ut elæosaccharum cin-namoni removerem, (ægra enim calida minus fert) & succedens etiam hujus me-dicina fastidium, ut eam semel tantum per diem dare, nec ultra decem vel duo-decim dies continuare potuerim, in cau-sa fuerent: quo tempore elapsò alvum ite-rum pilulis blandis biduo laxavi.

Sub idem tempus tuissis epidemica ex tempestatis subita mutatione, ortoque repente acri & insueto frigore, meos invadens domesticos, & ægram prehen-dit molestissima ac pertinacissima, siccior inter principia, procedente malo humili-dior, post plurimos demum laboriosissi-mos

mos conatus mucum flavescentem ex imo pectore excutiens : inhaesit simul per plures septimanas jactura virium cum somno admodum parco , & sudoribus nocturnis ; tandem tamen sensim decocto conveniente & pulvere resolvente cum floribus sulphuris devicta est . Elapsis quinque hebdomadibus reddit menstruum profluvium , sed parcum , nec ultra triduum persistens : quo finito , firmius radicatum malum potentiore quasi veste suis movere sedibus conatus sum ; & ad mentem celeberrimorum medicorum , & inter hos etiam Boerhavii purgantia paulo potentiora experiri constitui . Has igitur parari pilulas decrevi : Recipe mercurii dulcis , scammonii puri scrupulum , trochiseorum alhandal , resinæ jalappa ana scrupulum dimidium , olei destillati succini guttas quinque , cum syrupo corticum aurantiorum ; f. pilulae ponderis unius grani , inaurentur d. s. Pillen , davon 7. Stuck fruh auf einmal zu nehmen .

Septem proinde hujus masse grana quartarum purgarunt alvum , non tamen sine tormento ; nox secuta quietior ; interpositis aliquot diebus has iterum pilulas aliquoties deglutivit , iisque bis dumtaxat cum terminibus modo majoribus modo minoribus purgata est . Sic diurna illa tussis creatu muci , ex imo pectore excussi , sensim rarer facta mente octobri demum conquevit . Quum etiam matrona quedam famosissimam illam Hallensium essentiam dulcem ad cœlum efferret laudibus , ægra spe auxilii inflata ejus concentrata portionem per octiduum bis de die ad guttas decem ex infuso Thee , vel herbarum convenientium summis , eodem , quo reliqua medicamina , effecto .

Mensem fluxu VI. Kal. Nov. post emanationem septem hebdomadum revertente , ægra a remediorum usu abstinuit . Fuit ille primo biduo satis impetuofus , crux naturalis coloris ac consistentie ; post tertium vero diem iterum disparuit . Quo facto , pilulas acriores supra dictas iterum propinavi ; simul vero in usum vocavi medicinam quandam externam ab amico commenstatam , qua princeps quidam in simili affectu , magno sui commodo , fuerat usus .

Erat illa lixivium ex cineribus faginis paratum , cum serpillo coctum , atque cum oleo olivarum diligentie conquassatione mixtum ; quo calefacto femur & crus laeta trium septimanarum spatio , bis quotidie ad tempus perfundebantur ; abstergante deinde linimento quodam ex spiritu viini , oleo lumbricorum cocto , oleis chymicis juniperi , lavendulae & sapone veneto parato inungebantur . Nec & haec operam ferebant ; nihilominus ægra non deterrei se passa est , quin & post in humero idem tentaret remedium . Sic alternatim modo litu illo balsamico spirituoso a me parato , modo unguento jam exposito , has illasve partes fricat misera sanitatem exoptans . Urna hactenus sufficienter fertur aurei fere coloris , densioris paulo consistentie ; alvus poli thermarum usum rectius suo fungitur officio , quies variat ; verbo : functiones & naturales & vitales pro statu ægræ naturæ satis sunt convenientes . Tumor vero cedematus extremum iterum occupavit pedem , quod tum imprimitis ipsi accedere observatur , cum sellæ insidens ad plures horas tibias in perpendiculari situ conservat : inde est , quod plurimum temporis lecto incumbendo transfigat .

Incedere enim sola nequit , nec pede nititi valet ; liquidem debilia & laxa sunt juncturarum femoris & genu , hæc imprimitis , quæ tibiam cum femore conjungunt , ligamenta & vincula , ut corpori soliendo plane sint imparia . Quod si tamen semel elevata est , ut sano brachio adstanti ancille possit incumbere , tunc tibiam affectam antrosum movere valer , uti eandem etiam in lecto decumbens retrahere & ad se iterum extendere , sed lente admodum & non sine labore potest . Brachium vero adfectum sine omni omnino motu est , digitique rigidiore ad volam implicantur , absque tamen tali violentia , quæ spasmos comitari solet , seu qui facile explicari possint , mox priorem iterum occupantes situm . Hactenus ægra a Vto Iduum Nov. quovis mane guttas duas balsami de Mecha cum ovi vitello ex infuso Thee ad aliquot septimanas sumit , & ex intervallo senioribus expurgator pilulis . Ex eodem quoque balsamo de Mecha linimentum

quoddam ad partes paralyticas, earundem juncturas ac spinam dorsi ab aliquo fuit quasi maxime commendatum, & pariter ad aliquid tempus bis de die in usum vocatum; cuius haec est compositio: Recipe balsami de Mecha partem unam, olei amygdalarum dulcium partes duas, continua ac diurna conquassatione, affunden- do subinde parum aquæ puræ tamdiu, donec haec non amplius absorbeatur, fiat linimentum nivei coloris; ad cuius conser- vationem semper affunditur aqua pura, usus tempore decastanda, iterumque post usum affundenda. VII. Kal. Decembris menstrua rediit purgatio, parcior tamen & intra quatriiduum finita.

Quæ cum ita sint, Tuum vir Excellen- tissime imploro auxilium, ac scire potissimum aveo, anne iterum thermæ in usum sint vocandæ? aut nom Carolinis, quas licet ex tractatu tuo de Thermis Carolinis in capitib affectibus idiopathicis incon- gruas cognoverim, tamen, illustris qua- dam matrona ex propria admodum com- mendavit experientia, uti liceat? Nonne ex mercurio diaphoretico solari, abs Te parato, levamen mali expectandum? & denique nonne foanticulus in nucha vel brachio excitatus utilitatem polliceatur?

R E S P O N S U M .

Vidi diligenter ac perspexi, quæ de morbo carissimæ conjugis ample eleganterque prescripsisti, quaque morbi statum, causas & curandi rationem doce- satis ac optime differuisti: in omnibus enim me tibi consentientem habes, & imprimis affectum, quo sollicitatur agra, hemiplegicum haud magis a sanguinis abundantia & ad caput congestione, quam potius a seri impuri, vasa in cerebro ejus- que atractibus sita nimium distendentis flagnazione omnino derivandum esse, te- cum persualus credo. Nec vero te fu- giet, quantis hujus mali & pertinacia & vetustate molesti ac fere radicati, sub- jecto tenerrimo universali humorum dy- serasia polluto inharentis exfliratio sub- jecta sit difficultibus, quamque adeo omnis remediorum ac consiliorum vis-

eludatur. Quæ adhuc sperari possest sa- lus, meo quidem arbitrio in eo sita est, ut ne nimiis natura oneretur medicinis, maxime externis atque linimentis; quippe quæ non minus ac thermæ Carolinæ exiguum omnino ac fere nullam polliceri videntur opem. Has etenim in capitib vitiis, quæ ex seri cerebro inclusi inunda- tionē oriuntur, & fibrarum medullarum inducta per inspissatam lympham flacciditate, tonoque imminuto nituntur, cum omnibus reliquis medicatis aquis nunquam profuisse deprehendi. Contra vero non ludetur opera, si ægrotans pilularum mearum balsamicarum, quæ ven- triculi non solum & intestinorum tonum roborant, alvumque simul lubricam red- dunt, verum etiam successum promovent, tribus circiter aut quatuor ante cruris uterini eruptionem diebus omni vespera undecim vel tredecim devoraverit; atque insuper elixirii cujusdam tonico-cervini ex essentia gentianæ rubræ, corticis cas- carillæ, tintura antimonii acri & liquore meo anodyno minerali portione mixtis, & duabus olei macis & cinnamomi guttu- lis parati XL. guttulas mane ex infuso melisse cum corticibus citri confecto, totidemque vesperi cubitum itura ex de- cocto quodam hauserit. Antimonii namq; tintura acres viscidosque homores insig- niter resolvit, & urinam egregie pro- movet; cuius promotionem in graviorib; in veteratisque capitib affectibus, ex obstruто infundibulo, & seri circa cere- bri partes stagnatione, oriundis utilissi- mam observavi. Nec minus opera erit pretium, hunc errhinum pulverem qua- doque naribus attrahere: Recipe herbae majoranæ, florarum liliorum convallium ana drachmas duas, herbae mari syriaci, florarum benzoë, caryophyllorum aroma- ticorum ana drachmam dimidiam, casto- rei pulverisati grana decem. M. d. s. Schnupftoback. Potu vero ordinario de- coctum ligni sassafras cum passulis conse- dum exhibere conveniet. Externe pulvis caryophyllorum, cardamomi atque cube- barum aut capiti inspersus, aut in sacculo, adplicatus non levem spendet opem; nec alienum erit, cervicem, dorsi spinam,

bra.

brachia ejusque juncturas calide fricare, & frictas vel infuso ex floribus anthos & lavendulae cum vino veteri rhenano parato vel balsamo meo vita inungere. Capitis doloribus liquoris mei anodynii mineralis quedam guttulae saccharo excepte, & in ore, donec solvantur, detentæ insigne conferent allevamentum; quod etiam expectari potest ex jusculis carnis gallinaceæ, aut vitulinæ cum radicibus cicchorei, scorzonerae ac apii paratis, & succo citri aut aurantiorum permixtis.

Verum enimvero, cum harum ægri tadinum curatio diuturnum remediorum usum requirat, commendatas quoque medicinas, quamvis earum effectus haud protinus votis respondeat, diutius tamen adhibere oportet; eo magis quam autumnus horum malorum extirpationi minime opportunus observatur. Nec enim dubito, quin, si laudata curandi ratio sub astidua mentis tranquillitate rite & pertinaciter protrahetur, proximo potissimum vere si non tota morbi extirpatio, saltem insigne symptomatum levamen sit insequuturum.

ULTERIOR MORBI RELATIO.

Simulac litteræ ac consilium tuum ad manus meas pervenerunt, protinus commendatas medicinas ægre propinare cœpi. Bis nimis quotidiæ mixturam ex essentia radicis gentianæ rubræ, corticis calcarillæ, tinctura antimonii acri & liquore anodyno confectam ex infuso melissæ cum citri corticibus assunxit; bis quavis hebdomade pilularum XV. dein XVIII. vesperi deglutivit, quæ primum binas, dein unam dumtaxat moverunt secundem: sub epulis decoctum ex aquæ simplicis mensura una, rasuræ ligni Sassafras drachma, & pastularum minorum uncia dimidia paratum, deinde vero ob suboram naufragiam passulis destitutum potavit. Neque minus per longum satis tempus cervix, dorsi spina, brachium, ejusque junctoræ prævia frictione, infuso ex floribus rosmarini atque lavendulae cum vino rhenano generosiori confecto, bis quavis die inungebantur. Consumta quo-

que supra laudata mixtura, alia parabitur ex liquoris anodynæ, tincturæ antimonii ana uncia dimidia, oleorum stillatorum macis ac cinnamomi ana guttis quatuor: & post hanc liquore anodyno deficiente, tinctura metallorum succinata, dictis essentiis nupta adhibebatur: pilulis deficientibus alia levissimæ cum rhabarbaro confectæ subjungebantur: in decocti sassafras vero per plures hebdomadas assumti locum cerevisæ tenuioris ac secundarie potus substituebatur, & melissæ quoque ob naufragiam omisso usu, alia liquida mane sorbillabantur.

Verum enimvero quanvis misera omnium functionum & naturalium & vitalium exercitio satis integro gaudeat, ipsique uterinus crux regulari tempore & satis copiose per triduum semper float: attamen lexio animalis functionis & hemiplexia, sinistri maxime brachii, remanet pertinacissima: hoc enim, licet integræ sensu polleat, omni tamen non solum movendi potentia privatum, sed etiam a summo humero ad junctoram cum brachio aridura est affectum. Contra vero cruris, quod semper aliquantulum movere valuit, jam majorem movendi facultatem recuperare videtur; adeo ut sidestro brachio alterius humoris inniti licet, lentis jam passibus sola incedere queat. Nullum enim in junctora femoris cum osse ilchio subesse vitium, sed illud potissimum in genu imbecillitate hærente videtur: qua expugnata, illam firmius ingressuram esse credo.

Brachii resolutioni & ariduræ opponendum commendavit chirurgus quidam unguentum, cuius ex unguento altheæ, aregon. martiat. agrypp. oleo petræ, juniperino, laurino, sapone veneto, axungia canis, pipere nigro pulverisato, euphorbio & eruca compositi mirum in hisce morbis predicavit effectum. Nec quoque illius usum variis rationibus ductus improbavi, sed illud bis quotidie loco prius probe fricto inungendum, alternis insuper diebus summo humero æque ac cervici siccas cucurbitulas admovendas, tumque unguentum adpliçandum euravi:

nihil vero auxilii inde observavi, nisi quod aridum fere brachium magis aëtum carnosiusque fieri videretur. Denique amicę sual ad genu confortandum unguento quodam viridi fuit ola, & manus inde robur acquisivisse sibi imaginatur. Quæ cum ita sint, Gishublenses hac estate fontes accedere decrevit, num cœli, loci & aquarum mutatio ipsi futura sit salubris tentatura: de his vero & ulteriori medendi ratione salutare anhelat consilium. Pridie Kal. Maii 1731.

Consultum inde fuit, ut cum tam radicato malo aeris mutatio multum conferre deprehendatur, olim commendata medicamina ac balnea in usum rursus vocaret ægrotans.

C A S U S XXI.

De Hemiplexia ex affectu Rheumatico, arthritico producta.

Generosissimus vir de P. annos 67. na-
gra chiragræque tormentis obnoxius, sub
hujus potissimum anni auspiciis tantas
cervicis atque pectoris constrictiones in-
ciderat, ut per sex hebdomas nocte
dieque sellæ insidere teneretur, & de-
mum hirudinibus ad anum applicatis ab-
iis fuerit liberatus. Accedit autem proxi-
me elapsis pentecostes feriis, ut, cum
assumta. integra adeptentia epulis cœlo
ventoso ac inimico fenestræ aliquamdiu
immoratus in sellam subsideret, insigni
subito apoplexia corriperetur, qua amissio
rationis usū sinistrum latus, dimidium
caput artusque istius lateris paralyti resol-
vabantur, sinistrique oculi visus penitus
deperdebatur. Rediit equidem post con-
gruorum remediorum usum rationis inte-
gritas: verum oculi, brachii, pedisque
paralysis adhucdum inhæret, pectusque
sinus multo muco infarctum detinetur:
quin quamvis etiam quinto ab ea acces-
sione die, soaso medicorum, chymicum
quoddam medicamen adsumerer, inde
quidem aliquoties vomuit, multumque
pituitæ reddidit cum eximio levamine;
tantum tamen aberat, ut resolutioni

quoddam accederet allevamentum, ut
potius affectio pariter ac integro lateri
spasmodica superveniret constitutio.

In hoc rerum statu post 14. circiter dies
in dextro pede prope pollicem sponte ex-
ortum ulcerulum fonticuli instar per
quatuor septimanas insignem primum
tartarei incrementi, post aquæ ichoris
ploravit quantitatem. Nec impeditus
fuit hic fluor; sed ordinata sunt semicu-
pia ex aqua fluvialili tepida, lactis qua-
tuor mensuris & furfuribus parata; qui-
bus generosus æger bis quavis hebdomade
ad horæ quadrantem insedit, ab iisdem
vero duodecim vicibus usurpati, cum
nullam ferre opem, & magis virium lan-
guorem inducere viderentur, pessitus ab-
stinuit. Abhinc quoque sinistrum paraly-
ticum pedem eadem, ac in dextro, re-
gione obsedit uleus, non quidem tartarea
laburra, verum acris pituitæ fluxu hucus-
que madidum. Junguntur præterea non
minus infatiabilis pedis crurisque resoluti-
pruritus, quam capitis humorosa deflu-
xio, qua plurimus mucus & naribus redi-
ditur & fauibus exscreatur.

His denique omnibus ante biduum ho-
ra nona matutina violentius malum, véluti
recidivum, accessit, quo æger omni
ratione privatus tanta rapiebatur convul-
sione, ut dextrum genu ad os fere contra-
heretur. Accersitus medicus cruorem
simul ex ore ferri videns, derivatorium
initiui jussit venæ sectionem; qua pariter
ac aliis medicinis hæc dira accessio fuit
expugnata. Verum licet per totius morbi
decursum integer adipitus, large epulæ,
pulsus naturali simillimus, alvusque quo-
tidie reddita fuerint: attamen summo
generosus vir jam laborat virium defitu,
omnis motus impos a ministris solum mo-
veri debet, atque hac illucve portari, &
sonno fruitur plane nullo.

CONSULTATIO.

Quod si viri generosi morbum valde
radicatum ac habitualem rite in-
tueor, non sane possum, quin il-
lum in tam confirmata atrate gravissi-
mum ac maxime arduum declarem. Non
enim

enim solum omnes vitales succi sordibus tartareis scorbuticisque inquinati: verum etiam partes nervosæ, tendineæ ac fibro-
se violentis strictris ac spasmodicis motibus detineri videntur. Hinc autem circulus humorum per vasa corporis impeditur, salutares excretiones, maxime que per cutim fiunt, immouuntur, & crux spasmodis illis tam externis quam internis copiosius ad pectus & superiores partes rapitur: ex cuius stagnatione in capite apoplecticae accessiones, in principio medula spinalis hemiplecticae ac paralyticæ resolutiones, & denique catharrales per natas faucesque distillationes, ac pectoris muco oppletiones originem trahunt. Emittunt ad haec vitia non nisi seri impuri tartareique colluvies, podagricorum & chi-
ragricorum dolorum vera causa dispo-
suisse videtur. Namque hoc externos o-
lim artus, eorumque articulos occupans per quasdam forte caussas intra corpus depulsum est, in quo primum per metasatis, ut dicunt, ad colli cervicisque musculos delatum, hos ad rigidas distensiones proritavit; dein vero ad ipsum caput atque cerebrum depulsum, apoplecticum paralyticumque procreavit insulatum. His denique certo virium adhuc validarum documento singulari naturæ beneficio ulcuscula pedum, acre tartareum serum plorantia supervenire; quam naturæ fortes scorbuticas foras pellendi proclivitatem insignis quoque demonstrat pedum pruritus. Hi vero motus, quamdiu sunt moderati, salutares omnino ac utilissimi comprehenduntur.

Quamobrem ut inveterato huic malo, ætate adeo proœcta, si non penitus ex-
pugnando, saltem aliquantulum sublevando prospiciatur; omnes, meo quidem arbitrio, scopi ad tria potissimum erunt dirigendi. Nimirum ante omnia eam vi-
ctus rationem observare opus erit, quæ acribus depravatisque humoribus corri-
gendi, ac edulcorandis sit opportuna:
deinde excretiones naturales per alvum
æque ac cutim promovere, & humorum
ad externum habitum rejections adju-
vare conveniet; & denique ea propinare
oportebit medicamina, quæ nimiam ven-

triculi acrimoniam, vehementis adpetentiæ causam, involvant, & concoctricem restituant roborentque vim, quo tandem legitimus generetur chylus, & ex hoc reliquorum succorum ad partium nervosarum nutritionem atque motum valde necessariorum depuratio obtineatur. Hisce finibus consequendis nihil erit praestantis quam convenienter potus: absque hoc enim omnem curationem fore irritam experientia compertum habeo. Hujus vero selectus pro ventriculi constitutione dijudicandus est: quæ si permiserit, in hisce morbis serum lactis in locum ordinarii potus commendare, aut sub epulis decocti ex radice chinæ, passulis & cinnamo-
mato parati usum, matutino vero &
meridiano tempore dicti seri instar aquarum medicatarum potationem summo fructu ordinare consuevi. Serum ipsum
hac potissimum paratur ratione: Lactis vaccini mensura una cum dimidia, succo citri, quantum cochlear capit, permixta, leni igne coquatur, donec coaguletur, dein percoletur, & ad aciditatem temperandam una circiter oculorum can-
crorum drachma sub levi agitatione ad-
jiciatur, tum sacchari Canariensis fru-
stum corticibus citri, ut oleo ejus imbuatur, probe perfictum addatur, ut serum amoeniorem inde saporem odoremque nanciscatur: quod vel matutino vel meridiano tempore octo semper uncis hau-
riendum est.

Dein alvi libertatem iis adjuvare oportet remediis, que simul acrimoniam ventriculi intestinorumque temperanda inserviant. Huic scopo, si ventriculi vigor permiserit, in hisce affectibus serosis tar-
tareisque mammam arbitror praestantissimam, cujus una aut binæ unciae quavis hebdomade ex supra dicto lactis sero de-
vorandæ; aut in eorum locum passulæ rhabarbarinæ vel mane vel brevi ante pa-
stum quandoque assumenda sunt. Impu-
rum autem serum corrigendi, & lauda-
biliorem chyolum suppeditandi insignem efficaciam possident juscule ex carne vi-
tulina aut gallinacea cum radice grami-
nis, cichorei, scorzonera, aut foeniculi
composita; cui eidem scopo non minus,
quam

quam ipsi concoctioni adjuvandæ insigniter satisfaciet Elixirum meum viscerale ex blandis balsamicis, & extractis amaris sine menstruo spirituoso paratum; cuius & ante epulas & hora quinta vespertina L. guttulis ex aqua vino nupta capiens di usus per quosdam menses protrahendus est. Nec ludetur opera, si ad transpirationem promovendam æger cubitum iturus hujus mixturæ unciam quandoque assumat: Recipe aquæ florum sambuci, cardui benedicti, cerasorum nigrorum ana uncias quatuor, cinnamomi sine vino, aquæ theriacalis, aceti lquilitici ana unciam unam, lapidum cancriorum drachmam unam cum dimidia, antimonii diaphoretici scrupulos duos, mixturæ simplicis guttas XXX. Julepis rosarum q.s., cujus quoque pulvis Marchionis, cinnabari, nitro & castoreo permixtus egregie supplebit.

Pedum vero molestio pruritui conveniet, eos saepius lacte flore lavare, itemque abstergere; & denique psalmis afflictarum partium consoliendis admodum conferet hoc linimentum: Recipe aquæ Anhaltinæ, spiritus lumbricorum terrestrium ana unciam unam, spiritus cornu cervi sale volatili saturati, esentia nucistaræ, croci, castorei ana drachmam unam. M.

Hæc sunt, quæ in salutem generosi ægrotantis proponenda duxi; quæ si a medico, qui curationi præstet, probabuntur, haud sine fructu in usum ponentur: neque enim alienum fuisse, si ex transmissa morbi historia percepisssem, num hæmorrhoidibus vel cæcis vel fluentibus, aut hypochondriaca passioni obnoxius sit reperitur? num vena sectioni aut pedum aut brachiorum adfueverit? num sanguine turgeat, aut vini ingurgitationi indulserit? Horum enim momentorum cognitio ipsius morbi curationi haud levem suppeditat opem.

ULTERIOR RELATIO.

Postquam morbi ipsius ac constitutio-
nis generosissimi ægrotantis exquisitior
historia fuit desiderata: eam hisce suppe-

ditare, haud alienum videtur.

Jureconsultus illustris, annorum 67. temperamenti sanguineo-cholerici, ingenii vivacissimi, judiciique acutissimi, staturæ ac habitus mediocris, capacioribus vasis instructi, robusta satis a teneris fere gavilus est valetudine; nec tamen unquam, licet insigni semper humorum laboraret abundantia, Helmontii forte imbutus principiis, cruento ex venis trahi permisit: Ante 14. vero annos, cum podagra accessionem graves cervicis distensiones exciperent, illamque per tres menses rigidam detinerent, primum veniam rudentam præbuit; & hinc eximium spasmi levamen expertus, bis quotannis circa utrumque equinoctium venæ sectionem in pedibus institui curavit.

Jam vero XL. sunt anni ex quo assiduis corporibus otii, sed mentis perpetuis laboribus indulgens, primum mitiori, postea vero graviori frequentiore podagra & chiragra, saepius ad tres, quatuor vel quinque menses summis doloribus inharente, excruciali cœpit, cui quoque calculosa nephritis juncta fuit, & miserum calculorum spongiosorum & albicanantium & rubicundorum excretione saepius sollicitavit. His nunquam topica, ut dicunt, & repellentia opposuit; sed externe farina avenacea calefacta; interne decocto Behrensi antiarthritico, in Eph. Nat. Cur. Vol. 1. & 2. obl. 18. pag. 152. summis celebrato laudibus, fuit usus; nec unquam diætæ erroribus, aut vinosarum potationum excessibus indulxit, nisi quod ad iracundiam vel ex levissimis causis sit facillimus.

Ex ufo quoque ipsi fuit, ut per 40. annos quavis aestate per 5. circiter hebdomades Schwalbenses acidulas potaverit; in quarum locum proximo biennio Selteranas lacte caprino mixtas substituit: tantum vero absuit, ut inde mali sui levamen deportaverit, ut illud potius statim temporibus pertinaciter redierit, & novissime sub hujus anni auspiciis summis tormentis per tres menses fævierit. Ab his cum quatuordecim circiter dies immunis fuisse, insatiabilis totius corporis cutem prehendit pruritus; laxantibus

æque

æque ac humorum acrimonia tempe-
rantibus oppugnatus medicinis.

At enimvero brevi post, cum ex am-
bulatione ad corporis obtinendum exer-
citium ipsi valde commendata reverfus,
cubili cūdam, in quo lintea humida fue-
rant exsiccata, per hora circiter spatum
immoraretur: gravis rigor, spasmusque
cervicem occupavit; & hinc admotis spi-
ritibus resolventibus ac nervinis depulsus
pectus obfedit, illudque tanta spirandi
angustia oppresit, ut per sex hebdoma-
des præ suffocationis metu sellæ semper
insidere debuerit. Nec tamen illas huic
malo aperientia, incidentia, nervina &
antispasmodica tulerunt suppertas: cum
autem ægo, ipsi hæmorrhoidum fluori
quidem nunquam obnoxio, moliminiibus
tamen ad illas spestantibus, hypochon-
driacis passionibus ac flatulentis diu mul-
tumque sollicitato, hirodines ad anum
fuscent adplicatae, omnes protinus a pe-
store evanuerunt constrictiones.

Hinc per integrum mensem satis firma
valetudine, ciborum insigni adpetentia,
sonnoque placido gavisus spem præbuit,
fore ut ab omnibus liber viveret ægritu-
dinibus. Verum enimvero cum sub ipsis
Pentecostes feriis, tempestate horrida &
inimica, epulis satis vegete affumis, &
meridiano somno, quo ex consilio & ex-
emplu Brunneri, archiatri Moguntini,
quotidie utrī sueverat, absoluto fenesire
inter adspirationem auræ frigidæ asside-
ret: gravi subito apoplexia cum omni
senfum abolitione, magnoque stertore,
absque tamen oris spuma, percellebatur.
Adhibitis protinus cum externe venę-
ctione, vesicatoriis, frictionibus & a-
cioribus clysteribus, tum interne propi-
natis resolventibus, temperantibus, ana-
lepticis, & humorem circuitum promo-
ventibus rediit equidem rationis ac sen-
fuum vigor: at lateris sinistri non solum
motus omnis transit abolitus, audiendi-
que & videndi potentia proflus desperdi-
ta; verum etiam sub initium ipse eva-
nuerat harum partium sensus, adeo ut
æger se in isto latere habere artus plane
ignoraverit. Hisce accessit continuus so-
por, perpetuaque dormiendi cupiditas,

ac tanta œsophagi & epiglottidis resolu-
tio, ut ne tantillum quidem liquidorum
absque suffocationis metu assumi potue-
rit. Oppugnabantur hæc symptomata
pulvere quadam a quibusdam commen-
dato, qui non nisi ex sulphure antimonii
aurato secundæ præcipitationis a multis
medicorum in serosa apoplexia & cathar-
ris præfocantibus a modum laudato com-
positus videbatur; & in nostro non so-
lum multum tenacissime pituitæ per al-
vum vomitumque duxit, verum etiam
spirandi quandam libertatem, eamque
firmitatem ægro restituit, ut & cibos,
potus atque medicamina absque deglutitionis
impedimento devorare, & somno
quietiori frui potuerit.

Tantum vero abest, ut motes impo-
tentia ullum accelerit robur, ut potius
æger ab ipsis Pentecostes feriis ad hunc
usque diem lecto penitus affixus absque
ministrorum auxilio nullo modo le mo-
vare valuerit. Resoluto tamen pedi qua-
dam rediit sensatio, ejusque subsuntantes
agitationes & insignis pruritus supervene-
runt; quibus denique dextri pedis prope
pollicem, deinde sinistri quoque paraly-
ticæ ulcusculum sponte excitatum jung-
ebatur, quod in dextro fonticuli instar
primum tartareum, post aquosum recre-
mentum, in sinistro autem serum acre-
cutum arrodens copiose ploravit, & in
hoc fluore hucusque conservatum est. Re-
erudit quoque calculosa adflictio cum
molesta quorundam calculorum excretio-
ne; quæ juxta methodicorum in observa-
tionibus Wratislavensibus anno 1702.
pag. 36. candide descriptam methodum
balneis emollientibus ex aqua fluviali
& lacte paratis, quibus tepidis per hore
quadrantem infedit æger, oppugnabatur.
Nec irritus illorum effectus fuit in debel-
landa ex calculo molestia; at cum para-
lysi nullam afferrent opem, majoremque
inducere viderentur imbecillitatem, eo-
rum usus fuit omisus. Hinc pugnabatur
tonicis, nervinis, cephalicis, analepticis,
confortantibus, ambratis, resol-
ventibus, incidentibus, temperantibus,
antispasmodicisque medicinis, interne
pariter ac externe in usum vocatis: sed

omnia nequicquam juvabant, nec impeditre poterant, quo minus paralyticus æque ac eximius pruritus, nullis frictionibus demulcendus, restiterint; & lateris dextri spasmatica constrictio pertinaciter inhæserit. Quin ante quinque circiter septimanas hora nona matutina ex improviso gravis accessio, instar comitialis morbi, ægrum prehendit, qua dextrum genu subito ad pectos usque convelteatur, caput circumagebatur, oculi distorquentur, crux ore reddeatur, omnisque rationis usus evanescerat: que tamen symptomata tusa in dextro brachio vena, aliisque medicinis adhibitis brevi tempore depellebantur.

Abhinc commendatorum medicamentum usu inchoato & viscerale Elixitum & externus spiritus, & flores lactis ad pedum pruritum per 14. dies rite adhibebantur, nec minus pedes bis scarificabantur. Potare insuper coepit ægrotans serum lactis, at ob ventriculi infirmitatem iterum desit, maxime cum X. Calend. Dec. eadem iterum epileptica confusio. Iisdem ac antea symptomatibus prævia quadam nausea subito accederet, sub qua per horæ quadrantem inhærente totum corpus gelido frigore rigebat, & copioso madebat sudore. Tum illud calidioribus frictum pannis naturalem recuperavit calorem, & missis ex vena in brachio iterum incisa eruoris spissi, tenacique muco obducti, quatuor uncii pristina sanitatis rediit constitutio.

Tertio Calend. Decembris hora nona vespertina prævia denuo nausea peccus occupavit asthma convulsivum, cum summa præcordiorum anxietate, & muci tenacissimi per alvum vomitumque refectione; a quo per totam noctem inhærente mane post assumtas antispasmodicas medicinas iterum liberatus, hucusque nullum amplius violentorum horum motuum, præter spasmaticos pedum subsultus, toleravit.

Somnus ceterum parcus ac interrupsus est, sub quo sèpius oculi convelli deprehenduntur, & non nisi album ostendunt cavum: appetentia pro morboœ constitutionis ratione satis vegeta,

nullaque cibos concoctu faciliores assumtos sequitur molestia; neque ea, quæ olim, urget sitis, ut hinc sub epulis non nisi dimidiā vini rhenani, aquis Schwabacensibus permixti, mensuram, mane vero duo infusi Theebois vascula haurire soeverit. Spirandi quædam vexat anguria; at transpiratio integra ac alvus cum flatuum excretione libera quotidie suo fungitur officio, & si segnior fuerit, suppositoriis promoveri solet. Pulsus observatur validus, semper æqualis, in affecto latere paulo debilior, & plerumque justo celerior: urina fertur satis sufficienti quantitate, colore sanorum simili, consistentia crassa turbidaque, & non solum tartareum fabulosumque deponit sedimentum, sed etiam haud ita pridem quodam calculos, semen milii magnitudine referentes, unumque rubicundum piso majorem, absque omni fere dolore ex sinistro rene delapsum, secum duxit.

Ipse æger novissimis maxime abhinc annis insigni nervosi generis debilitate laborat; & sub præsenti præcipue ægritudine eximia præcordiorum anxietate, tantoque languore & virium defectu solicitatur, ut extra lectum commorari nequeat, memoræque simul imbecillitatem sentiat: imus venter macie contractus, caput autem integrum, oculique videntur vivacissimi. Quæ cum ita sint, & nulla valetudinis affulgeat spes, ulteriorius efflagitatur consilium, & præcipue in quæstionem venit: An ex usu mineralium aquarum, maxime Amalianarum, quas ordinarius medicus maximopere dissuadet, aliquod mali expectari queat. levamentum?

C O N S I L I U M.

Quæ mihi ulterius de gravissima viri excellentissimi de P. ægritudine & commendatorum in illa medicamentorum effectu prescripta sunt, ut meam de ea penitus expugnanda mentem exponam, in ea, quam priori consultatione explicavi, sententia, me omnino confirmarunt, quod scilicet ob nervosi generis summam imbecillitatem, humorumque vitalium uni-

universalem corruptionem, & confirmatam valde ægrotantis ætatem ex medicamentorum usu nulla mali extirpationis expectanda; sed omnem curationis nervum eo intendere oporteat, ut vita solummodo, quantum possibile, diutius protrahatur. Omne enim ventriculi robur, & concoctricem vim insigniter viatiam esse arbitror: unde non solum latet serum fuit inimicum; verum etiam ex hoc ipso primarum viarum vitio, & crudorum succorum colluvie malum rheumatico-artriticum, & exinde per metastasis asthma convulsivum & vehementes dextri pedis spasmis suis mutuantur natales. Hanc quoque ob rationem in id summo incumbendum erit studio, ut corpus a cordibus purgetur, transpiratione promoveatur, nervorumque corroboretur genus: quibus scopis obtinendis meum consilium a medicis ægro præsentibus & eruditione & experientia clarissimis ulterius dijudicandum in medium paucis proferam. Ante omnia igitur ha-
bitus consuetum vini rhenani aquis Schwalbencensibus permixti potum abolerere convenit: quoniam, ne spirituosa vini aquaque partes capiti nervisque ini-
micæ sint, valde timeo; & omnes mine-
rales aquas hemiplecticis affectibus, nisi forte ad præservandum, ob ventriculi metuendam inde debilitatem minus con-
venire compertum habeo; hinc quoque harum atque balneorum usum in præsen-
ti ægritudine minime commendo.

Potui vero ordinario decoctum ex radice chinæ, cortice ligni lassafras, passiflora & cinnamomo paratum substitui, omnemque vini potationem vitari mallem; & nervis stomachoque confortandis li-
quoris mei anodynæ mineralis tribus par-
tibus cum una balsami mei vitæ mixti 15.
vel 20. guttas assumendas opponerem.
Alvum in hisce casibus optime referabat,
sordesque evacuabit pulvis Cornachini
hac parandus ratione: Recipe tremoris
tartari Scrupulos duos, antimonii dia-
phoretici grana decem, cinnabaris nativi
æ preparatae, diagrydii sulphurati ana-
grana quinque vel sex; qui singulis qua-
tuor diebus capiatur. Transpirationi ve-

ro promovenda hic pulvis vesperi sub le-
eti introitum reliquis diebus assumitus erit
convenientissimus: Recipe cornu cervi
usti drachmam semis, antimonii diaphoretici,
cinnabaris ana grana sex, extra-
cti croci & castorei ana granum semis: se-
quentique mane infusum Theebois cum
citri corticibus paratum forbillardum est.
Neque minus abs re erit, sanguinem
quandoque e vena mittere, aut hirudines
ad anum applicare: & ad cervicem dorsum
que spinam inungendam hoc nervinum
commendarem unguentum: Recipe a-
xungiae humanæ unciam unam, olei nu-
cistæ expressi unciam dimidiam, olei ru-
tae, roris marini, majoranæ, lavendu-
le ana guttas 20. balsami Peruviani drach-
mas duas. Nec denique alienum erit,
juscula tenuiora gallinacea cum radice ci-
chorei graminisque confecta, & succo
citri aut aurantiotum permixta largiter
forbere: quæ consilia languorum summus
medicus non sinat esse irrita, ex animo
precot.

C A S U S XXII.

De Paralyse dextri lateris.

Vix annorum 48., temperamenti cholerico-sanguinei, vivaci vultu, multoque sanguine præditus, cum aliquando judicio interesset consistoriali, in eoque procul dubio quadam mentis commotione excandesceret: accidit, ut præter omnium opinionem apoplectico rapere-
tur insultu; quo ab imis partibus aspirante primum pes dexter, deinceps quoque brachium, maxillaque illius lateris resol-
vebantur, omnique movendi potentia destituebantur; &, ratione quidem in-
tegra, sermonis impedimentum, somni-
que per sex hebdomades defectus junge-
bantur. Instituta equidem sex circiter ante hanc accessionem septimanis fuerat
venæfictio; attramen hujus æque ac scat-
tationis usum insuper habuerat, &
inordinate administraverat. Consultiver-
go & celebris Jenensium medicus W. & or-
dinarii civitatis medici protinus in lateris
affecti pede venam secari jusserunt; va-
riisque

rīsq; internis & externis remediis agrum eo perdoxerunt, ut post 4. septimanas sermonis, motusque pedis aliquam recuperaverit potentiam. Tum præterlapsis 9. hebdomadibus Tœplicenses adit fontes, iisque per integrum mensem usus non nisi majus pedis resoluti robur obtinuit: reversus ex dato emeticō novies vomuit, neque ullam aciditatem reddidit; non minus, venam fecari, bisque scarificari curavat, & abhinc tres manus dextræ digitos movere valuit. Jam ea illius est conditio, ut in planis equidem locis fulcro innixus lents incedere queat passibus, somno fruatur paucō, cibis vescatur parvissimis, & sermonis, quamvis maxilla vitio aliquantulum adhuc præpediti, majori tamen, quam olim gaudet libertate: at enim vero dextrum brachium manumque profsus movere nequit, quid? quod a prima morbi accessione hucusque artus affecti lateris tam superiores, quam inferiores gravis semper adfecerit spasmus, adeo ut per novem aliquando dies digiti præcipue pertinaci rigore fuerint detenti; & haec distensiones jam integri quoque lateris manum corripere minentur, quæ noctu & rigore & ponderis sensu occupatur. His denique & dextri pedis usque ad talelos intumescentia, & haec novissime supervenit molestia, ut sub quacunque pedis quiete nervæ dextri poplitis partes admodum obrigescant, ut vix pedi inniti valeat.

CONSULTATIO.

Dextri lateris resolutionem, de qua in transmissis litteris agitur, nimis abundantia sanguinis, ob insignem mentis commotionem magna vi ad caput compulsi natales suos debere, extra omne positum esse credo dubium. Quandocunque enim ille ad caput raptus, ibidecumque stagnans crux per vasorum poros subtile dimittit serum, illudque vi sua gravitatis ad principium medullæ spinalis vel dextri vel sinistri lateris decumbit: fit inde, ut hi stagnantes humores fluidi, quos nervi cerebrumque continent, subtilissimi influxum in partes dextri lateris re-

mōrentur, & harum partium vigorem, agilitatem, atque motum impediāt. Tum vero, quod pauci medicorum attendunt, ipsa hujus lateris viscera, maxime hepar, ventriculus, ac intestina in morbi consensu rapiuntur, & ob multos, quos ab intercostalibus nervis mutuantur, ramos tono atque robore suo dejiciuntur: ut ideo haud rara mihi occurrerint exempla, quod in paralyticis morte defunctis hepar insigne retulerit magnitudinem. Ex hac demum toni destructione humorum circulus mirifice impeditur, transpiratio non minus ac nutritio leduntur, crux ipse hinc inde, maxime in manibus pedibusve stagnat, hisque partibus torporem, gravitatem, & motus contractioris vermiculares inducit, quos expriment; *Die Hände schlaffen mir ein.* Quum autem haec seri ad radicem & principium nervorum stagnatio & extravagatio difficillime se removeri patiatur; quoniā non solum medicamentorum effectus ob partes eas sanguine atque calore privatas redditur irritus, venum etiam ipsæ nervosarum partium membra, næ ex longiori mora labefactantur: facile conjici potest, hosce morbos valde rebellēs existere atque diuternos.

Hinc si turandi rationem dispiciamus; illa partim ob morbi pertinaciam chronicā ac difficilior observatur; partim etiam ipsa agrotantium culpa impediri solet, quippe qui ob temporis diuturnitatem redundunt impatientes, ut incerti modo his modo illis medicinis, modo hoc modo illo utantur medico, eaque varietate & saepius intempestivo remediorum uso, ventriculi, aliarumque partium robur magis magisque pessundant. Ut itaque candide meam de curatione exponam mentem; ante omnia consulo, ut a sanguinis missionibus (quæ in morbi dumtaxat principiis & scopo magis præservatorio utilitatem suam præstant) purgantibus, vomitoriis, calidioribus diaphoreticis, volatilibus, ambratis, molchatis, castorinis & maxime opiatis studio abstineat & ger medicamentis. Thermæ atque acidulæ majus minantur damnum, quam emolumentum; nec balnea, ut
ner-

nervina sufficiunt: contra vero convenientissimum erit, ea duntaxat adhibere medicamina, quæ balsamica, roborante & spirituascentiam chylo, lymphæ & sanguini reddendi pollut virtute; quorum tamen usus, licet haud statim voto respondeat, non interrumpendus, sed ad aliquot menses protrahendus est, ut partim succi vi tales corriganter, fluxilioresque fiant, partim debilitatis partibus pristinum restituatur robur.

Quamobrem hisce scopis apprime convenientem transmitto spiritum quandam balsamicum, cuius 30. guttæ mane ex aqua vino permixta capienda, insuperque quædam infusi Thee, Coffee aut melisæ cum salvia vascula hauriantur: id quod si adhuc intra lectum fiat, & lenis sudor expectetur, majorem præstabilitatem; præsertim si hora 5. vespertina iterum viginti hujos spiritus guttulæ ex eodem astumantur vehiculo. Deinde vero non minus operam exeret egregiam tinctura aurantiorum sub prandio 60. guttis, totidemque nonnunquam vesperi hauiienda; & denique præstantissimus erit hic pulvis, alternis diebus sub lecti introitum ad drachmæ pondus devorandus: Recipe lapidum cancerorum, cornu cervi sine igne præparati, antimonii diaphoretici, corticis cascarillæ, chinæ, succini præparati ana drachmas duas, olei cinnamomi, macis ana guttas octo, misce f. pulvis d. f. starkendes Pulver. Inter externa subsidia opera erit pretium partim extremas partes pannis asperis ad calorem usque & rubedinem fricare, partim spinam dorsi, maxime juncturas manuum pedumque & horum plantas linimento ex spiritus rosarum unciiis quatuor, olei lavendulæ uncia semis, olei destillati nucis drachmis duabus, axungiae humanæ unciiis duabus, spiritus salis ammoniaci uncia dimidia parato sedulo inungere.

Quum denique victus ratio, & præcipue illi potus, qui nec caput onerant, nec acorem fermentatum ventriculo inducunt, reliquam curationem mirifice adjuvant; huic scopo decoctum hordei cum mastiche & cinnamomo paratum, & inter epulas haustum vini generosi Angli-

Hofm. Consult. Med.

cari, quod Sect vocant, commendo: Ceterum ab omni reliquorum vino rum, spirituorum, Tabaci, acidorum ciborum, laeticiniorum, & quicunque flatus gignunt & alvi obstrunctiones, usq; penitus abstinere convenit: neque minus ab animi commotionibus, & nimis labo ribus ac meditationibus maximopere ca vere oportet.

C A S U S XXIII.

De Paralyse sinistri lateris.

Vir quidam coelebs integra cetero quin sanitate gavisus, per novissimum quinquennium membrorum debilitate capitisque dolore solicitatus, hilice molestiis & Wolkensteinenses semel, & Carolinas bis opposuit acidulas, earumq; magis per urinam quam alvum expertus fuit operationem. Tum ab empirico quodam datam tincturam per novem menses usurpavit, & exinde alternis diebus largos sustinuit sudores: cum autem & artuum, maxime sinistri lateris, languores, & capitidis dolores magis magisq; increvissent, illius usum omisit: & auctis indies symptomatibus, ac alvi pertinaci obstru ctione accedente, non nisi semel circiter infra 4. aut 8. dies laboriosa & difficulti scybalorum expressione referata, ordinarii consilium imploravit medici. Putavit ille omnia organa chyli secretioni dicata spissis, viscidis, acidisque recrementis esse obturata; hinc tenuiorum succorum separationem, & ad partes affectas progressum impediri: inde vero non solum totum corpus debilitari, ac obeundis functionibus impar redi; verum etiam omnia symptomata ex abundantia viscidorum, defectu autem spirituorum humorum derivanda esse afferuit. Oppugnavit hæc quoque vitia ea curatione, qua ægro matutino & meridiano tempore infusum Theebois forbillare, prandio liberaliori, cœna parciori, & sub epulis loco potus ordinari decocto ex radice liquiritiæ & scorzonera parato uti sicut: bis quo-

E tide

tidie hunc dedit pulverem: Recipe antimoniū diaphoretici, matris perlaron, succini, coralliorum rubrorum, eboris ana drachmam, gummi benzoës drachmam semis, corticum aurantiorum, macis ana scrupulum unum cum dimidio. M. d. vespere quoq; harum pilularum binas propinavit: Recipe extracti hellebori nigri drachmam unam, resina jalappæ scrupulos duos, mercurii dulcis drachmam unam, gummi benzoës scrupulos duos, croci, macis ana scrupulum unum, gummi ammoniaci in vino albo cocti q. s. m. f. pilulae, quæ sequenti die bis alvum moverunt. His per aliquot dies usurpati, iisque præparatis humoribus assumit quandoque pulvrem ex sulphuris antimoniī, & mercurii dulcis ana quindecim granis, qui semper binos pituitæ viscidæ excitavit vomitus, & ventrem sexies subduxit; tum quoque quavis hebdomade interpolauit usum elixirū ex radice enulae, asari, hellebori nigri, jalappæ, liquiritiæ, semine anisi, coriandri, juniperi, corticibus aurantiorum, mace & passulis minoribus compoſiti, & exinde duas vel quatuor habuit sedes.

Quamvis igitur hisce medicamina inibus insignis pituitæ copia fuerit evacuata: tantum tamen aberat, ut remitterent inde symptomata, ut potius membrorum languor magis magisque ingraueceret, & ipsa lingua intumeleret: quid? quod proximo Decembri mense convulsivæ musculorum faciei agitationes accesserint, quæ tamen haud redierunt amplius. Ceterum ciborum appetentia integra, somnoq; satis placido fruitur: capitis vero extini urgent dolores, & tanta corporis imbecillitas, ut si in terram ipsum prosterni contingat, ipse solus se sublevare haud valeat. Quare jam potissimum doceri avet, num novissimi medici medendi ratio legibus artis responderit; dein ea sibi proponi anhelat remedia, quæ nimio internarum partium muco expellendo sint idonea, & denique scire cupit, num ex usu a quarum Sedlicensium, aut Carolinarum mali levamen expectari queat; anne potius venæ festio, quam non minus ac larijores sudationes, ne spirituosas & fluidio-

res corporis detrahant partes, præsens medicus maximopere dissuadet, aliquam spondere valeant mali solutionem?

C O N S I L I U M .

PErveneunt equidem ad manus meas litteræ, in quibus excellentissimi Comitis de S. G. adversa traditur valetudo, meaque ad illam debellandam desideratur sententia: doleo autem historiam morbi adeo suisse mancam, ut primaria momenta & ipsum morbum & ægrotantis indolem significantia fuerint omissa. Hinc quantum ex nuntii ore percepī, per illustris æger, annos 40. natus, temperaturæ sanguineæ ac robustæ constitutionis octo circiter abhinc annis gravi lapsu ab æquo præcipitatus, exinde debilitate laterris, maxime brachii sinistri laboravit insigni, ut nec manu quid tenere, nec illam ad caput elevare valuerit. Contra hoc malum ex consilio empyrici cujusdam tintatura sic dicta solis pugnavit, & ex illa per 9. integros menses assiduo maduit sudore; nihilq; effecit, nisi quod membrorum imbecillitas, capitisque ac dorsi dolores majus incrementum sumferint, & insuper pertinax alvi obstructio accesserit. Hinc alterum vocari jussit medicum, qui organa chyli secretioni dicata sordibus mucidis, viscidisque infarcta ratus, illaque resoluturus mane infusum Theebois, & loco ordinarii potus decoctum quoddam potari jussit: a meridi pulvrem præcipitament & aromaticum, vespere pilulas purgantes cum extracto hellebori nigri, resina jalappæ & mercurio dulci permixtas per aliquot successive dies propinavit; tum pulvrem ex sulphuris antimoniī & mercurii dulcis 15. granis quater, interpositis semper aliquot diebus, & denique quavis hebdomade elixir purgans exhibuit. Quæ medicamina quamvis multum pituitæ eva- cuaverint, tantum tamen absuit, ut ipsi malo suppetias tulerint, ut potius languor membrorum magis magisque invauerit, lingua intumuerit, & ipsa convolutionum primordia spervere perirent.

Hinc itaque in quæstionem venit: num hæ medendi rationes legibus artis respondeant?

deant? Quod si prioris medici curationem intueamur, illa omni modo rejicienda atque damnanda est: ille enim copiosissimis sudationibus, per novem menses medicamine suo provocatis, laudabiles corporis succos evacuavit, humores nimium exagitavit, & sordes per alvum eliminandas intra sanguinem massam rapuit; quae nervis jam labefactatis incidentes, eos debilitarunt magis, & intestinis hisce sudoribus fere exsiccati, alvi pertinacem induxerunt obstructionem, hinc morbum omnem magis reddiderunt confirmatum. Illa autem, quæ alter medicus ordinavit, medicamina in se considerata haud contemnenda sunt, & aliis subjectis, morborumq; causis prudenter, tempestive & debita dosi opposita insigne producere valent emolumentum. Verum enim vero hoc in casu errasse mihi videtur, quod omnem morbi & languoris caussam in nimio muco, lymphatica chyliferaque vata obstruente, sitam esse arbitratus, hunc purgantibus, vomitoriis, fortioribusq; remedii, quale sulphur antimonii & date pilulae sunt, per alvum, vomitumq; exturbare tentaverit. Hæc enim medicamina, maxime mercurius dulcis & sulphur antimonii, tanta dosi exhibita ventriculum, & universum nervorum genus insigniter adfecerunt, stimularunt & ad stricturas proritarunt; præcipue vero mercurius dulcis majorem lymphæ & salivæ ad os atque fauces concitavit affluxum: ut ideo haud mirari oporteat, quoddam apoplexiæ & convolutionum accessisse prodromos, & ipsam intumuisse linguam.

Quare si ad alteram quæstionem: quæ scilicet ratione superflyus ille mucus eliminari queat? respondeam: monendum prius est, morbum præsentem minime sibi humorum dyscrasie suos debere natales, & ex usu vomitoriorum, purgantium, sudoriferorum, vel plane salivantium, quæ auxiliores humorum partes magis magisque expellunt, longè deteriorem reddit ac intricatiorem. Contra vero omne morbi fundamentum in cervorum lateris sinistri nimia debilitate, & robore ob fluidi lymphatici spirituosi defectum destrudo sitam esse existimo; hinc quoque

ea commendo remedia, quæ partim huic robori restituendo, partim succis laudabilibus generandis sunt idonea; & ab omnibus, quæ hosce succos magis evanuant, valde dehortor.

Neque vero arridet mihi, quod in novissima curatione ægro sanguine turgido, & ejus missionibus adsueto, venælectio fuerit interdicta, & hinc per cruorem in debilitatis vasis accumulatum major inducta imbecillitas; nec denique placet, quod externa remedia, uti balnea vaperosa ex herbis appropriatis, linimenta temperare spirituosa & balsamica, nec non frictiones fuerint intermissa.

Terræ quæstioni: num e re foret Sed-lenses huic morbo opponere aquas? non nisi negativam reddere possum responsionem: quippe quæ nimis evanuant, & intestina exsiccant, quæ in nostro ægro sat exsiccata sunt. Contra vero ad quartam an potius venælectio sit proficua? eam omnino commendo proximo vere in pede instituendam, & sex circiter sanguinis uncias emittendas: pulsum enim satis magnum fore credo, & cum ob sanguineam temperaturam, ciborum integrum adpetentiam, corporis autem exercitii defecatum crux magis magisque accumulatur & spissescit, metuo ne exitus nulla via data, ille ad caput compulsus aliquando inducat apoplexiæ. Illo vero tempore, quo vena fecatur, maxime a frigore cavidum, & non nisi cibis mollioribus ac concoctu facilioribus vescendum erit.

Ut autem de ulteriori curatione mentem meam explicem, difficillimum fore credo, ut Perillustris ager a malo suo & veruitate & perversis medicationibus fere corrupto penitus vindicetur. Præterim nimia remediorum farrago nihil certe præstabit, neque vero acria, calida, sudorifera atque purgantia ullum pollicentur allevamentum; sed omnis potius curæ eo est intendenda, ut partim nervi roborentur, partim laudabilis generetur chylus. Hisce scopis obtainendis duo portissimum commendo medicamina, nimirus Elixir meum balsamicum post epulas 50- gottis capiendum, & pulvri em temperatum ac nervis sum, cujus quantum duocub-

tri cuspides tenent, vesperi ex aqua cera-
forum nigrorum assumendum est. Alvi
libertas una cum dimidia manna uncia
in infuso Theebois semel quavis hebdo-
made devorata est conservanda: mane
infusum calidum ex herbis nervinis hau-
riendum; & loco potus ordinariori deco-
ctum Scorzonerae adhibendum, cui quan-
doque hauitus vini Hungarici vel Rhena-
ni interponi poterit. Inter externa vero
balsamus meus vita mane ac vesperi jun-
cturis pedum manuumque inunctus egre-
giam conferet utilitatem. Quæ si malo
debollando haud sufficerint; ad balnea
denique sulphurata, quæ Tœplisenes
scaturiunt fontes, recurrentum, & in-
ternus Sedlicensium aquarum usus con-
jungendus; quibus divinum apprecoꝝ au-
xilium.

C A S U S XXIV.

De Paralyſi cum purpura.

VIR celebs triginta annorum, tempe-
ramenti sanguineo-cholerici pridi-
Iduum Augusti anni præterlapsi, cum pa-
ternas celebraret exequias, subito in dex-
tri lateris resolutionem incidit quandam,
ut nec pedem, nec manum mouere vale-
ret: quæ primum levior successiva partium
inflatione invaluit, ac trium dierum spa-
tio perfecta reddebat. Verum enimve-
to, cum affecta membra movendi quidem
potentia desituta, sensum tamen obscu-
rum retinuerint, judicavi hanc leviorē
foliūmodo & scorbuticam fore paraly-
ſin. Hinc ægro summa humorum abun-
dantia turgido protinus in sinistro brachio
venam tundi, & oculo cruris uncias de-
trahi iussi: resolutum brachium pedemq;
omni calore privata, calidioribus pannis,
& mixtura ex spiritu formicarum, lum-
bricorum terrestrium, spiritu cochleariae,
serpilli, rorismarini, spiritu salis ammo-
niaci, castoreo & camphora parata fricari;
spinam dorsi, cervicem, juncturasque un-
guento nervino & martiato ex oleis de-
stillatis salviæ, anthos, succini &c. compo-
sto calide inungi, & denique linteis, gum-
mi anima fumigatis soveri curavi. Lingua &

supposui castoreum, vel balsamum apo-
plecticum Cellense vel elrosacharum ani-
si; nec minus mithridatium ac herbam
rorismarini masticari ac sub lingua detine-
ri imperavi; & loquela nondum redeunte
venarum raninarum sectionem ordinavi
ac congrua applicui gargarismata. Nec
interna medicamina cephalica, nervina,
antispasmodica, confortantia, aperientia,
absorbentia, temperantia, cinnabarina & antiscorbutica temperata fue-
runt omissa; sed propinata potius essentia
castorei, succini, croci, spiritus salis
ammoniaci aromatisatus, spiritus balsamicus N. essentia ligni aloes, tintura anti-
monii tartarifata, balsamus vita Hoff-
manni, apoplecticus Cellensis, essentia
dulcis Hallensium, pulvis cephalicus Mi-
chaelis, pulvis nervinus N. elrosacharum
confortans N. pulveres absorbentes cum
cinnabari juncti &c.

Quum præterea frequentes acidi & au-
sti ructus, flatus & borborygmi prima-
rum viarum acidata viscidamque indica-
rent faburram, & æger ad iram eset fa-
cillimus: propinavi ipsi leve ex tartaro
emetico vomitorium, & sub epulis essentia
carminativam Wedelii, aut corticum
aurantiorum cum spiritu nitri dulci ca-
piendam exhibui: nec minus ob alvi pro-
fluivum sponte obortum pilulas Becheri
balsamicas per quoddam successive dies
dedi. Neq; irrita fuit hæc medicatio; siquid-
e paulatim adeo remisit morbus, ut æger
& loquendi, & manum commode moven-
di, & ambulandi recuperaverit potentiam,
nisi quod adhuc paululum claudicaret, nec
digitos pedum mouere posset, nec in his
ac manuum extremis perfectam haberet
fensationem. Verum enimvero cum pro-
xime elapo die S. Martino sacro in publicum
iterum proditurus & suborto in vicinia
incendio vehementi terrore percelle-
retur, & simul multæ indulgeret iracun-
dia: accidit, ut animi crebris deliquiis,
temulentia atque dolore capiis, susurrus,
tinnitusque aurium, inquietudine & assi-
duis per aliquot noctemera corriperetur
vigiliis, & tandem purpurea dextrum bra-
chium occuparet efflorescentia; quæ datis
juxta naturæ motus & expellentibus &

corrigentibus humores mox quoque dextrum pedem, tum collum faciemque, & denique abdomen sinistriue lateris artus successive obseruit. Pectus autem diu immune mansit, & post puncturas, ardore & insignes anxietates demum maculis scorbuticis, oboli magnitudinem referentibus, cingebatur. Hæc excretio per anni quadrantem ægro inhæsit, & mox uno loco evanuit, mox altero iterum erupit; quam eruptionem sèpius frigus, calor volaticus, aurium sulurru tinnitusque, puncture pectus & dextrum hypochondrium occupantes comitabantur. Maxime quadam vertiginis specie sollicitatur, qua quidem objecta in gyrum moveri ipsi non videbantur, sed matutino præsertim tempore paulatim corripiebatur, & temulentus quasi usque ad meridiem reddebat. Pulsus tempore accessionis valde debilis, & fere suppressus, vix percipi potest; urina mingitur rubicunda, mox spissa, largoque sedimento conspicua, mox matutæ lateribus adhærens, & bululis diu durantibus obfessa.

Quum itaque ex hisce signis & symptomatibus summam humorum & abundantiam & dyscrasiam, cerebri nervorumque imbecillitatem, sanguinis ad caput & pectus congestiones & stagnationes, nec non partium nervosarum vellicationes judicarem; ea quidem omnia congruis medicinis, venæsectione ac scarificationibus oppugnavi; nondum vero debellare potui. Hujus equidem curandi difficultatis principalem cauillam in calido nimis regime, quo æger ex suau alterius medici me invito usus erat, omnino sitam esse arbitror: non enim solum nocte dieque insigniter calefactum est cubile, ipse lectus prope fornacem positus, ægerque pellitis vestimentis, multisque integumentis atque stragulis obruebatur: verum etiam ad expellendam purpuram roob sambuci, aliasque calidiores assumit medicinas, & hinc assiduis maduit sudoribus. Jam autem Tuo, vir illustris, judicio relinquo, numne hoc calidum regimen majores omnino sanguinis ebullitiones, & ad caput, pectus, aliasque partes congestiones induxit? anne his con-

Hoffm. Consul. Med.

tinuis sudationibus laudabiles succi evanuati, & spissi, acres, stagnantesque humores intra corpus relieti fuerint? & denique numne ea medicatione naturæ motus magis perturbati, crebrior purpuræ efflorescentia prioritata, ac reliqua symptomata excitata sint? Nec denique exiguum dictæ sanguinis dyscrasiam & scorbuto, ginvavarum potissimum cruentatione manifesto, augmentum vitæ sub hac ægritudine sine motu defes, copiosus somnus, & larga ciborum adpetentia & ingurgitatio dedisse videntur. Quæ cum ita sint, commendavi ægro aquarum [Sedlicensium in purpura chronica ac dyscrasia sanguinis præstantissimarum usum: quas quoq; per septem dies potavit, adeo, ut iis per quartuor continuos dies adhibitis, sequentibus binis diebus supercedisset, & denique per triduum iterum bibisset. At vero licet haæ aquæ alvum optime subduxerint; tantum tamen absuit, ut ægro levamen attulerint, ut potius vertigo magis invaliduerit, frigus, calorque accesserint, in digitis manus pedisque dextri formicationem senserit, & puncturas pectoris ac dextri hypochondri majores percepit. Ultimis quoque, cum dictis uteretur aquis, diebus imus venter tumidus adparuit & gelidus, & nova purpuræ in pectore sequebatur eruptio, ut hinc ab usu aquarum desisteretur. Hic abdominis vero tumor & algor hucusque inhæsit, & eximia extremerum partium refrigeratione stipatur, adeo ut media hac æstate cubile debeat calefieri, & nihil secius totum corpus gelido fere diffluat sudore. Urgent insuper perpetua capitis temulentia, torpor, aurium tinnitus, cordis palpitatio, flatulentia, ruetus, crebræ oscitationes, & vagæ corporis puncturæ: urina redditur pauca cum insigni ardore rubicunda, quæ mora temporis sèpius turbida atque limosa, cuticula obsidetur, multisque bullulis. Quamobrem efflagitat tuum, vir illustris, de sua ægritudine consilium & medendi rationem: nec minus doceri cupit, num fontes Lauchstadienses ipsi in hac paralyfi & purpura chronica sint profuturi?

C O N S U L T A T I O .

Ex transmissa morbi historia ægrotantem duplice malo, nimirum paralysi & purpura scorbutica exerceri intellexi: quod jam radicatum cum non minus fluidas, ac solidas partes, maxime nervosum genos insigniter debilitavit; arduum omnino videtur, ut penitus extirpetur, saltem diuturnum ac providum remediorum usum exposcit. Neque vero contra paralyseos curationem habeo quod moneam; at purpuræ per tam calida ac excellentia remedia, & regimen externum valde æstuosum tractationem nullo modo approbare possum: inde enim factum est, ut salibus humorum scorbuticis acriribus redditis, magisque commotis, non solum omnia increverint symptomata, verum præcipue ob auctos spasmus frigus & calor extremarum partium accelerint, corpusque exsiccatum & vires prostratae fuerint. Nec quoque Sedlicensium aquarum tanta quantitate per septem dies protractæ potationi subscribo; quippe quæ multa secum vehunt sália, iisque partim adaugent humorum dyscrasiam, partim morbificam materiam a corporis superficie ad interiora, maxime intestina repellunt. Hinc etiam eas in scriptis meis ad ipsam purpuram præsentem nunquam commendavi; licet ad hanc præservandam sint utilissimæ: huc potius quadrantæ Selteranæ acidulæ, quas etiam binis partibus cum una lactis caprini mixtas præsenti morbo convenientissimas fore judico; &, si arriserint ægro, modum illis utendi proxime transcribam. Namque solus pharmacorum usus in hoc tam corrupto morbo haud omnino sufficiet: inter quæ tamen insignem spondet utilitatem hoc decoctum: Recipe radicis scorzonerae uncias quatuor, chinæ, salsaparillæ, rasuræ cornu cervi ana uncias tres, radicis cichorei, liquoritia ana unciam unam & semis, seminis foeniculi drachmas tres. Cont. conc. m.d.s. species, quarum binæ unciae in tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes decoquuntur, idque decoctum mane tepidum instar infusi Thee, & per

diem loco potus ordinarii bibatur. Deinde vero in hisce affectibus præter temperatum lecti atque hypocausti calorem eximiū usus deprehendi liquorem meum anodynū 40. guttis, & pulverem meum bezoardicum pondere drachmæ dimidiæ bis quotidie ex prælaudato decocto alternatim sumenda; quippe quæ remedia & spasmos mitigant, & materiae peccantis acrimoniam contemperant, & denique lenem promovent transpirationem. Ceterum præsenti ægrotantis constitutioni, cum valde sit debilitatus, balnea Lauchstadiensiæ minus congrua puto: quod si vero ex commendatis medicinis melius, uti spero, habere cœperit, tunc eorum usum haud dissuadeo.

C A S U S XXV.

De effectu paralytico.

Vix aliquot supra quinquaginta annos natus temperamenti sanguinei, habitus corporis plethorici, carnosí & obesi, vitæ sedentariae, in juventute sua affectibus catarrhalibus capitis sæpius obnoxius, ceterum bene valens, colore que faciei rubicundo præditus. 3. Cal. Octoris matutinis (cum antecedentibus non minus diebus, quam proxima nocte optime se habuisset) de repente debilitate quadam pedis, maxime genu sinistri, corripitur adeo, ut nisi aliorum ope suffultus ambulare non posset. Transit autem brevi tempore hic affectus; epulas meridianas bene assumit, noctemque insequutam transegit satis tranquillam. Advocatus ego sequenti die cum venam post aquinoctium autunmale more solito incisam non satis fuditse crux intelligerem, eam in dextro brachio iterum secandam, & octo sanguinis, qui erat floridicus, uncias detrahendas curavi; interne horis matutinis & pomeridianis iesentiam diapnoicam & nervinam; vesperi & per noctem pulveres temperantes cinnabinos cum aquis destillatis appropriatis propinavi; externe vero pedem affectum spiritibus formicarum, serpili, & aliis nervinis, oleo succini & bal-

samo vitæ Hoffmanni imbutis inungi jussi. Adparuit equidem in utroque, maxime vero sinistro pede aliqualis tumor; nihil tam secus post datas medicinas æger satis tranquille dormit. At 14. Cal. Nov. vigesimo scilicet primo morbi die denuo hoc eodem affectu corripiebatur, & præter pedem brachium quoque sinistrum aliquali debilitate afficiebatur; sed adhibitis remediis temperantibus & nervinis internis & externis, post horulam hic insultus plane cessavit. Verum enim vero 7. Cal. Nov. & vigesimo octavo morbi die iterum rediit morbus, & relieto pede libero non solum brachium adficit, sed quoque lingua reddidit difficultem. Quamvis igitur & hæc accessio remediis ante dictis externis non minus quam internis intra duas horas per Dei gratiam expugnata fuerit, attamen 3. Cal. Nov. trigesimo tertio utpote morbi die non solum majori recruduit impetu, dum pede iterum immuni, brachium majori debilitate, lingua insigoi immobilitate atque difficultate, caput quoque magna perturbatione, & denique os aliquali ad dextrum latus tortura prehendebantur; verum etiam longius & ad sex fere horas inhestit. Declinante hoc insultu accessit conatus vomendi, quem flatum eructatio, ac largus exceperunt sudor: mali tamen levamen insequutum, & transfacta nocte paulo turbulenta, non vero plane inforni, altero die satis bene valuit; pulsus gaudebat bono ac æquali, urina sana, alvo libera, nullusque in affecto brachio adparebat tumor: levius dumtaxat brachii relinquebatur debilitas, digitorum quædam insensibilitas, ac ructuum aliqualis molestia. Quæcum ita sint, æger de morbi accessionibus partim sèpius, partim gravius recurrentibus valde metuit, & hinc consilium ac auxilium efflagitat. Cal. Nov. 1729.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Vidi ex communicata mecum morbi historia, præpositum cœnobii H. graves paralyticos insultus, ex convenien-

tium quidem medicinarum usu semper depulsos, sèpius autem recidentes tolerasse, & ideo haud immerito timeo, ne ipsa aliquando superveniat apoplexia. Quod si igitur ad mali caussam indagandam primum me accingo, necessarium omnino duco, ut non solum ad sanguinis abundantiam generatim respiciamus; verum potissimum attendamus, numne motus occulti hæmorrhoidales subsint, qui cum exitu per anum defituantur, hac maxime anni tempestate magis commoveri solent, & vel ad primas vias tendunt, vel accidente imprimis nervorum partium debilitate, paralyticos utique, hemiplecticos, quin & apoplecticos producunt insultus. Neque vero pauca sunt, quæ hæc in nostro ægrotto suspiciari suadent. Siquidem id vel solum vitæ, quo in cœnobio forsitan utitur, genus innuit; quo corpus ab omni, aut faltem sufficienti exercitio remotum, aë largis potius ac plerumque vinosis enutritum alimentis, superfluis non minus ac impuris imbuitur humoribus. Haud raro etiam serum acre scorbuticum hisce recidentibus paralyticis afflictionibus fundamentum præbere solet; quid? quod purpuracea sèpius colluvies subesse observetur, quæ partim nervosis incumbit partibus, partim liberum sanguinis & lymphæ remoratur circuitum. Quare quæ huic malo præservando forsitan inservient, paucis proponam, eaque ampliori præsentis medici dijudicationi relinquam.

Primum quidem venæctionis ulterioris usum haud suadeo, cum mihi compertrum sit, eam sèpius repetitam malum plerumque exacerbare, illiusque frequentioribus accessionibus viam sternere: in ejus vero locum scarificationes sex vel octo cucurbitulis administrandas commendō. Deinde ad alvi, licet jam liberræ, majorem referationem respiciendum erit: siquidem morbi radicem in primis potissimum viis residere, & ex humorum vitiisorum tam in vasis quam canale intestinorum stagnatione flatus & que ac spastmos exsurgere credo, qui sanguinem ad partes superiores maxime nervosæ magna vi compellunt. Quum autem huic

scopo in hisce nervorum vitiis obtinendo omnia acria , salina ac fortiter stimulanta , præprimis drafica nunquam conveniunt , nec amaræ Sedlicenses aquæ congreua deprehenduntur : majorem utilitatem ex clysteribus domesticis , ex juscule avenaceo , floribus chamomillæ , semine eumini , oleo amygdalarum dulcium & syrupo dialtheæ Fernelii parandis , & semel vel bis quotidie injiciendis sperare licet : nec opera ludetur , si vel singulis vel alternis diebus decem pilularum Stahlianarum aut mearum balsamicarum in aqua pura decem guttis olei tartari per deliquum permixta soluta vesperi assumentur . Tum abs re erit , liquoris mei anodynî mineralis XX. vel XXX. guttulas bis terve de die ex haustu aquæ fontanæ , & vesperi pulverem marchionum cum cinnabari , nitro , & aliquot extracti croci granis combinatum capere ; quippe quæ medicinæ , conjunctio tepidiori regimine in ipsius purpuræ præsentia sunt convenientissimæ . Omnis vero cerevisia fugienda est , in ejusque locum decoctuum ex hordeo , cornu cervi raspato , radice scorzonerae & cichorei paratum haurendum , sub epulis autem haustus Mosellani vini concedendus est . Neque minus ex usu mihi est , in hisce casibus ab omnibus nervinis cephalicis , & spirituosis tam interne quam externe abstinere , nec balneis fontibusque nisi cautissime uti ; sed potius moderatas & saepius repetitas affectæ partis frictiones deprehendi præstans . Et hæc sunt , quæ in salutem reverendi ægri proponenda duxi , quæ summus languorum medicus fausta reddat & prospera , ex animo precor .

C A S U S XXVI.

De affectu Paralyticco principis .

DEdisti , Vir excellentissime , contra ægritudinem serenissimi principis A. D. ante aliquot hebdomades hoc , cuius copiam simul transmitto , consilium ; cuius valetudo cum & mihi concredita fuerit , ac a serenissimo parente injunctum , ut Tecum ulterius communica-

rem , haud potui , quin curatius omnia morbi momenta perscrutarer , eorumque duo potissimum , quæ in priori relatione sunt prætermissa , tibi significarem . Suevit nimis tenellulus princeps in cunis & largo sudore perfundi , & copiosissimum reddere lotium ; quas excretiones insuper habuit minus provida nutrix , eumque sudore æque ac urina madidum ac frigido aeri ad apertas fenestras exposuit . Hæc altera ministra graviter advertens emendare quidem studuit , madidumque corpus siccioribus vestimentis indui curavit ; non tamen impeditre potuit , quo minus princeps eadem vespera in largius alvi profluvium , & paralyticum inciderit affectum .

Dein quoque motus convulsivos , qui in priori relatione morbo dedisse natales dicuntur , pro illius causa declarare non possum ; cum nullum eorum unquam se exseruit vestigium , & princeps , quem natura vegeto hilarique donavit animo , expergesfactus optime semper valuit ; nisi forte huc referre velis , quod quandoque sub somno manum pedemque sinistri lateris agitaverit . At vero hæc motitaciones partim ex transpiratione impedita , & hinc turbato humorum motu , partim ex terribili sub insomniis idea originem trahere , & non minus infantibus per omnia sanis , quam adultioribus absque malo omni contingere observantur . Quod si etiam ad dentium , quorum hoc tempore quatuor in nostro adparuerint , eruptionem respicere vellemus , haud quidem negandum , quin hæc excretio in pluribus infantibus vel diarrhœa , tanquam salutari crisi , vel motibus convulsivis ac epilepticis stipari soleat : attamen rarissimi deprehenduntur casus , quod hæc dentitionis symptomata paralyticum reliquerint affectum . Contra vero & ratio & experientia confirmant corpora ætatis virilis , ut ut robusta , apertis & sudore fere repletis porulis aeri exposita mox colicis doloribus , mox alvi profluvio , mox apoplexia , mox variis , pro diversa corporis constitutione , febribus infestari : quæ vitia multo magis teneris infantibus , iisdem causis obnoxias , contingere posse .

vero est simillimum. Quæ cum ita sint, hanc potissimum quæstionem tuæ, vir illustris, subjicio dijudicationi: Anne adversa principis valetudo suppressæ su-
bito transpirationi, & hinc sordium ex-
crementiarum tendinum, nervorum,
musculorumque tonum & vim elasticam
relaxantium retentioni in acceptis ferendæ sit? cum satis constet, excretiones per
cutis emunctoria longe copiosiores esse
debere, quam eas, quæ per alvum &
urinam fiunt.

Ut autem de præsenti ægrotantis con-
ditione quædam referam; in usum qui-
dem vocata ac rite observata fuerunt
medicamina ac balnea abs Te commen-
data; verum enim vero tantum abest, ut
ullum insequutum sit mali levamen, ut
potius totius sinistri pedis ab osse coxendi-
cis per integrum femur & tibiam ad pe-
dis usque plantam aliquantulum intume-
factam insignis adhuc adpareat flaccidi-
tas & aridura. Valet equidem ad se re-
trahere affectum pedem, ejusque digi-
tos movere, & illis inniti; solus autem
stare nequit, & ipse pes tactu frigidus dextro
est longior; simul quædam efflo-
rescentia faciem occupat & dextram ti-
biam; appetentia vero integra & hilaris
semper mentis constitutio. Hæc cum per-
penderem, & eximiam tendinum, mu-
sculorumque flacciditatem ac relaxatio-
nem, nec non totius generis nervosi de-
bilitatem deprehenderem, linteæ qua-
druplicata vino calidiori imbura, & iterum
expressa calide ad loca affecta inter-
diu admovere; no[n] vero ne somnus
turbaretur, & relaxati tendines corrobo-
rarentur, linteolum balsamo vita im-
prægnatum ad juncturas adplicari com-
mendavi. Eo quoque lubentius hæc au-
xilia in usum fuere vocata, cum jam
olim sua sponte artus resolutos cerevisia
saturiori vino permixta lavare suever-
runt, & inde spinæ dorsi, dextrique pe-
dis debilitatem insigniter allevatam per-
ceperunt. Quare ex mandato serenissimi
principis hæc Tibi significanda duxi,
Tuumque ulterius exopto consilium.

C O N S I L I U M.

Datum Haleæ Xmo Calend. Se-
ptemb. 1732.

Affectus præter naturam, quo infan-
tem serenissimum septem anni qua-
drantes natum, binis adhinc mensibus
tentatum fuisse litteræ misse docuerunt,
fuit alvi profluvium, e dentium eruptione
procul dubio inductum, quod calore inter-
no ac convulsivis motibus stipatum, cer-
vicias ac dorsi rigorem ac immobilitatem
reliquit. Abhinc vero tanta corporis im-
becillitas fuit observata, ut æger in sellam
collocatus corpore protinus collapsus fue-
rit, nec se in erecto continere valuerit situ:
quod vitium licet ope cujusdam medici
maximam partem esset sublatum, relicta
tamen ea est infirmitas, ut nec pedibus
inniti, nec ipsis commode uti, nec corpus
semel inflexum erigere iterum potuerit,
& sinister potissimum pes flaccescere vi-
deatur. Hinc demum haud sine ratione
conjicitur, ex convulsivis, quos ante binos
menses toleravit, motibus insignem spi-
næ dorsi debilitatem, & motus impoten-
tiæ aut paralysin fuisse relictam; a qua
cum vindicari cupiant serenissimum egro-
tum, in quæstionem potissimum venit:
Num Carolinæ huic malo sint profuturae
aquæ, aut quæ medela ipsi ferenda?

Ad hæc candide regero, mea quidem
sententia, Carolinas acidulas huic tenello-
lo minime esse convenientes; quippe qua-
rum virtus non solum in interno magis
quam externo usu sita est, verum etiam
longe diversis a præsenti morbis debetur.
Mallem Tæcplices in his exterris affec-
tibus commendare aquas, sed non minus
fateri teneor, omnes hasce curationes tam
teneræ atati esse inimicas, malumque
sæpen numero magis exasperare. Namque
natura in his infantibus valde debilis at-
que sensibilis, fortioribus ejusmodi cu-
ris sustinendis haud idonea existit: quid?
quod hi affectus temporis diuturnitate
sponte sanari deprehendantur. Quare
eo potius meum collineat consilium,
ut nisi forte subluxatio in inferiori ossis
me-

medullæ spinalis parte præsto sit, temperata balnea ex chamomillæ, mentha, & melissa parata mane vel vesperi longe majori adhiberi queant utilitate: maxime si post illa juncturæ pedis sinistri ac spina dorsi linimento quodam nervino inungantur, quod non nimis spirituofum sit, ne exsiccat, sed adeo temperatum, ut tendines in naturali temperie ac robe re conservet, quale id est, quod simul mitto. Interne vero mane infusum Theebois cum herba melissæ permixtum ordinarem, & alternis diebus 12. grana pul veris marchionis cum tribus succini præparati vesperi propinarem. Ceterum non possum, quin medici ordinarii opere & curandi rationi adplaudam, eique divi num appreco auxilium.

CONSULTATIO.

DOste satis ac eleganter de morbo serenissimi principis paralytico, ejusque causa differuisti, eumque merito magis ab impedita transpiratione, quam convulsivis motibus derivasti. Notatu enim dignum omnino est momentum, in priori relatione penitus omissum, quod princeps sudore madidus frigido expositus fuerat aeri; unde nimurum factum est, ut obstructis cutis poris acres humores nervis infederint, eosque male adfecerint: neque tamen negari potest, quin convul sivis motibus simul aliquantulum debeat ur, quippe qui haud raro affectis partibus imbecillitatem ac atoniam relinquerre observantur. Deinde vero non improbare audeo curandi rationem abs Te propositam, qua loca resoluta cerevisia calidiori fuerunt fomentata: majori tamen utilitate hanc fomentationem institutum iri credo, si loco cerevisiæ vinum vetus thenanum recipietur, illudque cum ro remarino, floribus chamomillæ romanæ, spicæ & caryophyllis aromaticis pulverisatis in vitro probe clauso super fornace digeretur, & sic linteis quadruplicatis imbutum juncturis spinæ dorsi & ossi sacro inungetur. Sub hujus usu balnea omitti possunt; neque minus balsamo ritæ, quod in hisce casibus justo calidius

deprehendi, hoc linimentum calide in ungendum longe utilius substituetur: Recipe unguenti nervini martiati uncias duas, balsami peruviani drachmas tres, olei torifmarini, caryophillorum ana drachmam unam M.d. Tum quoque cura habenda est acrimonæ scorbutica, qua serum more in his morbis solito ex faciei tibiæque efflorescentiis imbutum esse videtur, cui temperandæ præstantissimum erit hoc decoctum, loco portus ordinarii bibendum: Recipe radicis scorzonerae, cornu cervi, radicis sarsaparillæ ana uncias quatuor, corticis ligni sassafras drachmas tres. Conc. d. f. species, quarum uncia in binis aquæ mensuris per tres horæ quadrantes decoquantur. Eadem denique scopo satisfaciet mixtura diaphoretica moderatior, vesperi ante lecti introitum, & mane quandoque intra lectum haurienda, cujus hæc sit compositio: Recipe aquarum cardui benedicti, florum sambuci, cerasorum nigrorum ana uncias quatuor, antimonii diaphoretici, cornu cer vi philosophice præparati ana drachmam unam, cinnabaris præparata scrupulum unum, mixturæ simplicis guttas 30. syrupi acetositatis citri drachmas tres. M. f. mixtura, cujus probe agitatæ haustus quandoque assumatur. Hæc pro salute serenissimi principis respondenda duxi, quæ immortalis Deus ipsi reddat salubria ex intimis voveo.

CASUS XXVII.

De affectu semi-paralytico cum dysuria.

Fœmina generosa 37. annorum, temperamenti cholericô-melancholici, statuæ magnæ proceræque, vasis vero exilioribus instructa, ad animi commotiones & iracundiam facillima, vita sedentaria addicta, alvi perpetuae segnientie obnoxia, & in locum ordinarii potus aqua simplici, & infuso fabarum Coffee usu, a prima infantia ad mensum usque eruptionem perpetua corporis, maxime genutiæque, efflorescentia instar achorum, variis oppugnata remedis sollicitata.

tata fuit. Octavo ætatis anno rotulas adhibuit anthelminticas, mercurialibus procul dubio remixtas, & ex his male habuit: menses autem ipsi ad conjugii usq; tempus rite per quatuor vel quinque semper dies fluxerunt. Neque tamen minus, cum adhuc cœlibem ageret vitam, eximia sæpius præcordiorum angustia, & spleneticoo malo laboravit, eique ex consilio D. K. varias medicinas, maxime spleneticas opposuit: quid? quod anno ætatis 27. denuo in supra memoratas efflorescentias, in facie præserit conspiciuas reciderit, quæ primum aqueas referentes bullulas, dein exulceratæ, mox crusta obductæ, & denique cum cute simul abrasæ fuerunt. Adfixit insuper pectoris angustia, nec ex venælectionum usu se depelli passa est, ut denum acidulas Vetteraque aliquoties potare decreverit: ex quibus quidem angustia illa remisit, pusillæque penitus evanuerunt, in membrorum tamen aliqualis debilitas, manuumque tremor successerunt.

Tres jam cum dimidio excurretunt anni, ex quo matrimonii leges subiit, in eoque binis puerperiis duos haud sine magno labore foetus feliciter enixa est: quorum autem novissimum sub anni 1726. auspiciis mensium per binos menses obstructio exceptit, non nisi uteri profluvio, fructa cruris coagulati excernente, reserita. Sed abhinc adeo invaluit membrorum imbecillitas, ut vix sola incedere nec manibus nisi tremulis quicquam continere valuerit. Oppugnavit hæc mala balneis ex herbis convenientibus, aut spiritu vini paratis; tantum vero absuit, ut debilitas inde remiserit, ut potius inter eundum baculo inniti debuerit: hinc D. D. M. auxilium imploravit, ab eoque varias essentias, pilulas, infusumque theiforme accepit, & balnea ex multis speciebus parata usurpavit, minus tamen fausto effectu, quippe post hæc nec baculo suffulta progreedi potuit, sed a ministris sublevari tenebatur. Tum suasu medici cuiusdam & amicorum thermas adit Hirschbergenses, variisque simul & internis medicaminibus, & externis oleis spiritibusque usa vix in unum alterumve

descenderat balneum, cum non solum vires dejicerentur adeo, ut a ministris gestari omnino debuerit: verum etiam mensum obstructionem incidet; quorundam tamen fluor, balneo quod vocant das Probst-Bad in usum vocato mox rediit, & per quindecim dies assiduos inhæsit. Frustra itaque adhibitis tam variis admixtis, & accidente simul pedum ad genua usque tumore ac refrigeratione, per insequentem hyemem fotibus, frictionibus, unguentis, spiritibus & balneis artificialibus pugnatum fuit. Verum enim vero appropinquante vere increvit magis pedum tumor, & pectoris angustia, continuusque ad urinam reddendam stimulus, sed parcius justo excretio supervenire, ut ægra hydropem pectoris aut ascitem omnino vereretur. Hinc consuluit R. practicum S. famulos, qui ipsi tinturam metallorum cum essentia summatum pini, ligni sassafras mixtam, essentias stomachicas calidores, pulveres diapnoicos, & infusum theiforme ex arnica, chamæpyri ac chamædrio potissimum paratum exhibuit, idque effecit, ut lotum quidem copiosissime redderetur, frequentior vero mingendi conatus accederet: non minus pediluvia ex surculis pini recentibus confecta, majori vero damno quam emolumento adhibuit; & denique aquas Sedlicentes ob alvi pertinacem segnitiem novissimo vere potavit. Omnibus autem incassum adhibitis per octo hebdomades ob omni remediorum usu abstinuit, & denique me in consilium accivit, qui hanc illius deprehendi constitutionem. Non valet se loco movere, sed pedibus vacillans a ministris magistrati quam gestari debet; summati in regione ossis sacri sentit imbecillitatem; sedens pedes extenderet æque ac movere potest; at simulac assurgere conatur, contremiscunt pedes, qui etiam tremor manus quicquam apprehensuras occupat. Sinistram tibiam torporis quandoque ac formicationis sensus prehendit; utrumque vero pedem non minus ac brachium strituræ quædam sensatio sæpius infestat, ac si vinculo essent constricta, assidueque frigent: neque tamen post pediluviorum & fur-

ex furfuribus triticeis & sale confectionum usum inferiores artus, nisi forte interdiu aliquando tumere conspiciuntur. Ciborum exigua gaudet cupiditate, nec nisi juscum mane ac inter prandium assumuntur; reliqua vietus ratio servatur pertinacissima, & per proximum biennium cerevisia iterum indulgere coepit; somnus vero est placidissimus, pulsus aqualis, durus atque tardus. Mensium irregulare vexat successus, dum mox tertia, mox quarta, mox sexta redeunt hebdomade, & per unum alterumque dumtaxat diem parca fluunt copia. Non minus adfligit alvi obstructio; abdomen nec durum, nec tumidum, circa ventriculi autem regionem insigniter tensum; sudoris difficillima, nec per pulveres diaphoreticos provocanda eruptio; corpus magis magisque extenuatur, viresque dejiciuntur. Denique ab ultima medicatione gravis ac frequentissimus urget mingendi conatus, ut quavis fere hora alvum quasi exoneratura desidere teneatur; sub quo nisi mox facilime, parca licet quantitate redditur urina, mox diutius supprimitur, sibiisque ardore in urethra complicatur, & vel dysuria, vel incontinentia accedit. Ipsum lotium rubicundum turbidumque conspicitur, nec salinas bullulas, nec odorem scorbuticum exhibet; nisi forte quod nubecula hinc inde dispersa & demum ad fundum matulæ deposita appareat.

Quod si igitur de hocce morbo meum suppeditare liceat judicium; illum insigntotius generis nervosi imbecillitate & toni atque roboris partium nervosarum resolutione absolvi crederem: unde partim ambulandi impotentia & extremitorum tremores, partim spasticæ artuum constrictiones, ac si vinculo ligarentur, tensiones in regione ventriculi ac frequens mingendi conatus dependere videntur. Hinc autem partium imbecillitati non solum acria & salsa illa exanthemata, quæ olim ægota corpus occuparunt, verum eorundem incongruam per balnea ac inunctiones suppressionem originem dedisse arbitror. Exinde enim factum esse puto, ut sanguine magis in-

spissato, ejusque circulo turbato serosa latex per vasorum porulos secesserit, tum ad medullam spinalem decubuerit, nervos compresserit, & fluidi nervei influ-xum in illos, hinc horum agilitatem motumque impedierit. Hoc vitium cum potissimum nervos intercostales, brachiales, ac crurales, a paribus lumborum oriundos infestavit, & ex eadem partium solidarum debilitatione fluidorum quoque progressus & transpiratio impi-ditiores succedant: non sane miror, si ob cruentem in vasis minimis pectoris stagnantem olim praecordiorum anxietas ægram sollicitavit. Ipsa demum natura hisce malis per criticam efflorescentiam, anno ætatis 27. erumpentem, mederi tentavit: sed hic quoque perverse sanata, gravitas, tremor ac motus contractiorii membrorum omnino invalescere debuerunt. Quum denique puerperia, nervoso generi perquam inimica, accesserunt; fieri non potuit, quin etiam in praefenti ægota nervorum sistema magis debilitatum, sanguinis circulus turbatus, & hinc ipsa menstrua purgatio suppressa fuerint; quæ violenter referata, reliqua vero minus convenienti medicatione oppugnata necessario gravitatem, torporem, motus contractios, vermiculares, & quasi ligantes in manibus pedibusque adaugere debuerunt. Neque tamen minus affectum vesicæ, quo premitur misera, nervorum tono per novissime data diuretica debilitato natales suos debere; & rebus sic se habentibus circulum sanguinis, secretiones succorum utilium, noxiorum autem per alvum, transpirationem, & urinam excretionem, ipsamque nutritionem insigni laborare vitio arbitror. Jam itaque, quamquam difficillimum mihi videatur, malum hoc penitus expugnare: attamen cum partim natura haud proflus vieta sit, partim ægra nulla medicaminum præter pilulas aversetur, nec decocta in usum ordinarii potus assumere recusat, spem foveo, fore ut si debita curatione malo obviam eatur, & digestio, transpiratio, alvi excretion & partium debilitatarum roboreatio promoteatur, insigne mali levamen ob-tineat.

tineatur. Nondum enim adhibita fuit ea medicatio, quæ hunc affectum imminuere potuisset, quam abs Te, vir excellentissime, proponi cupit generosa ægrotia.

RESPONSO CONSULTATORIA.

Litteras, quibus adversam generosissimæ Baronis de Kl. valetudinem descripsisti, ejusque originem non minus ac causas docte satis ac eleganter explicasti, diligenter perlegi; & cum rem accutigeris, me tibi in omnibus consentientem habes; nec opus erit, ea omnia copiosius repetere. Quod si vero præsentem ægritudinem intuerar, eique medendi rationem proponam: ante omnia conatum illum mingendi frequentiorem, cum dolore atque tenesimo stipatum, quem dysuriæ vocant, ex mensium irregulari fluore derivandum esse censeo. Namque dum priores medici, ne hydrops pectoris aut abdominis suboriretur veriti, multa diuretica ac justo calidiora exhibuisse videntur medicamina; vero est simillimum, sepi excrementi pariter ac sanguinis, quorum excretio & per uterum tempore menstruo, & per venas hemorrhoidales fuit impedita, ad vesicæ vasa factam esse congestionem; quam spasmotica ipsius vesicæ & sphincteris constrictiones, & lymphæ mucidae ex tunica vesicæ villosa expressio exceperunt, & molestiam illam motionem induxerunt. Ventilavi haud ita pridem disputationem de morbis ex psalmo vesicæ, cui deplorandus venerandi ac meritis Theologi Franckii, ex immensi vesicæ spastico, dysuria, & infestatione illius inflammatione cum febre exanthematica defuncti obitus occasionem dedit. Neque tamen minus in nostra ægrotante considerari quoque merentur & nervosi generis eximia imbecillitas, & scorbutica impuritas, quæ altas jam egisse radices, & habitualis quasi facta videtur, crebrisque se prodidit efflorescentiis. At vero quam arduum sit, quamque difficile talia recrumenta humoribus fermenti instar pertinaciter inhærentia elinare, vel sola purpura, hisce temporibus adeo familiaris demonstrat. Neque

enim in dubium vocandum est, quin nostra pariter scorbutica ejusmodi ac purpurea saburra sit imbuta; quæ dysuria, nervorum debilitati, membrorum atonie, corporis decremento, & virium jaæturæ occasionem suppeditavit, & foras protrusa insigne mali pollicetur allevamentum.

Quæ cum ita sint, omnem eurationis vim in eo sitam esse credo, ut partim hæ impuritates corrigantur ac eliminantur, partim mensium successus promoveatur. Priori scopo satisfacturas credo acidulas Selteranas, lacte asinino permixtas; quæ si defecerint, in earum locum Egranæ duabus partibus cum una lactis caprini maritatas commode substituere, & hac tempestate per tres septimanæ, tres quotidie libras hauriendo, adhibere licebit. Ante, sub & post harum usum operæ erit pretium, hanc potiunculam laxantem mannatam mane assumere, si precedente vespera pilularum mearum aut Becheri balsamicarum XVI. fuerint deglutitæ: Recipe manna electæ uncias duas, cerasoris tartari drachmam, aquæ florum acaciæ uncias quatuor, colatura adde olei de cedro guttas quatuor. M. D. S. Laxier Trancklein. Quod si vero ægrotanti hæ aquarum potatio haud arriserit, aut etiam ante vel post earum usum commendarem hoc infusum vinosum: Recipe rhabarbari electi unciam unam, radicis pimpinellæ albæ, zedoariæ, vincetoxici, cichorei ana unciam semis, summitatum centaurii minoris pugillos quatuor, lymatura martis, corticis ligni sassafras, aurantiorum, fibrarum hellebore nigri ana drachmas tres, passularum minorum uncias duas. Conc. Cont. M. D. S. species cum una & dimidia vini mensura infundenda. Ordinario potui optime inserviet decoctum ex cichoreo, scorzonera & passulis minoribus paratum; & denique in roborandis partibus affectis balsamus meus vita spinæ dorsi, genibus ac taleolis pedum inunctus eximiam præstat bit opem.

CASUS XXVIII.

De Atroci affectu convulsivo epileptico.

NOvendecim annos natus adolescens, cholericæ temperaturæ, habitus strietioris, capaciorum vasorum, acutique judicij ante triennium post male curatam scabiem primum in hæmoptysin, dein epilepsiam incidit, quam medicus quidam per aliquot menses frustra oppugnauit, nee medicastra debellare valuit. Quamquam enim ex datis ab hac remediis malum per tres fere hebdomades evanuissest; attamen posthac atrocius, variisque symptomatibus squalidum rediit, adeo ut cum antea intra biduum vel triduum bis dumtaxat adfixisset, jamjam quotidie sexies septiesve cum subitanea rationis amissione eruperit, haud vero ultra duo vel tria temporis momenta inhaerent. Tum consultus fuit chirurgus quidam, qui variis medicinis per tres menses in cassum datis ipsam deniq; abhivit salivationem, eo tamen effectu, ut non solum quavis fere hora bis recruderet malum, verum etiam æger insigniter debilitatus vix solis incedere valuerit. Hinc alius quidam castrensis chirurgus in usum vocabatur, qui morbi exflirpationem pronuntiens, bis quovis mense mox in brachio, mox pedibus venam incidit, aliisque medicinis id quidem præfinit, ut per quatuor septimanas æger ab omni accessione liber sanitatis quandam præ se ferret speciem: at vero haud ita multo post sub ipso meridiano somno recidit iterum epilepsia, & noctu potissimum bisterve prehendit a grum; cui simul immanissima iussis, ac prefocans fere catharrus nocte præcipue aspergens supervenit cum feeridissimi ichoris copiosa refectione, ægrumque penitus affixit lecto. Quare medicis rorsus implorabatur auxilium, qui hac novissima symptomata epilepsiam graviorem pronuncians, illis quidem supprias tulit, hanc vero licet per quatuor menses oppugnatam debellare haud valuit: hinc alter per celebris practicis con-

sultus per integrum mensem variis pugnavit specificis: iis autem nihil proficiuntibus, malum idiopathicum, in cerebro residens ac curatu difficultimum pronunciavit, attamen foanticum capiti infligendum, cauterium vero auro sefaceum nuchaæ adplicandum commendavit. Tum ne natura nimium adsuerteret medicinis, earum usus per tres hebdomades plane fuit omisus; at malo ingraevolente tribus abhinc septimanis iterum quidam advocabatur medicus. Hic si revocaretur scabiosa excretio, & alvus obstructa quotidie solveretur, malum sanatum iri arbitratus, ordinavit infusum theiforme ex herba veronicae, marrubio albo, chamædri, radice saffaraparilla, chinæ, scorzonerae, pœoniae, floribus papaveris rhoeados, semine pœoniae & anisi paratum, matutino tempore hauriendum, in eoque essentiam alexipharmacam Stahlii cum essentia succini, castoreique mixtam assumi jussit; & pectoris molestiæ pulvrem temperantem cum pulvere lumbricorum, marchionis & castorei maritatum, vesperi capiendam opposuit. His quoque effecit, ut intra octiduum multæ circa os & nares efflorescerent pustulæ, malumque simul aliquantulum imminueret: at vero illis exsiccatis hoc quoque recruduit, adeo ut nocte decies, diebus octies accesserit, insuper vasa faciesque intumuerint, peccus valide attolleretur, artus concuterentur & caput varie contorqueretur: sed haec symptomatum vehementia dato pulvere temperante, cum pulvere marchionis remixto, & missis ex vena in pede tusa septem vel octo cruxis uncis aliquantulum remisit.

Ceterum haud ignorari oportet, ægrum olim sub morbi accessione atdeo collisisse dentes, ut etiam aliquando cujusdam digiturum ipsius ori introsum penitus de morderet, & baculo iisdem interposito binos dentes forti morsu sibi evelleret; quaæ vero morsus vehementia jam cessavit. Neque vero unquam polices in manum comprimit, nec spumam ore reddit: at memoriæ vigor intinuitur; appetitus sibi constat, facies olim matilenus jam cas-

nosior adpareat; & ipsa accessio maxime ipsi pastui, saepius post illum supervenire solet. Somnus vesperi subito artus occupat, & per noctem adeo profundus est, ut licet sub eo malo suo rapiatur, id tamen expergefactus nesciat, tum vero insinuator laesus, ac veluti fustibus percussus deprehendatur. Alvis diu obstructa, nec referata fuit; hinc ani procidentia complicata per annum inhabet, & adhuc urget. Ipse denique morbus admodum varius est: mox æger mordet, mox vociferat, mox pectus attollitur: paroxysmus modo levior existit, numquam tamen ultra unum temporis punctum extenditur, & circa lunæ mutationes, tempestatesque pluviosas ac inimicas invalescit: nulla sub illo sensatio, nullæque præcedunt notæ, nisi quod brevi ante accessionem nares fricet, sinistrum pedem ad se trahat, & tunc protinus concidat.

CONSULTATIO.

Intellexi equidem ex litteris ad me datis, quæ potissimum ægritudines juvenem nostrum sollicitent; sed doleo eas per incongruas ac perversas curationes adeo intricatas atque corruptas esse redditas, ut jam universum nervosarum partium genus, maxime caput, spinam dorsum ac ventriculum in consensem rapuerint, ac spem perfectæ curationis fere irritam faciant. Si primam illarum originem discipiamus, illam procul dubio in scabie unguentis mercurialibus improvide retrorsum inveniemus: quippe quæ haemoptysin non minus quam epilepsiam eo facilius inducere valet, quo tenerior ac sensibilior corporis est constitutio, aut quo magis præmaturum ac nimium veneris accessit exercitium. Hinc consultum admodum fuisset, si scabies intus repressa illico congruis remediis foras esset provocata: at dolendum omnino, hac indicatione neglecta salivationem potius adhibitam, eaque universum nervorum genus magis debilitatum fuisse atque destructum; quem eundem quoque effectum venælectio sapius repetita

præsttit. Eo majus vero augmentum huic spasmodico convulsivo malo dedit humorum vitalium dyscrasia atque acrimonia, quæ sub crebris paroxysmis nervorumque nimis distensionibus inducta videtur. Quamvis ergo iis malis a perito medico varia specifica & antiepileptica fuerint opposita: hanc tamen curandi rationem, partibus & solidis & fluidis vitiatis, minime sufficientem existimo: contra si a medicis in tam vegetate etate quandam adhuc salutem expectare licet, eam omnem in eo sitam esse credo, ut integra natura corroboretur, humores acres ac impuri attemperentur, & spasmodice nervorum distensiones in habitum fere degenerant consoliantur. Hi vero scopi non magis pharmacis ac chymicis, quam diæticis potissimum adminiculis, maxime patientia & temporis diurnitate adjutis obtinebuntur; eo quidem feliciori eventu, si vernum nobis adeo adpropinquaret, quam hæmale tempus, hoc enim nervorum morbis curandis minime deprehenditur opportunum. Hinc ut meam in hisce casibus methodum candide aperiam, convenientissimum ante omnia judico, ut, si fieri potest, locus & aer mutentur; omnes animi commotiones laboresve cum meditatione juncti sedulo evitentur, omnis cerevisiariorum, vinosorum, calidiorumque potuum usus fugiatur, & in eorum locum hoc substituatur decotum: Recipe radicum scorzonerae, salsaparillæ, rasuræ cornu cervi ana uncias quatuor, radicis cichorei, pœoniae ana unciam unam, seminis fœniculi unciam semis. Conc. Cont. d. l. species, cuius binæ unciae in tribus aquæ mensuris, manipulo hordei permixtis, per tres horæ quadrantes coquendæ; colaturæ autem succus & cortices citri, nec non tantillum sacchari addi potest. Deinde corpus quidem frequenter, sed non nimis vehementer movere, parcisque & magis crebris uti oportet epolis; inter quas ab edulis allio, pipere, sale imbutis, acidis, piscibus marinis & fumo induratis studio cavendum, & insuper omnis aeris inimica temperies longissime arcenda. Ma-

ne

ne conveniet hoc infuso theiforme cum dimidia parte florum lactis, in quorum libra una salis, quod simul mitto, scrupulus dimidius sit solutus permixtum sorbillare: Recipe summiatum millefolii manipulos duos, florum tiliæ, hyperici, chamomillæ vulgaris, herbae melissæ ana manipulum unum, seminis fenniculi drachmas tres. Cont. Cont. d.s. species pro infuso, cuius quoque potatio meridiano tempore erit utilissima. Tum ut sanguinis acrimonia forsitan purpuracea corrigatur ac eliminetur, operæ erit pretium, vespere aut singulis aut alternis diebus drachmam dimidiad pulveris mei bezoardici, ex aqua florum sambuci, vel tiliæ, vel lilio convallium adhibere. Non minor in spastis sed andis utilitatem exseret spiritus nervinus, cuius copiam transmitto, & qui viginti guttulas ex aqua vel simplici vel florum tiliæ bis vel ter de die maxime versus accessionis tempus assumi potest. Nec ludetur opera, si xger cubitum iturus in pediluvia ex aqua fluviatili & furfuribus triticeis parata, nec nimium calida, ne sudorem moveant, nec frigida, sed affusione successiva aquæ calidae in justo tempore conservanda quotidie pedes ad suras usque immittat, iisque per horam dimidiad immoretur. Alvi obstrukioni summo cum fructu opponentur binæ circiter mannae unciae, mane ex infuso theiformi loco sachari devorandæ, aut sapo quidam ex oleo amygdalarum dulcium & tartari per deliquium confessus, & pondere drachmæ dimidiæ ex eodem infuso cum lactis floribus poto sumendum, qui & alvum lubricat & spasmum demolcit. Quæ si per aliquot tempus rite adhibebuntur, haud dubito fore ut salutaris inequatur effectus, quem ex animo appreco.

Halæ VII. Cal. Nov. 1726.

Vix elapsæ erant quatuor septimane, cum mihi nunciaretur, ægrum commendatis medicinis per 14. dies usum mali sui accessiones & rariores & longe leviores sustinuisse, abhinc vero gravi percussum iracundia, subito apoplegia fuisse extinctum.

C A S U S XXIX.

De affectu Epileptico & brevi alienatione mentis ex male curata febre intermitte.

Vir juvenis XXIII. annorum, ventutis suæ tempore satis integra sanitate transacto, septem circiter abhinc annis gravi de scala lapsum in humerum præcipitatus, hujus equidem quodam dolores sensit, iisdem vero per data congrua remedia feliciter depulsis optime valuit. Sed præterlapsò unius anni spatio laesus humerus altero magis elevatus deprehendebatur, doloribus tamen vacuis; & nullis medicaminibus nec exterius nec internis in naturalem reducendus ordinem. Posthæc febris intermittens ipsum prehendit adeo pertinax, ut licet peritos medicos non minus, quam conguas medicinas in usum vocasset, ea tamen ultra annum dimidium inhæserit, & non nisi justo largiori remedii cujusdam multo cortice chinæ permixti dosi tandem evanuerit. Abhinc autem male habere cœpit, appetentia imminutior reddebat, simulque affecti humeri dolores & spirandi angustia accedebant; neque minus febris sepius recidebat, & ipsa satis varia erat valetudo. Tum denique tribus cum dimidio abhinc annis satis gravem incidit affectionem, qua inter sermones, aut quascunque actiones subito ratione orbatus celeriter huc & illuc ambulavit, brachia agitavit, vestimenta pervulsit, & non nisi verbum *Ne Ne* pronunciat: sub his facies primum rubicundo intumuit colore, vultusque austerus adparuit, tum expalluit & ridere videbatur. Transit autem hæc accessio momento citius, & omnis rationis redditus integritas; haud tamen exprimere valet, quæ sub hac ipsi contigerunt, quid? quod memoriarum vigor magis magisque imminuat. Hoc malo per annum dimidium sollicitatus, subinde sponte liberabatur, & per quadrantem fere anni optime habuit, hilarisque ac satis vegetus

vixit. Verum enimvero posthac citra omnem opinionem vera epilepsia, cum omnibus ipsi propriis symptomatis conjugata saepius infestabatur; quæ tanta varietate scenam iusit, ut mox per aliquot menses evanuerit, mox iterum recruduerit; quid? quod novissimo abhinc anno penitus cessaverit. Tum autem in ejus locum iterum successit affectio illa momentanea supra descripta; & denique rediit epilepsia vera, ac cum illa quandoque alternavit. Uterque affectus cito transit; posterior autem priori diuturnior est: neutrum quadam praecedunt signa, nisi quod abdominis & artuum tensio, murmura ac flatus imi ventris quandoque observentur, quæ tamen saepius absque in sequente malo adfligunt. Sub utroque mentis error incidit, & epilepsia ordinariis symptomatis, nimirum subitanea in terram procidentia, spuma oris, & pollicis in pugnum compressione slipatur, a nimia autem visceratione & violenta membrorum agitatione immunis deprehenditur; reliquo post paroxysmum eximio corporis languore ac vertiginosa molestia. Cæterum vultus aspidum fere palitet, maxime sub mali accessione; crux interdum naribus redditur; appetitus exigua est, & post assumtos cibos pravos sapor os occupat; sitis urget matutino potissimum tempore; æger facillimus ad sudorem, eoque quavis nocte copiosissimo madet; & denique super alvi profluvio per tres septimanas inharente sponte vero remittente laboravit. Ab epileptica accessione jam per integrum mensem immunis vixit; altera vero spasmodica convulsio intra noctem meron quartu vel quinquies olim, ultima autem septimana ter dumtaxat in ipsum insultavit, nec, quod mirum, sub novissima solis defectione, cui non minus lunæ mutatione accesserat, recruduit.

Hæ ergo sunt ægrotantis molestia, contra quas variis remediis, a multis medicis exhibitis, non minus, quam Egranis acidulis per proximum triennium potis, & pedum repetita venefictione frustra pugnatum fuit.

CONSIGLIUM MEDICUM.

Extradita morbi historia deprehendi duos esse præternaturales, qui ægrotum premunt, affectus, nempe molestiam spasmodicam distensionem, cerebrum & universum nervorum genus occupantem, & leviori mentis alienatione stipatam, ac veram epilepsiam. Utraque hæc mala non nisi a febre per copiolum corticis chinæ usum intempestive suppressa natales suos mutuantur: hoc etenim cortice motus quidem febribus fuerunt consopiti; somes autem febrilis haud exturbatus intra corpus restitit, ac varia symptomata, nimirum languorem corporis, appetitus prostrationem, dolores & tensiones imi ventris, anhelitus difficultatem, & ipsius febris recidentes saepius insultus procreavit. Cum autem hæc mali origines non satis perspectæ, multo minus congruis adminiculis expugnare videantur: non mirum spasmos adeo increvisse, ut humoribus ad cerebrum potissimum compulsi, & hinc obnubilatis sensibus, in ipsis denique convulsivos atque epilepticos degeneraverint motus. Verum enimvero hi morbi, qui altas in cerebro nervisq; egerunt radices, & consuetudinem fere ac habitum indueront, curatu sunt difficillimi, & pro sui expugnatione non solum medici peritiam, verum etiam pertinacem virtus observationem exigunt: haud tamen animum abjecere, sed omnes eo intendere oportet nervos, ut si non extirpetur morbus, saltem a gravioribus malis præservesetur. Huic autem scopo contrarias omnino fuisse Egranas acidulas arbitror, cum omnes minerales aquas hisce cerebri affectibus magis inimicas esse quam proficias crebra doceat experientis. In id potius summo incumbendum erit studio, ut nervosum genus roboretur, necessaria excretiones, maxime quæ per cutim sunt promoveantur; & quæcumque capiti nervisque noxam minantur, sedulo arceantur.

Quæ ut obtineantur, operæ pretium fore arbitror, quovis mente prævia somniatione hirudines ad ani venas adplicare; & ex infuso nervino mox describendo,

F

quos

quotidie octo vel decem vasculis mane intra lectum sorbillando levem expectare sudorem. Infusum ipsum sic se habet: Recipe herbae melissæ, betonicæ, basilici ana manipulos tres, florum tiliæ, salvæ, chamomillæ vulgaris ana pugillos quatuor, cubebarum drachmas duas conc. cont. irrorentur olei tartari per deliquium drachma una. M.d.s. species *Zum Krauter-Thee* Vesperi adjungendus est pediluviorum ex herba abrotani, melissæ, floribus chamo mille & cineribus clavellatis confectionum usus; quibus justo tempore moderatis pedes ad suras usque immittantur: nec levem operam spondet pulvis sternulatorius, cuius hæc est compositio: Recipe herbae majoranæ, basilici, florum liliorum convallium ana drachmam dimidiam, mari veri, florum benzoës ana grana duodecim, pulveris castorei grana decem, olei caryophyllorum veri guttas sex, M.d.s. *Schnupftoback*. Præprimis vero alvi libertas perpetuo conservanda ac viœ lubricante adjuvanda est; quæ si forte segnior fuerit, clysteribus domesticis cum decocto florum chamomilla saturatori, aut ejus oleo coeto, vel destillato, hujusque XXX. guttis, nec non manna ac sale Epsonensi permixtis commode reserabitur. Tum demum tribus circiter aut quatuor ante lunæ mutationem diebus drachma una specifici mei antiepileptici mane ex aqua cerasorum nigrorum quotidie assumenda est, quod corpore a sordibus purgato & humoribus præparatis incredibilem in epilepsia inveterata præstat effectum, & in hac per 16. annos inhærente miram tulit opem. Tandem viœ ratio medicinarum vim insigne adjuvabit: hinc ab omnibus mentis commotionibus, potu calidiori, vino, spiritu vini, cerevisia crassa, frigore, epulis largis, cibisque flatulentis probe cendum est: & cum cœli & aeris mutatio in hisce capitis nervorumque morbis exoptatissimam efficaciam exserere deprehendantur, haud alienum fore credo, si proxima æstate sub cælo sereno peregrinatio institueretur.

APPENDIX.

Cum huic curandi rationi æger per tres menses inhæsset, relatum fuit epilepticas has accessiones magis magisque immunitas, tandem penitus evanuisse.

CASUS XXX.

De epilepsia inveterata cum vermis implicata.

Virgo annum agens vigesimum tertium, temperamenti sanguinei, choleric & melancholico multum prævalentis, statura mediocris, texturæ tenue riusculæ, non tamen gracilis, ingenii docilis atque solerti, judicij satis acuti, ad labores promta & indefessa, animi valde sensibilis, ad iram, terrorem ac metum & tristitiam admodum proclivis, amori tamen non indulgens, sequentes patitur molestias.

Biduo, triduo, aut etiam quatri duo, antequam mensum erumpat fluxus, male se habere & in cervice dolere incipit, cum magna præcordiorum angustia & pectoris oppressione, animi alacritate sensim pereunte, atq; appetitu in fastidium transiente, ingruente diarrhœa spontanea frequenti, & molesta pressione, dolentibus lumbis. Hinc fit, ut noctem transigat admodum inquietam, plus vigilans quam dormiens, aut quando subdormit, qualiscunque fuerit decubitus, insomniis agitur terrificis & anxiis, nimis de incendiis, lapso ab alto, actione in fugam &c. etenim extra hoc etiam tempus somnis levissimus & brevis ipsi est. Tum ex improviso, aut somnolentia, vel ab insomnio evigilanti augetur præcordiorum pectoris que compressio & spasmus altius ascendent, nuchæ dolor, protinus succedente horripilatione per corpus universum & artus, cutis corrugatione, faciei expallescencia, pulso debili ac tenui: hinc extraordinario percussa timore & anxietate sonus edit tremulum, anxius, qui a dilatatione & depressione laryngis & compresione labiorum formatur, ac si terror &

pavor vocem ordinariam atque articulam impediret. Insimul oculi torvi sunt, artus laboriosi hinc inde moventur, manus pugnos efformant. Prædicta voce sonora & quasi clangosa verba aliquot exprimit, sed fere mutila magis, quam integræ; mox tamen rursus mutatur in ordinariam, qua ad quæ sita aut dicta respondeat congrua, sed celerrimo verborum flumine. Frontem, quæ frigide sudat, tangit, de capitis immani querula dolore, vittam aut capitis integumentum hoc illuc flebit, aut nudat caput: pulsus dein evadit citior, celer ac durus, & facies rubore, itidem magis, quam alias ipsi in genis est, insigni suffunditur. Tali modo comparatus esse solet paroxysmus, & a primo in saltu ad finem usque durare per duo, quandoque diutius ad quatuor, quinque horæ minuta. Ante biennium tamen sèpius ad horæ quadrantem substitit, ita ut totum corpus cum artibus rigeret, ipsaque plane siferet. Imo ante unum atque alterum annum res eo jam proh dolor! devecerat, ut instantे tum mensum periodo, more epileptico, in humum prociderit, pollices in pugnum impresserit, os spuma verit, corpus rigidum jacuerit, singultus que adfuerit vehementissimus, caput intumuerit, & tota facies apparuerit quasi sugillata. Hic paroxysmus ipsam illis diebus aliquoties fuit adorsus; sed præcesserat enormis animi commotio iracunda, & gravis in potu error: quippe superata prima accessione, que non alia, quam qualiter antea descripsi, fuerat, vehementem suam sicut restinxerat nimio & simultaneo vini haustu. Talis autem, qua Dei gratia est, posthac paulo rarius redit, malo hactenus ita rursus depresso, ut modus ei jam sit, quem superius dixi; imo instantem paroxysmum non solum præsentit, atque dum adfligit, mentis manet compos, adeo ut mandata possit exsequi v. g. si adstans petat, ut januam aperiat, aut si quid ex ipsa querat, prompte respondeat; sed & vel confortio hominum se subducere, & remotis arbitris eum sola sustinere; vel tacite illum quasi opprimere & veclare potest, ita ut adstans alienus plane nihil deprehendat; conscient ex pallore fa-

ciei, celeriterque succedente ejusdem suffusione, & ex asperetu cutis in manibus constrictæ, quam vulgus *eine Ganschaut* appellare solet, hariletor, ipsam pati solenne in paroxysmum spatio odio anxiæ, & sensum aura frigiduscule totū corpus perfundentem. Finito paroxysmo pulsus jam tertia vice immutatur, & parvus est; diapepsi in lectum se confert, est auctor, membra cuncta lassa sunt, & sitis affligit. Primus paroxysmus plerumq; noctu, ut dictum, invadit, & repetit se prius tam in lecto, & quidem, ut ait, eo certius, si somnolentia vult vacare, quam extra lectum, quem summo fere mane deserit, per diatos illos unum, duos, tres aut plures dies, quibus menstruum sanguinis profluvium expectat, quandoq; etiam per subsequentes, quibus manare solet. Redit modo pluribus, modo paucioribus, v. g. intra nycthemeron semel, bis aut ter tantummodo, prout scilicet prævia ira, aut terrore, aut diæta errore commota fuit. Hæc enim pathemata affectum etiam extra mensum periodum revocatæ, tempore insultum consueto exacerbasse & protractisse, pluries jam observatum est. Hisce diebus ad aliquot juseculi cochlearia assumenda vix persuaderi potest; & contrario sitis magis urget, quam modo decocto quodam, modo cerevisia, rarius vino aqua diluto reflinxit. Quamquam lecto non affigatur, saitem ægerime in eo contineatur, prætendens melius se extra eum habere, nisi interdum per semihorulam post insultum, ubi somnolenta leniter sudat: a laboribus tamen arcerit, sed levibus nihilo fecieis indulget negotiis, aut meditabunda ac tristis incedit. Superioribus annis post singulos fere paroxysmos stimulus etiam adfuit ad redditandam urinam, licet sape parcissimam, qui vero nunc cessat; sed copiosior illa jam, atque molestissimo ardoris sensu secedit limpida, qui tamen uretræ dolor aliquantulum obtunditur, si multum liquidi, vel aquæ vel cerevisia biberit: tum vero sentir ventriculi debilitatem majorem atque flatulentiam. Quo expeditius menstrua manant, eo mitiores esse aut plane cessa re observantur paroxysmi, non nisi nu-

chæ & lumborum dolore, pectorisque angustia superflite. Fluxus ipse defectu peccare videtur, quia plerumque nares semel aut bis sanguinem simul stillant, unde cephalalgia, & cervicis dolores paululum remittunt: quæ narium haemorrhagia olim longe crebrius & majore rediit copia. Terminum quatuor hebdomadum nunc anticipat, nunc postponit tributum lunare, & solvitur modo per tres, modo per plures ad sex dies. Tempore, quo hisce insultibus non est exposita, de reliquo optime valere videtur, nisi animi pathemata deflectant. Jejunium non semper fert, licet exiguo panis domestici frustulo, quod prima flatim, ubi lecto surrexit, hora comedit, contenta sit, & alias quoque panis plus, quam aliorum ciborum assumat. Cæterum appetitus exiguis est; quæ digestionem reddunt difficiliorem, stomachum ipsius gravant per unum aut plures dies. Non minus plures sunt anni, ex quo in plantis pedum persentiscit sensum urentem & sudorem largum pessimum, cutem in digitis arrodentem, ut ægre incendat versus vesperam, quæ molestia apopinquanti lunari periodo increbescunt magis, & surarum spasmo, pedilusque totius pruritus complicantur.

His igitur constituentibus morbum & concomitantibus momentis explicatis, e re fore puto, ut ad supplendam morbi historiam subjungantur antecedentia. Nata nimis est parentibus per organa conjugii tempus, quod annos hujus seculi adæquat, cum nullo, Deo sint laudes, morbo graviori hastenus conflictatis, & aere, climate, aquis & alimentis fruitur admodum salubribus. Fratres & sorores habuit duodecim, quorum unus tantum frater natus major in vivis superstes, qui ne levissimi quidem convulsivi motus per totam suam vitam meminit, sed cum domi, rum apud exteris vegeta semper usus est valetudine: reliquorum eodem sanguine natorum nullus tres attatis complevit annos, nam quos difficilis dentitio supervenientibus convolutionibus non permit, variola eripuerunt. Hinc etiam de hujus filia infantis, a nativi-

tate teneræ, longævitate desperaverunt perentes. Mater tum temporis, quo ipsam utero gestabat, variis de rebus domesticis, negotioque mercatorio bene gerendis curis & ærumnis ob prægressi & adhucdum durantis belli Gallici calamitates fuit exagitata, quas sollicitudines ipsamet animi sui sensibilis vi adauxit. Nec ignorari oportet, quod paulo ante, quam hancce concepit filiam, rumore de nova hostium invasione in urbem delato, anxiæ perterrita, ideoque abortum passa fuerit. Edita igitur hæc puella in infantia, quoties deutium eruptionem molita est natura, convulsiones passa est: morbillis graviter decubuit, & brevi post paucis variolis. In infantili & puerili ætate talibus paroxysmis, sed levioribus modo, atque animum magis quam corpus afflignantibus, somnum ipsius interpolatum fuisse, parentes referunt. Videlicet interdum noctu, præsertim quando die præcedente ex inopinato perterrita, vel ad iram percita fuit, aut parens indignabundus ipsam reprehendit, quasi in somnio terrifico evigilata, voce clangosa, verbisque acceleratis parentibus acclamavit: O valde timeo, porrigitur mihi quæso manus. Hac pro viribus prehensa statim acquievit, & timor evanuit; sudans vero & astuans deprehensa est, querula de insigni totius capitidis dolore, atque mox iterum somno se dedit, donec denuо ita expergefacta fuerit: qui panicus terror etiam interdia recurrit, prout id tulerunt animi commotiones. Non minus recruduit saepius in schola, templo, aliibi, illiusmodi paroxysmus anxius, iisdem fere molestiis stipatus, quæ hodiernum illum comitantur, nisi quod successu temporis gravior, frequentiorque factus, quin & in motus epilepticos exaltatus, at vero iterum longe minor factus fuerit: quibus denique saepius haemorrhagiæ narium acceſſerunt.

Causa mali jam olim partim in vermes, partim in hereditarium vitium rejecit Excellentissimus D. B. loci tum physicus, nunc archiater, sed pertinacem atque rebellem fore affectum haud vane auguratus est. Hujus successor eadem in sententia stetit D. D. W. M. qui

qui diu curam ejus gessit frustaneam : nec non alii duo patriæ physici catholici. Vermes in intestinis latitantes non semel prodidit excretio lumbicorum, ascaridum, iamo nonnunquam cucurbitinorum sive spontanea sive medicamentis procurata. Ante octennium, ni fallor, quum rufus malo suo laboraret, naris sinistra per aliquot dies valde tumuit, & doluit, aetremque transitu exclusit. Mater mane quodam narem tumidam attentius contemplans mucum copiosum & tenacem intus hærente rata (nam tantum non semper & ante & post obstructæ fuerunt, quare easdem sapienter fricare soluit, & emungere, ut aer liberius transiret, tentavit, id quod successice disparuit, & nunc nares magis habet liberas) portiunculam parum prominentem evellere conata est. At vero putatius hicce albicans mucus dum extrahitur, longus est & cohæret, illiusque loco attonito spectaculo, manuque tremula lumbicus admodum longus e nido hoc protrahitur vivus: ita demum, unde aliquot ante diebus difficultatem & molestiam in fauibus sub somno senserit, ægra affsecuta est: alio tempore lumbicum vomitu, & proximo abhinc biennio per annum rejecit frustum lumbri inter exclusionem abrupti, sed quipedem longum; a quo excreto aliquot dies post correpta fuerat paroxysmo anxietatis & pavoris jam sèpius disto, sed huic e vestigio successerunt motus epileptici, ut parentibus jam actum esse de spibus vita videretur. Aderat dolor capitatis intolerabilis, astus intensus, plenaria virium prostratio & diarrhoea frequens, corpus sudore madidum, faciesque prætermodum inflata fuit. Melius autem se habuit a sequenti mixtura, quam etiam ante aliquot menses eo cum fructu ordinaveram, ut tunc bis aut ter non nisi unicūs paroxysmus triduo ante mensium fluxum præcesserit: Recipe aquæ cerasorum nigrorum uncias duas, florum tiliæ unciam, epilepticæ Langii, hirundinum cum castoreo ana unciam dimidiā, liquoris cornu cervi succinati scrupulum, pulveris epileptici marchionis, lapidum cancerorum præparatorum, cornu cervi

philosophice calcinati ana drachmam dimidiam, syrapi de pœonia unciam semis M. d. s. Singulis VI. horis duo cochlearia. Sed revertor ad annos pueritiae diu iam exactos, referens nunquam neglectum esse usum anthelminticorum, neque contra pavores antepilepticorum, quorum vero desideratus effectus votis non respondit, nisi quod ægre inducias accessionum tulerit. Quo propius anni pubertatis accedebant, eo exactius tempus novæ aggressionis esse menstruum observare licuit: unde spes obtinuit, fore ut mensibus erumpentibus cessaturæ sint molestiæ. Quum igitur annum etatis decimum sextum ageret, tempore autumnali anno 1723. menstruari coepit, fluxum prægressis accessionibus sèpius jam memoratis, dein libera ab his per complures mentes, tributum illud lunare non statu persolvit tempore. Sequenti anno 1724. T. missa est, ut celeberrimi D. D. A. hujusque patrum D. D. E. C. auxilium ad manus haberet, tum ad promovendum lunare debitum, cum ad arcendos sub alieno climate pristinos meticulosos insulatus. Hac præcellentissimorum virorum biga ob hyemale tempus multorum medicaminum continuationem, seu ita dictam curam, suadere noluit; sed ad singulos imminentes menses sollicitandos pediluvia & lenia pellentia ordinavit, & Martio mense venam in pede secari jussit. Redeuntibus autem brevi post venæsectionem molestiæ, transactis ibidem tribus mensibus, patriam repetiit. Medicus ex ægrotæ oculorum aspectu, qui satis clare haud resplendebant tum temporis, atque halone paululum livido circumducti erant, jejuno matutino ægre preferendo, panis usu præ aliis cibis frequentiore, ejectione vermium aliquoties prægressa &c. colligens, vermis adhucdum intestina scatere, in eosque maximam culpe partem, reliquam in negotium mensium nondum satis ordinatus redarguens, prescripsit medicamenta anthelmintica ex amaris, quorum basis fuit radix valerianæ, domi usurpanda; eisque subjungenda præparantia ad acidulas. Has quoque

Hoffm. Consult. Med.

mense dicti anni Junio cum parente suo adiit, & quidem Teinacenses, quibus sal acidum volatile, & que ac fixum, dein sal alcali fixum & volatile, tum sulphuris subtilissimam substantiam sive gas sulphuris, porro ferrum embryonatum volatile, & denique terram quandam subtilissimam sive virginem inesse adstruxit dissertatio quadam Tübicensis anno 1727. sub praesidio illustris D. D. Zelleri habita de his ipsis acidulis: sub quarum potu nihilo secius instantibus mensibus redierat insultus pavidus. Domum reversa diu immunis vixit, donec mense Januario anni 1725. a vicino quodam spectrum malitiose & nequissime agente vehementer perterrefacta, eodemque die longe graviores mali recursus simul & semel passa, in lectum dejecta fuit, die nocteque ut plurimum somnolenta jacens, parum aut nihil ad quæsita respondens, atque de acerbissimis capitibz doloribus, & ingentibus anxietatibus praecordiorum, pectorisque stricturis querula. Vesicatoriis tamen in nucha & loris adhuc magis divexata sensim sensimque intra mensis spatium mortis fauibus erepta fuit. Verno tempore datus ipsi est a prælaudato D. D. A. C. ipse mercurius in forma bolari aliquoties, sed nec ex hoc multi vernies depulsi fuerit: & hiva dein tempestate denuo Teinacum remigravit, ibique iterum versus menstruum tempus paroxysmo per nycthemeron ter recurfante occupata fuit. Absoluto acidularum per sex hebdomades potatarum uero, domi assumisit aliquot vicibus olei animali Dippeliani, famosi illius antiepileptici guttas triginta, iussu D. A. C. qui præmissis universalibus id, tanquam specificum subordinaverat. Somnus autem, quem alias conciliare dicitur profundum, adeo non insequutus est, ut potius agrypnia, non quidem continua, inquietudine tamen, novis conlectæ molestiæ accessionibus, cephalæ, astu, molestoque propinata medicamenti sensu ardente in ore & æsophago turbata fuerit afflita. Sed reminiscor, oleum illud non satis restificatum fuisse, & empyreuma ad vitri latera & fundum depositisse. Posthac vero ad anni usque finem a malo

suo libera, testate anni 1726. serum lacte caprini babit. Tum anno 1727. super hocce casu consului A. honoratissimos meos præceptores, celeberrimos D.D.S. & S. quorum prior altero haud dissentiente, vermes hanc tragœdiam ludere, & præfertim tineam latitare ratus, lac alliatum per aliquot dies solum, præscripto alio cibo & potu, vesperi clysteres e saccharo thomæ & lacte injici, quinto die potiuncula laxante uti, reliquo tempore quovis mane lac alliatum, loco potus ordinarii aquam mercuriale assumi, & unguento anthelmintico abdomen illini, emplastrumque vermisfugum imponi iussit, præmissa & tandem subjuncta eadem potiuncula laxante; id quod per quindecim dies luna decrescente præstitit. Quid boni inde redundaverit, fere nescio, nisi quod relatum fuerit, eam excrevisse laciniias & quasi exuvias vermium cucurbitinorem & lumbricorum. Versus testatem iterum concessit W. ad agnatum pastorem in diœcesi S. ibique acidulas Jebenhusæ scaturientes, & cum Gœppengensibus fere convenientes, teste clarissimo Lentilio in der Beschreibung des Gopinger Sauerbrunnens 1725. edita hausit. Ibidem quoque aliquoties assumisit pulveres speciosos antiepilepticos, unum a generosissima quadam chirurgo castrensi ipsi venditos, qui diurniores reliquerunt inducias, quam mithridatum Democratis, quod suauis cujusdam ex aqua lavendula accepérat: autumno iussu illustris D. D. Z. propinatum iterum fuit oleum animale ex sanguine humano restificatissimum, & spiritu vini dephlegmato dilutum, neque alio, quo supra effectu. Sub fine ejusdem anni scabies humidae contagio suscepit ipsam occupavit per aliquod tempus: anno insequente, quererat 1728. iterum hausit aquas Lebenhulanas: in autumno vetula quedam, medicinam empyricam B. faciens duas venas simul tundi iussit, unam in manu, alteram in pede optimum spondens effectum: sed ab illo tempore rediit paroxysmus alternis septimanis, qui antea semper statam periodum mensium imminetum

tium observaverat, imo sepius prorsus preverat: ut de aliis venæctionibus, variis medicamentinibus, fonticulo ex suau D.E.C. gerendo, imo ipsa salivatione ab eodem proposita, haud vero adhibita raeam. Hac quum ita per plures annos agerentur, atque tot tamque varia variorum medicamenta magnis quidem impensis, sed absq; constanti auxilio adliberentur; ego nunquam non auctor suasorque fui, ut tuæ, vir illustris, magnificentiæ consilium imploraretur, nullus dubitans, quin per Te, tanquam principem medicorum, Deus aliquando tam diri tamque rebellis affectus finem sit facturus; sed nefcio, quamobrem parentes ad hoc faciendum persuaderi haud potuerint. Quapropter ego pro mea tenuitate mense Martio anni 1729. subnexum hocce consilium domum transmisserant enim tot de variis morbis spasmodico-convulsivis exasciatisimis Tua medicinae consultatoria inserti casus, mihi totidem fontes, e quibus genuinam ægra pathologiam æque ac therapiam d'promere studui, atque habita circumstantiarum ratione ad hujus curam & usum, divino fretus auxilio, applicare in animum induxi.

RESPONSO CONSILII MEDICI,

In affectu spasmodico-convulsivo inverato sub fine Februarii
1729. exarati.

Quod si primum dispiciamus, qualis sit, quo ægra detinetur affectus, & unde suam traxerit originem? illum omni jure vitium nervorum spasmodico-convulsivum adpellare licebit; cui quod a teneris infantiæ annis obnoxia fuerit, procul dubio matri graviditatis tempore assiduo terrore, timore, curis atque ærumnis exagitatiæ in acceptis feredum est. Dein autem hisce malis progrediente ætate vermium colluvies pabulum, & immanis ex simulato spectro terror insigne augmentum dederunt: nativa enim animi fere est imbecillitas & timiditas, ac radicata jam ad convulsivos motus dispositio: quibus fit, ut temperamen-

tum æque ac nervosum genus exquisita sensibilitate potiatur, qua ægra non solùm ad iracundiam atque terrorem est facillima, sed ipsum malum longe gravius redditur, altioresque agit radices.

Deinde ardua satis incidit quæstio, cur omnes accessiones mentruo potissimum invadant tempore? Cui explicanda haud sine fundamento supponere licet, primas vias partim ob nervosarum harum partium imbecillitatem, partim incidentes diætæ errores, partim ipsam vermium præsentiam officio suo cibos concoquendi, chylumque præparandæ haud rite fungi. Exinde vero mensum quoque successus irregularis factus est: crux enim ex imis ventris visceribus ad uterum congerendus, per eumque excernendus, aliquali equidem exitu potitur: at accendentibus perversis motibus simul sursum ad pectus cervicemque compellitur, & circa medullam spinalem stagnans nervorum distensionibus, convulsivo ac anxiø pavori, capitis dolori, ipsique narium hemorrhagiae efficacissimam suppeditat occasionem. Quid ergo iniquius esse potuit, quam subiecto huic sanguinis inordinatis motibus ac spasmodicis agitationibus sollicitato binas simul in brachio atque pede tundere (sicuti novissimo autumno factum est) venas, & hinc motibus istis perversis longe majus addere augmentum ac incrementum?

Si porro queritur, an adhuc vermes, & quales sint præsumendi? meo quidem arbitrio ex morbi historia adparet, illos adhuc in intestinis & quidem superioribus omnino hospitari: num vero tinea subsit, determinare vix audeo, saltem ex frusto lombrici, ulnam fere longi, olim excreto colligi posse credo, eos, quicumque sint, satis inveteratos & insigniter longos esse debere.

Alvi proflovium, quod pronuper supervenit, natales suos moruatur a spasmodica glandularum intestinalium constrictione; qua humores illarum majori copia in intestina expressi, frequentes illas dejectiones, muco verminoso procul dubio permixtas, induixerunt; unde quoque ratio elucescit, cur ægra tum temporis aci-

bis solidioribus abstinuerit, magis fluidis & potibus indulserit.

Quod si ergo ad prognosin accedam, & num sanitatis recuperandæ spes restet, perquiram: non sane possum, quin mali hujus satis diuturnam ac difficultem curationem præfigam. Non enim solum ipse morbus nativus & nimium vetustus, ac ægræ eximia sensibilitas id spondent; verum etiam ipsi vermes temporis diuturnitate adeo increvissæ, ac jus fere hospitiæ obtinuisse videntur, ut vix quidem possibile fuerit, eos penitus exturbare. Verum enimvero, cum medicamentorum exhibitorum vis non semper irrita fuerit, sed saepius mali inducias induixerit, vermesque depulerit; & ipsa ægrotæ ætas adhuc junior, vegetiorque deprehendatur: non omnem animum abjicere oportere existimo, maxime si vietus pertinacissima observatio, longum tempus, & medicinæ assiduus usus accesserint.

Neque vero scopo huic obtainendo matrimonium profuturum existimo; quippe quod, præcipue si conceptio ac graviditas succederint, insignem cœconomiaæ vitali infert mutationem, adeo comparatam, ut huic malo majus damnum minetur, quam emolumentum: ut periculosa symptomata silentio prætermittam, quæ ex partu sunt pertimescenda. Hinc potius in tam diri affectus sublatione optandum foret, ut foteria ars fuggereret nobis medicamina, in extirpandis hisce hereditariis ac inveteratis morbis efficacia: at vero cum his destituamur, nihil ramen secius sperro, fore ut nisi perfectam mali extirpationem, saltē insigne obtineamus allevamentum. Huic autem impetrando necessarium esse duco, ut nervi debilitati corroborentur, dein succi laudabiliores generentur, tum alvi perpetua libertas conservetur, porro humorum æqualis progressus adjuvetur, & congestio ad certa loca revellatur, & denique vermes expellantur.

Quoniam ergo exploratum est, rectam atq; longam vietus rationem ingens saepius atulisse curationis augmentum: huic uni ante cetera sedulo atque diligenter incumbatur, etiam atque etiam hortor. Ergo

animi præprimis tranquillitas, atq; ab omni mœrore, timore, terrore, aliisque commotionibus solutio amplectenda, atque abiis, qui ægræ præsentes sunt, promovenda est; contra vero omnes mentis labores cum meditatione juncti, sollicitudines, ac multa librorum lectio summopere fugiantur. Inter cibos ab iis omnibus abstinere convenit, qui concoctu difficiliores, & flatibus, crudisque humoribus ac faburræ gerandis sunt idonei; quo spectant acida, dulcia, salita, obsonia, poma, fructus horræ, similaginea, brassica, muria condita, caro suilla &c. in eorumque locum edulis mollioribus ac tenerioribus moderate ve scendum. Potui nullum vinum nec cerevisia convenit, sed fructuosius inferviet hoc decoctum: Recipe rasuræ cornu cervi, radicis scorzonerae ana uncias duas, chinæ, sarsaparilla ana drachmas sex, pœoniae, cichorei, visci quercini ana unciam, feminis foeniculi, cinnamomi acris ana drachmas duas, tartari vitriolati, nitri antimoniatii ana drachmam dimidiæ. M.d.S. species, quarum uncia una cum dimidia in binis aqua mensuris leni ignæ decoquenda est. Tum omne frigus, maxime psudum, sedulo arcendum; nec proficuum erit tam summo mane, uti haec tenus suevit, surgere: & sicuti nimium corporis exercitium ac incandescencia certam minatur noxam; ita quoque vita semper deses ac otiosa haud congrua erit: hinc corpus quandoque sub serena tempestate ambulatione leniter movere oportet. Neque minus porro egregiam spondet operam cœli mutatio proximo vere instituenda; & denique omnia aliorum, maxime medicastorum consilia ac auxilia minime in usum sunt vocanda.

Deinceps vero inter medicamina primum commendo infusum theiforme sex circiter vasculis hauriendum, quod sic se habet: Recipe herbæ veronicae, betonioæ, melissæ, summitatum millefolii, florum chamomillæ romanæ ana manipulum, florum primulae veris, anthos, layedulae, tiliæ, salviæ ana pugillos duos, cubebarum scrupulos quatuor, flavedinis corticis citri recentis subtiliter separatae drachmas tres, feminis anisi stellatae drach-

drachmam eum dimidia, olei tartari per deliquium drachmam. D. quod mane intra lectum potandum, & quandoque lenis inde sudor expectandus. Prius vero, quam hoc sorbilletur infusum, nervinus pulvis ea, quam duo cultri cuspides tenent, quantitate assumendus est. Recipere pulveris epileptici marchionis unciam dimidiad, lapidum cancerorum præparatorum drachmas tres, cornu cervi philosophice præparati, antimonii diaphoretici, ungulæ alcis præparatae, unicorni veri præparati ana drachmas duas, lumbicorum terrestrium præparatorum, succini albi ana drachmam, nitri purissimi Scrupulos quatuor, cinnabaris nativæ Scrupulos duos, extracti croci scrupulum dimidium, castorei liquidi guttas XXX. olei destillati macis, de cedro Italici ana guttas XV. M. F. pulvis, qui alternis diebus, tempore vero paroxysmi quotidie modo descripto, & vesperi ex 15. guttis Spiritus nervini sequentis capiendus est; Recipe Spiritus bezoardici Bussi correcti drachmam, spiritus nitri dulcis drachmas tres. M. D. Præterea hora quinta vespertina 60. guttas elixirii balsamici ex vino malvatico, corticibus aurantiorum, sale tartari & extractis amaris parandi devorandas consulo: nec minus 13. pilularum balsamicarum mane quavis semel septimana deglutiendas; quo die pulvis & Spiritus allegati omitti debent: prægressa vero vespera drachma circiter hujus aperiitivi salis præmitatur: Recipe salis Sedicensis drachmas duas, tartari vitriolati, arcani duplicati, tartari solubilis singulorum drachmam, nitri purificati drachmam dimidiad, olei destillati macis guttas III. M. D.

Denique haud ludetur opera, si ægra quavis vespera in pediluvia ex aqua, in qua furfurum triticorum manipuli tres, florum chamomillæ bini manipuli, & manipulus dimidiis cinerum fuscoculiclos decocti fuerint, parata, moderate tepida, in eoque tempore affusione successiva calidioris conservanda pedes ad genua usque immiserit, ac per horam dimidiad detinuerit. Tum semper cervix & dorsi spina calidis pannis probe fri-

centur & hoc nervino linimento calide inungantur: Recipe unguenti martiati, pinguedinis humanæ ana uncias duas, olei destillati lavendulae drachmam cum dimidia, florum anthos, salvie ana drachmam, nucis moschatæ expressi drachmas tres, succini destillati, ruta singulorum drachmam dimidiad, balsami peruviani drachmas duas. M. D. Quod si menses imminent; binis diebus ante, totidemque post eorum fluorem, nec non sub ipso fluxu melius omittitur hujus linimenti usus, in ejusque locum quotidie 13. pilularum balsamicarum vesperi deglutiantur: neque minus hoc tempore pulvere, spiritu, ac infuso theiformi supra citatis superfedere licet, nisi forte spalmodica afflictio cerebris urgeat. His ergo medicinis per integrum mensem adhibitis, biduo ante novilunium 19. harum pilularum laxantium mane devorare oportet: Recipe extracti panchymagogi Crollii grana sex, rhabarbari, aloes gummosæ, myrræ, aza fetidae, mercurii dulcis rite parati ana grana 12. olei destillati Tanaceti guttam unam. M. F. pilula pondere grani unius. d. Præcedente autem vespera & insequente biduo opera erit pretium enemata ex lacte ac laccharo parata injicere: altero post sumtas pilulas die mane ex infuso theiformi olei amygdalarum dulcium recentis unam cum dimidia unciam forbillare; tertio iterum pilulas, & quarto idem oleum adhibere; ac attendere, num sub horum usu vermes excernantur. Nec alienum erit, proximis ante harum pilularum diebus aperitivi salis unam alteram ve drachmam vesperi assumere: quæ curandi ratio non minus circa plenilunium repetenda est. Accedente denique Majo aut Junio mense Selteranas acidulas lacte asinino mixtas commendabo, easque in principatu Wurtembergensi potandas suadeo; ceterum ex toto peclore precor, velit Deus hancce curationem reddere salutarem.

Quantum igitur recordor, medicamenta hæc, quæ nervis roborandis dicata fuerunt, in emolumentum ægra cesserunt; quamvis residentes mali accessiones non penitus præpedierint. Anthelmintica autem dicebantur alvum reddidisse quam-

maxime lubricam, & dejectas esse iterum quasi exuvias & pelliculas vermium; ventris doloribus junctam fuisse insignem naufragium ac sensum, ac si cœlophago aliquid inhæreret, quod vomitum cieret. Postea mense Junio usū est aqua Selterana cum lacte caprino æquali portione mixta & ante & pomeridie, præmissa & aliquoties interposita laxatione a pilulis balsamicis, quæ numero XV. duodecies alvum subducebant: interiecta quoque sunt ad intestina hebdomadaria balnea ex aqua fluvialili cum succo ex fursibus, floribus chamomillæ, & cineribus, ibidem aliquot vicibus per V. dies repetita. Permisit, ut tum acidulas vino Nericino remixtas loco potus ordinarii biberet, nam infusa theiformia & decocta non tolerare videbatur ventriculus. Idem quoque linimentum nervinum e balneo exœuntis nuchæ & dorso fuit illitum: & quum hoc quoque tempore revertentur accessiones, iteratus est usus pulveris antispasmodici, datus spiritus antiepilepticus; cervicis tam graviter atque indesinenter dolenti impositum emplastrum regium Burghi, atque hoc diu cum levamine gestavit. Sed diffitendum haud est, regulas diæteticas ne vix quidem ab ægra fuisse observatas, id quod non potuit non esse summe nocivum, & convalescentiæ obstaculum maximum. Hinc retantum non infecta in patriam rediit, pristino morbo, licet mitiori, nondum sublato. Ita domi sub continuatione incongrui regiminis malum successive ita increbrescebat, ut verno tempore anno elapso post paschatis ferias insultus rufus adorirentur epileptici. Porrigitur quidem medicamenta, iteratoque potuit acidularum Selteranarum cum analistica laetis caprilli portione interponerantur balnea ex aqua fluvialili & lacte parata. At vero pristina semper ludebatur fabula. Pro specifico antiepileptico celeberrimi Stahlii mihi quondam venditus est sequens pulvis: Recipe lumborum terrestrium in Majo & Junio in coitu caprorum ante solis exortum prægressa pluvia, Spiritu vini ablutorum toties, donec Spiritus vini non amplius tur-

batur, siccatorumque in aere; tum pulveris ac cribratorum unciam, radicis pœoniæ maris unciam dimidiā, cinnabaris antimonii drachmam. M. F. pulvis: hujus saepius propinari curavi dosin; remiscui quoque cum pulvere bezardico, nec non ad fallendam immanem, quæ paroxysmorum tempore ægram infestat, stim cum pulvere præcipitante nitroso. Verum sub hujus usū frequentiores fuisse ait accessiones. Ad negotium menium facilitandum non neglectæ sunt pilulæ balsamicæ, quæ vero ob diarrhoeam, quam crebrius proritare videbantur, parcius sumtæ sunt. Haud ita diu abhinc parentes sibi propinaverunt spiritum quendam antiepilepticum, quem pro insigni arcano pharmacopeus quidam venditavit; qui, ut ex odore, colore & sapore conjicio, non nisi est spiritus volatilis alcalinus compositus, cuius basis ex regno animali petita, & cum spiritu Busiano multum convenire videtur. At rumpendum tandem erit filum & ad finem properandum; quanquam inter allegata tot remedia ob innumeram eorum farinam longe plurium oblitus fuerim.

Quandoquidem ergo ex hac tenus commemoratis abunde pateat, ægram ab incunabulis herculeo hocce morbo, successu annorum magis exasperato, afflictam fuisse; & non paucas florenorum centuriarum ad eum debellandum frustra impensas, atque ob tantum tamque ineffabilem fere medicaminum jam assumitorum numerum metus omnino sit, ne nihil opis humanis viribus supersit, sed malum in dies ingravescat, itemque ægrotis ob id ipsum nondum ausa fuerit matrimonium inire: eo jam tendunt preces recentissimæ, atque suspiria, ut divina adjutus gratia etiam de tragico hocce casu tibi renunciare placeat, Vir Magnifice! qui genuinis philiatris longe major es, quam olim veteres coluerunt Machaonem. Expone, obsecro, quæcumque ad penitorem hujus morbi, ejusque symptomatum cognitionem, atque, quam Deus Te interprete faxit, curationem pertinent.

Nuperrime ægra hanc in urbem ad me pervenit, ut iterum curam ejus, fuscis-

Iusticiam, quam, te directore, habeo exactissime. Dum autem exoptata tua ad nos appellant responsoria, curabo, ut proxime vena fecetur, & sanguis educatur tempore mensium intermedio in brachio ad sex uncias: præferrem quidem illam in pede, sed semper inde pejus, incisa vero mediana melius habuit. Bis de die ante pastum assumit cochlear unum elixirii cuiusdam amari stomachici; paroxysmorum tempore dabo pulverem bezoardicum. Sitim atque vesica spasmum, unde urinæ ardor meo arbitrio exoritur, placabo emulsione amygdalina & pulveribus nitrosis: pedibus prospiciam tepidis pediluvii, & post singula sebum cernuum cum larga spiritus frumenti quantitate mixtum inungi jubebo. Nucha item imponam emplastrum regium Burthi; ventriculo aliud e theriaca, oleo nucistæ & balsamo Peruviano &c. Sanguinem menstruum expediam pilulis balsamicis, quarum pridie 15. noctu assumptæ postridie duodecies alvum lubricarunt; accesserat quidem levis terror ex inopinato audita in vicinia explosione bombardæ, quem mox subsequuntæ sunt frequentes horripilationes & levissimæ accessiones, quarum indivulsus fere comes alias quoque alvi fluxus crebrior esse fuerit: licet præterita demum septimana menses, malique invasiones fuisset experta. Subsisteram hic heri: jam igitur de hodierno die in pede sinistro e vena secta prope minimum digitum sita emiso sanguine ad sex uncias refero, suisse illum satis horidum & rubicundum, prossiliisse vegete, serumque secedens a thrombo aliquantum rubuisse. Accepi etiam hodie viginti via fonte Selterano repleta, quem laeti capillo commiscendum, quia alias regio nostra non alit, ægotæ destinaveram: prius vero Tuum, Vir Magnifice, consensum desideramus.

CONSULTATIO.

Ex iis, quæ copiose satis atque eleganter de sororis tua dilectissimæ adverfa valetudine prescripsisti, illam insigniter debili sensibili genero nervoso præditam

esse intellexi; ex quo scilicet fit, ut vel levissimæ animi commotiones omnes corporis functiones perturbare, & mali accessione extitare valeant. Hæc autem nimia nervorum imbecillitas partim tenerrimæ harum nervosarum ac fibrosarum partium, quæ motuum vitalium vera sunt organa, texturæ, partim hæreditariæ ad motus spasmodicos per matrem propagatae dispositioni; partim denique vermis in acceptis ferenda est; qui nerves intestinorum membranas vellicando jam longo abhinc tempore, accendentibus imprimis animi affectibus, motus illos ac insultus epilepticos producerunt. Quid ergo mirum, si rebus sic se habentibus concoctio assumitorum læsa, insignis crudorum humorum copia in primis viis collecta, hinc minus laudabilis sanguis generatus fuerit? Inde vero vascula uteri minima, quæ ordinario cruentum uterum fundunt, obstructa sunt; & ipsa menstrua purgatio suppressa; quæ suppressione humorum dyscrasias adaugendæ non minus, quam eorum congestionibus atque regurgitationibus ad ventriculum & caput vi spasmodicarum distensionum factis efficacissimam subministravit occasionem; ideoque has hystericas, spasmodicas ac epilepticas necessario inducere debuit accessiones.

Quanta autem hisce ægritudinibus, quorum causa ac fixa sedes membranis capitis ac spinalis medullæ nervosis inharet, inveteratis ac temporis diuturnitate ia confuetudinem ac alteram quasi naturam degeneratis medendi sint difficultates, non solum ratio docet, verum etiam experientia confirmat: quid? quod ipsæ medicinæ, mensibus promovendas alias efficacissimæ, hæc mala magis exasperare deprehendantur. Hinc quoque, quamvis suppressa lunaris excretio epilepticorum motuum vera sit causa, tamen hisce nondum sedatis nec ea propinare licet medicamina, quæ mensibus provocandis sunt opportuna.

Si igitur candide aperiam, quæ mea in hisce morbis debellandis fit methodus; egregiam primum utilitatem ex usu lactis alinini cum acidulis Selteranis commixti,

& tribus mensuræ partibus mane , totidemque hora quinta vespertina sumti pollicetur. Huic autem potationi accurata vivendi ratio accedat , ac omnia vinosa , acida , aliaque minus congrua evitentur necesse est ; contra vero bis quavis hebdomade post absolutum laetis potum unum alterumve aquarum Sed licensum haustum , aut vesperi XI. mearum balsamicarum pilularum assumere ; neque minus corpus moderato exercitio sub serena tempestate movere , & ameno confortio uti oportebit. Deinceps commendarem , ut ægra cubitum itura in balnea temperata ex aqua vel pluviali , vel fluvialili cum triticeis furfuribus parata descendat , & ex illis egressa nucham dorsique spinam hoc linimento probe inungi curet : Recipe axungia humana unciam , olei nucisæ expressi unciam dimidiæ , olei lavendulae , rorismarini , balsami peruviani ana drachmam . M. d. Non minus egregiam operam spondet sequens pulvis vesperi ex aqua cerasorum nigrorum quandoque capiendus : Recipe pulveris marchionis unciam , succini pulversati , lumbricorum terrestrium ana drachmas duas , cinnabaris præparataæ drachmam , olei rorismarini , macis ana guttas sex . M. d. f. XXX. pro dosi. Nec denique negligenda est enematum usus : laetis vero potu absoluto infusum florum tiliæ atque melissæ hauriendum est .

Hac medicatione per quatuor vel quinque hebdomades protracta , & consolitus inde aliquantulum motibus istis epileptici , elixirii mei visceralis , in mensibus blande ciendis efficacissimi usum ter quotidie repetendum suadeo ; quod etiam sub ipsa illa curatione , si per 14. circiter dies continuata fuerit , vesperi pondere 60. vel 80. guttarum assumere licet. Ordinario ceterum potui commando decoctum ex cortice ligni sassafras ac citri paratum ; & si præstolit sanguinis evidens abundantia , præmissis pediluviis venæctionis haud improbo usum. Hæc sunt , quæ in salutem ægrotantis proponenda duxi ; quibus si morem gesserit , de felici eveatu nullus dubito .

CASUS XXXI.

De Epilepsia inveterata cum Lipothymia .

A Dolescens octodecim annorum generosus , temperamenti phlegmatico - sanguineo - cholericæ jam quarto ætatis suæ anno vehementer humorum ad oculos congestionem passus erat ; quæ etate progrediente caput occupavit fœdis efflorescentiis. Quamvis autem hæ morbosæ dispositiones prioribus infantia annis haud adeo manifestis se prodiderint notis : illas tamen jam ex utero originem traxisse , ac hæreditaria labe propagatas fuisse , ipsa morbi docebit historia : æger enim a teneris fere præcordiorum angustiis quandoque sollicitari suevit , quæ cum etate magis magisque increvit , donec dicta capitis efflorescentia inunctione olei amygdalarum & capillorum evulsione fuerit depulsa . Tum quidem a sordibus liberatum est caput ; at vero abscondita haetenus lerna jam demum apparere cœpit , & cum repulsa per hanc intempestivam inunctionem materia ulcerosa acris ad nervosum procul dubio decubuerit genus , decimo etatis anno epileptici accesserunt motus. Consultus ego perscrutata morbi causa , morbum medicinis alterantibus , absorbentibus , laxantibus , acrimoniam humorum temperantibus , expellentibus , nervinis ac antiepilepticis oppugnavi : quibus , licet achores haud revocaverint , id tamen obtinui , ut epileptici motus fere remiserint , & non nisi sub forma levioris animi deliquii per biennium adhuc quandoque insultaverint . Sed & hæ lipothymia posthæc adeo sunt imminutæ , ut vix per quædam temporis momenta inhaerent levissime , & sèpius per quædam pectoris angustiam sui accessionem manifestaverint .

Hinc quidem omissus est per aliquod tempus medicamentorum usus ; at vero cum malum cum etate recrudescere videatur , iterum in auxilium vocatus , eo , quæ Dei est gratia , perdixi ægrum , ut per integrum mensem ab omni & anxieta-

tate & mentis defectione immunis extiterit. Verum enimvero accedebant dixerat errores pariter ac animi pathemata, maxime tacitura excandescientia, ad quam facillimus tum erat ægrotans; ac eximio utique erant impedimento, quo minores a morbo suo penitus vindicari potuerit: nihilo tamen fecius sanitatem anxie anhelans varios consuluit medicos, eorumque opera per tres fere annos in callum usus fuit. Quidam eorum affectum esse hysterico-hypochondriaco-scorbuticum, a lympha tenui, acri, austera, elastica oriundum pronunciat, eique scopo varias internas non minus quam externas opposuit medicinas: tantum vero absuit, ut malum debellaret, ut illud potius falsa nonnunquam sanitatis Specie imponens, alias induerit larvas, & demum paroxysmos angustiae præcordiorum, phlogoses, ac extraordinarius timor exciperent: quid? quod denique in ipsam mutaretur catalepsin, qua æger in eo, quo erat, situ ac motu, subito immobilis rigebat, aliquoties singultiebat, tumque iterum liber erat. Neque hæc affectio ullis paruit medicinis, ut illæ igitur ad aliquod tempus iterum omittenseretur. Tum denique novissime abhinc elapsò anno alter medicus se malum funditus extirpatum pollicitus advocabatur, qui illius sedem in solo sanguine harere ratus, ægrum crebris venarum tam in pede quam brachio sectionibus, ac largis cruris ad lipothymiam usque missionibus fatigavit; nec aliorum remediiorum usum neglexit, ac præfertim in balnea cum formicis parata per integrum mensem bis quotidie descendere jussit; in quorum ob ægri debitatem omittorum locum balnea ex furfuribus confecta substituebantur. Sed nec hæc conamina votis responderunt; siquidem malum in ipsam fere hystericum commutari cœpit, ac tanta ægrum prehendit celeritate, ut protinus omni rationis usu destitutus concidat; neque tamen epileptica similis hæc est accessio, sed simul & semel veluti attonitus prostratur, & ubi ad se redire incipit, sermones per octavam circiter horæ pariem cum circumstantibus miscet, quo-

rum tamen deinceps haud conscius est; & tandem memoriæ vigor insigniter diminuitur. Hisce demum malis, maxime cum caput infestarent simul, dirisque doloribus adficerent, qui sicuti omnes congestiones ex irregulari motu & circulo humorum natales suos mutuari mihi videntur, ante anni circiter quadrantem fonticulus brachio sinistro infactus opponebatur; exiguo tamen levamine, quippe cruciatus illi capit is nihilominus quandoque recurrunt.

Quæcum ita sint, meam rursus implorarunt opem, quam quidem haud degeneratus Tuum prius, vir illustris, super hoc diro ac pertinaci malo, quod jam per octo annos omnem medicorum, & remediiorum vim elasit, efflagito consilium, & doceri potissimum aveo; num ipsi penitus depellendo spes adhuc superstis, & quæ huic scopo profutura sint medicamina?

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Quantum quidem reminiscor, generofus æger a prima fere infantia ex repulsis achoribus epilepticis correptus fuit motibus: qui adhibitis medicinis de sua atrocia per aliquot quidem annos insigniter remiserunt, & primum in nauseam solummodo cum levissimo mentis deliquio stipatae, deinde in quandam dumtaxat anxietatem desierant: acceditibus autem & vietus erroribus & animi commotionibus graviter recruderunt iterum. Hinc varios medicorum consultos suisse relatum lego; quorum alter, cum ipsam mali accessionem angustiae præcordiorum, phlogoses & timor inordinatus exciperent, & æger in eo, quo erat situ, immobilis veluti catalepsiprehenderetur, affectum declaravit esse hystericum: alter vero ea symptomata largis venæctionibus & cruris ad mentis usque deliquia missionibus, aliisque medicinis oppugnavit; sed non nisi exalperavit malum, illudque longe pertinacius reddidit, adeo ut vigor memoriae simul immineretur.

At vero, si ingenuæ fateat, hæc ner-

vorum affectiones tam diuturnæ, inventaræ ac in consuetudinem veluti ac habitum degeneratæ, curaru omnino sunt difficillimæ; & qui illas funditus expugnaturus multis variisque pharmacis, maxime inconvenientibus pugnaverit, se non nisi oleum camino addidisse deprehendet. Hinc in hisce ægritudinibus ab omnibus potius abstinere mallem medicamentis, & majorem spem in loca aeris, quæ mutatione & virtus accurata observatione collocarem: cum præterea experientia compertum habeam, ea vitia circa pubertatis annos, decimum quartum scilicet ac vigesimum primum sæpius sponte evanescere, saltem in melius mutari. Fugiantur ergo longissime fonticuli, balnea, venæctiones, purgantia, vomitoria, spirituosa atque volatilia: nec ullum vinum aut cerevisia ordinario inserviat potui, cui potius commendarem hoc decoctum: Recipe radicum chinæ, scorzonerae, visci querini, rasura eboris ana uncias quatuor, santali rubri, succini præparati, radicis cichorei, liquoritiae ana drachmas sex, semenis foeniculi, corticis ligoi sassafras ana unciam dimidiæ. C. C. d. S. species, quarum binæ unciaæ cum tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes in vase clauso decoquendæ ordinarium constituant potum. Nec incongruum erit ad temperandam ventriculi acrimoniam sola quandoque aqua uti. Deinceps opera erit pretium, ut æger quotidie liquoris mei anodynii in hisce morbis efficacissimi 30. vel 40. guttulas ex haustu aquæ fontanæ & hora meridiana, & cubitum iturus assumat; nec non quavis hebdomade hasce pilulas antispasmodicas devoret: Recipe gummi galbani, opoponacis, myrræ electæ, extracti millefolii, rhabarbariana unicam dimidiæ, castorei, cinnabaris præparata ana drachmam. M. f. pilula ex scrupulis duobus No. 25. quarum quindecim per diem, non uno quidem haustu, sed quavis hora tres earum capienda sunt. Alvo segni opponantur enemata domestica: nec alienum erit, temperatis pendilviis ex furfuribus tritici paratis non nunquam uti; ventriculi vero regio bal-

samo meo vitæ inungi potest. Horum remediorum usui per tres vel quatuor hebdomades inhærente oportet agrum, & tum eorum effectum icire aveo. Nec silentio prætermittere possum, horum morborum medicationi vernum tempus longe opportunius esse hyemali; quem etiam Selteranarum acidularum potum haud sine fructu adhibitum iri credo. Ceterum diætæ regulae pertinaciter sunt observandæ; fugiendi acidi, saliti, flatulentique cibi: evitanda mentis nimia commotiones, maxime iracundæ; nec otio indulgendum nimis, sed corpus coelo sereno vel ambulando vel curru vehendo leviter movendum: quibus omnibus si rite morem gesserit æger, haud dubito, fore ut, nisi perfecta extirratio, saltem insigne mali insequatur allevamentum.

Ulterior Relatio..

Accepimus, Vir excellētissime, quæ nobis misiti consilium ac medicamina recte vero pronunciasse videris, hisce morbis debellandis minus opportunam esse hyemalem tempestatem. Malum enim magis magisque pertinacius adaptet; & quo eo melius innoteat, quos remedia exseruerint effectus, hos prout singulis diebus consignavit æger, significandos esse duxi.

Diarium a Decembri mense 1730.

Quarto Iduum Dec. congestio occupabat dentes sinistri lateris, nocte vero sequenti ad dextrum vergebatur latus, neque tamen somnum inquietum reddebat, nec terrificis turbavit insomniis. III. Id. Dec. bene habui; vesperi autem caput dolere; & post medium noctem dentes sinistri lateris iterum adfici cœperunt, somno patiter tranquillo.

Pridie iduum non minus valui, nisi quod flatulentis molestiis fuerim sollicitatus, quas an potui non defæcato, at alii causæ adscribam, anceps hæreo; at tamen somno fruebar placidissimo, quem summo mane anxiū quoddam excussum insomnium.

Ipsius.

Ipsis idibus optime habui, sed vesperiū sc̄etidissimo forsan oleo, cuius odorēm insigniter abhorreo, vestes perfundere, capitis dolore ac languore quodam corruptus fui, noctem nihilominus suavi tranfegi somno.

17 Cal. Jan. Diem consumi satis vegerus; vesperi vero dolor dentes occupabat, flatusque abdomen infestabant, in sequuta alvi solutione depolsi. At decima vespertina hora, cum lecto vix quādam momenta immoratus essem, consueti mihi mali quādam accessit insultus, quem ex capitib⁹ perturbatione collegi: excipiebat hunc iterum alvina excretio, & denique tranquillus sequebatur somnus.

16. Cal. iterum bene habui, nisi quod dentium dolore tentarer admodum vago, qui etiam 15. Cal. accedebat quandoque, languore corporis stipatus; somno tamen satis bono, licet insomniis quibusdam turbato, frui permisit.

14. Calend. assumseram præscriptas pilulas; ex quibus matutino tempore capitib⁹ temulentiam & imi ventris termina toleravi; at tertia meridiana hora recruduit malum meum satis graviter, & nocte timorem quandam ac anxietatem reliquit; nec vero somnum penitus turbavit.

13. Cal. insigniter valui, nisi quod dentium cruciatus per intervalla accederent; qui vero 12. Cal. iterum evanuerunt.

11. Cal. autem rediit paroxysmus vehementer ex improviso; mox vero remisit, nec timiditatem reliquit, nec insomnem noctem: sed 10. Calend. aliquoties leviter turbavit, & sub prandio tanta celeritate ac vehementia prehendit, ut nec accessionis ipsius conscius fuerim; eademque vehementia postridie.

9. Cal. cum sacris interessem, recludivit, ut elata voce loqui cœperim, & corpus procul dubio jaclitassem, nisi me continuissent: satis diu quoque inhæsit, meque omnium, quæ acta erant, reddidit nescium. Neque minus abhinc continua minabatur accessiones, ac timidum me relinquebat, ut hoc æque ac pector die.

8. Cal. in publicum prodire haud aude-

rem; ceterum tamen bene valui, nō etemque egi placidam.

7. Cal. Epilepticus ille insultus bis me prehendit insigni atrocia, & non solum timorem ac anxietatem reliquit, verum etiam dentium dolorem, qui

6. Cal. dextrum potissimum adfligentes latus, epilepsia, capitisque temulentia accendentibus solvebantur; hisce vero remittentibus iterum ingruerant, & sic invicem alternabant, sed somnus fuit placidissimus, &

5. Cal. integra valetudo, quæ quidem 4. Cal. adhuc continuabat: at vespere & summo mane recruduit malum; nec minus 3. Calend. me adfecit, & admodum anxium reddidit atque meticulosum.

Pridie vero Galend. ipsis Galendis ac 6. Nonar. Januar. anni 1731. optima usus valetudine:

5. Nonar. circa horam quartam vespertinam tanta me rapuit imbecillitas, ut vix me movere valerem: sed paulatim iterum remisit; nec

4. Non. habui de quo conquererer, nisi quadam nausea, quæ post leviorē corporis motum mox evanuit.

3. Nonar. hora tertia meridiana accessit ex improviso malum, ut supinus prosterneret, ac caput alliderem graviter: tum ad somnum me composui, & atrocibus capitib⁹ doloribus expergesfactus laboravi; noctem denique placidam habui, & summo mane malum meum denuo incidi.

Pridie nonar. bene habui; nec minus sequentibus ad 7. Iduum diebus valui, nisi quod insultus epilepticus saepius, licet leviter ingrueret, ac imminceret.

C O N S I L I U M .

Intellexi ex morbi ulteriore relatione, quod illius diræ accessiones nondum sint expugnatæ: & fateor pertinacissimas esse has corruptas, hæreditarias ac diuturnas agravitudines, quæ omnem remediorum vim elidunt, & majus emolumenū ex aeris, potus, & ratisque mutatione ac animi tranquillitate reportare observantur. Maxime vero fugantur

tur vaporosa quæcumque , sive suave sive grave quid redoleant ; quoniam illa æstro inimica esse relatio docet . Si quæ adhuc expectanda est salus , illam partim ex usu Selteranarum acidularum , lacte asinino permixtarum , partim potu ordinario aquæ purioris fontanæ polliceor : hec autem levis sit , nec calcarea , & talis esse credenda est , si ex instillato oleo tartari per deliquium nec turbatur , nec albescit : longe meliorem vero effectum præstabit aqua pluvialis , quæ omnes reliquas levitatem superat . Hinc prius quam Selterana acidulae adhibeantur , consulo , ut mane atque vespera aqua levis fontana pondere unius mensuræ quotidie ita frigida , sicuti naturaliter est , bibatur : hoc enim frigus nervis roborandis aliquantulum inservit . Cum præterea acrimoniam quandam primis inhærente viis credam ; commendarem , ut vesperi quandoque bini scrupuli pulveris , qui pulverem marchionis , matrem perlarum præparatam , nitrum , succinum præparatum ac cinnabarinum præparatam habeat , assumantur . Nec denique ludentur opera , si nuchæ vesicatorium quotidie recens imponatur per quatuor septimanias , quod sic se habet : Recipe emplastri de meliloto unciam , pulveris canthari dum drachmam , balsami Peruviani drachmam dimidiam . M. f. Quæ consilia Deus reddat salutaria precor .

C A S U S XXXII.

De malo convulsivo epileptico inveterato per quam raro .

Litteratus 19. annorum , sanguineo-cholericus , brevis statura , carnosus tamen habitus & sanguine turgidus in primis infantia annis præter variolas dimidio etatis anno rarissime adparentes , octavo vero morbillos , febremque intermittentem per integrum semestre inhærentem , nullis succubuit morbis . Sed quotannis verno tempore maculæ rubicundæ latæ pectus corpusque obsidere suerunt : quæ etiam sponte absque ulla noxa evanuerunt , & post novissimum malum , tribus abhinc annis obortum ,

haud amplius redierunt . Nimirum dum saltu corpus exercere didicisset , & aversa facie in equum insilire vellent ; ille ferox pedibus calcitravit incidentem , pectusque potissimum petiit ; nec vero magni fecit hunc ictum , cum præter leviores quan-dam spirandi angustiam nihil inde mali perciperet . Haud ita multo post H.P. adiit ; in quo cum X IV. circiter esset dies , sanguinem cum difficulti spiratione e pectori eructare coepit , ac huic molestiæ infusum urticæ minoris opposuit . Hinc vero liberatus hypochondriaco malo corripiebatur , quod quidem instituto sèpius corporis motu paululum remisit ; mox autem atrocius rediit : namque dum autem tres circiter anni quadrantes vehementi terrore percelleretur , eodem die gravi vertigine mentisque deliquio tentabatur : quid? quod inseguuta nocte adeo difficultis fuit spiratio , ut suffocari sere vellent . Hic paroxysmus per integrum horæ quadrantem inhæsit absque tam enerviis convulsionibus ; & ita per integrum septimanam quater usq; ad decies quotidie rediit . Nec sine omni effectu pulveres cinnabarinus O, tintura solaris simplex , pulvis vitalis , solaris & digestivus in usum vocati , malum quidem consopierunt : at haud ita multo post magis invaluit , mox ipsis omnino convulsionibus slipatum , quæ primum leviores brevioresque , dein vero atrociores , diuturniores ac frequentiores bis terve de die recruduerunt , & quatuor vel quinque horis inhæserunt . Contra has quoque variis pugnatum fuit medicinis ; aliud nimurum aqua veronicae vinosa potabatur , mane essentia cascarilliæ , vesperi 18. pilularum polychrestarum capiebantur , & ob pigram alvum singulis quatuor horis quatuor pilulæ contra obstructions assumebantur , quibus haud ita prompte alvum ducentibus aliæ dabuntur , & hæc scena quotidie per tres sere menses ludebatur . Sed frustra . Malum potius hac sere ratione ingruit : post quendam languorem & brevem oscitationem protinus æger omnium nescius concidit , & tum sinistrum hypochondrium tactu frigidum , artus externos vero calidos , gelidoque sudore madidos ad-

parere dicunt. Ipse sub accessione pollices haud in manum colligit, sed tortum corpus & omnes artus horrendo spasmo contrahuntur, & immanni impetu hoc illucive agitantur: præcedit eam accessionem brevis puncturae in sinistro latere sensus; sequuntur imbecillitas ac spasmodica rotatio hujus lateris distentio, obtususque dolor. At vero haec puncturae jam olim saepius ex improvviso accelerunt, & sub cunctis potissimum istius lateris spuriis adeo levierunt, ut præ dolore le movere nequiverit, nec ab illis levari potuerit, nisi valida loci compressione. Consultus ergo Dr. P.I. ad affecta loca hinc ad applicavit calida, & vini sub epulis potum ad dimidiā mensuram concepsit: namque adpetentia per totum morbum integra ac tanta fruebatur æger, ut omnino pingueficeret. Ipsa mali accessio per 5. saepius dies in P. intermisit, neque tamen minus recruduit, sub qua multa loquebatur, quorum sibi postea haud concius fuit; quid? quod eodem temporis puncto nec adstantes sibi familiares cognoverit. Ter sub hoc morbo vena secata fuit, quam prima vice St. M. incisurus tredecies frustra sine ullo sanguinis fluore tudit; alter vero S. denum rite detrahere valuit cruentum. Neque vero exinde, sicuti ex nimia aliorum remediiorum farragine, quorum tandem tædit ægrum, nec ex pulvere lumbicorum terrestrium, quorum 36. devoravit, ullum percepit levamen. Hinc in patriam redire permotus, ibidemque D.D. T. consilio primum usus, ab illo essentiam castorei cum ungula alcis acceptit; simul vero binos alios consultuit medicos, qui cum dissentirent invicem, tandem curæ medici junioris haud incelebris D.D. E. se credidit. Hic vena semel incisa, olei animalis Dippelii cum essentia ala fetida combinati 70. guttulas bis quotidie, deinceps assimi, corpusque sedula equitatione moveri jussit; & id obtinuit, ut ex pugnatis fere convulsionibus non nisi mentis defectiones septies octiesque quotidie accelerant. Tum æger studiorum causa L. adiit, ibidemque absque ullo mali insultu, præter frequentiores languores per octo degit hebdomades; postea vero

ob quasdam causas hue se contulit, & primis post accessum diebus satis integrus fuit valetudine. At enim vero 6. Nonar. Augusti capitales dolores ac vertiginem incidit, noctem transagit insomnem; & denique 5. Nonar. hora quinta matutina recruduit pristinum convulsivum malum per integrum horæ quadrantem inhærens, ac quotidiæ ter quaterque repetens: tempore quod accessiones intercedit, insigni debilitate, ac immanibus tendentibus seincidentibusque utriusque pectoris doloribus sollicitatur; multisque flatibus, & alvi obstruktione tentatur. Haec pridie Nonat. Augusti 1731.

Epicrisis.

Ut huic diro morbo suspectias ferrem consultus, licet probe perpeñtum habuerim, tales capitales nervorumque affectiones, maxime ab animi commotionibus ac terrore proritas, aut plane perversis medicationibus oppugnatas curatu esse difficillimas: attamen quorundam petitionibus commotus adiiæ ægrum, eumque ipso paroxysmo, visu horribili conflictatum vidi, ac consilio adjuvare decrevi. Nemo itaque, qui in medicinæ rationalis theoria pariter ac praxi diutius versatus fuit, in dubium vocabit, quin morbus ille sit epileptico-convulsivus; quo non solum cerebrum, medulla spinalis ac membranæ has partes ambientes, verum etiam totum nervosarum partium genus adficuntur, tanta atrocia, ut malum quotidie septies, quin uovies ingruat, nec aliquot viri vehementibus membrorum motitationibus coercendis sufficient. Primam autem originem procul dubio ex nimio terrore traxit. Namque cum æger sanguineum nactus temperamentum cruce ore admodum turrit, hinc etiam olim hemoptysin incidit, & insuper pertinacissimus alvi obstructionibus fuit obnoxius, non fieri potuit, quin flatus ventriculo & coli flexoræ pertinaciter inhaerint, & crux ad caput compulsus fuerit: qui meningum distensionem, proximam motuum epilepticorum causam, & reliqua symptomata

Hoffm. Consult. Med.

proritavit. Neque vero, nisi quæ in morbi historia recententur, mihi nota sunt remedia huic malo opposita: quæ inter pilularum polychrestarum, & quæ sunt contra obstrunctiones, importunum ac justo frequentiorem usum omnino culpandum esse duco: num autem solares medicinæ in hocce casu effectum quendam præstiterint, in medio relinquo: mihi enim nunquam voto responderunt, saltem innoxia sunt. Oleum animale Dipelii nondum quidem in usum vocavi; at cum satis subtile sit atque volatile, poros corporis efficacissime recludat, ac transpirationem potenter promoveat; illud habita temperamenti, temporis ac ipsius morbi ratione haud sine fructu adhibitum iri credo.

Interim hac methodo præsentem opugnavi morbum: Omnem nimirum cerevisia ac vini potum interdixi, & non nisi serum lactis recens, vel aquam fontanam puram potari jussi: dein ex vena in pede tusa 12. crux uncias detrahi: nec non duo mitiora vesicatoria utriusque maleolo imponi curavi: tum liquoris mei anodynii mineralis 30. guttas bis quotidie ex haustu aquæ frigidæ propinavi: porro spinam dorsi atque nucham ter de die, matutino nempe, meridiano atque vespertino tempore unguento quadam inungui, & deinceps calidis pannis probe fricari imperavi. Unguentum hoc erat: Recipe olei nucisæ expressi, axungia humanæ ana unciam dimidiā, pinguedinis castorei, olei lavendulae, salvia ana drachmam, ruta, rosmarini ana drachmam dimidiā. M. D. Neque minus elixiri mei visceralis 60. guttas ab epulis dedi, & denique bis quotidie mane atque vesperi quinque semper harum pilularum deglutientes exhibui: Recipe ase scœlide, myrræ eleæ, castorei, mercurii dulcis, gummi sagapeni, limaturæ martis, extracti hellebori nigri ana drachmam, camphoræ scrupulum M.F. cum essentia tanaceti l.a. pilule ex drachma una no. 20. d. His per tres hebdomades adhibitis æger a malo suo omnino liberabatur, ut & in publicum iterum prodire, & officiis suis rite defungi potuerit; nec dubito, fore

ut constans permaneat valetudo, si æger congrua viæ regulas pertinaciter observaverit, ac præcipue ab omnibus mentis affectibus, maxime iracundia ac terrore probe sibi caverit.

C A S U S XXXIII.

De Affectu Melancholico.

I Uvenis generosus 22. annorum, melancholico-phlegmatici temperamenti a primis jam infantia annis tam debilem naestus est corporis conditionem, ut jam se ptem expleverit annos, cum prium ingredi disceret, nec ullis ob eandem infirmitatem artibus imbuī potuerit. Hinc ephebus factus ab omni hominum consortio remotus vixit, & omne tempus Tabaci fumo & vini adusti potatione transegit. Tredecim annorum juvenis ab infami & plebeja meretrice in ejus a-morem allectus, & non solum variis malis artibus imbutus, verum etiam eo adactus fuit, ut ipsi & litteris sanguine suo scriptis, & diro jurejurando matrimonii fidem dederit. Verum enimvero cum partim matris, partim confessionatoris seris adhortationibus a desperito hoc vitæ genere ac familiari prostibuli usu avocatus, hujus quidem societatem evitaret, & datum consignationem vi atque verbibus iterum extorqueret: tantis inde conscientiæ tormentis sollicitatus est, ut tandem ciborum, potuum, alliorumque adjutoriorum usum sibi religioni duxerit, nec nisi perpetuis precibus atque suspiriis in frequentissimo etiam hominum congre-su ingemuerit.

Ubi ingruit malum, crux subito a corporis superficie ad interiora rapitur, externæ partes perfrigescunt, ac totum saepius corpus horrore contremiscit: quo finito humores a corde ad superficiem eo rapidius iterum propelluntur, æstus fit insignis, æstior transpiratio, gelidusque haud raro sudor, atque sic evanescit malum ac omnis angustia. Sub hac accessione, quæ nonnunquam decies vel duodecimes de die recidit, æger magis mutus est quam

quam pescis; nec summis laboribus a loco, quem occupat, dimoveri potest; quoniam si pedem moveret, se Deum violare arbitratur: non minus si masticaverit quidpiam, bolum ore rursus reddere sollet, cum le illo suffocatumiri credat.

Ceterum parentes habuit patrem magni ingenii, & melancholico choleric temperamenti; matrem moderatæ & tranquillæ mentis, quibus in florentissima ætate constitutis natus fuit. Adpetitu gaudet admodum vario: mox enim immoda ca urgetur fame, tantaque vorat aviditate, ut cibos nec cultro comminuat, nec dentibus mandat: mox vero per binas se ptimanas nihil prorsus comedit, nisi panem vino adusto perfusum, ex quo spiritum illum vinorum tantummodo fugit. Pulsus regulariter durus & tardus, in paroxysmo pro symptomatum varietate varius fertur; urina mingitur alba ac cruda: alyus officio suo quo die fungitur, nec unquam pigra evadit, nisi post assumpta fortiora purgantia. Somnus satis tranquillus ægrum vix ingressum lectum protinus occupat, cum olim ad seram usque noctem inter Tabaci fumum vigilias pro trahere sueverit.

Consultus igitur contra hanc ægritudinem Dr. L. W. diu pugnavit; quatuor cruris & vena misit uncias; bis emeticum dedit, aliquoties purgans propinavit, nec minus sal volatile oleofum, tincturas martiales, infusaque vinosa exhibuit: nihil vero effecit, & malum magis exacerbatum est. Quæcum ita sint, Tuom, vir illostris, imploro consilium, ac doceri potissimum volo, quinam sit morbus, quam habeat causam, & an illa pro matris opinione fascino cuidam debeat; quam soveat prognosio, & quam rationalem curam exposcat?

C O N S I L I U M.

PLuribus intellexi ex transmiso mihi casu, generosum quendam juvenem a teneris imbecillo valde corpore ac infirmamente præditum, præmaturo Tabaci atque vini adusti usui adsoetum ex quādam occasione tantam conscientiæ incurrisse torturam, ut vel innocentissimis

rebus uti recuset, & perpetuis precibus, gemitisque consumatur. Hæc vero symptomata per intervalla redire, sub eorumque accessionibus frequentissimis extrema perfrigescere, tum astum inséqui, & denique sudorem excipere, malumque solvere; simul vero taciturnum reddi ægrum, & adpetitu vel insigniter aucto urgeri, vel per aliquod tempus nihil plane comedere; urinam mingi crudam & albam, alvo semper libera, somnoque placido frui percepi. Quid si hæc omnia mecum perpendam, ipsum morbum non nisi affectum esse melancholicum, ex insigni totius machinae, maxime cerebri nervorumque imbecillitate oriundum deprehendo. Namque hæc nervosi generis infirmitas non solum nativa & per hæreditariam labem acquisita; verum etiam malo victus genere, nimio Tabaci vinique adusti uso, conscientiæ tormentis ac diurna molestia magis adacta & ad motus irregulares disposita esse viderur. Inde vero factum esse credo, ut humores ab externis corporis partibus ad internas, maxime cor & cerebrum compulsi melancholicas hasce accessiones excitavent; quas spalmodicis potissimum absolvi motibus, horror & frigus corporis, urina alba atque cruda & pulsus durities demonstrant. Quum ergo hisce malis explicandis naturales sufficiente cause, non ad supranaturales atque magicas confuge. re licet. Quod si vero ad prognosin transgrediamur; haud ignorari oportet, hocce malum & temporis diuturnitate & frequentissimis insultibus in habitum fere ac alteram naturam degeneratum, vix ac ne vix quidem medicationi esse obsecutum. Quin haud immerito timeo, ne si forte vehementiores mentis commotiones, maxime iracundæ, aut irregularis digita, spirituorum abusus, aliaq; accesserint, hec affectio in ipsam furibundum raprum aut epilepsiam, aut plane veternum aliquando transeat. Hinc ut ipsi fuppetie ferantur, opus omnino est: quo scopo ante omnia cayere oportet, ne natura multitudine remediorum, marime purgantium, vomitoriorum, aliorumque vehementium & calidiorum, vires ma-

gis pessum dantium obruatur; sed eo potius intendendi nervi, ut enervata natura, debileque nervorum genustam phar-macis convenientibus, quam accurato vi-
tus genere roborentur atque conforten-tur. Id impetratum iri confido, si pri-mum ex vena in pede tusa sex circiter
cruoris emittantur unciae; deinceps deco-
ctum ex radice chinæ, Scorzoneræ, sar-
saparillæ, polypodii, semine foeniculi
paratum mane calidum ad octo vel decem
vascula sorbilletur, reliquo die frigidum
loco potus ordinarii bibatur. Tum opere
erit pretium, ut æger quavis vespera in
pediluvia ex melissa, floribus rosarum,
cineribusque clavellatis præparata pedes
ad suras usque immittat, ac per horam
dimidiā desideat: sub prandio L. vel
LX. guttas essentiaæ meæ Aurantiorum
assumat, & vesperi alternis vicibus mox
pulveris mei bezoardici, mox temperan-
tiis nitroſi dosin, mox 16. mearum pilu-
larum capiat. Nec denique minus 12.
guttulae liquoris mei anodynæ, tribus par-
tibus cum una balsamivite mixti mane ex
infuso Theebois haustæ eximiam spondent
utilitatem. Ceterum, ne vita sit sine motu
deses, matutinis æque ac vespertinis quin-
ta vel sexta horis cœlo sereno corpus am-
bulando, curru vel equo vehendo movea-
tur, necesse est. Fugiantur vero quam
longissime potus calidores, vinosi, Ta-
bacus, cibi acidi, concoctu difficultes atque
flatulentæ, & cena parciori utendum.
Quæ remedia per 5. vel sex hebdomades
ultrapara si voto forsan haud responderint;
Egranæ acidulas interno usui commen-
darem; quas cum reliquis Deus ægro red-
dat salutares, ex pectori precor.

CASUS XXXIV.

De Affectu Melancholico.

Vit quidem haud incelebris 30. &
quod excurrunt annorum, choleri-
co-melancholici temperamenti, iadolis
sensibilis valde ac ambitiosæ, stature lon-
gioris, habitus strictioris, capacioribus
vasis, robustis nervis musculisque, nec

minus validis instructus viribus stirpe pro-
gnatus est ad melancholicum malum ad-
modum proclivi. Ipse ceterum adpeten-
tia gaudet satis integra, alvo libera, nec
unquam flatulentis, ruſtibus, inflatio-
nibus atque torminibus imi ventris obno-
xius fuit; diætam servat strictissimam,
nec ullis indulget excessibus, nisi forte ni-
mæ iracundia, & loco potus ordinarii
haetenus aqua vino permixta usus est.
Verum enimvero paucis abhinc annis so-
mno frui cœpit levissimo, ipse quandoq;
vel sine ulla vel sane exigua cauſa meti-
culosus redditur tristisque; maxime si ad-
versas res percepit, insigni mcerore
mentisque perturbatione sollicitatur; ho-
minum consortium ipsi est inimicum,
principue vestibus rubicundis aut cœruleis
inditorum; quos colores summopere a-
versatur; non minus tanta animi est sen-
sibilitas, ut vel levissimo sono insigni per-
cellatur terrore, hinc quoque solitudinem
amans, omnemque clangorem & cam-
panarum & vigilum nocturnorum fu-
giens, rus petiit. Hæ vero accessiones in-
tervalla habent, ut iis mox ad omnia offi-
cia subeunda reddatur impar; mox vero
summa cum mentis alacritate iis fungi
valeat; ab omnibus ceterum immunis
symptomatibus. Multos contra hæc ma-
la consuluit medicos, varias thermas ac-
cidulasque in usum vocavit, peregrinatio-
nes instituit, vino utitur parcissimo, in
ejusque locum aquam puram levemque
bibere, ac ter quotannis venam secundam
præbere suavit: nihil tamen minus per
tres jam annos hoc affectu sollicitatus do-
ceri avet, quinam ille potissimum sit; que-
ejus causa ac medela convenientissima.

CONSILIIUM MEDICUM.

Probe volutavi mecum ægritudinem,
cujus causa consultus sum, eamque mi-
nimè in lœsione & obstructione viscerum,
nec humorum vitiosa colluvie refidere;
hinc nec primarum viarum spasmis, nec
sanguinis inflationibus aut congestionibus
complicari exinde colligo, quod æget alvo
libera, ciborum integræ adpetentia non

minus quam concoctione gaudeat. Neque enim aciditatis cuiusdam in ventriculo præsentiam, malo hypochondriaco familiarem, suspicari possum: sed omnem morbi vim in nervorum atque spirituum affectione colloco. Namque procul dubio meninges cerebri æque, ac nervosas totius corporis membranas nimium tensas, strictas atque sensibiles esse arbitror: unde non solum motibus spastmodicis fallime fuit obnoxia; verum etiam mentis sensibilitas, & peculiaris ad angustiam, timorem, terrorem, molestiam, aliasque commotiones proclivitas natales suos mutuatur. Quom autem insignis deprehendatur animi efficacia in motus tam fluidarum, quam nervosarum nostri corporis partium, non fieri potest, quin ex illius perturbationibus humorum partim libero circuitui, partim & excretionibus eximum inferatur impedimentum. Inde vero depravatur naturalis atque legitima eorum temperies, & ob præpeditas maxime bilis in hepate secretiones, acris ac fulphurea recrementa intra sanguineam massam resorbentur, ab iisque laudabiles succi, cerebro ejusque membranis & lubricandis & nutrientis dessinati, magis magisque lœduntur atque corrumpuntur. Nimirum vero fibrarum nervearum tensioni in acceptis ferendum est, quod æger nec placido, profundoque somno fruatur, nec vel levissimum sonum perferre queat: at hæ diuturnæ vigilæ humorum tenuitatem magis adauxerunt: hinc crux oris et vena missus tenuissimus ac rubicundo colore imbutus adparuit: neque tamen refrigeratus ullum dimisit serum: sed fervidissimus fuit, vaporemque exhalavit. Quod si porro causam sensitatis illius, qua membranae cerebri nervosa pollent, eximiæ perspiciamus, eam potissimum partim in temperamento cholericæ-melancholico, ac corporis habitu strictiori, partim in natura dispositione sitam esse arbitror, cui deniq; multum momentum addidit vitæ genus, quo æger furgitur, multa meditatione mentisq; combustionibus, iracundia atque mœroribus complicatum. His ergo suppositis facile adparet, nullum in hoc morbo curando lo-

Hoffm. Consult. Med.

cum habere evacuantia, ut emetica, purgantia, sudorifera, nec vesicatoria, cucurbitulas, fonticulos, martialia, absorbentia, stomachica, carminativa, quæ vulgo malo hypochondriaco opponi solent: neque etiam ullum emolumentum ab aquarum mineralium usu expectare licet: cum nec viscerum infarctus, nec humorum crastines ac impedita circulatio, nec acida in primis viis colluvies, nec glandularum obstructio præsto esse videantur. Omnis potius curandi nervus eo intendendus erit, ut motus partium nervosarum irregulares consipiantur; tensio præternaturalis nervorum demulcentur, & menti restituatur tranquillitas. Hisce vero obtinendis scopis pharmacorum certe nimia farrago minime sufficiet: sed omnem, quæcunque est, salutis spem a recto vivendi genere & congruo rerum non naturarium ad vitam conservandam summe necessariarum usu dependere arbitror.

Quæcum ita sint, eo meum collineat consilium, ut æger ante omnia muneribus suis, absque mentis perturbatione haud absolvendis ad aliquod tempus supersedeat, & potius jocundo consortio, & quicquid ad animi delectamentum conferre potest, sedulus utatur. Subinde abs re erit, ut locum cœlumque mutet: ille enim, in quo jam degit, aer justo frigidior, nervorumq; siccitati admodum inimicus est; hinc temperatum feligere oportet, qui nec siccus valde, frigidusque, nec nimis sit humidus; & meo quidem arbitrio id commode obtinebit, si ruri magis vitam degerit: namque in his nervorum affectibus aeris mutatione nihil unquam deprehendi fructuosius. Tum in id summo incumbendum erit studio, ut somnus concilietur, a quo & animi requies & corporis temperies multum dependet. Neque vero huic fini assequendo convenienti sapientia, papaveracea, aut plane opia: quippe quæ majorem inducent torporem, melancholiæ augebunt, & forsitan in furorem omnino commutabunt. Melius est, ut æger cubitum iterus in tepida descendat pediluvia. Hisce autem rite parandis flores chamæmeli, papaveris rhædos, rosarum rubrarum, artemisia,

nitrum, salque commune linteo includantur, iisque in vas ligneum profundius impositis aqua flaviatilis fervens infundatur: stent per aliquod tempus ut horum vis extrahatur: tum addatur aqua frigida, donec fervens reddatur tepidior; cui pedes ad genua usque immittantur, & per horam dimidiā sudore madidi in illa detineantur; iisque tepor affusione calidioris conservandus est. Neque minus opera erit pretium, ut æger paulo matutinus se ad somnum componat: quoniam concubius sopor profundior, magisque reficiens deprehenditur, quam quo post mediam noctem aut summo mane fruimur. Nec denique levem in quiete inducenda præstabit operam, si cubitum iturus juscula avenacea vitello ovi, passulis minoribus, atque amygdalis dulcibus permixta vesperi sorbillaverit, & insuper haustum cerevisię lupulatae, bene defaciat etiam assumerit.

Inter medicamina in hoc morbo nitrosis atque præcipitantibus non sunt præstantiora: hec enim ebullitiones sanguinis, & partium sulphurearum intestinum motum potenter coercent; astum attemperant; nec solidis partibus humiditates detrahunt; nec levem in promovendo somno spondent utilitatem. Hoc scopo præstantissimus erit hic pulvis: Recipe matris perlarum, lapidum cancrorum ana drachmam unam, nitri regenerati grana duodecim, olei destillati nucistæ, olei de cedro ana guttas duas, misce, fiat pulvis, div. in duas partes, quarum quævis vel vesperi ex aqua cerasorum nigrorum aut florum tiliæ, vel ante prandium assumenda est. In locum oleorum essentia ambra vera, Moscho atque zibetho deflectuta substitui potest: quippe quæ ob blandam sulphuream, qua pollet, anathymiasin, genus nervosum roborandi ac somnum conciliandi insignem possidet efficaciam.

Porro vena in pedibus bis ad minimum quotannis tempestate serena, mense Martio & Septembri, &, si haud accesserit hæmorrhoidalis fluor, quater omnino, nempe Februario, Majo, Augusto atque Novembri mensibus secanda est: hujus

autem fluxas si adparuerint indicia, illæ frictionibus, fotibusque maxime vaporosis promovendus; quod si vero inanis annum adfixerit dolor, hirudines ad illam applicandæ sunt. Postea, ut eo certius extirpetur malum, aut saltem, ne in furorem desinat, præcaveatur, præstantissimus erit balneorum tepidiorum, simulque leviorum usus: quæ inter Tœplicenſia sulphurata præ illis, quæ intra urbem scaturiunt, palmarum obtinent. Balnea enim justo calidiora ob insignem, quam excitant, humorum ebullitionem, majus dampnum minantur, quam emolumentum: contra vero quæ tepida & temperata sunt, egregiam vim fibras membranaſque totius corporis nerveas emolliendi, humectandi, tensasque relaxandi possident: quid? quod corporis superficiem blande folementando, poros cutis aperiendo, atq; tubulos seriferos dilatando non solum ipsam promoveant transpirationem, verum etiam humores a capite & internis partibus ad externas magis allicant. Et incredibilis omnino est efficacia, quam he thermæ, quarum aquæ subtiles levelque sunt, rite & diu adhibitæ in hisce melancholicis non minus, quam maniacis ipsis recentioribus exserunt affectibus.

His denique omnibus pertinax victus observatio accedit, necesse est. Ergo sumptopere sibi caveat æger ab aeris frigida, humidaque temperie, maxime ventis borealibus ac septentrionalibus. Ante omnia pedes ab omni frigore muniendi sunt: hi enim quo frigidiores existunt, eo magis humores ad caput rapiuntur. Inter cibos fugere oportet omnes acidos, cepis conditos, salitos, omnesque aromatisatos (quos vulgo dicunt: *Die von einen hohen gout sind:*) nec alias assumere convenient, si mens commota fuerit: nam generatim sciendum est, nec somno, nisi sub animi tranquillitate fruendum esse. Potui sub prandio inserviat vinum generosum una parte cum tribus aquæ vel simplicis, vel quod melius, Selteranæ, Spadanaæ, Dostadiensis aut Wildungensis permixtum; quod vero sub cœna omitti, in ejusque locum cerevisię bene coctę atque levioris usum substitui mallem. Neque vero insuperum

forū Thee vel Coffee potum, nimis ex-siccantem, nervisque infensum commen-darem; sed potius juscum vitello ovi & succo aurantiorum permixtum mane for-billari subderem, quod partim ventricu-lum roborat, partim acrimoniam attem-perat: nec alienus erit potus Chocoladæ cum aqua paratus, quandoque haustus, maxime si ex eo quædam essentiæ ambræ assumentur guttulæ; hunc enim ob blan-dum, quod sovet, oleamentum nervoso generi perquam amicum deprehendi. Ne vero ab illius viscositate tunica ventriculi villosa obstruatur; abs re erit, illi abluendo haustum aquæ fontanæ superingerere. Sed cavendum ceterum est a nimio phar-macorum usu, & ipsam curationem per aliquot menses, quin integrum annum protrahere; maxime rectæ vivendi ratio-ni diutissime inhærere; & balnea non nisi vernali vel autumNALI tempestate in usum vocare oportebit: quæ si rite observaverit æger, de felici eventu haud dubito.

Nunciatum quoque fuit, ægrum hac medicatione per aliquid tempus usum o-prime habuisse, ac insigne mali sui depor-tasse allevamentum.

C A S U S XXXV.

De affectu melancholico.

Virgo viginti annorum generosa, in-genii olim hilaris ac perfaceti, tribus potissimum abhinc anni quadrantibus, gravem incidit mentis affectionem, cuius hi fuerunt natales. Quædam pariter gene-rola virgo, cuius arclissima familiaritate usi erat, in mortis articulo versata, no-stram ad se adhuc semelvisendam invita-ri jubet, que sub hac invitatione epulis af-sidens, nec tantum in mora periculum esse arbitrata diutius remoratur domi, donec impropositum de hujus amicæ insequuta morte acciperet nuntium. Abhinc vero insigniter contristata, mortoribus magis magisque indulgere cœpit, & somnus quo-que imminui turbarique videbatur: maxi-

me vero mox a prandio insigni quotidie mæstitia, tantisque angoribus torqueba-tur, ut vix respirare potuerit, & copiosissi-mas ploraverit lacrumas; neque minus ap-petentia destrui & concoctrix vis lædi cœ-pit. Hoc malo licet tempestivas ferri sup-petias parentes voluerint, omnem tamen medicinarum usum recusavit egra; nec ni-si quædam temperantes ex suau celebrioris medici assumisit: quem cum pariter ad-versa raperet valetudo, ipsa ab omnibus remedii abstinuit, malumque magis ma-gisque increvit. Tum enim conscientiæ tormenta accesserunt, ac spirituales ango-res perpetui, tantique, ut furibundæ instar assiduo cursu atque ambulatione se fatiga-ret, mentisque insuper errores incidenter. Secabatur vena, dabantur variae essentiæ, præsertim carminativæ, pulveres, insula theiformia atque pilulæ: quæ quidem al-vum egregie duxerunt, multumque recre-mentorum mucidorum expulerunt, malo autem nequitquam detraherunt. Somnus enim, licet quandoque per duas tresve ho-ras oculos occupet, tamen præternaturalis est, assidue membrorum agitatione stipatus: neque minus tanta vehementia vi-gil etiam membra jactat motitatque, ut inde sudore fere diffluat, insignique humo-rum ebullitione afficiatur: nec hominum sermones ferre potest, quin ab illis statim excandescat, & pedibus manibusve con-tremiscat. Appetitus jam augeri, alternisque potissimum diebus integrior videtur: menses itato tempore, non tamen ea, qua olim quantitate flouunt, caput a prima morbi accessione hucusque eximio tor-quetur dolore, & omnia in pejus ruunt.

C O N S U L T A T I O.

Generosæ virginis ægritudo, cuius hi-story mecum fuit communicata, in ani-mo, ac vitio capit, spirituumque animalium magis, quam humorum la-sione harere, & a vehementi mentis commo-tione, insignique tristitia originem traxisse videtur. Docet enim, proh dolor! crebra experientia, hosce subitanos gravesque animi affectus, integrum motuum vita-lium ordinem pervertendi; hinc somnum

mentis requiem ; vires corporis , appeten-
tiam , concoctionem ac excretiones na-
turales , quæ per alvum , transpirationem ,
& menstruam , in sexu sequiori purgatio-
nem fiunt , pessimumdandi eximiam possi-
dere efficaciam . In hisce autem morbis ,
quorum causa nec in visceribus , nec hu-
moribus sita est , nullam nec a pharma-
cis , purgantibus , aperientibus , emeticis ,
& sanguinem depurantibus medicinis ; nec
a venæfessione , utut in aliis deliriorum
generibus utilissima , expectare licet salu-
tem : sed quæ adhuc e re erunt , hisce poti-
sum absolví credo momentis . Ante o-
mnia opera erit pretium , aerem cœlum-
que mutare , & balnea ex aqua fluvialiti ,
vel quod melius , pluviali , fufuribus
triticeis , & lacte parata sæpius in usum vo-
care . Hisce nimurum tepidissimis ægra
prima hebdomade bis quotidie , mane ves-
perique umbilico tenus insideat ; postea au-
tem matutino dumtaxat immittatur tem-
pore , probe tamen cavendo , ne capitis ex-
inde sudor erumpat . Non minus porro e-
gregium effectum præstabit lac asinum ,
cujus binis circiter , antequam ingrediatur
balneum , horis primum dimidiæ potare
mensuram ; dein successivo ad integrum a-
scendere , ejusque pariter ac balnei usum
per quatuor vel quinque hebdomades pro-
trahere potest . Asinino deficiente capri-
num lac una parte cum duabus acidulari-
rum Selteranarum mixtum substituere li-
cket : ex quo etiam , si alvus fuerit segnis ,
uncia una cum dimidia Mannæ mane est
haurienda . Tum vero ab omni cerevisia
vel vini potu abstinere , & in horum locum
hoc decocto uti convenit : Recipe rasuræ
cornu cervi , radicis scorzonerae ana uncias
quatuor , peponis , caryophyllatæ , cichorei
ana unciam , cardamomi minoris drach-
mas tres , M. Conc. cont. d. S. species , quo-
rum binæ unciae in tribus aquæ mensuris ,
per horam dimidiæ in vase clauso deco-
quendæ sunt . Neque negligendum est cor-
poris exercitium , illudq; potius vel ambulâ-
do vel curru vehendo sub tempestate sere-
na aliquot aut ante aut post pastum horis pro-
be instituendum ; & denique haud ludetur
opera , si cubitum itura vasculum potiuncu-
la nervinæ hauriat , quæ sic se habet : Re-

cipe aquæ florum liliorum convallium ;
primulæ veris , tiliæ , acaciæ ana uncias
duas , melissæ citratæ cum vino , cinamomi
cum vino ana unciam unam cum dimidiâ ,
pulveris marchionum drachmas duas , cin-
nabaris nativæ præparatae , succini præpa-
rati ana drachmam semis , syrupi corticum
aurantiorum drachmas tres . M. d. S. Ha-
upt und Nerven starkende potion . His rite
adhibitis salutarem eventum haud defore
credo ; quem Deus reddat prosperum ex
animo precor .

C A S U S XXXVI.

De Affectu Melancholico-Maniaco :

C Omes quidam illustrissimus per tres
jami annos affectu quodam melan-
cholico maniaco , ac rationis usu deprava-
to sollicitatus , meam contra hoc ma-
lum requisivit opem . Is namque viginti
duos annos natus , temperamenti melan-
cholico-cholerici , quatuor abhinc annis
tertiana febre , sub cujus qualibet accesi-
one leve patiebatur delirium , labora-
verat : qua superata proximo anno post ,
cum ipsi ob insignem plethoram sanguis
e pedibus mitteretur , tanto maniaco fu-
rore rapiebatur ; ut & acidulis Egraniis ,
& Carolinis , maxime pediluviis ex his
paratis , & temperantibus , refrigerantibus ,
blande sedativis ac emeticis frustra
omnino adhibitis , ad hoc usque tempus
cum assiduis vigiliis stipatus inhæserit .
Quamvis etiam ob eximiam , qua æger
pollet , humorum abundantiam quotan-
nis vena in pedibus fuerit secata : tan-
tum tamen aberat , ut inde melius habe-
ret , ut potius tribus semper post venar-
tusam diebus rabies magis increverit , dein
iterum remiserit . Neque vero memoria
vis penitus periit , quin homines cognoscere ,
& latinam quandoque gallicamque
linguam strepere valeat : tamen sermo-
nem ordine fertur . Appetentia ceterum
varia est , mox avidissima , mox plane pro-
strata ; alvus assidue segnis , perpetuum
que

que partium externarum frigus. Binis ab hinc annis cœcæ adparebant hæmorrhoides: quæ quidem hirudinibus ad anum ad�icatis oppugnabantur, eodem tamen minus felici eventu, qui fonticulum brachio infictum sequebatur. Jam corpore magis fit obesus, & ob ventriculi debilitatem vino cum aqua mixto in locum ordinarii potus uti suevit. Nec denique silentio prætermittendum est, fratrem illustissimi comitis gemellum eadem tentari ægritudine; a qua tamen & parentes & priores fuerunt liberi.

Quæ cum ita sint, facile adparet, morbum hunc melancolico-maniacum insigni generis nervosi, maxime partium capitis nervosarum imbecillitati æque ac hypochondriorum malæ dispositioni suos debere natales. Hæc vero via ex pravo potissimum vivendi genere, potuum calidiori usu, mentis frequentioribus commotionibus, multisque laboribus cum meditatione ac vita sedentaria junctis originem traxisse vero est simillimum: neque minus dubito, quin febris intermitens olim tolerata, & nimis præcociter forsitan suppressa hue contribuerit. Non enim solum experientia docet, hasce febres incongrue adstrictas ad ventriculi, generisque nervosi debilitatem & hypochondriaca symptomata producenda esse per quam opportunas: verum etiam ipsa ad hæmorrhoidalem fluxum molimina, quibus æger ante binos annos tentatus fuit, satis firmo sint documento; quod spasmus atque flatulentii imi ventris, hypochondriacis valde familiaribus obnoxius; his autem liber humorum per intestina & viscera abdominis circulus fuerit impeditus. Quandocunque autem hisce cum arteriis externorum, tum nervosarum ab dominis partium, maxime ventriculi atque intestinorum violentis distensionibus eruor spissus vehemente ad caput atque cerebrum compellus, nullo per nares posse exitu; sed intra membranarum cerebrum ambientium vasa stagnans, ea nimium distendit, & ad varicosas disponit expansiones: haud mirum, si partim sensus interni perturbantur; partim ipsa lœdi tur imaginatio, iisque imbuitur obje-

ctis, que rationis usum destruunt, mentemque ad ambitiosas, invisas, furibundas iracundasque ideas, atque ad ipsam proritatem rabiem. Quemadmodum enim sensuum internorum integritas ab æquali libero-que humorum vitalium per vascula cerebri minima circuitu potissimum dependet: ita quoque omnes mentis perturbationes, memoræque, ingenii atque iudicij lœsiones crux in iisdem cerebri vasibus stagnationi in acceptis ferendæ sunt. Hinc vero ipsa cerebri fabrica vitiatur, ejusque ductus ac pori destruuntur, & ipse fluidi in nervorum tenuissimi influxus impeditur; qui, si in cor, arterias, ventriculum, intestina, aliasque tam internas, quam externas partes congrua quantitate ac justo vigore successerit; omnes harum partium functiones, motum atque pulsus cordis nimirum & arteriarum, digestionem ciborum, chylificationem, alvinas omnesque reliquas excretiones in debito atque naturali conservat ordine. Ex his denique adparet, cur pulsus inæqualis, appetentia ciborum inconstans, digestio eorum impedita, alvi excretio segnis, corporis decrementum, extremonrum frigus, ructuæ molestiæ, somnus turbulentus multisque terrificis stipatus in somniis frequentissima morborum melancholicorum atque rabitorum sint symptomata.

Quod si autem prognosin aggredior, non possum, quin morbi præsentis iam per triennium inhærentis ac fere inverterati curationem admodum difficilem arduamque pronunciem: neque enim bonum præbet prælagium, sed graviorem cerebri lœsionem denotat, quod malum absque ulla intermissione assidue sœviat; cuius plerumque ea esse sollet indoles, ut circa æquinoctia vel solsticia atrocis adfligat, reliquo autem tempore observetur levissimum. Nec denique mihi placet, quod frater cum illustri ægro uno editus partu eadem detineatur ægritudine: quamvis enim parentes ab ea liberi fuisse perhibeantur, nihil tamen feciis hanc cerebri imbecillitatem jam in utero hisce gemellis fuisse communicatam vero videretur similis.

Mmum ; cum compertum sit , liberos ab ebriis etiam parentibus genitos insig-
ni capitis debilitate , morbisque exin-
de oriundis admodum esse opportunos .
Contra vero cum ægrotans ætate sit ad-
huc junior , jam iterum pingueſcat , ma-
lique aliquale obſerveſcat decrementum ;
nec uſum medicinarum more alias me-
lancholicis conſueto averſetur ; nec de-
nique ea adhuc aſſumſerit remedia , quæ
malo expugnando ſunt idonea : non om-
nem omnino ſi non perfectæ sanitatis ,
ſaltem eximii levaminis ſpem abſicere o-
portet .

Venio ergo ad auxilia , perillustri Co-
miti ferenda , quæ magis diætereticis reme-
diis , quam pharmacis , chymicisque ab-
ſolvi credo : illis enim diu , pertinaciter
ac patienter adhibitis in hiſce nervorum
vitiis nihil unquam deprehenſum fait eſ-
ficacius . Eo itaque omnes intendere o-
portet nervos , ut primum nervosum ge-
nus admodum debilitatum corroboretur ,
dein ſpasmadicæ diſtentiones conſopian-
tur , tum raptus humorum ad caput de-
rivetur ; porro cerebrum , ejusque mem-
branæ conforuentur , & denique conco-
ctrix ventriculi viſ non minus ac alvina
excretio promoveatur .

Quibus ſcopis ſub divina gratia obti-
nendis , circa venæſectionum administra-
tionem ante omnia moneo , ne illa ſiat
in pedibus ; hancce enim in hiſce ſpa-
ſmodicis morbis , pedum frigore continuo
ſtipatis , magis deprehendi noxiā ; quip-
pe quæ ſpasmus exterñarum partium
magis augendo , majori humorum ad ca-
put regurgitationi efficacissimam ſuppe-
rat occaſionem . Neque enim conuenit
ſanguinem circa æquinoctia mittere ; ſi
quidem eo tempore horum morborum
graviores effe ſolent accessiones ; humorumque
vehementiores commotiones . Magis e re fore arbitror , ut ſub Serena
tempeſtate amicoque cœlo non ſolum
vena bis quotannis , nempe Februario
mene , & binis ante autumnale æquino-
ctium hebdomadibus in brachio ſecetur ,
& ſex inde cruoris detrahantur unciz :
verum etiam cum ha binæ venæſectiones
plethora imminuendæ ac humorum in va-

ſis cerebri stagnationi diſcutiendæ minus
ſufficient , duabus quoque quotannis vi-
cibus , Junio ſcilicet Decembrique men-
ſibus quatuor cucurbitæ ſcarificatorie dor-
ſo , totidemque pedibus admoveantur .

Deinde operæ erit preſtium , corpus fe-
duo moveare , maxime equitatione , que-
bis quotidie , & tribus ante paſtum , & qua-
tuor poſt illum horis iſtituenda eſt , ut
transpiratio promoveatur , & humores ad
externam magis invitentur corporis fu-
perficiem ; cavendum tamen , ne impetuoi-
ſor ſit hic motus , neque tantus , ut humo-
rum inducat ebulitionem . Tum vero e-
tiam atque etiam hortor , ut perillustri
æger locum aeremque mutet : hæc enim
celi mutatio non ſolum ipſi morbo appri-
me conueniens eſt , verum etiam eo inſer-
vit , ut ingrata , & excitandis ideis adver-
ſis oportuna objecta removeantur : ſiqui-
dem notum eſt , hoſce ægros ob arrogan-
tiā , cujus opinione laborant , & parentes
& omnes , quorum imperio ſubſtant , fer-
re haud poſſe . Porro ægrotantem nun-
quam ſolū relinqueret ; ſed potius muſica ,
ludis , veſationibus &c. excitare ; multo
minus ipſi quicquam contradicare , aut
gravius forſitan reprehendere oportet ;
ne inde in majorem agatur rabiem atque
furorem .

Præſertim vero vivendi ratio ſit accu-
ratissima , nec largis indulgentum epulis ,
quas inter fugiantur & acriora aromata ,
& calidiores potus atque cerevia . Hujus
enim in locum commendarem decoctum
ex hordeo , cornu cervi rafpato , & citri
corticibus paratum ; vel ſolum , ſi illius bi-
nis mensuris decem nitri depurati addan-
tur grana , bibendum ; vel tribus parti-
bus cum una vini Neccarini mixtum : vel
denique hujus loco Selteranæ acidulæ ea-
dem quantitate cum dicto vino maritata
potari poſſunt ; ſed ipſe potus ſicut tepi-
dior , ita larga copia hauriendus eſt . De-
inceps in hiſce morbis acidulis Selteranis ,
laſte caprino vel alſinino permixtis , nihil
deprehenditur præſtantius : quarum aqua-
rum tribus partibus cum una laſtis nupta-
rum uſus bis quotannis , veſto pariter ac
autumnali tempore per 5. vel 6. hebdoma-
dades protrahendus ; & veſperi balneum

ex aqua dulci temperatum adjungendum est. Neque minus thermæ egregium spondent emolumentum, & non solum constrictas nervosas partes relaxant, verum etiam insigniter roborant: quas inter balnea sulphurata Tœplicensia commendabo. Nec irrita efficacia pediluviorum ex aqua flaviatili, floribus chamæmeli & furfuri bus triticeis paratorum; quibus tepidioribus dumtaxat, & successiva aquæ calidioris affusione moderandis æger quavis vespera cubitum iturus pedes ad suras usque immittat: hæc enim partim humores a capite ad partes inferiores derivant, partim nervosum genus emolliunt, & sanguinis æqualem promovent circuitum. Porro adhuc fonticulum in altero brachio excitari mallem; & humorum ebullitioni sponda, acrimoniae biliosæ attemperandæ, ventriculoque roborando hunc opponerem pulvrem: Recipe pulvis marchionis, lapidum cancrorum ana drachmas duas, cinnabaris nativæ preparatae, nitri purificati, tartari vitriolati, succini preparati ana drachmam semis, olei de cedro Italici guttas IV. M. f. pulvis; cujus drachma vesperi, aut simul mane ex aqua cerasorum nigrorum capienda est. Non minus egregium erit, quotidie aut alternis diebus mane quædam vascula infusi Theebois, aut aliis theiformis ex melissa & abrotano parati, cujus mensura dimidia sexta parte florum lactis & sex nitri granis permixta sit, haurire.

Alvi libertas perpetuo est conservanda, cui inservient mala Borsdorffensiæ cum passulis coctæ; juscule ex prunis Damascenis cum drachma tremoris tartari pârata; pruna ipsa cocta, aut duæ unciae Mannæ loco sacchari in decocto Succoladæ solutæ, & mane devoratae; aut sal Anglicanum, vel Sedlicense quandoque sumendum, cujus uncia dimidia, aut lex drachmæ in quarta aquæ fontanæ mensurae parte soluta & assumentur, & tum aliquot vascula infusi Theebois aut fabarum Coffee forbillentur.

Hæc sunt, quæ in salutem perillustris ægræ proponenda duxi; quibus, si morem gellerit, haud dubito, quin mali eximium levamen sit insequuturum.

Rite quoque hæc omnia adhibuerat ægrotans; unde post aliquot menses malum insigniter imminutum fuisse mihi nunciatum est; ad quod penitus, expugnandum commendatarum medicinarum usum diutius protrahi jussi.

C A S U S XXXVII.

*De primipara ex terrore facta maniaca,
O feliciter restituta.*

Viginti annorum, temperamentique languineo-melancholici foemina, ad terrorem facillima, venerique deditissima cum in primo vix quatuor hebdomades transfigisset puerperio, accidit, ut noctu ex motu fenestræ apertæ & a vento agitatæ illa placide dormiens evigilarer, & spectri suspicione perterrita, custodi acclamataret. Hunc clamorem quædam foemina ipsi consanguinea in proximo cubicoli percipiens, putat incendii metum significari, & hinc induxit dumtaxat induita accurrit januæ cubiculi, in quo degenerat puerpera, eamque tacita aperit. Quam cum videret hæc, graviori percellitur terrore, ipsamque suam matrem, longis jam abhinc annis mortuam, spectri larva cubiculum intrasse anxia sibi imaginatur. At vero triduo elapsò factum est, ut mentis errorem, ipsamque rabiem incidet; qua omni sonno destituta, perpetua loquacitate res alienas atque inconcinnas sermone plerumque ligato garrit, & omnia fere alimenta assumere recusat: neque tamen æstu torquetur febrili. Lochia ab ipso partu haud fluxerunt rite, & hoc potissimum tempore ipsi olim menses erumpere fuerant. Infante ergo protinus alii nutrici tradito, ipsi ægrotæ ter successive vena in pedibus fecabantur: & quantum ob assiduam rabiem erat possibile, medicinæ sanguini a capite derivando, mensibusque promovendis idoneæ exhibebantur, maxime pulveres ex nitro, cinnabari, & camphora parati, & emulsiones ex seminibus quatuor frigidis confectionæ. Tantum autem abest, ut inducias furori induixerint, ut ille potius quo-

quotidie ingravescat, ac ægra jam vinculis omnino constringi debeat.

Ego in consilium accitus, præter recensita remedia ægram bis quotidie in balnea ex aqua tepidiori parata immitti jussi. Hæc insignem tulerunt opem; non enim solum corpore, quod antea totum cum artibus tactu frigidum erat, post quodvis balneum admodum incaluit; verum etiam ipsa mens quietior facta ad se redire coepit: quid? quod utero mox iterum conceperit, partum ediderit feliciter, & adhuc valeat optime.

Epicrisis.

Licet ex hoc casu animadvertere, 1.) quod valde infensus sit gravis terror puerperis, iis præfertim, quæ per uterum non latissim expurgatae fuerunt. Tanta etiam terroris fuit vehementia, ut gravioribus partium externarum stricturis sanguinem ad caput repellendo, in ægra nostræ affectum maniacum provocaverit.

2.) Notatu dignum est, quod major adhuc terroris potentia sit in foeminis circa illud tempus, quo menses fluere consueverunt; quoniام horum evacuatio nunquam sine præcedente generis nervosi strictura perficitur. Nam quum terroris ea sit natura ac indoles, ut sanguinem ab ambitu ad centrum sive interiora corporis forti partium externarum constrictione retrovertat; facile patet, eum majori pollere efficacia & præsentissimam noctam inferre tunc temporis, quando corpus jam spalmo adfligitur.

3.) Illud etiam ad observationem insigne est, quod balnea moderate calida, ex aqua dulci parata, & profundiores in iis infessus ad affectum maniacum, si non adeo inveteraverit, tollendum opem ferant desideratissimam. Nos sane pluribus experimentis compertum habemus. præferenda esse balnea omnibus aliis remediis, quæ vulgo in ejusmodi casibus commendari solent. Ratio operationis & felicissimi successus hæc nobis esse videretur. Est in affectu maniaco conversus sanguinis motus a partibus externis ad caput, ob stricturam, quæ hisce partibus a ter-

ore inducitur. Nihil vero tam promte & expedite constructum corporis habitum relaxare, & tubulos supercutaneos, vase que languinea aperire, & sanguinem a capite ad ambitum corporis rursus derivare, atque adeo equarem humorum motum restituere potest, quam balnea moderate calida, pauloque diutius usurpata: quod remedii genus, quamvis recentioribus medicis incognitum vel potius neglectum videamus, vetustis tamen temporibus celebratissimum fuit. Ita enim legimus apud Cornelium Celsum, homines, qui rabie ex mortu canis vel aliorum animalium correpti fuerunt, vel qui hydrophobia laborarunt, balneo aque dulcis fuisse restitutos.

C A S U S XXXVIII.

De delirio periodico cum motibus epilepticis a mensum retentione.

V Irgo quædam XIX. annorum, sanguineo-melancholica, cum ante aliquod tempus sub ipso mensum fluxu gravi percelleretur iracundia, accidit, ut illi fluor protinus subsisteret. Nec quoque redit ad regularem succesum, licet nonnumquam parcior appareret: quo factum est, ut nostra insigni præcordiorum anxietate, doloribus capitis, languore corporis, & matutinis vomitibus satis graviter sollicitaretur. His magis ingrauientibus symptomatibus imploravit medici auxilium, qui quidem illa aperientibus, leniter laxantibus, & uterinis exhibitis, necnon venælectione circa instans mensum tempus in pede instituta oppugnavit; tantum tamen abest, ut illa debellaret, ut potius malum majora in dies sumeret incrementa. Namque non solum dicta symptomata assidue inherent; verum etiam calor præternaturalis cum pulsu celeri tribus abhinc hebdomadibus adparere coepit, quem motus epilepticus, per tres adligens horas, presso comitatur pede. Stipatur hæc accessio mentis errore, & per intervalla vespertino potissimum, nocturnoque tempore re-

redire suevit; ægra circa meridiem satis bene habente. Quamvis igitur & hisce malis varia & antispasmodica & antifebrilia opposita fuerint remedia: remiserunt equidem ex horum usu & epileptica agitatio & astus praternaturalis; nihil tamen feci quavis vespera prægressis gravi cardialgia atque vomitu mentis defectiones incidit ægra; quibus nec pulsum, nec respirationem penitus intercipientibus per tres quatuorve detinetur horas. Ceterum appetentia fit imminutior, & insuper denique per intervalla vehementes cordis palpitationes cum spirandi angustia aut suffocationis metu accedunt, per horam circiter dimidiam inhærentes. Quæ cum ita sint, Tuum, vir excellentissime, imploram judicium, ac doceri aveamus, quinam sit hic affectus? quæ ipsi profutura medicamina? & quinam illius eventus sit sperandus?

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Quod si circumstantias in transmissa morbi historia obvias rite perpendo mecum; haud quidem ignoro, hosce spasmodicos motus, si ex mensium anomalias suos mutuati fuerint natales, vulgo nomine hystericae vel uterinæ passionis venire; quoniā in utero eorum princeps residere videtur causa. Verum enimvero cum præsenti morbo quædam complicantur symptomata, quæ ab hysteria passione omnino sunt aliena, & in mentis alienatione periodica cum corrupta phantasia ac epilepticis motibus stipata consistunt; mallem illum a potiori symptomate delirium periodicum cum motibus epilepticis a mensium retentione ordinandum vocare. Neque enim quemquam fugiet, mensium maxime a gravi mentis commotione, vehemēti iracundia, aut immani terrore inducram subitaneam retentionem atque suppressionem, gravissima ac periculosa comitari symptomata. Namque crux, critice ac salutariter per uterum evanquandus, si exitu suo destitutus intra vasa corporis restiterit: non solum molestam illam, ac variis ægritudinibus producendis idoneam admodum plethoram

gignit: verum etiam accidente animi effectu motus partium vasculosarum, fibrosarum atque carnosarum a naturali reredit ordine, & primum fluidorum circulus redditur inæqualis, deinceps hic æque ac solidorum motus magis interiora versus tendit. Hinc ipse salutares excretiones, quarum debito successu vita atque sanitas conservatur, perturbantur; & exinde denique crux in his vel illis partibus stagnationes oriuntur; quæ pro diversis, quas occupant regionibus, varia atque gravia inducent symptomata. Quod si enim humores ad nervosas ventriculi membranas compelluntur, hujus inflationem, appetitus prostrationem, cardialgiæ, naufragiam, vomitumque excitant: & ipse stomachus flatibus onustus, septi transversi liberum motum descensumque impedit; hinc ad sanguinis circuitum per pulmones remorandum potenter disponit, & inde summam præcordiorum anxietatem, difficillimam & anxiā spirationem, tussimque aridam progenerat. Quum præterea ventriculus ex pari octavo & ramo intercostali nervos suos adipiscitur, vique horum cum omnibus totius corporis nervosis partibus arctissimo jungitur vinculo atq; consensu; fit inde, ut illo spasmis flatibusq. graviter distento, caput simul, pericranium, & maxime membranæ cerebrum medullamque spinalem cingentes vehementer afficiantur, constringantur, ideoq; ipsa sanguinis per vasa cerebri circulatio admodum retardetur. Huic autem per vascula cerebri crux progressu, in externis partibus impedito, capitis dolores; in internis vero retardato vertigines, corrupta phantasia, mentis alienatio & animi deliquia suos debent natales; & a spasio membranarum, quæ cerebrum ac medullam spinalem ambiunt, motiones epilepticæ ac convulsivæ suam trahunt originem. Quæ cum ita sint, formalis horum symptomatum ratio consistit in spasmatica nervosarum partium, maxime ventriculi capitisque distensione: qua fit, ut humorum in visceribus circuitus impediatur, inæqualis redditur; ipse crux hinc inde stagnet, ac mala jamjam præsentia insigniter foveat non minus, quam adaugeat.

Quam-

Quamvis vero affectus noster mensium retentioni in acceptis ferendus sit : attamen in illo oppugnando horum referationem minime tentare, nec remedia huic opportuna in usum vocare convenit. Hęc enim, ut ut sint incidentia, evacuantia, menses pellentia, roborantia &c. violentis hisce spasmis, qui præcipue malii paroxysmos comitantur, tantum absunt, ut suppetias ferant, ut potius præternaturales motus atque symptomata magis exacerbant: quid? quod ipsa venæfictio vel in pedibus vel brachiiis instituta parum adserat emolumenti. Namque crebra compertum habemus experientia; illam in motibus spastmodicis ac irregularibus minus provide administratam, hos magis adauxisse: & præsertim brevi ante febrium intermittentium, aut epilepticas accessiones institutam, has redidisse longe atrociores. Hinc potius eo omnis dirigatur cura, ut spasmi consoliantur, & partibus nervosis, musculosis atque vasculosis naturalis tonus & pulsus restituatur: tum enim sanguinis irregulares ad caput, ventriculum & pectus congestiones, ipsique paroxysmi sponte cessabunt, aut saltem imminuentur insinuator. Quæ si rite fuerint observata, tunc mensium fluor congruis adminiculis in naturalem redigendus erit ordinem.

Quo igitur proponantur remedia, hisce scopis consequendis idonea, ante omnia alvi libertatem promovere oportet. Huic, cum humores a capite derivent, spasmodique intestinorum mitigent, optime interficiunt clysteres emollientes, qui ex furfuribus triticeis, floribusque chamæmeli coctis, de binis unciiis olei amygdalarum dulcium, tantillo mellis, drachmis duabus salis, ac una nitri permixtis conficiantur. Neque minus huic fini respondet sal Sedlicense aut Epsomense, drachmis duabus circiter in aqua pura fontana solutum, & mane quandoque hauriendum, iufusum quoddam calidum soperibendo. Hoc enim abique ulla humorum exagitatione præstantissimum exserit effectum: nec exsiccat genus nervosum, nec illud vellicat, nec ad spasmos prioritat intestina. Deinceps operæ erit

premium, ut ægra tribus aut quatuor antequamvis accessionē horis balnea, aut duntaxat pediluvia ex aqua flaviatili, furfribus triticeis & floribus chamæmeli para ta, non nimis calidiora, ne humores commoveant, ingrediatur, iisq; per horā dimidiā immoretur. Tum hanc cōmen do mixturam: Rec. liquoris nostri anodyni mineralis unciam semis, estentia castorei, spiritus bezoardici Bussi ana drachmam unam, laudani opati liquidi guttas X. cujus 40. vel 50. guttula statim post egressum e balneo ex potu calidiori assumantur, & inde levior expectetur sudor. Porro suadeo, ut mane æque a vesperi hujus pulveris capiatur dosis: Recipe pulveris Marchionis, antimonii dia phoretici ana drachmam unam, cinnabaris nativæ præparatæ scrupulum, castorei, nitri grana decem. M.f.pulvis, div. in 6. partes æquales. Mane simul sorbillandum est infusum theiforme, quod sic se habet: Recipe herbæ melissæ, betonicæ, salvæ ana manipulum unum, anisi stellati drachmam unam, Conc. cont. d.f. species zum Krauter-Thee. Neque minus insignem operam spondet hoc decoctum: Recipe visci querni unciam unam, radicis pœoniae, valeriana ana unciam semis, herbe betonicæ, verbena, melissæ ana manipulum dimidium, florum hyperici, papa veris rhēados, chamæmeli vulgaris ana pugillos tres. Conc. cont. d.S. species, quarum binas unciae in duabus aquæ mensuris vase clauso pertres horæ quadrantes decoquendæ sunt. Hujus vero decocti largus haustus, binis semper olei amygdalarum dulciutn cochlearibus remixtus ter quotidie assumendus, ejusque usus per binas septimanias protrahendus est. Quod si autem harum medicinarum congruus usus spem sefellerit, nec malo penitus exflir pando suffecerit, eo meum tendit consilium, ut proximo vere Egranae acidulæ potentur, & externe balnea Tœplicensia adhibeantur. Has enim minerales aquas in ejusmodi spastmodicis affectibus funditus expugnandis desideratissimam edidisse opem, sapientius deprehendi.

Ut denique de morbi eventu quedam præ sagiam; hunc, si usui exacto com

men-

mendatorum remediorum pertinax vivendi ratio accelerit, omnino salutarem fore spondeo ac exoptatissimum. Quod si autem ægra medendi eam rationem neglexerit, vieti irregulari, maxime animi commotionibus indulserit, frigori se sapius exposuerit, aut sub aere humido, udisque habitaculis degerit; porro incongruis cibis, parco potu, minusque sufficienti corporis motu usa fuerit: facilissimum erit, ut hic affectus vel in epilepsiam chronicam vel soporosos ac paralyticos affectus, cum abolitione sensuum atque membrorum flatus; vel denique in ipsam trahat apoplexiā.

C A S U S XXXIX.

De tinnitus aurium pertinaci.

Fœmina XXX, annorum, quæ nunquam mensum fluorem passa, nec variis remediis, ac frequenti venæsectio-ne incassum adhibitus, unquam gravida, nec gravioribus malis, nisi spasmodicis ac tensivis dorsi, artuum, capitisque doloribus, alvique legnitiei olim obnoxia fuit; a proximis elapsis paschatos feriis affluisse ærumnis atque sollicitudinibus cruciata, somno abhinc minus placido frustra, sed de insigni capitatis debilitate atque temulenta conquelta fuit. Has agitudines ante semestre tempus exceperunt graves aurium tinnitus, a capitatis adhuc immunes doloribus: quicquidem mox sponte evanuerunt; sex autem post hebdomadibus noctu redierunt, & abhinc matutino potissimum tempore per integrum mensem acerbe savierunt. Neque vero his lecto affixa ægra, epilis iudulit satis largis; insuperque frigidulam in vertice percepit sensationem. Oppugnavit hæc mala uero acidularum Wisbadenium mane calide potarum per tres hebdomades protracto: quæ quidem alvum subduxerunt egregie, tinnitus illicem vero tantum abeit, ut sublevarerint, ut ille potius atrocior inhæserit atque vehementer. Neque enim noctu ab illo fuit iam libera, & ad levissimam capitatis motitationem, insignem in illo sonitum, ac si

campane pulsarentur, percipit. Jungebantur etiam tensivi dolores capitis, oculorum, digitorum & omnium artuum, horumque debilitas: in vertice gelidissimus est sensus; appetitus prostratus; alvus pigra, & singulo triduo pluris balsamicis tolvenda. Ipse tinnitus finistram potissimum occupat aurem, ex qua spasmus per integrum caput senvire, ac tandem ipsum cor adoriri videtur, ut fere lipotymica adpareat; gravius adfigit malum, si in dextro ægra decumbit late-re: pedes eximio languore afficiuntur, ut vix incedere queat, nec denique sermo est satis expeditus, nec auditus facilis.

Propinata ipsi fuere varia medicamina, & interna, & externa; vena in pede se-cata, vesicatoria adplicata. Sumit sapientius balsamicas pilulas, pulverem bezoardicu-m cum liquore anodynō, infusum theiforme ex herbis cephalicis &c. auri admovit balsamum vitæ; panem recens pistum & adhuc ferventem: succumque cepa-rum: naribus plerumque siccis & obstru-ctis attraxit pulverem errhinum ex herbis cephalicis paratum. Ad conciliandum somnum temporibus adplicavit unguen-tum ex unguento de alabastro, croco, camphora, oleo nucistæ, & oleo ligni rhodii confecto: quo quidem id obtinuit, ut somnus placidus sit, nec turbetur surru, nihil tamen secius evigilantem corripit iterum tinnitus ille cum reliquis molestis symptomatibus.

Epicrisis.

Tinnitus aurium, præcipue gravioris & contumacioris, caussas & genera-tionem explicare & opportunam me-dendi rationem monstrare non tam facili-s est negotii, quam quidem vulgo putant. Nemo enim, qui interioris auris artificiosissimam structuram & fabricam aurisficanque soni formationem non penitus cognitam perspectamque habet, id feliciter tentabit. Neque alias facile in-telliget, cur contumacis ejusmodi mali sanatio tot tantasque sibi adjunctas ha-beat difficultates. Compertum ex anato-micis est, per tubam Eustachianam ac-

rem

rem intrare interiorem auris cavitatem, quæ est inter tympanum & auditus ossa, interq; vestibulum labyrinthi & cochlear, quod clauditur foramine ovali. Hic aer internus externe per aurem, meatum auditorium, ac tympanum miris modis commotus ac repercutitus, foramine ovali aperto ad vestibulum, atque ad membranam nervi auditorii, quæ labyrinthi semicirculos & cochleam investit, delatus soni ideam menti exhibet. Ad circulationem vero aeris interni, quæ consistit in ejus purioris pertubam Eustachianam introitu & exitu, promovendam, necnon ad variam tympani tensionem ac remissionem plurimum contribuit motus muscularum, quibus auditus ossa reguntur. Quando igitur accidit, ut fibrarum nervearum compages, quibus universa auris cavitas, ejusq; officula praecinguntur, a tono ac tensione sua naturali varias ob caussas dejiciatur, tunc non modo facilime sunt hac in parte sanguinis atque humorum decubitus ac stagnationes, sed etiam liberior aerisitus ac redditus intercipiuntur. Tum vero aer internus calore expansus, multiplici allitu & compressione exquisitissimi sensos membranæ, quæ auditus instrumentum constituit, motum inducit tremulum, vibrantem ac pulsatorum, quo menti tinnitus offertur perceptio. Atque hæc tremula nervorum, qui auditui inserviunt, compotio ob viciniam & consensum reliqua etiam nervorum paria, & membranas cerebri moleste afficit, ingenitatemque iis infert debilitatem: unde major subinde fit ad congestiones & stagnationes humorum dispositio; quam cephalalgiae ac dolores tensivi in vertice ac nucha, noctesque insomnes insequuntur.

Quod curationem attinet, ea in praesenti ægra hoc modo instituta est. Deditus primum pilulas, quæ habebant extracti hellebori nigri, panchymagogi Crollii, mercurii dulcis, cinnabaris preparatae ana drachmam semis, balsami peruviani scrupulum unum, salis succini, pulveris castorei ana grana decem; de quibus ægra vi ginti sumunt alternis diebus circa lecti introitum. Ab harum usu factis sex sedibus, non tamen sine tormentibus, magnam viscidæ & biliosi humoris copiam dejectit. De-

inde ordinavimus medicamentum nervinum & diaphoreticum ex tinctura antimonii acer, spiritu nostro bezoardico (cui substitui potest spiritus eboris vel cornu cervi succinatus) & liquore nostro minerali anodynæ æqualiter mixtis, mane in lecto ad quinquaginta guttas sumendum, sub juncta largiori herbæ melissæ sorbitione. Jussimus præterea capitæ externe adiplicari cucupham pane, sale tosto, caryophyllis, semine cumini, baccis lauri & floribus charaximeli romani repletam. Dissuasimus etiam omnia flatulenta, acida, aeris frigidæ admissionem, & graviores animi, quibus ægra alias obnoxia fuit, commotiones. Externe autem pluribus incassum adhibitis, optimam præstissime operi observavimus unguentum ex anodynæ concinnatum, temporibus & autis lateribus adipicatum; cuius usum somnus tranquilliorum insigni symptomatum levamine, viariumque refectione sequutus est. Hujus enim generis remedia, veluti sunt Zibethum, ambra, moschus & crocus decenter soluta, & auribus indita, virtute, qua polent, sedativa ac demulcente præternatiales fibrarum nervearum commotiones sufflaminant, atq; ideo etiam in sistendo ejusmodi tinnitus omnibus aliis, quæ vulgo externe adhiberi solent, anteferenda sunt. Ceterum ad curationem pertinacis aurium tinnitus haud facile suaserim aquas medicatas, sive thermae sint, sive acidulae; crebriori eductus experientia, in affectibus ex debilitate cerebri ac nervorum ortis, & ubi languidior est humorum per capitales vasa circuitus, copiam aquarum mineralium plerumque parum commodi ac levaminis afferre; quoniam tenuissima cerebri vasa ægre transfeunt, atque adeo majoribus stagnationibus amplam præbent occasionem.

C A S U S XL.

De auditus difficultate cum fluxione serosa.

Vix litterarum studiosissimus, 27. auctorum, temperamenti sanguineo-chole-

cholerici, tenerioris ac strictioris corporis habitus, ad iram proclivis, a teneris in molestias imi ventris tormentos, colicas, capitis dolores, somnum turbulentum, ventriculiq; debilitatem pronus, & olim auditu difficulti tentatus fuit. Hunc contra variis pugnatum est adminiculis, & praeter variis medicos chirurgi cuiusdam famosi auxilium imploratum, qui se malum extirpatum promittens, & aliquid præternaturale auri intrusum ratus; hoc forcipe, cerasi magnitudine extractum, cognovit esse cerumen insipissatum, fere gypseum, ac adeo durum, ut vix cultro secari potuerit. Tum restituta quidem est auditus libertas: at e sinistra aure, quam obsederat cerumen illud, humor tenuis, paullo rubicundus, lymphatico similis effluere coepit. Oppugnavit hunc floorem dictus chirurgus spiritu quodam in ipsum auris meatum instillato; qui vero tantum ardorem excitabat ægro, ut illum omitteret. Increvit inde effluxus ille copiosissimus, auditumque prorsus reddebat liberum. Hinc medicus quidam consultus dedit medicamina interna pariter ac externa: sed nec hæc ob ægri negligentiam partim in ipsis medicinis sumendis, partim in regimine & capitib; maxime ab aere frigido munitione commissa; nec in sequenti pubertatis anni, juxta medicorum prognoses desideratam tulerunt opem.

Tum J. imploravit æger auxilium D. W. ejusque medicatione per duos annos usus nihil deportavit levaminis; neque votis respondit fonticulus sinistro inflexus brachio. Hunc enim per aliquod tempus gestatum sequebatur copiosa muci purulenta, foecidi, viscidæ, coloris citrini ex dextra aure, hac tenus ab omnibus symptomatibus immuni, excretio: quæ dolorem in meatu auditorio, insignemque pruritum excitabat, & ad aeris constitutionem se habebat. Namque ab hoc frigido & humido constrictus quasi ac obturatus videbatur meatus, ut ichoris equidem minorem copiam sunderet, majorem auditus pareret difficultatem: contra vero cœlo existente sereno liberius audiebat, sed

Hoffm. Consult. Med.

saniem aure largius reddebat; quæ denique in humorem transit sero haud diffimilem.

Binis abhinc annis sub horrida hyeme ac austera tempestate itineribus quibusdam functus, insigni corpus exposuit refrigerationi; & hinc vere accidente podagrum incidit, atque chiragram. His intra trium septimanarum spatium post exhibita interna remedia feliciter depulsi, successit rubedo, molestusque ardor in volis manuum pedumque plantis: tum ipsa cutis elevabatur, abscedebat, ac denique reddebat largam tartareæ materię quantitatem.

Hæc itaq; præsens est ægri constitutio; ut ex dextra aure ichor foetidus, sæpe viscidus, assidue, majorique copia fluat, minori vero ex sinistra feratur quantitate, auditusque sit admodum difficilis. Ipse putat, hanc materiam præternaturalem ac copiosam, in meatu auditorio secretam*, nec consistentem, nec coloris ceruminis similem impedire, quo minus sonus ad tympanum queat allidere: sed aerem primum mucum illum ferire, qui cum molle corpus constituat, tam validum sonum omnino referre non posset, quem aer ad tympanum allisus formaret. Hinc etiam veretur, ne temporis diurnitate ab hoc humido ipsius tympani contigat relaxatio. Sperat autem, fore, ut ex instrumento Deckeri acustico, externe auri adplicato, & sub capsillis factitiis gestato soni determinatio ad auditus organa accuratior, hinc auditus facilior reddi queat.

Ceterum victum jam observat pertinacem; cerevisiam fugit, & quavis die unam dumtaxat vini gallici mensuram, atque loco potus Theebois, qui ventriculum aggravat, decoctum Coffee saturatus bibere suavit; somno fruitur placido; nec curis indulget amplius, nec sollicitudinibus. Alvo gaudet lubrica; flatibus ac murmuribus imi ventris admodum sollicitatur; urinam reddit citrinam cum sedimento. Tinnitum dextræ potissimum auris sublevare potest compressione narrum ac oris, qua fit, ut flatus per ductum Eustachii & tympani foramen erumpant: hinc anceps heret, num forsitan

chor ille preternaturalis in viciniis processus mastoidei residueat? Denique nec ignorari oportet, æ gri patrem non minus difficiliter laborare auditu; reliquos autem fratres sororesque ab illo vivere immunes.

CONSULTATIO.

Intellexi excommunicata mecum morbi historia, æ grum longis jam abhinc annis fluxione serosa e sinistra primum, dein dextra simul aure facta detineri. Contigit illa procul omni dubio ex nimia glandularum circa aurem positarum, & in naturali statu cervicem separantium relaxatione: unde non solum serum illud, quod in spissam ac gypseam fere materiam, meatum auditorium obturantem, transiit; verum etiam liquor ille tenuis ac limpidus jam auribus fusus effluxerunt. Hisce vero molestius fundamentum suppeditarunt capitis refrigerationes, malum vitæ regimen, & maxime impura humorum dyscrasia, ventriculique imbecillitas: qua jam adhuc laborat æger, & hinc infusa calidiora ferre nequit, multisque abdominis borborygmis vexatur. Quandocunque enim chylus minus laudabilis sanguineæ admiscetur malleæ, generantur humores impuri, tarei, salti; qui accedente refrigeratione in nostro ægrotante non solum podagræ chiragraæque causa fuerunt, verum etiam fluxionem illam aurium serosam magis soverunt, atque sustinuerunt. Denique vero est simillimum, tympani membranam, aliasque partes ad auditum necessarias, intra auris cavitatem sitas, multa humiditate nimium esse relaxatas: unde partim auditus difficilis, partim tinnitus aurium suos mutuantur natales.

Hæc ergo funditus expugnaturus mala, non externis solum medicamentis, verum etiam internis, quæ sanguinem purificant, humores a capite derivent, & ventriculo tonum restituant, pugnare debet. Quæ ut obtineantur, præter rectam vivendi rationem operæ erit pretium, ut alvi libertas promoteatur pilulis blandis balsamicis, ventriculum simul laboranti-

bus, quarum alternis diebus novem vespere deglutiendæ sunt. Deinde potui ordinario decoctum substituere, quod & humores depuret, & stomachum confortaret; cuius hæc sit compositio: Recipe radicis sassaparillæ, scorzonerae ana uncias quatuor, glycirrhizæ, cichorei ana unciam unam, mastices, seminis foeniculi ana drachmas duas. C.C.d.S. Species, quarum binæ unciae in tribus aquæ mensuris per horam dimidiâ coquendæ sunt. Tum autem consulo, ut sub epulis ex ultimo allegati decocti haustu LXXX. gutte Elixirii mei stomachici assumentur. Ut porro caput confortetur & affluxus discutiatur, haud alienum erit, saccharum pondere unciaæ dimidiæ pulverisatum, & vingtibalsami mei vitæ guttis permixtum quandoque sternutatori pulvris instar naribus attrahere, aut in ore detinere, ut solvatur. Non minus insignem utilitatem spondet balsamus Peruvianus, aut gossypio exceptus & auribus inditus; aut illis super prunis per infundibulum admissus: nec denique levem feret operam hoc emplastrum; Recipe emplasti de meliloto unciam unam, pulveris chantharidum drachmam unam. M.d. quod corio inustum magnitudine nummi, quatuor grossos valentis, nucha singulo triduo recens adplicetur per quatuor hebdomades, ipsumque collum fascia probe muniatur. His si morem gesserit æger, insuperque ab animali affectibus, cibisque flatulentis sibi caverit, corpus moderate moverit, calidores potus evitaverit, & regionem ventriculi balsamo meo vitæ quandoque inunxerit: non dubito, fore, ut ille adhuc juncion vegetusque a malo suo penitus vindicetur. Nec denique adprobo, quod integrum vini gallici mensuram quotidie petet, cuius sexta pars sufficit.

ULTERIOR RELATIO.

PErcepimus, virum illustrem fluxionem illam serosam, qua auditus difficilis in nostro ægrotante stipatur, ex glandularum circa aures positarum relaxatio-

xatione derivare, ejusque principem causam in cacochymia serosa, ac debilitate ventriculi tono collocare. His opposita medicamina rite quoque usurpavit æger, & præcipue ex commendato decocto largiter hausto optime habuit, & copiosorem abhinc urinam reddi percepit. Præscriptæ pilulae alvum duxerunt satis bene; at aliqualem illius reliquerunt adstrictio nem. Hæc remedia cum Elixirio stomachico imminuerunt quoq; borborygmos, leviores ructus atque dolores intellinorum circa umbilici regionem excruciantes aliquantulum, sed nondum penitus sustulerunt. Externis non minus remedii, nimirum pulvere sternutatorio ex saccharo & balsamo vita parato, balsamo peruviano, & vesicante emplastro usus fuit: quod cum molesta glandularum colli subcutanearum intumescientiam excitareret, per binos quidem dies absque cantharidibus impositum; dein vero tumore illo congruis discutientibus calide applicatis sublato, per tres hebdomadas continuatum est cum cantharidibus. Nec spem fecellit hoc vesicatoriorum; siquidem exinde non solum affluxus ad aures, maxime dextram imminutior factus; verum etiam ipsa seri effluentis acrimonia magis fuit temperata.

Ceterum flatibus torquetur æger insinuator, qui aures æque ac ventriculum & intestina occupant: non minus capitis tormentis, præcipue in dextro latere circa frontem auremque saepius exercetur: si assunserit acida inter cibos, mox colicos, spasmodicosque circa umbilicum sentit dolores. Sominus, quo per decennium minus placido fuit fruitus, jam quoque admodum turbulentus est, nec nisi per sex vel septem horas protracti potest. Pedes a levissimo frigore graviter afficiuntur: urina fertur coloris citrini, vel magis auranti absque sedimento. Appetentia, uti semper, ita jam præcipue exigua valde est; nec nisi pisces edere cupit, carnesque maxime bovinas aversatur, cum exinde protinus infletur ventriculus. Tabaci vero fumo largius indulget, hac potissimum pluviosa tempestate; sub qua cubiculo veluti carcere inclusus in publicum prodire recusat. Quæcum ita sint, ulterius efflagitat consi-

lium, ac potissimum doceri cupit, num vi no generoso Secundum dicto ad ventriculum roborandum, parca quantitate utiliceat?

C O N S I L I U M.

Quum commendata remedia in auditus vitio felici effectu haud fuisse destituta intellexi: transmittit jam & pristinum stomachicum & simul viscerale meum Elixirium; quod utrumque ventriculum roborat, statusque discutit, & alternativam ita est adhibendum, ut quod ventriculo suo convenientius deprehenderit æger, magis in usum vocet. Neque minus decocti potatio protractenda; pilulae ter quavis hebdomade sumendæ; & vesicatorium jam omittendum est. Contra vero operæ erit pretium, collum auremque affecti lateris balsamo meo vita sedulo fricare, aut illius quædam guttulas gossypio exceptas auribus indere: non minus ad caput roborandum insignem feret opem succinum pulverisatum alternis diebus capiti inspersum, & dein iterum pectine abstergendum. Nimius autem Tabaci usus noxius est: dulce vinum Secundum ventriculo confortando omnino opportunius erit vi nis acidulis. Hæc sunt, quæ in salutem æ gri proponenda duxi, quæ Deus reddat salutaria precor.

C A S U S X L I .

De Auditu gravi cum imbecillitate gen eris nervosi, aliisque sympto matibus.

PEr illustris quidam comes, jam di viduus 69: annorum, temperamentii languineo-cholerici, ad iram pronus, corporis, ob duriorem educationem, multos que bellum labores in juventute perpestos, latus firmi atque robusti, nullis diatæ ex celsibus indulgens non solum olim, verum etiam jam, maxime cum a scalis descendit, saepius vertigine sollicitatur, & post præviæ meditationes, & acriores ani mi intentiones de cervicis dolore ac capi-

tis debilitate conqueritur. Unus cum di-
midio elapsus est annus, ex quo aliquando
humido frigidoque cœlo peregre domum
reversus, affectu sinistri faciei lateris spa-
modico ac quasi paralytico noctu corripie-
batur subito, cum informi oris & labio-
rum distorsione, eorumque inflatione, oris
sinistri contractione, ejusdemque versus
sinistrum angulum inflammatione. Neque
vero ulla aderat febris commotio, nec o-
culi affecti ac sanguine suffusi acies læde-
batur, quin visus illius pariter ac dextri
permanerit integer: attamen linguam
obsederunt pustulae quædam, ardentes
inferentes dolorem.

Oppugnabatur hie in tam confirmata &
tate satis gravis affectus moderatis diapho-
reticis dilutientibus, nervinis, blande la-
xantibus, siccis fomentis ac frictionibus, &
Deo sint grates, tanto cum fructu, ut oculi
equæ ac os paulatim pristinum ac natu-
ralem recuperaverint situm. Verum enim
vero quædam adhuc restare videtur mu-
sculorum oris relaxatio: siquidem eo non
valet more alias consueto tibiarum sonum
imitari: cui etiam eximia auditus difficultas
ac fere abolitio supervenit. De hac au-
tem notari meretur, quod sereno existente
aere eadem gravitate urgeat, ac sub plu-
viola tempestate, quæ in aliis subjectis ma-
lum plerumque exacerbare solet: nec quo-
que more huic vitio consuete tinnitu aut
susurrus auriū stipatur. Sub aere libero libe-
rior quoq; est auditus, quam intra cubile, &
in fornicatis locis, sono propagando alias
convenientissimis, gravior ac plane nullus:
contra vero, quod peculiariter adnotacione
dignum, facillimus, si ęger a puncto sonoro
aliquantulum remotior superiore dextre
auris regionem a capite paullulum re-
clinaverit. Quod si enim v.g. prope ad ho-
rologium pendulum fuerit, ejus pulsus
haud audit: si vero quatuor vel quinque
passibus ab eo distat, & disto modo aurem
a capite elevat, illius motus forsitan ob
commodiorem tympani ad recipiendum
sonum situm distinctius percipere valet.
Denique etiam sinistram auris longe gra-
vior deprehenditur auditio, quam dextre,
nec ulla adjuvari potest arte.

Ceterum bene habet illustrissimus a-

ger, & pro ætatis ratione optime viget: e-
quo vehi, venatum profici sci, omnesque
funtiones strenue administrare valet.
Diætam observat strictiorem; nec largis
indulget epulis: coena utitur parciori, nec
nisi juscule quodam vescitur; sub prandio
vinum Rhenanum debilius, & assumptis
cibis durioribus, haustum Hungarici; sub
coena non nisi cerevisiam assumit: somno
fruitur placido, viribusque gaudeat satis ro-
bustis, nisi quod descensus a scalis ob me-
moratam vertiginem difficilior fiat atque
molestior. Neque unquam obnoxius fuit
excretionibus sanguinis naturalibus per
nares aut hæmorrhoides: nec nisi alvi solu-
tionem critice olim expertus est quandoq;
quæ sub præfenti affectione evanescere fe-
re videtur. Bis quotannis circa æquinoctia
venas in brachio tundendas præbere sue-
vit, cum venæctionem in pedibus, quam
olim saepius institui curavit, sibi magis no-
xiæ deprehendit. Denique nec ignorari
oportet, mentis alacritatem post sumtas e-
pulas longe majorem esse, quam ubi je-
junus est ventriculus: a prandio enim labori-
bus cum meditatione junctis commode
fongitur, quos mane absque insigni capitis
debilitate perficere nequit, nec tum nisi
tremula manu scribere valet.

Quamquam igitur arduum ac difficile
valde videatur, ut ęger partim ob ætatem
provectionem, partim eximiam nervosi ge-
neris imbecillitatem, atque membrana-
rum cum cerebri, tum meatus auditorii ac
tympani debilitatem a malo suo vindice-
tur penitus: non tamen dubitat, fore ut
ex Tuo, Vir Excellentissime, consilio
affectus sui levamen, ejusque & a perfecta
surditate & ab aliis hac maxime inimica
tempestate metuendis gravioribus malis
præservationem obtineat. Hinc mentem
tuam oxyflime cognoscere cupit, ac doceri
potissimum avert, quæ thermæ externo
usui, quæve interne acidulæ aut minera-
les aquæ ipsi futuræ sint salubres; quas meo
quidem arbitrio cautissime adhibendas
ceaseo.

RESPONSI CONSULTARORIA.

POstquam ægritudinis, qua per illustris Comes a R. sollicitatur, omnia momenta probe mecum perpendi: ex relatis judico, non solum paralyticum illum affectum, quo uno & dimidio abhinc anno fuit infestatus, cujusque adhuc quædam in movendo ore ostendit vestigia; verum etiam vertiginem, auditum gravem, & capitum post acres meditationes debilitatem nimia: seri colluviei, & inde productæ nervosarum partium cerebrum ac organa sensibus dicata ambientum imbecillitati atque atoniæ suos debere natales. Hisce autem partim ætas confirmata, partim subitanea aeris mutatio, ac refrigeratio, cui sub venationibus fuit obnoxius, causam suppeditasse videntur. Quod peculia ria momenta, quæ difficilem auditum comitantur, attinet, ea ex membranarum nervosarum auditus organa involventium tam internarum quam externarum nimia siccitate derivare ideo, quod obauditio illa gravis & humida & Serena tempestate eadem sit, nec ullo aurium fusuro stipetur, licet non negarem, sub initio nimiam nervorum auditus laxitatem fuisse præsto. Neque vero dubito, quin difficilis ille auditus etiam a cerumine inspissato, indurato ac tympani membranam occupante dependeat: id quod experientia saepius comprobatum habui, & hoc in casu operæ fuisse pretium deprehendi, si lac calidum, cuius ea, quam cochlear caput, portio cum quatuor olei tartari per deliquiu guttulis permixta sit, saepius immittatur auri, & per aliquod tempus in ea detineatur; quod decubitu corporis ad latus inclinato eo melius obtinebitur. Non minus regionem circa aures balsamo meo vita frequentius fricare oportet, aut os cum calido vino balsamo vita maritato matutino tempore colluere, eodemque fauces garrire; quod capitum confortationi egregie inserviet simul.

Inter medicamina interno usui opportuna solliciti ante omnia esse debemus, ut alvus sit libera, quæ in hominibus ætate provectionibus, partim cum in illis bilis

Hoffm: *Consul. Med.*

haud satis balsamica est, ac multæ in ventriculo generantur aciditates; partim glandula ac tunicæ intestinorum glandulosæ non sufficientem fundunt humiditatem, plerumque observatur pigror atque adstrictior. Id eo magis in nostro egrotante videtur necessarium, cum olim lubrica magis alvo fuit gavisus. Namque haud rara mihi occurrerunt exempla, alvum siccam segnemque hos capitum effectus excitatæ non solum, verum etiam exacerbante. Sed arduum est, hoc scopo in senibus potiri; purgantia enim magis nocent, quam prosunt. Meo quidem arbitrio in usum frequenter vocandus est pulvis quidam absorbens, cuius hæc sit compositione: Recipe lapidum cancerorum unciam dimidiad, nitri antimoniat drachmas duas, extracti rhabbarari tenuioris cum menstruo aquo & sale tartari parati drachmam unam. Hæc commisceantur invicem & exsiccata mane vel vesperi bis quavis hebdomade pondere drachmæ unius exhibeantur: & præterea inter epulas saepius poma Porsdorffensia cum pulsulis minoribus cocta assumantur. Deinde ad capitum nervorumque roborationem commendando essentiam succini cum tinctura tartari æquali pondere mixtam, & cum dimidia parte spiritus salis ammoniaci vi nosi maritatem, mane & que ac vesperi L. vel LX. gottulis hauriendam. Cum porro magna vis in congruo potu sita est: ejus ordinarii loco exhiberem æstate acidulas Selteranas cum tertia vel quarta vini parte commixtas, hyeme decoctum quoddam: nec denique a venæfectiōnum bis quotannis administratarum ufu desistendum esse suadeo. Ceterum in tam provectioni ætate non tam circa perfectam mali extirpationem, quam potius vitæ conservationem sollicitum esse oportet: cui minerales aquas aut thermas minus fore convenientes judico.

CASUS XLII.

De cœcitate subito suborta.

Studiosus triginta & septem annorum, temperamenti sanguineo-melancholic, a teneris se prolsus studiis dedit, lucubrationibus admodum indulxit, maxime cum ante biennium erudiendis liberis operam navaret. Namque tum ad feram usque noctem protraxit meditabundos labores; hora quarta matutina iterum surrexit; ad prandium usque jejonus mansit, aut saltē vini adusti haustum assunxit, & sub epulis parco potu usus alvum semper habuit segnem. Hoc vita genere per annum cum dimidiō continuato, accidit, ut dum gravi aliquando percelleretur; iracundia, primum capitis dolores, ac sensum formicationis in fronte, & tum subitanèam incidit cœcitatem, cum gravi auditu, sermone præpedito, ac tensivis dextri brachii pedisque tormentis. Adhibita protinus sunt pediluvia, & vena in sinistro pede secata; quæ non minus ac ea, quæ elapsi post binis hebdomadibus in brachio sinistro tundebatur, nullum fudit cruentum. Hinc scarificatio, cui olim adsuoverat, per biennium vero supersederat, in nucha ac vertice capitis instituebatur; & alvi obstructio clystere emolliente oppugnabatur. Tum visus quædam redit potentia, qua sub accensam lucem melius, quam lunæ splendorem videre valuit; legere tamen nondum potest; ac nubeculas adhuc ante oculos versari afferit.

Ego in consilium vocatus primum ordinavi hunc pulverem: Recipe cinnabaris nativæ præparatæ, lapidum cancrorum, succini præparati ana drachmas duas, salis volatilis succini, cornu cervi ana grana decem. M. f. pulvis. S. Pulver zu einen Quenteben auf ein mahl.

Deinceps commendavi has pilulas: Recipe mercurii dulcis massæ pilularum nostrarum ana drachmam unam, extracti panchymagogi Crollii drachmam semis, extracti castorei grana quatuor. M. f. pilulae ex scrupulo XX. Harum nimirum pilularum XX. tribus successive diebus

mane sumasit; tum per quinque dies mane pariter ac vesperi pulvrem adhibuit, postea iterum pilulas per 3. dies & demum pulveres cepit, & sic alternavit. Porro hoc de coctum dedi: Recipe radicis valerianæ unciam unam, herbeæ melissæ manipulum unum, feminis foeniculi drachmas duas Conc. cont. d. S. Species instar Theebois usurpandæ: hujus enim vaporem manæ oculis admittere, & post sumta medicamina commendata octo vel decem vascula forbillare debuit. Non minus exhibui balsamum meum vitæ, ut illum & naribus admoveret, & eodem tempora inungat, & tandem VIII. illius guttas manæ ex allegato infuso hauriat. Denique etiam quotidie in pediluvia ex furfuribus tritici & floribus chamæmeli pedes ad suras usque immisit: & his per aliquot hebdomades rite adhibitis visus perfectam recuperavit potentiam.

Epicrisis.

Cœcitas, quæ subito invadit, speciem præ se fert paralyseos, ac potissimum fit a stagnatione & secessione seræ sanguine circa thalamos nervorum opticorum; quorum compressio liquidi illius nervi animalis liberum in nervos opticos influxum impedit: hinc oritur visus privatio, salva & illibata structura oculorum; siquidem exterius in iis nullum alicujus labis vestigium deprehenditur. Proficiscitur autem hæc seræ stagnatio potissimum a debilitate cerebri, nimis que ejus fibrilarum relaxatione, quæ sanguinis cursum per hanc partem difficiliorum reddit: unde his cerebri vasis impactus hærens serofitantes dimittit, quæ certo in loco imi cerebri copiosius congestæ hæc vel illa nervorum paria comprimit, earumque partium, ad quas hæc paraffuntur, functiones depravant, vel penitus destruunt. Præsenti in casu nimis animi contentio in meditando, nimis vigiliae ac diurnus mœror animi cerebrum, atque ex eo oriunda nervorum paria magnopere debilitarunt. Est enim harum rerum ea natura ac indoles, ut conjunctæ ad graves capitis morbos, melan-

chiam, paralysin, apoplexiā & affectus soporosos facillime disponuntur. Accedit huc sanguinis crassities atque impuritas, eisque ad caput congestio: quæ omnia ad nimiam potus abstinentiam, matutinum spiritus vini usum, contumaces alvi obstruktiones & intermissas sanguinis per venæ sectionem aut scarificationem evacuationes referenda sunt. Non itaque mirum videri deberet, quod subtali humorum statu ac dispositione cerebri sanguis a graviori animi commotione cum impetu ad cerebrum congestus ibique subsistens non modo gravatūm capitū dolorem ac cœcitatem, sed etiam pungitivum & lancinantem dolorem in dextro pede ac brachio excitaverit. Quum autem hic effectus nondum in veteratus, sed adhuc recens sit: facile judicare licet, ægrum non extra spem visum recuperandi positum esse, si modo accommodata huic malo remedia convenienti ordine ac tempore administrantur.

Quam ob rem præter venæ sectionem, scarifications, alvique laxationes, utilissimam tali in casu opem ferunt ea remedia, quæ stagnantes humores resolvunt, atque discutiunt, eosque a capite & partibus superioribus ad inferiora divertunt, ac denique corroborant. Quum vero mercurialia rite præparata, & cum primis cinnabarina decenti modo ac tempore usurpata, plurimum valeant ad lympham stagnantem in partibus etiam remotoribus removendam, atque in convenientem motum reducendam, quemadmodum id satis abundeque adparet in lue venerea; hinc in gravioribus longis passionibus, in paralyti & epilepsia non sine insigni fructu iis uti sumus non solum scopo purgandi, sed etiam fine diaphoretico, qui facilissime obtineri potest, si infusa calida, diaphoretica virtute imprægnata superbibuntur. Remotis igitur causis & resolutis stagnantibus circa thalamos nervorum opticorum humoribus, nihil utique consultius est, quam cerebrum atque universum genus nervorum præstantissimis balsamicis cum interne, tum externe adhibitis corroborare, fibrilque nitium relaxatis pristinum tonum ac robustum restituere, quam ad rem usus balsa-

mi nostri liquidi quam maxime commendandus est. Ceterum ex hujus morbi historia, ejusque felici sanatione illud imprimis cognoscere licet ad tollendam cœcitatem, seu guttam serenam non adeo inveteratam, cinnabarina ac mercurialia cum subjuncto balsamicorum usu maximam habere efficaciam: neque dubitandum est, quin similis medendi ratio in aliis gravibus cerebri capitisque affectibus, qui a stagnante & extravasata serosa sanguinis portione nascuntur, si non jam altiores radices eggerint, opportunum locum inveniant.

C A S U S XLIII.

De Visus immunitione ex humorum oculi, potissimum aquei, conturbatione.

Postquam de affectione oculorum, qua Reverendissimus quidam ac illustris vir tentatur, consultus, & ipsos oculos coram inspexi, & ægri temperaturam ac corporis constitutionem rite ex ploravi; & denique varia celeberrimorum medicorum consilia perlustravi: illud vitium nec paralysi nervorum opticorum, aut gutta serena, quæ vulgo vocant *den Schuwartzen Staar* accensere possum, cum pupillam pro diversa radiorum luminosorum receptione adhuc constringi, dilatarique video; neque etiam ad ipsam cataractam, acu auferendam, pertinere arbitror, quamvis haud negaverim, illud demum in cataractam terminari posse. Est potius hic affectus conturbatio humorum, maxime aquei oculorum, a succorum vitium cursu per oculum turbato ac immunito, & tunicarum vasorumque oculi constituentium robore labefactato derivanda.

Hinc partim artas provectionis, partim mentis labores aciores, forsitan nocturnis potissimum lubricationibus ad candela lucem administrante, eximium proculdubio contulerunt momentum. Hisce enim integrum nervorum genus:

cum liquido eorum tenuissimo valde debilitatum fuisse, exinde colligo, quod illustris æger de vertigine, variis imaginibus ante oculos obversantibus, olfactus nimia sensititate, qua graveolentia ferre nequit, ac somno turbulento conqueratur. Neque vero minus hæc vitia adauxit ventriculi destruetum robur: quo, ut multæ acidæ, biliosæ, mucideæ fordes generentur, digestio impediatur, & illegitimus chylus, ex cuius integritate non solum sanguinis bona temperies, verum etiam elater partium solidarum, maxime cordis, & inde factus humorum liber cursus dependent, producatur; contra vero multi flatus enascantur, qui accedente alvi obstruktione, per superiora eructant, & cruentem, vapidasque exhalationes ad caput rapiunt.

Quibus sic se habentibus cum ventriculi vigor imminutus, lympha tanquam totius corporis & humorum oculos obfidentium nutrimentum, spissa ac impura, caput imbecillum, oculi debilitati & ætas confirmata præsto sint; facile judicare licet, nullum esse locum violentis remediis, veluti sunt vomitoria, setacea, vesicatoria, martialia, millepedes, aliqua calidiora cephalica ab exteris medicis, maxime D. Wolhuysen commentata. Hæc enim junioribus personis, ubi vitium oculorum ex aliis caussis originem traxit, provide applicata quandam quidem pollicetur effectum: at in nostro casu majus sanitatis atque vita minantur damnum. Quare potius vellem, aut medicinis blandis ac natura convenientibus integræ corporis emperiee succuratur, & maxime generando chylo laudabili prospiciatur. Quod si enim concoctrix vis restituatur ventriculo, viresque naturæ confortentur; haud dubito fore, ut ad oculorum affectionem desiderata redundet opera.

Hicse autem scopis obtainendis consulo, ut bis quotannis tempestate serena vena in pede secetur, & sanguinis quatuor extrahantur unciae: quo etiam tempore aerem frigidum, humidumque evitare, cibos duriores fugere, ac animi

tranquillitatem amplecti oportet ægrum reverendissimum. Deinde eximium pollicentur usum pediluvia ex aqua fluviali, & furfuribus triticeis sacculo inclusis parata, & aliquot lactis mensuris permixta; quæ temperata, & ne refrigerescant, successiva aquæ calidioris affusione in tempore conservanda per aliquot hebdomades quotidie circa ingressum in lectum adhibenda sunt, iisque per horam dimidiā infedendum: postea pedes vino Rhenano calidiori cum floribus lavendulae & chamomillae Romanæ infuso inungendi, & denique cunctum eundum est. Tum semel circiter intra 14. dies hauriendam suadeo hanc laxantem potionem: Recipe manna electæ uncias duas, terræ foliæ tartari drachmam femis, aquæ veronicae, florum acaciae ana uncias tres, coque & solve leni calore; colatura ad olei de cedro italicici guttas tres M. d. Hujus dimidia portio mane capienda, deo quædam juscui avenacei vascula sorbillanda; tum elapsa hora dimidia altera pars assumenda, & iterum avenæ decoctum superbibendum erit. Summo enim cum fructu acidis biliosaque fordes blande expurgabit; nec timendum erit, si forsitan ob ventriculi imbecillitatem vomitum simul excitaverit. Pridie ante ejus assumptionem pulverem infra communicandum assumere convenit; & præterea singulo quatriduo pilularum mearum balsamicarum XIV. vesperi devorare, quæ magis ventriculum roborandi, quam laxandi virtute possent.

Mane loco infusi Theebois aliud e melissa, betonica, atque corticibus citri cinnatum, haud adeo saturatum sex vel septem vasculis potandum; & sub epulis ex ultimo haustu 40. vel 50. guttulas Elixirii mei balsamici visceralis capientas suaderem. Neque minus præstantissimam opem exseret levior corporis motus, ut hora una ante, aut tribus post pastum instituendus. Tum operæ erit pretium alternis diebus vel una ante prandium hora, vel a meridie hora quinta vespertina pulverem quædam & acorem

acorem attemperantem, & ventriculum roborantem, & digestionem adjuvantem ex aqua cerasorum nigrorum pondere unius drachmæ assumere, qui sic se habet: Recipe radicis aaronis, pimpinellæ albæ ana drachmam unam, lapidum cancerum unciam unam, succini serculos duos, olei de Cedro, aurantiorum per expressio nem parati, nucis destillata ana guttas quatuor. M.f. pulvis.

Pro localibus remediis, ad confortandos oculos idoneis, laudarem eorum lotionem cum aqua Hungarica, dimidia aquæ rosarium parte permixta ter quotidie instituendam; quæ etiam externe balsamo peruviano neptua abdomini inungi potest. Ipsi oculi ab immediato luminis accessu muniantur probe; caput sedulo pectinetur, & nucha cum dorso frequentius fricitur. His rite observatis spero, fore ut & toto corpori, & maxime oculis insigne accedat levamen; quod ex toto pectori precor.

APPENDIX.

Non ignorari oportet, ægrum nostrum splendidissimo munere ecclesiastico functum & annos septuaginta duos natum novissime elapso anno mihi, cum Ducem Brunsvicensem valetudinis causa accessissim, retulisse, se binis abhinc annis in eam visus abolitionem incidisse, ut quidem lucem a tenebris discernere, hominesque distinguere, lecturus vero litteras minime dignoscere possit. Huic vitio causam dedisse recensebat lucubrationem ac lectionem ad medium usque noctem olim protractam, capitisque simul factam refrigerationem. Multorum, quos in hoc morbo jam consuluerat, medicorum, maxime celeberrimi Lutetiae medici, D. Wolhuysen consilia mihi ostendebat, qui omnes circa morbi denominationem dissentiebant. Hic enim cataractam veram, alter spuriam, ille guttam serenam, aliis paralyticis nervorum opticorum subesse declarabant, iisque causis varia, partim violenta proponebant remedia. Quum ergo ipse oculos inspicerem & serena tempestate, & luce

obsecuriori, motum pupillæ constrictorum ac dilatatorium salvum adhuc deprehendi & integrum, ipsamque pupillam paullo conturbatam. Præterea insigni ventriculi debilitate laborabat, cum extra tum inter epulas crebris noctuum molestiis tentabatur, quas muci atque salivæ copiosa sequebatur expulsio: mane nausea ac acore ventriculi sollicitabatur; alvus segnis & sèpius obstructa erat, vertiginosa caput turbabat adfictio, somno fruebatur turbulentio, & gravatus frontem oculosque occupabat dolor. Appetentia gaudebat satis integra, corpore nihilo feciis emaciato, cibis magis durioribus adsueverat, quam mollioribus, & inter epulas potu vini Rhenani magis indulgebat, quam cerevisiæ.

Quibus sic se habentibus, hanc visus imminutionem magis ad symptomata referendam duxi, cuius princeps caussa partim in capitis atque ventriculi debilitate, partim lymphæ impuriori hærebat. Hisce etiam caussis accommodavi curationem, variisque argumentis demonstravi, maxime fore necessarium, ut concoctio promoveretur, restitueretur, & in corpore boni generarentur succi: & satius futurum, ut ipsa vita hujus illustris ægri, ex cuius eruditione, experientia ac integritate insigne reipublicæ accedebat emolumentum, conservaretur, quam ut habitadum taxat ad oculorum vitium ratione violentis remedii rationibus pugnaretur, iisque vita magis destrueretur. His modis gessit, & desideravit, ut meam de curatione mentem proxime consignarem litteris; quas etiam domum reversus, mox ad illum dedi. Rite inhæsit commendatis a memet remediis, & ab iis, maxime ab Elixirio balsamico in ventriculo se concoctione roborandi desideratum obtinuit effectum: licet visus imminutio nullam adhuc restitutionis spem exhiberet.

CASUS XLIV.

De humorum oculi conturbatione cum gutta serena.

MAtronā quadam 49. annorum, cholericō-melancholica, jam per fedecim annos, extra conjugium vivens, illibatam semper prae se tulit valetudinem, nisi quod a teneris spirandi quadam angustia fuerit sollicitata. Interim variis refrigerationibus atque molestiis exposita, per binos annos mensūm irregularem habuit fluxum, mox per tres menses suppressum, & novissimo anno plane cef-santem. Abhinc vero sēpius oculorum inflammationibus tentata, illas quidem semper superavit: sed mense Decembri anni 1726. illę redierunt gravius cum puncturis atque doloribus stipatae, & primum dextrum, mox etiam sinistrum prehenderunt oculum. Has insequebatur iridis quadam dilatatio, & visus obscuratio, quæ paulatim adeo invaluit, ut jam nihil omnino discernere valeat. A doloribus quidem, non autem penitus ab inflammatione liberi sunt oculi; horumque dextri chryſtallinus humor naturali adparet albicantior: nec tamen liquet, an cata-ractam, anne glaucoma portendat: in sinistro non nisi pupilla dilatata, & humores conturbati observantur. Multis contra hæc mala pugnatum fuit remediis, nimirum venæctionibus in pede pariter ac brachio instutis, vesicatoriis, fonticulis in brachio & nucha excitatis, pediluviis, collyriis, saeculis disentientibus, purgantibus, mercurialibus, sudoriferis, millepedibus cum cinnabari nativa mixtis; & commendatae eriam sunt aquæ Spadanae. Tantum vero abest, ut malum hisce fuerit sublevatum, ut potius magis magisque ingravescat, & æram admodum anxiam reddat, sollicitamque.

C O N S I L I U M .

Intellexi ex casu ad me transmisso, x-

gram viso fere privatam meum implorare auxilium. Quid si ergo primum illius affectionis cauam intuear, illam partim humorum oculorum chryſtallini vitreis, naturaliter pellicidorum ab affluxu lymphæ spissæ ac impuræ facta corruptione atque turbatione; partim nervorum opticorum lassione: residere arbitror. Hi enim ex appulsis & stagnantibus impuris succis compressi, liquidi nervei aditum ad tunicam retinam denegant, & hinc ablato visu guttam serenam induixerunt: quemadmodum ex nimia & fere paralytica pupillæ atque iridis dilatatione cognoscere licet. Quum igitur hæc vitia, nimio ad caput, & oculos, maxime harum partes prope cerebrum sitas facto affluxui debentur, testantibus id rubedine, dolore ac inflammatione eorundem: hic vero affluxus partim a menstru purgationis cef-satione, partim a crebris refrigerationibus animique commotionibus & indoctus fuerit, & adhuc soveatur: imprimis curandum erit, ut primum oculi ab humoribus in iis stagnantibus liberentur, affluxus ad illos divertatur, tumq; partes eorum nerveæ ac membranæ corroborentur, & humoribus pristina restituatur pelluciditas.

Quod vero consequi perarduum judicandum est in malo hoc inveterato; saltem ea, quæ his adfectibus vulgo opponuntur, medicamina, veluti sunt setacea, vesicatoria, fonticuli, mercurialia, collyria, discutientia, sudorifera atque purgantia, incassum adhibebuntur. Attra-men minime omnem abjecere oportet spem, maxime cum ea nondum usurpata videam remedia, quæ in hisce vitiis, ratione & experientia duce, haud aliena deprehendi. Hinc suadérem, ut gestato assidue in nucha setaceo, alvi ante omnia conservetur libertas; cui scopo Manna binis uncis cum una tremoris tartari drachma permixta bis quavis hebdomade devorata inferviet egregie. Dēm omnem vini atque cerevisia potum sedulo evitare, ejusque in locum hoc decocto uti oportet: Recipe radicis secorzoneræ, raf-suræ cornu cervi, sarsaparillæ ana uncias sex, seminis foeniculi, anisi stellati ana drachma tres, radicis liquoritiae unciam.

C. C.

C.C.d.S. species, quarum uncia una cum dimidia ex tribus aquæ mensuris decoquatur. Externe oculis applicandus est sacculus radice valerianæ, semine foeniculi, floribus rosarum repletus, & aqua arquebusada imprægnatus, aut quandoque naribus attrahendus hic pulvis: Recipe salis volatilis ammoniaci siccæ unciam unam, olei salviæ, majoranæ, balsami peruviani ana drachmam semis. M. Nec levem spondet operam infusum theiforme ex radicis valerianæ uncia una, herbae melissæ, betonicae, salviæ, basilici ana manipulo, seminis foeniculi, cubebarum ana drachmis tribus paratum: cuius partim vapor mane admittendus oculis, partim minus saturati decem vascula sunt haurienda: & denique opera erit pretium, ut ægra cubitum itura drachmam dimidiæ hujus assumat pulveris: Recipe cinnabaris rite præparatae, radicis pœoniæ, oculorum cancri, antimonii diaphoretici, succini præparati ana drachmas duas, sulphuris antimonii N. correcti scrupulum M.f. pulvis.

Horum remediorum usui per quatuor hebdomades infistatur, necesse est, eique quavis vespera, pediluvium ex aqua fluviatili & furfuribus tritici concinnatum adjungatur. Quod si vero hæc votis haud responderint, tunc consultum duco, ut pro excitanda leniori salivatione ter quavis hebdomade juncturæ pedum atque genua unguento mercuriali illinantur; & ægra quotidie per tres horæ quadrantes infusum ex aqua fluviatili cum hordeo ac tritici furfuribus decocta ingrediantur: & hac cura abloluta priori iterum inhæreat. Ex his, si restitutioni sanitatis adhuc locus fuerit, desideratum effectum ægram esse confequuturam, nullus dubito.

C A S U S XLV.

De Visus imbecillitate ex turbatione humorum oculi.

QUæ jam triginta duos annos extra matrimonium vixit, matrona se-

ptuaginta sex annorum, per quinque jam lustra plenaria dextri oculi cœcitate sollicitata fuit; quæ finistro major extra orbitam prominet plerumque, humoribus turbulentis, & aliquot in pupilla maculis conspicuus. Verum enimvero aliquot abhinc annis sinistrum quoque oculum quædam obscuratio oblidere cœpit; quæ post instutam vel venæctionem, vel scarificationem semper quidem evanuit iterum; at proxime elapo semestri, nec quicquam opposita venæctione magis invalescere videbatur, simulque macula quædam in pupilla adparebat. Humores oculi clari adhuc sunt atque pellucidi, & quod notatu dignum est, ægrotæ matutino tempore litteras crassissime scriptas legere, meridiano nihil prorsus cognoscere, & vespertino iterum paullo melius videre potest: quæ videndi potentia alternis etiam diebus plus minus immutata deprehenditur. Oppugnaturus hoc vitium primum laxans ex extracto panchymagogo Crollii, mercurio dulci & resina Jalappæ confectum quavis hebdomade exhibui; quotidie pulverem ex radice valerianæ sylvestris, succino, millepedibus & cinnabari antimonii paratum dedi; externe balsamum cephalicum Weisbachii oculis applicui, iisque collyrium cum sale ammoniaco, turia præparata & saccharo combinatum indidi; alternis vesperis pediluvia ex aqua dulci ordinavi; fonticulum in pedibus excitari jussi, & bis pedes, nucham, atque brachia scarificanda curavi; ubi norandum, quod nullus e pedibus, largus autem ex brachiis fluxerit crux. Nec fecellit spes hasce medicinas, faltem malum majora haud sumvit incrementa: at cum illarum usum ob intervenientes dies caniculares omitteret, illud increscere iterum videtur, ægramque reddit sollicitam, ne perfecta suboriat cœcitas.

RESPONSI CONSULTATORIA.

Postquam ex litteris tuis intellexi, ægram septuagenariam, dextri oculi visione penitus perdita, jam quoque eximia sinistri obscuratione sollicitari; quæ ipsa circa meridiem potissimum omni visu

su destituta, macula quædam pupillam obsedisse, humores autem adhuc esse pelucidi perhibentur: haud potui, quin tuis petitis faciam satis, quidve hac in re sentiam, exponam. Primum ergo hujus affectionis causam minime in vitio nervi optici, aut tunicae retinae, sed potius in turbata humorum oculi, maxime aquei, pelluciditate siam esse arbitror. Quum vero hac visionis imbecillitas per intervalla dumtaxat redeat, & a prandio præcipue affligat, facile colligere licet, illam a fortiori sanguinis ad caput, & internas oculi partes congestione natales suos mutuari: cum constet, sumptis epulis observum succi chyloſi accessum, majorem humorum ad caput fieri raptum; & huic quoque causa torporem & somnolentiam multissimis hominibus post pastum familiarem deberi. Quod si enim subtilissima oculorum vascula ab accessu nimis humiditatis violenter distenduntur, sit inde, ut non solum purissimi atque subtilissimi, ad nutritionem humorum oculi, maxime aquei summe necessarii succi, per tunicam chooroideam, admodum porosam ac vasculafam veluti per filtrum transfeant; verum etiam quædam minus transparentes & opacæ simul abripiantur moleculæ, & aquei humoris turbationem introducant. Non minus macula oculum obsidens concretioni harum crassiſcularum particularum in humore aequo factæ in acceptis ferenda est, eo magis, si inter tunicam uveam ac corneam conspiciantur. Neque ideo improbare possum abhibitorum remediorum usum, quæ humoribus a capite & oculis revellendis dicata esse videntur: circa pediluvia autem monendum adhuc duxi, quod per aliquot hebdomades quotidie sub lecti ingressum adhiberi, & moderato dumtaxat tempore imbuta esse debeant. Alvi præterea lubricitati omnino studendum est, quam sequens pulvis alternis diebus ante prandium pondere duarum drachmarum ex aqua vino fermentata sumitus egregijs prætitabit: Recipe foliorum fennæ sine stipitibus unciam semis, agarici trochiscati drachmas duas, radicis valerianæ, seminis anisi, foeniculi ana drachmas duas, cubebarum drach-

mam, sacchari canti uncias duas, olei de cedro guttas decem. M. f. pulvis. Deinde si ventriculi conditio permiserit, mane infusum theiforme sauis larga quantitate quoridie sorbillare convenient; quod sic se habeat: Recipe herbae melissæ, euphrasiae, betonicae ana manipulum, seminis foeniculi drachmas duas. Conc. cont. m. d. l. species zum Krauter. Thee. Non minus vena circa utrumque & quincoctium in pede secanda est; & ceterum ab epulis largis, cerevisia, vino, potibusque calidioribus cavendum, & pro potu ordinario decoctum ex radice scorzonerae, rasura cornu cervi, hordeo & semine foeniculi paratum hauriendum.

Externe nihil est præstantius oculorum frequenti lotione cum aquæ arquebusadæ, & rosarum ana uncia una, cum granis sex vitrioli martis permixtæ peragenda: ipso vero macula pinguedo recens viperarum, oculo intramissa, erit convenientissima.

C A S U S XLVI.

De Dolore &c imbecillitate oculorum cum suffusione incipiente.

Haud incelebris quidam vir, deflu-
xionibus catharralibus & humoris dyscrasiaz scorbuticæ obnoxius per aliquot annos, verno potissimum tempore, congestionem ad sinistrum oculum tolerare luevit, cum ejusdem rubidine, dolore, pressione, ac insigni pruritu: quæ symptomata, oculo versus lumen aperito, aut ventis vel fumis exposito, magis augebantur. Ipse prope flumen habitat, & olim eximia corporis refrigeratione non minus quam animi gravioribus affectionibus, ac iracundia, maxime sub hac ægritudine sollicitatus fuit. Jam quoque caput assiduo fere dolore, præsertim gravativo in fronte, & cervice cruciatum, & aliquot abhiac mensibus ipsi vel lectu-
ro vel scripturo scintillulae atque imagines oculis obversari, & selectionem impedi-
coperunt; quæ primum sinistrum dumta-
xat, dein quoque dextrum oculum cum ma-

majori mali augmento occuparunt. Ipsi oculi turbidi adparent, nec amplius rubent: at a frigore ac ventis protinus afficiuntur graviter, & accedente vel alvi obstructione vel iracundia insigniter dolent. Postquam igitur huic affectioni multa medicamina, sed omnia in cassum oppofuit æger: jam salutare anhelat consilium, num forfitan Carolinæ aut aliæ acidulæ ipsi futuræ fint salubres; aut quæ remedia huic suffusioni tollendæ, ac ab ipfa cœcitate præcavendæ forent idonea?

CONSULTATIO.

Affectionem oculorum, qua æger detinetur, chronicam & in habitum fere degeneratam a circulatione sanguinis per oculos ob harum sensibilissimorum partium nimiam debilitatem ac relaxationem impedita, & seri impuri reftagnatione suos mutuari natales, vero est simillimum. Quemadmodum enim omnes machinæ humanae partes integræ, ac functionibus perficiendis idoneæ deprehenduntur, si per eas naturali tono atque motu instruetas, humores vegetes circulantur: ita quoque hisce sicuti omnium partium, ita præcipue oculorum functionibus pervertendis variisque symptomatibus inducendis nihil est opportunius, quam labefactatus eorum tonus, & sanguinis circuitus, a quo excretiones dependent, impeditus. Noster itaque ægrotans non solum ex naturali ad defluxiones catharrales proclivitate; verum etiam nimia corporis capitisque refrigeratione & diurno mœrore partim humorum vitalium scorbuticam sibi contraxit dylycrasiam, partim capitum, ejusque sensibilissimarum partium, maxime oculorum tonum atque robur insigneiter debilitavit. Hinc non mirum, si succi impuriores ad regiones illas labefactatas compulsi, earum dolores, pruritum atque rubedinem inflammatoriam excitarunt, & verno potissimum tempore gravius adflixerunt; cum commotiones atque turbations humorum, nisi congruis evacuantibus præcaveantur, ea maxime tempestate obſerventur frequentissimæ. His

novissime accidente gravi mentis sollicitudine, debilitas harum tenerimarum partium adeo fuit adaucta, ut vascula, quæ humorem aqueum, tenuem, pellucidum naturaliter fecernunt, magis relaxata, particulas etiam graviores, tenaces & minus pellucidas transmittant: quæ humori aquo innatantes illius pelluciditatem obſcurarunt, hinc visus imbecillatem & oculorum conturbationem induxerunt.

Quum autem hæ opacæ ac impuræ humoris quei particulae accumulatae paulatim coaleſcere, atque pelliculam quandam, aut faltem insignem conturbationem vel in aquo vel crystallino humore, hinc denique ipsam cataractam inducere valeant, omnes omnino nervi eo sunt intendendi, ut ab hoc imminentे malo præcaveatur æger, ac in præſenti congruis ſublevetur medicinis. Huic vero ſcopo thermas Carolinas minime convenientes eſſe judico; quoniam experientia me docuit, eas omnino eſſe inimicas capitis ac nervorum morbis idiopathicis, qui a partium capitis ac cerebri, sensibus maxime dicatarum robore labefactato, aut, ut græco termino explicem, earum atonia chronicæ ac habituali, humorum liberum circuitum impediente, variisque cruxis stagnationibus anſam præbente suos mutuantur natales. Namque Carolinæ fovent aquas ob terrestres ſalinoque alcalinas iplis intermixtas partes admodum ponderosas: hinc partes corporis nostri jam debilitatas ægre transgreduntur, & in hominibus laxioris ac ſpongiosi habitus pedum intumescientiam relinquunt, post uſum balnei externum mox evanescen tem. Longe difficultor earum, maxime quas *den Brudel* dicunt, eſt per caput transitus; quare tantum non ſemper torporem & lomnolentiam excitant, doloresque capitis gravativer exacerbat. Si quæſtio eſt de acidulis, veluti ſunt Egranæ; earum uſus foret opportunior, cum leviores continent aquas, & calore nativo deſtitutæ nec humores tam graver commovent, nec caput turbant, & denique in acribus oculorum defluxionibus decenter uſurpatæ egregium ſepiuſ præ-

præstiterunt effectum. Verum enim vero, cum earum frigus non conferat. coilibet, nec oculis valde sensibilibus amicum sit; timendum potius, ne spissi humores exinde magis compellantur ad oculos: hinc suaderem, ut saltē corpus ante earum acidularum usum rite præparetur, ac illi reddatur idoneum. Neque autem dubito, quin earum potionē prorsus supersedere potuerit æger, si sequenti medicatiōni per aliquot menses pertinaciter iaheserit; quæ his potissimum absolvitur momen-
tis, ut primum humores superflui a capi-
te deriventur, & copiosus eorundem ad
oculos adfluxus divertatur: deinde oculi
ac reliquæ capitis partes confortentur, va-
saque nimium debilitata corroborentur,
ut eo vegetius propellant humores circu-
lantes; & denique integra succorum vi-
talium massa depuretur.

Hæc ut consequamur, necesse est, ut
alvi lubricitati his prospiciatur pilulis:
Recipe massæ pilularum de succino. Cra-
tonis drachmam unam, mercurii dulcis,
cinnabaris præparatæ, extracti rhabar-
bari ana. scrupulum unum, salis succini
bene depurati grana. octo, misce, fiant
la. pipulæ ex scrupulo uno 25. quot etiam
alternis diebus vesperi devorentur. Pedes
non minus vesperi quotidie per horam
dimidiam in pediluvia ex furfuribus triti-
ceis, floribus chamæmeli, & aqua para-
ta, atque calidioris aqua affusione in te-
pore moderato conservanda immittan-
tur. Tum infusi calidi ex herba veronicae
atque melissæ manipulis duobus, salviae
manipulo uno, seminis foeniculi drach-
mis binis confecti, non nimium saturati
sex vascula mane intra lectum, totidem
que hora quinta vespertina sorbillare
conveniet; cuius etiam vapor, capite lin-
teis probe velato, oculis est excipiendus.
Non minus operæ erit pretium, tempo-
ribus admovere hoc emplastrum: Reci-
pe succi chamomille, rosarum, herbae
betonicae ana unciam semis, alabaltri
drachmas tres, mastiches drachmam
unam & semis, aluminis drachmam se-
mis, camphoræ grana decem, olei ligni
rhodii guttas 30. M. fiat lege artis empla-
strum. Ipsí denique oculi singulo mane

aqua rosarum & foeniculi, in qua spiritus
vini camphoratus sit instillatus, fovendi
sunt atque lavandi..

Hæc vero curatio bis ter ve repetita u-
sum demum spondet præstantissimum; &
si venæsectio verno pariter ac autumnali
tempore in pedibus instituta, ac recta vi-
vendi ratio, maxime a potibus caput ag-
gravantibus abstinentia accesserint, fere
certissimam. Morem gessit his omnibus
æger, & ex cura aliquoties repetita a ma-
lo suo se penitus liberatum. fuisse nuncia-
vit .

C A S U S X L V I I .

*De Ophthalmia scorbutica diurna, in
lippitudinem serosam & scoto-
miam degenerante..*

Vir quinquagenarius, corporis obesi-
& ad cachexiam proni, spiratio-
ni inter ascendendas scalas diffcili obno-
xius, negotiis cum meditatione junctis
obratus, & vita sedentaria atque lucu-
brationibus deditus, per aliquot annos
vere vel hyeme potissimum, pertinaci
rheumatismo. mox tibiae, mox brachii,
mox pectoris adfigi cœperit, qui quidem
ipsum lecto haud affixerunt, semper au-
tem per duos circiter inhæserunt menses,
ac demum efflorescentia quadam purpure
scorbuticæ soluti sunt. Currentis anni
mense Januario dextrum quoque oculum
prehendit congestio. Adparebant enim
quædam vascula in albo oculi, sinistro
paullo lividiori, cruro spissò turgida,
pupilla intumescet aliquantulum; grav-
ativus urgebat dolor, splendorem lucis
refugiebat æger, & lectioni paniter ac
scriptioni reddebat impar; ipse oculus
erat aridissimus, nullaque & vix irrita-
tione provocandas plorabat lacrimas,
quas sinistru reddebat copiosius. Hic va-
scularum infartus atque rubedo quotidie
intumescet magis; pulsus nullum, in-
tensior autem sitis aliqualem denotabat
æstum, caput quandoque gravativo tor-
pore cruciabatur; sub corporis decubitu
tensivus ac premens sensus totam occu-
pabat oculi orbitam, qui saepius etiam ad
mar-

maxillam descendebat dentium dolores referens; & denique copiosior mucus & ore, & dextra nare fundebatur.

Hæ afflictiones tum oppugnabantur crebris pediluvii; aliquoties alvus ducebatur, bis scarificabatur; dextro brachio vesicans remedium imponebatur, vena in dextro pede secabatur; interne pulveres antispalmodici cum bezoardico, vel antimoniio diaiphoretico mixti propinabantur; non minus decoctum sarsaparillæ porrigebatur; & externe oculo unguentum de nihilo inungebatur. Tum rubedo immuni, livor remittere, pressio evanescere, oculus ad lucem ferendam aptior reddi, majoremque splendorem recuperare videbantur, malique citissimam spondebant solutionem. At enim vero recruduit iterum ex improviso malum: non enim solum inflamatio albugineæ, ac radiorum luminosorum impatientia redierunt atrocius: verum etiam corneam tunicam pellicula tenuis lactei coloris obsidere cœpit, visumque adeo obscuravit, ut vix majora oculis discernere, minora plane non vide-re potuerit. Huic autem accedenti malo vini potus, ac lucubratio dederant occasionem. Pugnabatur prioribus remedis, nimirum decocto sarsaparillæ, pulveribus bezoardicis & antispalmodicis Hallensium & pediluvii salino stimulo acutatis: neque minus localia in usum vocabantur; veluti sacculus discutiens ex radice valerianæ, & sequens collyrium linteis applicatum oculis: Recipe aquæ litorum alborum unicam unam, sceniculi unciam semis, majoranæ drachmas duas, tutiæ præparatae drachmam unam, boli armeniae scrupulum unum, camphoræ grana sex, extracti croci granum unum. M. cui etiam primum soli adhibito, deinceps grana quatuor vitrioli albi addebantur. Palpebrae insuper illinebatur quinta essentia rorismarini italicæ: cujus adlicationem integrō oculo statim sentiebat, ex eoque multis fundebat lacrumas; dextro vero & læso post repetitum demum usum remedii vim percipiebat, & tum ex illo quoque quasdam reddebat lacrumas. Taceo alia amuletorum instar appensa, veluti erant camphora, radix imperatoriae, alceæ,

bardanæ, folia paridis, alia que, quæ inter actu frigida sedulo evitabantur. Quamquam vero his omnibus impediri non potuerit, quo minus rubedo tunicam corneam intensior occuparet; attamen panniculus oculi magis tenuior fit, & paululum evanuit, adeo, ut ea libera fere sit pupilla & pellucida, nec non ipsa visio acutior deprehendatur atque distinctior.

Jam ergo auriculæ Judæ in aqua Sambuci infusa tepide adlicantur oculo; & noctu sacculus ex floribus chamæmeli & croco imponitur; interne vero usus decoctum pulverum & decocti sarsaparillæ cum radice valerianæ & semine sceniculi continuatur: 6. Id. Martii æger dorsum, brachia atque genua scarificari, sanguine paucæ, crasto ac viscido detraçto; postridie sinistro pedi fonticulum infligi curavit, quia dexter olim fracturam erat passus: singulo manœ sudore levi, ad quem natura inclinat sponte, rite perfungitur. Pridie iduum laxans sumebat, & in dextra sura iterum vesicam excitari permisit. Nec ignorari oportet, ipsum quatuor ab hinc annis circa utrumque æquinoctium venam in pedibus tundendam præbere sueisse.

Quamvis igitur inflammatio oculi aliquot abhinc diebus imminui videatur, verendum tamen est, ne pertinax hic affectus iterum recrudescat: cui timori ut supercedere possit ægrotus, salutare anhelat consilium, quo hoc malum funditus queat exsiliari. 25. Cal. April. 1731.

C O N S I L I U M .

Affectionem oculi, cujus causa consutus sum, ex acri scorbutico rheumatismo, olim externas partes occupante, sibi hujus autem anni auspiciis, prævia procul dubio refrigeratione in oculum desinente, originem traxisse arbitror: quo factum est, ut subtilissimis illius vasculis, ductibusque lymphaticis obstructis, humorum liber cursus impeditus, fibræ nervæ velicatae, & hinc earum distentio spasmatica, æstus, tensio oculi & maxillarum ac capitis dolores inducta fuerint. Quæcum

tum ita sint, affectus ille ophthalmia scorbutica diuturna, in lippitudinem serosam ac scotomiam degenerantis nomen omni meretur jure, & nisi opportunis prospiciatur medicinis, visus omnino minatur abolitionem. Quanquam enim multa haec tenus variaque huic malo opposita sint remedii, quorum plura omitti potuissent; ea tamen non ex omni parte votis respondisse percepit. Totum potius curationis fundamentum in eo situm esse credo, ut integrum corpus a sero acri scorbutico liberetur, & fordes inimicæ ac purpuraceæ per cutim eliminentur leniter; deinde materiæ ad oculos fluentis impetus derivetur ad inferiora; ac ipsa denique oculo jam impasta materia prudenter dissipetur, oculusque corroboretur.

Hic se scopis sub divino auxilio obtinendis, ut humores acres bis quavis hebdomade dato leviori quidem, sed tamen adæquato laxante purgentur, consulo: cui inserviet hæc potio: Recipe Mannæ eleæ uncias duas, rhabarbari electi, cermoris tartari ana drachmam unam, aquæ florum acaciarum uncias octo, coque & solve leni calore, colatura adde extracti centaurii minoris grana duodecim, olei de cedro guttas quatuor. M.d.S. potiuncula laxativa, quæ mane tribus successiue haustribus capienda est, interponendo iuscui avenacei sorbitionem. Postea egregium erit auxilium, si quotidie loco cerevisiæ aliquod sanguinem purificans decoctum potetur, hac ratione parandum: Recipe radicis salsaparillæ, scorzonerae ana unciam cum dimidia, seminis foeniculi drachmam unam, antimonii crudi in petia ligati drachmas duas, salis tartari scrupulum unum. M.infundantur aquæ mensuris quinque; & per horam integrum in proba clauso vale bulliant: cuius decocti quartam mensuram manu etiam haurire, ac lenem exinde sudorem expeditare conveniet. Hic ut eo melius promoveatur, ex eodem decocto manu æque ac vesperi drachmam unam pulveris sequentis bezoardici assumere expediet: Recipe cornu cervi usi, radicis pimpinellæ, antimonii diaphoretici, lapidum cancerorum, cornu cervi philosophice preparati ana

drachmam unam, cinnabaris præparata drachmam dimidiad M.f.pulvis. Denique in ulum quoque omni vespere vocanda sunt temperata pediluvia.

Inter localia pauca sunt, quæ oculis conferunt; quæ inter præstantissimæ utilitatis deprehendi hoc discussiens cataplasmæ: Recipe radicis valerianæ unciam unam, florum salviæ, lavendulæ, anthos, chamomillæ Romanæ ana pugillos tres, seminis foeniculi drachmas tres, cardamomi drachmam unam. Conc. cont.d.S. Species, quarum quarta pars sacculo inclusa vino cum dimidia parte aquæ sambuci permixta immergatur, & oculo, fronti, atque temporibus imponatur. Non minus operæ erit pretium, naribus admovere sibi prius sal volatile Anglicanum, quod ex sale volatili sicco ammoniaco, oleo lavendulæ imprægnato, componitur.

Denique quod attinet vietus rationem; ante omnia labores cum meditatione juncti, multæ lucubrations, mentis commotiones, corporis refrigerationes, nimius vini potus maximopere evitari debent; & si tali ratione hac vernali tempestate curatio per sex circiter hebdomades protrahetur, de felici illius effectu haud dubito.

Ulterius relatio.

Antequam consilium Tuum ad nostras perveniret manus, oculorum ægritudo in melius mutari videbatur: namque rubore evanescet fere; cuticula lactea, cornea insidens, magis magisque minuebatur; objecta adparebant paulo distinctius, palpebre ob molestum radiorum luminosorum illapsum olim assidue clausæ, jam liberius absque ulla difficultate aperiebantur, & per unam alteramque hornam apertæ servabantur cum certissima perfectæ restitutionis spe. At enim vero pridie Calend. Aprilis alia rerum facies adparuit: nam prehendebat primum insignis dolor orbitam oculi, & adejus innotrem tendebat angulum; tunica albinea circumcirca erat inflammata, ac

eruore suffusa , palpebræ absque molestia haud diucebantur , & nihil ferme cognoscere poterat æger . Repetebanur illico pilulae laxantes , pulveres antispasmodici & decoctum ; externe auriculæ Judeæ cum aqua florum sambuci infusæ admovebantur ; & factum est , ut mox melius inde haberet æger , & dolorum levamen pariter ac rubedinis inflammatorię imminutionem præ se ferret . Neque vero minus , cum accederet Tuum , vir illustris , consilium , mox curationem abs Te propositam aggressus , omnibusque remedii rite usus fuit . Ex laxante potiuncula ter plerumque alvum depositus , decoctum autem mane cum pulvere bezoardico haustum nullum movit sudorem . Pulveris hujus ob largam nimis dosin mox tæduit ægrum , illiusque usum nausea & tarda alvus cum tenesmo excipiebant : hæc quidem successive liberior facta est ; nausea vero continuabat ; quid? quod ipse aliquando vomitus accederet . Hinc per aliquot dies nec pulverem hunc , nec laxans illud assumpsit , & tum absque nausea optime habuit : dein eorum usum revocavit , pulveris dumtaxat drachmam dimidiā assumendo , idque sine ulla molestia continuavit . Ipse vero oculus , adplacato ipsi sapienti commendato cataplasmate ad melius redire cœpit : rubor enim in dies imminutior ad corneam contrahi , & fere evanescere videtur , nisi quod per exiguum illius sub cornea remaneret vestigium ; læsus oculus sano ferme similis adparet , & radios luminosos facilius ferre potest . Attamen nondum adest clara & distincta visio , & tantillum supra memoratae cuticulæ adhuc in cornea residet ; quæ duo momenta nullam admittunt mutacionem . Ceterum fonticulus novissime adplacatus , multas eduxit fortes ; & cucurbitulis scarificatoriis larga iterum quantitas cruxis spissi viscidi detracta fuit : dextro autem pede , quem velicatorium occupat , spasmodicæ agitationis indicia deprehenduntur .

Quæ cum ita sint , & oculus læsus sano videatur simillimus , nihilo tamen fecius radiorum luminorum illapsum ferre nondum queat , nec ideo palpebræ sine molestia aperiantur , & denique visio mi-

Hoffm. Consult. Med.

nime fiat distinctior , quippe qua nec litteras distinguere , nec compresso oculo sano legere , nec scribere valet : ordinarii medici internas potissimum oculi partes , maxime tunicam retinam vitio quodam laborare judicarunt .

R E S P O N S I O .

Quanquam ex adhibitis medicinis externas oculi affectiones , ruborem nempe ac defluxionem scorbuticam fere debellatas intellecerim : tamen relatum adhuc lego , ipsum oculum ad lumen recipiendum nondum sat idoneum , nec ejus visionem esse distinctiorem . Hæc vero me in ea sententia , quam medici ordinarii fovent , pariter confirmarunt , quod nimis utrum vitium in oculi interioribus , & vel humoribus , vel tunica retina , vel nervo optico utique hæreat . Attamen non omnem abjicere spem , sed eo maxime nervos intendere oportet , ut appropriatis medicinis hæc ægritudo paulatim extirpetur . Quod consequi , licet per arduum videatur , tamen huic insistrem curationi , ut scilicet commendatus decocti pro potu ordinario usus continueatur ; singula hebdomade præscripta potio laxativa capiatur ; & mane infusum calidum ex melissa , cortice citri ac Cardamomo confectum potetur .

Extrinsicus conveniet hoc emplastrum corio inunctum magnitudinem nummi octo grossos valentis temporibus applicare : Recipe resinæ styracis , corticis thymiamatis , ladani , balsami peruviani ana drachmam unam , olei nucis moschatæ expressi drachmas tres . M. f. l. a. emplastrum . Naribus quoque attrahendum laudo hunc pulverem sternutatorium . Recipe herba basilici , majoranæ , florum liliorum convallium ana drachmam unam , raluræ ligni aloes , mari veri ana drachmam semis , florum benzoë grana 12. castorei grana octo . M. f. pulvis . Neque minus consulo , ut nuchæ vesicans adhibeat ex emplasti de meliloto uncia dimidia , & pulveris cantharidum drachma dimidia : quod magnitudine numeri qua-

tuor grossos valentis quotidie recens imponatur, & exsiccatis pedum ulcusculis per quatuor gestetur hebdomades. Denique vero ballamus meus vite, mane 11. guttulis saccharo instillatus, sub potu Thee assutus inagnam roborantem pollicetur virtutem.

CASUS XLVIII.

De gutta serena unius, & Obscuratione periodica alterius oculi.

Virannorum 57. temperamenti cholericici, corporis robusti ac integræ semper valetudinis, novem abhinc annis, vino forsitan fartus, gravi lapsu caput adeo percussit, ut non solum duabus post horis gravi visus obscuratione corripere subito; verum etiam inciderit crebras animi defectiones, & apoplexia tactus, mortique vicinus videretur. Quamquam vero instituta venæctione, frictionibus, nervinis externe nuchæ ac capiti admotis, resolventibus interne datis visus & vires restituerentur in integrum, feliciori sane eventu, quam ille puer fortitus erat, cuius Hildanus C. V. obs. 3. meminit: atramen abhinc capit is doloribus, vertigini, nebula oculorum, eorumque maxime sinistri inflammationibus, hemicranis, aurium susurrui, variisque capit is affectionibus fuit obnoxius. Elapsis quatuor annis oculi sinistri inflammatione sollicitatus, cum gelidissima hyeme iter in traha aperta faceret, sub eoque insigni refrigerationi exponeret lœsum oculum; hic adeo debilitatus, ejusque humores corrupti fuerunt, ut ab illo tempore illius visionem penitus perdidisset. Ille tamen externo aspectu lano adparet simillimus, nisi quod pupilla paullo magis dilatata, ad lucem immobilis & coloris sit gryeo lucidioris. Tum vero dexter gravius affici, & crebra caligine tentari coepit, quæ modo per aliquot horas, modo per integrum inharrere sive diem, & semper vel somno sive diurno, sive nocturno, vel etiam pediluvii, aut suffubus capit is cum resipis catarrhalibus & herbis nervinis depulsa fuit.

Novissimo abhinc anno, cum pariter durissima hyeme peregre factus caput frigori expoluisset, accidit, ut dexter oculus insigni inflammatione, gravibus symptomatis, vertigine, dolore capitis, nebula ac caligine stipata adficeretur. Inflammatio quidem exhibitis debitum auxiliis infra paucos dies evanuit; at visus obscuratio eo gravior inha sit, cum dolore in ipsa oculi orbita, nec somno se depelli possa est, quem tamen alias summa vindendi acies sequebatur: quid? quod demum periodice adfixerint hæ tenebrae, & tribus circiter post finitum somnum horis invadentes, ad tertiam meridianam protraherentur horam, visu tempore vespertino acutissimo. Neque vero semper more olim consueto, vertigine, nec si accederet, tam gravi, ut antea, stipabantur. Sed appropinquante vere, & subidiis variorum nervinorum, cephalicorum interne sub forma vel infusi vinosi vel essentiatarum, vel in substantia adhitorum, nec non purgantium medicamentorum, pediluviorum, vesicatoriorum, imprimis lati interscapulas applicati hæc adfectione adeo fuit expugnata, ut non nisi meridiano tempore modo per quinque, modo per tres dumtaxat levissime inhareat horas. Oppugnavit hanc porro molestiam æger potu acidularum Aquisgranensium, earumque intra quatuor hebdomades 130. lagenas, quarum singula quinque aquarum libras continebat, potavit. Neque vero alvum movit hæc aqua, nisi sale Epsonensi adjuta: qua cum multas quotidianè sedes haberet, capit is quidem dolores levabantur, tantum vero abest, ut caliginem illam, visusque obscurationem fugarent, ut illa potius adhucdum quotidie recurrat, absque ullis symptomatis. Non tamen simul atque semel invadit, sed per gradus augetur, ut saepius nec homines discernere valeat. Oculus vespertino tempore lucis splendorem non fert, & cœlo sereno æstivaque tempestate melius habet, aere autem vapidio & nebuloso, atque hyeme gravius adficitur. Et notaru dignum est, axungiam galline sub mali accessione oculo instillatam, illud ad aliquot horas, quin aliquotis pla-

ne dissipasse: illam enim oculo quandam ardorem, pruritumque excitare, & tum visionem reddere clarissimam asserebat æger. Ceterum ille corpore robusto, carnosus, nervosus est, epulis indulget larynx, nec ex cibis concoctu difficultoribus ventriculi molestiam sentit; & quotidie vino Burgundico, aut alio Gallico, saepius ad excessum uti suevit. Quatuor abhinc annis hemorrhoidalis ipsi obtigit fluor, & statu adhuc redire solet tempore.

Hanc contra ægritudinem varios celeberrimos partim loci, partim exteros consuluit medicos, varia adhibuit medicamina; bis quotannis venam vel in pede, vel brachio, vel jugulo, vel fronte secandam præbet: tribus abhinc annis arnicam in infuso bibere coepit, quia malum a casu, & hinc forsitan restitante sanguine mucoso originem trahere videtur. Quidam proposuerunt salivationem mercuriale, que vero ob incertum successum nondum fuit admissa; neque ab aliis commendata arteriotomia ob chirurgorum imperitiam, & incertum emolumentum in usum fuit vocata: de quibus duobus remediorum generibus tuam, vir excellentissime, sci-
re cupit mentem, nec minus doceri aye-
num ex Carolinarum vel aliarum acidu-
larum usu quoddam sibi polliceri queat e-
molumentum?

Meo quidem arbitrio sedes mali, quæcumque sit vel irritans, vel obstruens, vel stimulans, optico olim inhaesit nervo; jam vero consumta per longam temporis moram materia hos opticos nervos atonia paralytica laborare, & ex hac vicinas nervolas partes affidente vertiginem suboriri credo. Insuper oculum quandoque esse rigidum refert æger, ex quo cataleptici quid suspicor. Ceterum quanquam multi sint, qui latum oculum cataracta affici credunt; eam tamen minime adefse, saltem haud tamē, quæ deponi possit, certe affirmo.

CONSULTATIO.

De gravi affectione, quam vir quidam generosus patitur, sentio, illam diutur-

na ac insigni capitum, nervosarumque ejus partium nisi imbecillitate: qua cum æqualis ac vegetus succorum vitalium per caput, cerebrum, ejusque membranas cursus impeditus, tum eorum in vasibus harum partium stagnationes ac distensiones sunt inducta. Hinc enim, non solum capitum dolor, gravatus torpor, aurum tinnitus, aliaque proficiscuntur symptomata; verum etiam, cum crux accumulatus carotides potissimum in basi cerebri sitas nimium distendit, nervosque opticos comprimit, vertigines ratio petenda est. Eadem quoque stagnationi & pressioni sanguinis circa nervos & thalamos nervorum opticorum & visus sinistri oculi privationem & dextri obscurationem natales suos debere arbitror. Quadruplicunque enim impedito humorum circuito crux in alveis vasorum stagnat: siccilius fit, ut per horum poros serola secedat colluvies; quæ nervos ingressa opticos cum tenuissimo illorum liquido commiscetur, visusque imbecillitatem progenerat atque caliginem. Quoniam autem certis omnino affectus redeat intervallis; certum est indicium, congestiōnem illam sanguinis ad visus organa, tanquam veram mali causam, minime perpetuam esse, sed dumtaxat transitoriam: sub qua exigua tantum seri copia secedit, quæ discussa iterum caliginem depellit, atque visionem restituit.

Quod si vero hujus, quæ nervosas membranosaque capitum partes afficit, imbecillitatis caussam dispiciamus: ea procul omni dubio ex ventis frigidis, crebra refrigeratione, gravi lapsu capitum, nimio calidiorum atque vinorum potuum usu, & forsan animi commotionibus originem traxisse videtur. Nec etiam inficias ire possum, quin intervallorum ratio, quæ oculorum affectio habet, non nisi primarum viarum maxime ventriculi ac intestinorum vitio, more affectibus hisce periodicis consueto, in acceptis ferenda sit. Quum enim harum partium robore destructo, ac vi concoctrice lesa, multæ acidæ, biliosæ, viscidae generantur fortes, illaque haud debite eliminantur. Et inde, ut non solum humores reddan-

tur spissi ac impuri, verum etiam ventrulus nimium distendatur, distensus partes vicinas, earumque sanguifera vasa violenter comprimat; & hinc crux compiosius ad caput compellendo, accedente imprimis vinorum calidorum sub epulis potu, caussam suppeditet efficacissimam. Quod autem in nostro ægrotante symptoma hypochondriaca revera præsto sint, vel haemorrhoidale profluvium indicat: & cum non solum vegeta cibos appetit cupiditate, verum etiam eos concoctu difficiliores absq; molestia concoquit, facile colligi potest, ventriculum illius saburra acida viscida esse onustum: licet enim digerantur illi crudiores cibi, tamen non nisi rudem tenacemque chylum præbent, qui sanguini permixtus illum inspissat æque ac transitui per vascula minima reddit ineptum.

Quapropter, si affectionem hanc inverterat, ac veluti in habitum degenerata funditus tollere, & dextrum oculum a plenaria obscuratione aut gutta serena vindicare volumus; summo studio evitandæ erunt sanguinis missiones, venarum jugularium incisiones, arteriarum sectiones, vesicatoria fortiora, purgantia calidiora, nervina, cephalica &c. haec tenus frustra adhibita. Contra vero operæ erit pretium, eo omnem impendere laborem, ut primum concoctio promoveatur, ac chylo legitima consistentia ac spiritus ascentia restituatur; deinceps autem caput & oculi rite corroborentur.

Quæ ut obtineantur, candide proponam, quæ me hoc in casu facienda diurna docuit experientia. Primum itaq; cum æger & plethora & fluori haemorrhoidalii obnoxius videatur, consulo, ut bis quotannis circa utrumque equinoctium vena in pede fecetur; tempore vero intermedio bis quotannis cueurbitula cum scarificatione ad nucham & femora adplicantur. At arteriarum sectionem & minus necessariam, & ob chirurgorum imperitiam haud securam judico. Deinde pedum lotiones cum aqua fluviarili, in qua sacculus furorum triticeorum decoctus sit, tepidiori aëte freque nterq; usurpatas non exiguum erre auxiliū mscio. Tum ad caput & ven-

triculum roborandum præstantissimus erit hic pulvis: Recipe radicis ari, pimpinellæ albae, salis absynthii ana drachmam unam, lapidum cancrorum unciam dimidiā, succini præparati, cardamomi ana drachmam semis, olei de cedro italicici, macis ana guttas IV. M. f. pulvis, cuius drachma quotidie una circiter ante prandium hora capienda est. Quod si vero capit is exæstuatio, humorumq; ebullitio accesserint; pulvis ille alternis dumtaxat diebus sumendus, & cum sequenti alternans est: Recipe lapidum cancrorum, concharum præparatarum ana drachmam unam. M. f. pulvis, pondere drachmæ unius devorandus.

Nihil porro est consultius, quam alvi lubricitatem assiduam conservare, cui scopo & clysteres emollientes, & vietus opportunus interfervent. Nec alienum erit, singulis circiter decem diebus alvum moliri hac laxante potionē: Recipe manne electæ uncias tres, tremoris tartari drachmam semis, coque & solve leni calore in aquæ florum acaciæ uncis septem; colatur adde olei de cedro italicici guttas IV. M. quæ mane aliquot haustibus assumenta est, interponendo sorbitonem jusculte tenuioris avenacei.

Non minus eidem scopo convenient pilula Becheri, Stahlii, aut meæ balsamicæ, quinque vel sex ante fluxus haemorrhoidalis eruptionem diebus, numero XV. capienda. Inter localia egregiam opem spondet genuina viperatum pinguedo, binis vel tribus guttulis instillata, aut extrinsecus aqua arquebusadæ, aut reginæ Hungariæ cum æquali aquæ rosarum portione remixta, inter linea duplicita oculo imposita.

Ut postea recta sit vivendi ratio, necesse est, ut aeger cœna utatur parciori, a cibis acidis, falsis atque flatulentis, vinis calidioribus, ac cerevisia spissiori probe caveat; & pro potu ordinario decoctum tenuius ex radice scorzonerae, liquiritiæ, ac rasura cornu cervi confectum, interposito vino rhenano potet. Sedulo non minus sibi temperet ab omni aere frigido, maxime capiti vel pedibus admissis; & quo lenis semper succedat transpiratio;

ma ne hauriat infusum calidum, quod sic se habeat. Recipe herbae betonicae, melissæ, veronicæ ana manipulum unum, feminis sœniculi, radicis valerianæ ana drachmam semis. Conc. cont. d. S. Species, quarum drachma aquæ ferventis mensura ana infundatur, & instar potus Thee batur.

Horum remediorum usui si æger per aliquot tempus pertinaciter inhælerit, defici eventu vix dubito: in hisce enim adfertibus nihil cum impetu moliri oportet, sed & blandis naturæque convenientibus auxiliis, & temporis diuturnitate uti convenit. Fortiora atque vehementiora remedia majus minantur dampnum, quod precipue a cura salivali, in præsentí subiecto & morbi circumstantiis certo metuendum est. Vere autem adventante aquæ Spadana loco Aquisgranenium, duabus partibus cum una lacris asinini mixta felicissimo successu adhibebuntur; quippe quas in hisce capitis nervorumque debilitatibus, humorum dyscrasia stipatis deprehendi praestantissimas. Et hæc sunt, quæ in generosi ægrotantis salutem proponenda duxi; quæ summus languorum nostrorum medicus prospera reddat, precor.

C A S U S XLIX.

De Visus obscuratione ex paralytica nervi optici affectione.

De reveram equidem meorum oculorum ægritudini fontes Aquisgranenses opponere; at vero cum oculi fomentatio iis aquis ex medicorum consilio facta nihil omnino mihi ferret levaminis, & insuper ocularii galbci mihi laudarentur egregie, contulit me Lutetias Parisiiorum, variolque viros haud incelebres consului; quorum mentem, curationem ac remediorum effectum Tibi, Vir illustris, prescriptum tuum rescribere cupio sententiam. Concedidi me primum Domino St. Yves, & tum quoq; in auxilium vocavi archiatros regios, D.D. du Molin, Sylva & Añedo: Hoffm: Consult. Med.

qui cum convenienter illis D. St. Yves hanc de mea affectione relationem dedit.

Cum, inquit, eger novissime elapo mense Decembri huc accederet, deprehendi pupillam oculi sinistri admodum dilatata, iridem immobilem, nervum opticum plane obstructum, & ipsam guttam serenam; humor quoque chrystillinus erat opacus, & tunica albuginea vasis sanguine turgidis ac varicosi farta. Dexter oculus pupillam monstrabat pariter dilatatam; motumque constrictorum iridis valde exiguum: ipse humor chrystillinus adhuc pellucidus, at membrana illius anterior aliquantulum opaca videbatur; reliquæ autem hujus oculi partes erant integræ, nisi quod pauca vasa varicosa hinc inde in albuginea adparuerint. Hinc cum perpendiculari ex gravi lapsu olim in caput facto insignem cerebri commotionem, & abhinc dolorem, gravitatem, torporemque capitis, aurium tinnitus, aliaque symptomata incidisse: hanc oculorum affectionem non nisi ex sanguine crasso ac inflammatorio derivare potui. Dum enim cruor per capitis arterias, & maxime harum internarum ramos ad oculum tendentes summo ac rapidissimo impetu agitatus videtur, factum esse credo, ut ille vasa nimium dilataverit, eaque eo potissimum loco, quo oculi compagem ingrediuntur, nimirum circa nervos opticos reddiderit veluti varicosa. Haec vero distensæ arteriæ compresserunt nervos opticos, lymphæ circulationi per illos nervos posuerunt obicem, hinc horum obstructionem induxerunt, ac spirituum visivorum in oculos influxum prepedierunt. Tum ex hac impedita ac difficultiori sanguinis circulatione generata est lymphæ acris: quæ obstructis vasibus eorum poros transudans, & ad vicinas extravasatas partes non solum varios excitavit dolores, verum etiam in oculorum humores delapsa, hos, instar aquæ fortis conturbavit, ac opacos reddidit. His ergo probe exploratis necessarium putavi, ut integra humorum massa debitate restituatur flexibilitati; quod vero haud prius impetratum iri speravi, quam ubi æger perferendis remediis activioribus fuerit opportunior. Interim statim post

ejus ad nos accessum lac per balneum matris destillatum, & nasturtio aquatico, hepatica nobili & scolopendria permixtum ipsi potandum dedi: quo etiam obtinui, ut membrana, quæ humorem cingit chrystillinum, ab opacitate sua fere liberaretur, iris reciperet motum libriorem, & ipsa visio redderetur acutior. Non minus etiam obstructioni nervorum tollenda sal quoddam volatile, haud sine levamine exhibui. Verum enim vero, haud ita multo post somnolentiam quandam incidit æger, & humores illius ad inflammations proclives retardarunt satisfactionem, ut visu iterum imbecilliori facto, humorum non solum opacitatem omnino metuerem, verum etiam obtranspirationis defectum ipsam vereretur cœcitatem. Hinc corpore bene preparato setaceum applicavi, eo effectu, ut humores dextri oculi fierent pellucidores, iridis dilatatio imminueretur, eique liberior motus accederet. Cum autem periodica oculi obscuratio nihilo secius adhuc adfligat: expectandam esse puto tempestatis opportunitatem, & tum incipiendam iterum curationem arbitror.

Hæc cum dixisset, rogavi, ut rationem medendi, quam mihi putaret proficuum in hoc amplio medicorum congesu etiam proponeret. Nec defuit meæ petitioni, sed mentem suam hisce ulterius exposuit verbis. Quum itaque constitutio nervorum opticorum in nostro ægrotante minime ea sit, quæ in gutta serena observatur; sed nonnisi a languine inflammatorio ramos arteriarum carotidum internarum ad latera nervi optici oculos ingredientium comprimente originem trahat: duos potissimum curandi scopos esse censeo, nimirum, ut primum crux fluxilis reddatur, ejusque ebullitio contemperetur; deinceps nervorum obstratio anseratur. Hoc obtinebitur, si arteriis nimia dilatatione debilitatis pristinum restituetur robur: quo impetrato compressio nervi optici sponte cessabit, & spirituum liber in oculum reddetur influxus. Tum quoque, si cœlum accesserit selenum, operæ erit pretium, lactis defillati usum revocare, quod jam exopta-

tum in aciendo visu edidit effectum: quo poto dijudicari poterit, num aquis mineralibus saponariis, aliisque in tollenda obstructione efficacissimis, aut decocto viperarum utilicuerit. Neque vero solis resolventibus ac humectantibus hæc afflictio curabitur: sed consultum erit, voilatilia simul usurpare remedia, quæ fluido nervorum attenuando pariter ac amiso fibrarum arteriosarum per obstrunctiones tono restaurando sunt præstantissima. Denique attenta consideratio effectuum, quos applicanda medicamina exserent, eo clarus docebit, quæ ulterius abs reerunt.

His prolatis reliqui medici hanc explicationem mei mali exactam & que ac elegantem collaudantes, pleno assenserunt ore; eadem remedia commendarunt, & cum periculum in mora esset, temporis opportunitatem haud expectandam esse putarunt; sed statim lac destillatum adhibendum; tum hemorrhoidibus haud rite succedentibus, hirudines ano admovendas, hisque evacuato cruro bis terve assumenda emetica, & denique vesicantia pone aures applicanda suaserunt. Hinc protinus incepi lactis, adeo commendi, usum, ejusque quotidie haustum potum per integrum hyemem continuavi. Ita vero parabatur: Lactis mensura circiter una ad siccitatem decoquebatur, tum eadem aquæ portio, in qua hepatica nobilis, scolopendrii atque melissæ ana pugillus unus decoctus erat, affundebatur, & additis XL. millepedibus contusis singulo mane potabatur. Æstate adventante aquas minerales Borbonienses adhibebam, quas, cum essent sulphureæ, tollenda obstructioni aptissimas judicabant medici: hanc enim nervorum oculari paralyzin illi, quæ nervos brachiorum vel pedum occupare solet, similem, & hinc eadem ratione oppugnandam esse putabant. Postea 3. Iduum Januarii anno admovebantur sanguisuge; quæ tantam crux detraxerunt quantitatem, ut proutinus mentis deliquium incidilsem; medici autem 12. circiter aut 14. dumtaxat paucis post diebus tartari emeticici quinque alsum-

afsumsi grana, & inde bis vomui, oclies alvum reddidi: denique vesicatoria mihi applicari curavi: quæ vero omnia in casum adhibita, me insigni remediorum adfecerunt tædio. Jam ergo quovis mane lac cum millepedibus infusum haurio; reliquo die pulverem olim abs Te, vir illustris, mihi commendatum (vid. Cas. præc.) assumo.

Ceterum cum thermæ Borbonienses ceu sulphuratae & antiparalyticæ mihi suadeantur iterum: Tuum prius de illis consilium, quo mihi nihil est antiquius, expecto, & doceri cupio, num potius ex aquis mineralibus Germaniæ quædam sint, quæ majus mihi pollicerentur emolumenntum? Denique haud alienum videtur, Tecum communicare quoddam alicuius medici consilium, quod in explicanda nervorum obstructione putat esse certissimum, & sic se habet.

Ex gravi lapsu, quem generosus æger octo abhinc annis cum inequitis animi defectionibus toleravit, recte concludere mihi videor, oculorum affectionem gravii totius cerebri & principii nervorum commotioni in acceptis esse ferendam: id quod insignis dolor oculum occupans, visus obscuratio absque ullis cruxis extravasati indicis accedens, ejusdem invasio periodica, & somnus turbulentus confirmare videntur. In sinistro euidem oculo minime graviori humores laborant vitio, quam in dextro: at in illo substantia rami nervosi magis indurata est, quæ & sub initio immanes dolores excitavit, & hos jam quoque producit &c. De his vero omnibus Tuam efflagito sententiam, ac proponi cupio, que ulterius e re mea fore credideris.

CONSILIU M.

Intellexi, vir generosissime, ex datis ad me litteris, quæ de Tua valetudine sentierint, quæ remedia ipsi opposuerint, & quo effectu illa propinaverint celebris quidam ocularius, ac regi archiatri: & cum meam quoque scire cupis senten-

tiam, maxime num thermae Borbonienses, aut quas alias in nostra Germania aquas minerales malo tuo quidpiam auxiliari posse existimem: haud deesse Tibi potui, quin candide proponam, quæ sentiam. Primum quidem deprehendi, Do. St. Yves & reliquos medicos de origine, causa & conditione mali tui subtilem reddidisse rationes; illudque demon in obstructione nervi optici situm esse conclusse. At enimvero sicuti nullos totius corporis nervos, ita nec opticos obstructioni obnoxios esse posse perfusus sum. Namque omnes nervi ex tenerrimis ac subtilissimis fibrillis sunt compositi; qui non nisi folidum spirituosum, lymphaticum, subtilissimum a veteribus nomine spiritus animalis insignitum, in cerebro secreta, sensus in partibus nervosis atque membranosis, motus autem in musculos verum auctorem & causam transmittunt; neque humores crassiores recipere, nec ab iis obstrui possunt: sed si quodam vitio adficiuntur, illud vel in spastico, vel paralytica corundem resolutione consistit.

Quemadmodum vero spasmus a sero acri incumbente nervis, eos vellicante & ad stricturas prorirante originem trahit: ita paralysis potius ab influxu succi liquidissimi haud satis vegeto dependet; qui vel a nervorum, maxime principiis corundem ab incumbente humore extravasato facta gravi compressione; vel thalamorum ad nervos opticos pertinentium, & ad ipsam cerebri substantiam pericentrum nimia humectatione ac veluti inundatione impeditur atque levatur, sicuti cadaverum, gutta serena extinxitorum, sectio demonstrat. Hanc quoque nervorum paralysin in praesenti casu præsto quidem esse credo, nondum autem consummatam, sed dumtaxat aliqualem, eamque in dextro oculo adhuc mitiorem, cum malum per intervalla redeat. Primam enim hac originem ex gravi lapsu atque capitis alliu traxisse videtur; quo partim humorum liber per caput progressus impeditus, partim eorum major ad caput impulsus sicut concutatus: ex quibus quedam

portio thalamis nervorum impacta , sive nervosi in illos influxui injecta remota . Hinc inanis est medicorum , quam de sanguine inflammatorio fovent , sententia ; qui si præsto esset , venæ selectionibus , remedisque humectantibus ac refrigerantibus expugnaretur facilissime . Multo vero minus concedenda est nervi optici induratio : quæ , licet in reliquarum partium contracturis nervi tendinesque saepius indurari soleant , tamen in nervis capitis , qui a cerebro assidue humectantur atque lubricantur , minime locum inveniunt . Quod attinet commendata remedia , non laudo vesicantium ac seraceorum usum : hæc enim quamvis humoribus , qui stagnant , derivandis maxime sint opportuna ; eosque evacuando in oculorum caligine , quæ ex dolore , rubore ac congestione palpebrarum atque tunica albuginea excitatur , insignem pollicentur utilitatem : attamen si paralytici , hemiplectici , aliqui tales affectus ex humorum serosorum in ipso cerebro stagnatione originem trahunt , externa haec remedia hos nec derivare , nec ullum præstare valent emolumentum . Non minus mihi displicet emeticorum exhibito : quæ , cum violentos motus excitant , & non solum humoribus impetuose ad superiores partes rapiendis , verum etiam eorum extravasationi in capite inducendas ac augendas efficacem subministrant occasionem ; multis variisque & a me in meis scriptis & ab Hildano passim allegatis observationibus constat , ea sola guttam induxit serenam . Borbonensium aquarum usum nec adprobare , nec dissuadere audeo ; cum præter ea , quæ de illis passim ex auctoribus intellexi , elementa ac virtutes earum me lateant . Quamvis autem externe adhibita ob vim exsiccatem atque sulphuream membris resolutis conferre deprehendantur : attamen de illarum efficacia in morbis , quorum causa intra cerebrum residet , valde dubito . Hinc etiam atque etiam hortor , ne solis conjecturis , quæ in arte medica saepissime fallunt , confidas ; sed pro-

be explores , num prostent casus , quod hæc aquæ desideratum ediderint effectum . Mihi saltem nullum suppetit exemplum , quo gutta serena nec perfecta , nec incipiens ex usu tam interno quam externo acidularum , thermarumque , quas nostra fovent Germania , & ego ferme omnes sedulo examinavi , fuerit sanata . Si ullæ minerales aquæ hunc sponderent effectum , certe forent Aquisgranenses , quæ & maxime sulphureæ sunt , & in membris paralysi tactis haud raro mirificam præstiterunt virtutem ; Tuæ vero affectioni nullam tulerunt opem .

Commendarem ergo potius , ut cum sanguine sicco ac spirituolo Te gaudere , ac serosa portio in capite videatur stagnare , ex qua somnolentia , capitis dolores , vertigo , languor corporis ac affectionis oculi exacerbatio derivanda est ; usi serilactis & pulverum nitroforum atque cinnabarinorum ulterius insistas ; aut si Tibi volupte fuerit , aquas Selteranas late afinino permixtas in nostris potes regionibus . Et si quæ ceterum salutis restat spes , eam , corpore prius sero lactis sati humectato , solummodo vel in remediosis fodoriferis ac discutientibus paullo activioribus , haud tamen sanguinem commoventibus , veluti est sulphur antimonii correctum ad meam methodum præparatum , vel in temperatis mercurialibus , qualia sunt cinnabarina , sitam esse arbitror . Hæc enim profundas stases , tenacemque lympham resolvunt efficacissime . Quamobrem nec incognita mihi sunt exempla , quod diurna obscuratio ac tenebris solis visus atque humorum oculi in hominibus ob venereum sicut suspectis luem , ut leviori salivatione , mercurio ad juncturas pedum inuncto excitata & ordinatis lignorum decoctis fuerit discussa atque sanata . Hinc nec Tibi hanc dissuaderem curationem , quam optimè institues , si sumto primum laxante per sex successive dies pulverem ex lapidibus cancrorum , cinnabari , & mercurii dulcis rite præparati grano uno confectione quotidie capies ; tum laxans repetes iterumque pulverem per sex dies adhibebis ; denique eodem laxante devorato

tertia vice pulveris usui sex diebus insistes; atque sub ii. remediis decoctum sanguinem mundificans bibes, & tandem balnea leviora saepius ingredieris, quibus & post absol utam medicationem haud sine fructu insidere poteris. Extrussecus operæ erit pretium, sal volatile ammoniaci siccum, oleo majoranæ vero impregnatum sedulo admovere naribus, quod capitis & oculorum vitiis est convenientissimum. Et hæc sunt, quæ proponenda, accum divini auxili voto præsentium medicorum uiteriori dijudicationi relinqua duxi.

C A S U S L.

De difficultate visus & scabie.

PUella tredecim annorum, phlegmatico-melancholici temperamenti, a teneris illibata valetudine gavisa, & nunquam ne in variolis quidem, quas ante aliquot annos modo rariissimas toleraverat, ullis remediis usa; uno cum dimidio abhinc anno media hyeme saltare didicit, & abhinc sudore madida ad linguae gallicae magistram per frigidum aerem se conferre suevit. Tam subitanis vero aeris mutationibus, dum primum corpus sudore perfusum frigori, deinceps illud refrigeratum astut hypocausti nimis calefacti exponeret, non potuit, quin sibi noxam concitaret. Læsa enim transpiratione scabiosam incidit efflorescentiam, qua primum tubercula cum pruritu cutim occupant, quæ invalescentes in pustulas albas majores abeunt, & postquam foderunt saniem, iterum coalescent. Prioribus exsiccatis novæ propulsant aspredines, sæpen numero inflammatione scorbutica atque erysipelacea illipatae, & maxime artus, faciem, ac pudenda obsecidunt. Hæc scena per novem jam luditur menses. Adhibita sunt varia remedia, nimirum purgantia sudorifera, decocta lignorum, antimonialia, cinnabarina, mercurialia, & ipsa denique salivatio per inunctionem carporum atque tarforum excitata: quibus licet nonnumquam obsecundare videretur ma-

lum, tamen inter ipsam recruduit salvationem, Neque etiam mirum, quoniam ob matris & ancillarum indulgentiam diætæ regulas haud observavit, præscriptas mannatæ potiones raro assumit, sub salivatione cerevisiæ potui indulxit, & inter aerem versari suevit. Ceterum quemcumque sudorem nova sequitur efflorescentia; ille vero nunquam rite observatur. Jam malum plerumque circa novilunia recrudescit, & eruptionis menstruæ suspicionem movet; hinc omisis reliquis medicaminibus non nisi unguento ex unguento diapompholygos, balsamo sulphuris therebinthinato, oleo tartari per deliquium pugnabatur, ex quo evanuit scabies.

At enimvero annus circiter effluxit, ex quo verno tempore oculorum quandam incidit affectionem, qua ipsis semper aliquid obversari videbatur, quod abstergere conabatur cum visus imminutio. Sponte vero intra octiduum sine ulla medicinis remisit hæc molestia. Sed post aliquot septimanas rediit subito, qua assidue abstergebat obversantes falso imagines, & videbat quidem crassiuscula objecta, neque vero minora discernere, nec legere valebat, nisi imposito naribus perspicillo, aut oculis coarctatis. Hoc igitur vitium licet in hoc impuro corpore nervo optico & succis spissioribus, spirituumque irregulari influxui adscriberetur: tamen ei aduersabatur, quod per perspicilla & compressis palpebris litteras dignoscere ac minutiora videre poterat. De nullis præterea ægrotans capitis doloribus, oculorum pressionibus, inflammatione aut congestione conqueritur: pupilla adparet paulo dilatata & adhuc pellucida; sed in aquo humore, obscuriora punctula & ad iridis latera flosculi opaciores conspicuntur: ut inde vereamur, ne ex humorum coagulatione ipsa denique cataracta, aut ob impuros luccos laeso nervi optici suboriatur. Et sane habemus, cur hujus puellæ valetudini timeamus, cum nulla ferme allumat medicamina, nisi forte vina medicata, nec horum debitam hauriat quantitatem; dein post data expellentia mox scabiosa efflorescen-

scentia in pedibus, manibus & facie corripiatur, nec corporis debito fruatur motu; & denique assiduo fere indolgeat somno, eoque succos vitales spissiores, impuriores, eorumque cursum reddit tardiorum.

Quantum igitur fieri potuit, dedimus ipsi præmisso pulvere digestivo ex tartaro nitrato, purgans ex extracto panachymago, mercurio dulci, resina jalappa cum tinctura tartari confectum tum per quattriduum mane ac ante epulas sumendum ordinavimus mixturam ex tinctura martis tartarisata, spiritu Bussia, liquore cornu cervi succinato, & essentia euphrasia paratam; & vesperi exhibuimus pilulas ex extracto majoranae, seordii, bezoardico minerali, & sale succini volatili cinnatas. Postea per tres dies sumisit pilulas laxantes, quæ habebant gummi ammoniacum, tartarum vitriolatum, extractum hellebori nigri, aloen & elixirium proprietatis Paracelsi; porro mixtrum in usum revocavit, & infusum theiforme. Extrinsecus oculis applicavimus infusum croci metallorum cum aqua chelidonii majoris, fœniculi & camphora paratum, & vesperi inunximus palpebris unguentum ex extracto rutæ, myrrha, melle anthosato, camphora, spiritu lumbricorum terrestrium, sale succini volatili & cinnabaris antimonii aliquot granis, superposito faceulo ex radice valerianæ, hyssopi, rutæ & fœniculi in vi no coctis concinnato.

Verum enim vero recruduit quidem efflorescentia copiosius; at in oculos nullum adhuc redundavit emolumentum. Hinc tuum, vir illustris, consilium pro visa conservando imploramus, & cum partim interna sudorifera, scabiei opposita, nullum præstiterint effectum, & jam ab Helmontio rejiciantur, partim externa mercurialia oculis videantur inimica: in questionem potissimum venit, num ne puris exsiccatibus, veluti sunt unguentum diapompholygos cum oleo tartari per deliquium tuto pugnare liceat? Nec minus scire avenimus, numine fonticulus in nocta excitatus usum spondeat, cum, licet nec capit is do lores urgeant, nec oculi plorent lacry-

mas, multum tamen pituitæ naribus redatur? & denique num sub usu decocti ex feciculo, cinamomo, corticibus aurantiorum & salsaparilla parati, quod jam pro portu ordinario bibere suevit, etiam modico vino uti liceat?

C O N S I L I U M .

Postquam communicatam mecum morbi historiam probe perpendi, haud dubito, fore ut accidente menstrua purgatione & visus difficultas & scabiosa cutis descedatio sponte evanescat. Neque vero consultum est, excretionem illam vi provocare velle; sed patienter naturæ molimina expectanda erunt. Ipsam autem humorum dyscrasiam & efflorescentia fomitem partim variolarum raritati, qua succi vitales haud satis depurati fuerunt, partim suppressæ transpirationi per corporis subitaneam refrigerationem, partim denique diaphoreticorum calidiorum & mercurialium ad salivationem ciendam absque uila regiminis observatione exhibitorum usui inconvenienti natales suos debere, vero est simillimum. Namque crebra compertum habeo experientia, quod mercurialia remedia salivationis scopo absque congruo regiminet interne quam externe usurpatæ, morbos vel cum dolore vel exulceratione sippatos longe deteriores reddideront atque pertinaciores. Quoniam enim mercurius virtute intimorem nexum ac texturam partium fluidarum resolvendi pollet satis efficaci, materia autem illa resoluta impura intra corpus remanet: sit inde, ut illa fermenti instar chylosum reliquaque vitales succos corrumpat & inquiet: ut multa saepius opera, quin & ipsa iterata salivatione opus sit pro-damnis inde excitatis rursus abolendis. Hinc etiam visionis defectum ex eadem impura lympha derivandum esse censeo; cui externa remedia nullum pollicentur emolumentum. Quapropter potius consulò, ut omnia fere remedia, maxime activiora diaphoretica ac purgantia penitus omittantur; contra vero spissorum humorum attenuatio & per cutim evacuatio non ni si

Si medicinis blande ac placide diluentibus atque demulcentibus tentetur. Huic scopo vel solum infusum veronicae cum semine fœniculi paratum, paullo tenuius mane ac vesperi larga quantitate haustum, sufficiet; maxime si corporis motus ac bonum regimen accesserint. Nec ludetur opera, si ægra cubitum itura quotidie pulverem ex aqua florum sambuci sumferit, qui sic se habet: Recipe lapidum cancerorum unciam semis, cornu cervi sine igne, cerussæ antimoniæ ana drachmas duas, æthiopis mineralis drachmam, olei de cedro vel ligni safafraæ guttas quinque, M. f. pulvis div. in doses XVIII. Pro potu ordinario cum fructu potabitur sequens decoctum: Recipe radicum scorzonerae, salsaparillæ ana uncias quatuor, chinæ, cichorei, glyzirrhizæ ana unciam unam. Conc. d. S. species, quarum binæ unciae per tres horæ quadrantes cum tribus aquæ mensuris decoquendæ sunt. Vini usum plane denego, & eo magis motum corporis laboribus, curru vendo, ambulando factum commendarem. Alvum si haud rite successerit, manna pondere unius circiter unciaæ ex infuso veronicae, aut fabarum Coffee sumta comode referabit. Localium deniq; usu haud opus esse credo. Siquidem ex commendaturum medicinarum recta observatione exceptatum consequutum iri effectum non dubito.

C A S U S LI.

D E C A T A R A C T A .

Judicium medici ordinarii cum relatione morbi.

Cum ægri reverendissimi statum prouper intuerer, deprehendi illius utrumque oculum, qui ambo olim obscuratione dumtaxat ac imbecillitate quadam laborarunt, jam in gryleam transisse cataractam. Hujus quidem in auxilium prompta subsidia lubens proponam: sed cum ardua sit affectio, meam de illa sententiam aliis celebrioribus medicis dijudicandam relinquo. Primum ergo extra o-

mne dubium esse positum credo, quippe ocularis id docet inspectio, veram cataractam utrisque oculi pupillam æquali magnitudine obseuisse, adeo ut licet pupilla quam maxime dilatetur, ea tamen conspiciatur. Jam itaque in questionem venit, num remediis hoc vitium depellere convenient, aut magis præstet, illius maturitatem expectare, & tum acu auferre? Multa quidem sunt medicamina, quæ in cataracta incipienti commendant nostrorum temporum medici; & multi existant casus de illa medicinis omnino sanata. Sed in nostro ægrotante comparatum esse videtur vitium, ut quantum rationali conjectura assequi licet, remediorum usu minime expugnari potuerit. Taceo ratiiores illas obseruationes de cataracta medicaminibus curata passim ab auctoribus allegatas hirundinum instar esse, quarum paucæ ver nunquam facere dicuntur. Et sane longe certior erit spes a manuali depositione, quam quæ ex curationibus ejusmodi expectari potest; de quibus jam Galenus dixit: Promissiones horum medicamentorum magna sunt, verum effectus aliquando nullus, aliquando valde exiguis. Meo quidem arbitrio ad hanc questionem in præsenti casu decidendam vel id solum sufficere posset, quod cum præstantissima remedia celebratis medicis commendata, ne quidem visus obscurationem tollere potuerint, ea multo minus ipsam hanc cataractam auferre valebunt. Quamobrem cum omnis auxili spes in manuali hujus vitii matori acu facta ablitione collocata esse videtur, consultum puto, ut fugiantur omnia remedia, ne ipsorum usu cataractæ præpediator maturitas. Quod si vero reverendissimo ægro minus volupe fuerit, huic se subjecere operationi: omnino suaderem, ut congruis medicis cataractæ incrementum retardetur, ac quantum possibile erit, impediatur.

Si ergo verum est, longe majorem operationis manualis, præ medicaminibus esse prærogativam; haud immerito ulterius queritur, num illa absque ullo periculi aut noxa metu in nostro ægro locum inveniat? Quod ut discutiatur, an-

te omnia notari meretur, hanc operationem minime tantis difficultatibus atque doloribus complicatam esse, ac vulgo creditur; quando nimurum manu perita administratur. Omne momentum enim absolvitur percussione tunicarum oculi, quæ cum subtilissimo peragitur instrumento, non majorem parit dolorem, quam qui ex venæ incisione percipi solet. Hinc Domini du Cros verba de hac operatione in dextro oculo instituta sequentia sunt: L'oculiste, qui m'a fait l'œil droit & en moins de deux minutes ne m'a pas fait autant de mal, que pourroit le faire, l'egratigneure d'une epingle, & je fus tout etonne, quand il me banda l'œil, car je croyois, que l'operation etoit à peine commencée. Quemadmodum ergo hoc manuale auxilium doloribus vacuum est, ita multo magis omni vacat periculo: & facilius foret de dannis ex venæctione, quam de noxib[us] ex cataractæ depositione exempla allegare. Mihi saltem nullum ejusmodi supperit exemplum; licet me non fugiat, plerosque nostræ Germaniæ ocularios, audaces esse homines, qui majori temeritate cataractas auferre solent, quam decenti prouidentia. Quid? quod sè penumero contingat, ut hæc operatio, si vitium succreverit iterum, aliquoties absque ullo repetatur damno. Neque vero ætas ægrotantis provectioni huic operationi impedimento esse videtur: cum cataracta sit plerumque morbus senilis, & in senibus felicissime deponi deprehendatur sè penumero. Dux noster pia memorie Augustinus octuagesimo ætatis suo anno cataractam acu sibi auferri passus est, & inde insignem visus aciem recuperavit, eamque ad ultimum vitæ momentum, quam ad annum octogesimum septimum protractit, retinuit incolumenti. Sed nonne porro in ægra nostro reliqua ægritudines, quibus tentatur, veluti sunt naulea, eructatio assuitorum, pituita copiosa exscreatio, & alvi segnitie obstat viidentur, quo minus operatio felici potiatur exitu? Ipsi quidem actui hæc nequaque obesse crederem; at successum illigios turbare possent: siquidem non solum

affidua eructatio depressæ cataractæ iterum elevandæ occasionem præbere; verum etiam perpetua muci exscreatio debitam corporis requiem turbare; & continuus decubitus alvi segnitie magis adaugere valerent. Verum enim vero hæc non tanta credo momenta, quæ operationis administrationem vetarent: possem enim, si opus esset, multis confirmare testimoniis, eam in magis arduis dubiisque institui casibus. Deinde etiam allegata ventriculi eructatio non tanta est vehementia stipata, quanta in vomitu observatur; sed assumta sine ulla ferme molestia ascendere solent. Et denique huic affectioni congrua dicta mederi possumus, qua ægro prioribus post operationem diebus non nisi liquidiora atq[ue] jucunda concederemus, quæ etiam ordinario ad præpediendam masticationem exhiberi solent: pituita exscreta, nisi absque fastidio, & inde excitandæ vomitionis metu deglutiri posset, linteo excipienda foret atque abstergenda, & denique alvi lubricitas convenientibus medicinis conservari posset.

Remotis ergo depositionis cataractæ impedimentis, suboritur omnino tertia quæstio; Num ab ea operatione visus perfecta restitutio sit speranda? At enim vero quemadmodum ablata licet exactissime cataracta, plerumque tamen quedam oculorum debilitas, ac visos imbecillitas relinquuntur; ita quoque in praesenti casu ea operatio nihil spondet aliud, quam ut plenaria præcaveatur cœcitas, & visio maximam saltem restituatur partem. Quum autem sub visus difficultate pristina oculi apparuerunt pellucidi, nonne forsitan præter cataractam gutta etiam serena oculos occupare & sèpius citatae operationi impedimento esse potest? Vix crediderim: namque dum pupilla ad lumen æque ac tenebras & constringitur, & dilatatur, æger quoque lucem a tenebris, quin & ipsos colores discernere valet; merito concludere licet, non adesse revera guttam serenam, aut obstructionem nervorum opticorum; qui quamvis vi ætatis aliarumque, quæ oculos adfecerunt, causarum debilitati ali-

quan-

quantulum videantur, ea tamen imbecillitas minime tanta est, quæ aduersetur cataractæ depositioni.

Quum ergo nihil est, quod meæ repugnet sententia, denique discutiendum erit, an cataracta manuali depositioni jam opportuna sit, numne potius ejus maturitas sit expectanda? Hancce autem rem optime ocularius in arte sua peritus & a turpis lucri studio alienus determinabit. Vulgo quidem tum illi operationi opportunum putatur tempus, si sub pupillæ per objectas tenebras facta dilatatione cataracta manet immobilis; id quod in nostro ægro jam deprehenditur. Celebris ocularius Gallorum de Sr. Yves sex demum post mensibus, quam æger facie a luce aversa nulla amplius discernere valet objecta, ad operationem esse properandum credit. Et hæc sunt, quæ pro mea cognitionis tenuitate in salutem reverendissimi ægri proponenda duxi, quæ Deus reddat salutaria ex animo precor.

CONSULTATIO.

PErvenrerunt, Vir Reverendissime, ad manus meas litteræ cum consilio medici ordinarii eleganti pariter ac erudito: ex quibus deprehendi affectionem tuorum oculorum, quæ olim non nisi visus obfuscatione atque obnubilatione ex humorum oculi conturbatione orta constituit, jam in veram & gryseam transiisse cataractam. Jam itaque a me cognoscere cupis, num vitium illud solis medicaminibus vel interne vel externe exhibitis curari, aut illis saltē perfecta coecitas arteri queat? anne potius his obtinendis scopis manuale auxilium citra periculi metum administrari possit? Ad primam questionem regero, impossibile fore, ut hæc adficio medicaminibus exstirpari vel saltē imminui queat. Quamvis enim multa remedia ad hunc scopum passim commendentur; docet nihil minus crebra experientia, ea nec interna nec externa illa pollere efficacia, ut ad affestum locum penetrant, & coagulatos ibidem humores resolvant. Hoc vel unico exemplo viri cuiusdam generosissimi, qui

annuo abhinc tempore ob visus obscurationem meum imploravit auxilium, confirmare liceat. Huic, cum mali radicem in hypochondriis & mala ventriculi digestione sitam esse cognoscerem, commendavi congrua stomachica atque acidulas. At ille certa sanitatis spe fatus adiit Lutetias Parisiorum, ibidemque per integrum fere communatus annum celebrissimos medicos, & versatissimos consuluit ocularios: a quibus quidem variis remedii, vesicatoriis, fetaceis, hirudinibus ad anum applicatis, emeticis, sudoriferis, sanguinem depurantibus, internis pariter ac externis malum oppugnabatur; tantum vero abest, ut debellaretur, ut potius invaleceret, & ægri vires magis magisque deicerentur.

Ipsam quod attinet operationem, necesse est, ut peritus quidam consulatur ocularius, qui oculos exploret atque dijudicet, num ad operationem sit idonei. Hæc enim expedita manu peracta nullam nec noxam, nec periculum minatur; sed potius certissimam sanationis spem pollicetur; nisi forte humores crystallinus atque vitreus perfecta opacitate laborent; quos adhuc pellucidos & subtili dumtaxat pellicula obductos suspicor. Namque si humores fuerint opaci, tunc omnino cataractæ depositio ipsi visus obfuscationi nullam feret opem. Sed necesse utique est, ut consulatur vir honestus, quoniam alias oculariis in more est positum, ut turpis lucri caussa ad ipsam cataractæ depositionem accedant, insuper habentes, num illa huic operationi apta sit, nec ne? Nec vero nos deterrere ab hoc auxilio potest metus guttae serenæ, quæ cum pupilla adhuc motu suo atque sensibilitate gaudeat, inanis omnino evanescit.

Id ergo tantummodo restat, ut, cum ob malam ventriculi digestionem multæ acidæ viscideque cruditates generantur, quæ partim alvi obstructioni, partim aspidis per superiora cruciationibus, partim chylo crudo atque vitio lo generando efficace in subministrant occasionem, hinc vitiis debitibus remediis opitulemur, atque majora, quæ hinc oculis accedere possent,

damna arceamus. Hisce scopis obtinendis etiam atq; etiam hortor, ut fugiantur medicinae calidores atque purgantes; & commendo partim pulverem stomachicum atque cephalicum; partim linimentum nervinum. Pulvis sic se habet: Recipe corticum aurantiorum, pulveris radicis pimpinellæ albæ, iridis Florentinæ, rhabarbari electi, foliorum sennæ fine stipitibus pulverisatorum ana unciam semis, summitatum centaurii minoris, seminis cumini, feniculi, anisi stellati, cinnamomi acuti, cardamomi, caryophyllorum ana drachmas duas, tremoris tartari unciam unam, sacchari Canariensis uncias quatuor, olei de cedro guttas XV.M.f.pulvis, cuius drachmæ binæ ex vino aqua permixto mane vel vesperi alternis alsumantur diebus. Linimentum hoc est: Recipe aquæ Anhaltinæ uncias duas, olei caryophyllorum, menthe, nucisq; destillati ana drachmam, balsami peruviani drachmas duas. M.f.linimentum, quo sapientia regio ventriculi, maxime circa cordis scrobiculum inungatur, superimposito linteo probe calefacto. Pro potu ordinario acidulas Selteranas, quarum binæ partes cum una vini Rhenani sint combinatae, commendo. Alvo pigrae reseranda si pulvis commendatus haud sufficerit, præstantissimi erunt clysteres domestici. Ceterum ab epulis larygis, maxime liberaliori cena abstinere, & corporis moderato exercitio per equitationem aut ambulationem sub cœlo sereno peragendo studere convevit.

CASUS XLII.

De sapore falso & affectu spasmatico.

Postquam ægritudinem tuam cum omnibus illius symptomatis, veluti sunt motus spasmatici capitis, ejusque potissimum partium externarum, sapor acris & falsus, & expulsio pituitæ falsæ, tinnitus sussurrusque aurium &c. sedulo mecum perpendi: horum omnium fundatum in malo hypochondriaco, quod Tibi ex nimis mentis laboribus, immobilitatis lucubrationibus, & vita sedentaria contraxisti, situm esse facile perspicio.

Quandoquidem enim copiosis flatibus atque spastis abdominis atque ac pedum cum frigore stipatis, qui hoc in morbo deprehenduntur, humorum æqualis circulus impeditur, hique maxime ex partibus extremis ad caput compellontur, fieri non potest, quin illius in externis capitum partibus stagnationem spasmaticæ contractiones, agitationes cervicis, oculorum, oris & labiorum dolores pungentes & æstuantes frontis, laborum animi languor, meticulositas atque pavore sequantur. Cum præterea naturales excretiones, maxime quæ per alvum & cutem fiunt, haud rite succedunt in his affectionibus: sordes acres & salinæ per dicta potissimum proscriptandæ emunctoria intra sanguinem remanent, & cum illo ad caput copiosius delati, ibidecumque tardius ac difficilius per vascula minima circulantib; tandem per glandulas faecium ac salivales procul dubio nimium relaxatas transudant, saporemque depravatum atque salsum inducunt. Neque vero levioris est præ sagittæ hæc affectione: siquidem facilime in paralyticum vel apoplepticum terminatur malum: quod ut partim præcaveatur, partim præsens morbus a molestiis, quæ comites habet, liberetur symptomatis: eo jam dirigenda erit curatio, ut ventriculus roboretur, vis digestiva restituatur, excretiones naturales per alvum, sudorem & urinam promoveantur humorumque raptus a capite ad inferiores & extimas derivetur partes.

Hisce scopis obtinendis egregiam opem ferent pediluvia ex aqua fluviatili, forfuribus triticeis, floribus chamaæmeli, & cineribus clavellatis parata. Hisce enim tepidioribus cubitum iturus æger omnii vespéra pedes ad genua usq; immittere, & per horam dimidiā detinere: eaque per quatuor hebdomades usurpare debet. Deinde consultum erit, circa utrumq; æquinoctium venam in pede tundere, & singulis binis mensibus quatuor cucurbitulas scarificatorias, earumque duas genibus, duas vero suris applicare. Porro commendo, ut mane intra lectum infusum theiforme potetur; & exinde levis expectetur sudor; quod sic se habeat:

Recipe herbeæ melissæ , cardui benedicti , basilici , betonicae , laturej ana manipulum unum , florū anthos , primularum veris , salviae , tiliæ , ana pugillos sex , cubebarum , seminis foeniculi ana drachmas duas . M. conc. cont. d. S. Species sum Krauter-Thee . Ex hoc infuso mane , vel etiam vesperi assumatur drachma circiter hujus pulveris : Recipe Ossis sapia , lapidum cancerorum , magnesia ana drachmas duas , cinnabaris vulgaris , nitri purificati ana drachmam unam , castorei grana quatuor . M.f.pulvis . Albus obstructa referabitur commode uncia dimidia salis Epsonensis cum uncia mannae permixta uno haustu devoranda . Non minus pro potu ordinario sequens adhibetur decoctum : Recipe radicis Scorzonerae , polypodii ana uncias duas , chinæ , saffarilla ana unciam unam , seminis foeniculi drachmas duas . Conc. cont. d. S. Species , quarum uncia cum dimidia ex binis aquæ mensuris decoquenda est . Et denique Elixir meum stomachicum , 70. vel 80. guttulis post epulas sumtum egregiam feret opem .

Quod vero molestum illum salsumque saporem attinet , qui non nisi a nimia vasorum & glandularum salivarum relaxatione proficitur : haud ludetur opera , si balsamo meo vite mane vesperique colatum ac aurium regio externe inungatur , ejusq; decem guttulæ ex haustu vini Rheanni in ore detinuntur , ac dein iterum expuantur . Hojus enim remedii virtutem in sapore perduto atque vitiato deprehendi præstansim ; siquidem tubulos salivales præternaturaliter relaxatos leviter constringendo , glandularum earum tollit atoniam .

C A S U S LIII.

De sapore corrupto.

Generosus vir LVIII. annorum , temperamenti sanguineo - cholericæ , præter narium hæmorrhagias , in quas a teneris admundum pronus fuit , illibata valetudine gavisus : simulque ob munerationem eximiæ corporis defatigationi-

bus ac refrigerationibus obnoxius , nec minus diætæ erroribus ac excessibus indulgens , ante aliquot annos ex improviso gravi faciei convulsione , & sinistri pedis paralysi corripitur : adeo ut hunc non solum movere nequiret , verum etiam dextrum brachium in consensu raperetur , nec elevari posset . Evanuit equidem post adhibitas convenientes medicinas hec adhuc , ac rediit perfecta motus pedis potentia : at vero haud ita multo post i. signe incidit salivæ ad fauces astluxionem , qua illa perpetuo reddebat ore , ac sapor corruebat penitus . Primum enim assumta quævis dulcem adversumque , dein putrem omnino referebant saporem : & hec molestia , nequicquam adhibitis præstantissimis remediiis , per duos jam inhaesit annos . Appetentia ceterum exigua , totumque corpus languidum est : & si manus perdesve moverit , strepitus cuiusdam sensum in iis percipit . Nec ignorari oportet , sub hujus mali principio cruentem large frequenterque fluxisse e naribus , institutis autem venæctionibus jam non amplius reddi . Et denique paucis abhinc septimbris accessit alvi profluvium cum dolore ventriculi ardente stipatum ; quo saporis vitium magis fuit exacerbatum . Hinc petit consilium ægrotans , ac scire avertit , quæ sui mali caussa sit , quæve medela convenientissima .

Epicrisis .

COrruptus ac depravatus ille sapor , de quo æger maxime conqueritur , & cujus potissimum tollendi causa consilium flagitat , non respiciendus est ut morbus primarius , sed tanquam symptomæ affectionis scorbuticæ , atque ex hac oriundæ paralyseos . Ex iis enim , quæ in historia morbi proposita sunt , manifesto perspicimus , ægrum ante aliquot annos & spasmo , ut vocant , cynico , & lateris sinistri resolutione fuisse affectum ; cujus origo omni procul dubio ad pravam & scorbuticam humorum diathelin , partiumque nervosarum debilitatem , ex variis prægressis caussis , animi scilicet commotionibus , nimiaque corporis refrige-

tatione subortum referenda est. Et quoniam strepitus ossium imbecillitatem ligamentorum, quibus artus vinciuntur; nec non humorem ex glandulis articulorum pinguedinosis extillantem minus lubricum ac benignum designat; haud parum utique mali scorbutici in massa humorum delitescentis, augetur suspicio.

Quum vero corruptus ille sapor paralyticum affectum statim excepit, non dubitate licet, quin illius generatio huic malo tribuenda sit. Derivamus igitur molestissimi hujus saporis caussam a depravata constitutione glandularum, quæ salivalem laticem fecernunt, & maxime ab earum atonia nimiaq; vasculorum relaxatione, quæ lateris sinistri paralysin insequuta est. Purum enim & sincerum saporem efficit maxima ex parte benigna ac temperata salivalis lymphæ indoles, quam imprimis a convenienti glandularum seu vasorum fecernentium structura ac motu proficiunt putamus. Nam secrezione humoris v.g. biliosi in hepate immixta vel impedita hic alienus latex ad glandulas salivales transfertur, ibique separatus salivam contaminat; unde omnia, quæ ingeruntur, amaricantem saporem exhibent. Ita in malo scorbutico, smo etiam in febribus saporem penitus interdum vitiani videmus; quoniam pravitas succorum, qui per congrua emunctoria non separantur, omnes alias fecernendos humores atque adeo etiam salivam coquinat; ex quo fit, ut omnia sub hisce morbis ingesta putridi, & fastidiosi saporis sensum inferant. Quamobrem si quis hunc affectum tollere ex toto instituat, eum hanc medendi rationem inire oportet, ut primo universa sanguinis & humorum massa bene depuretur, quod aperte emunctoriis & liberiori redito humorum circulo comode obtineri potest. Deinde dispiciendum, ut oris & fauci glandulis, quæ salivam plorant, robur pristinum restituatur. Quum autem medici, more plerisque consueto, neglegentis hujus mali caulis, varia remediiorum genera ad hunc affectum tollendum promiscue & sine delectu, tentaverint; non mirum videri debet, quod ex-

grotus noster a tot exhibitis remediiis nullam prorsus opem percepit. Curam igitur hunc in modum instituendam dicimus.

1. Exhibenda sunt ad aliquot dies pilulae, balsamica & laxante virtute instructæ, quæ ex aloë, rhabarbaro, agario, mastiche & aristolochia rotunda parari, & vel mane vel versus noctem assumi possunt.

2. Primis viis leniter expurgatis in usum vocare oportet decocta diaphoretica, & diuretica, quæ confici possunt ex lignis & radicibus v.g. rafura ligni sassafras, ligno juniperi, radice saraparille, cichorei, china, scorzonerae, mastiche, tartaro tartarifato vel arcano duplicato, adjectis pastulis Corinthiacis. Hujus decocti octo unciae quovis mane ad minimum per septem dies calide sumi debent, disponendo corpus ad lenem sudorem. Cum hoc decocto alternis diebus sumi potest spiritus noster diaphoreticus, ex partibus tribus liquoris nostri anodynî mineralis, & parte una spiritus bezoardici mixtus ad guttas 50. Dici vix potest, quam egregias & excellentes hic spiritus possideat vires in pellendo sudore, tubulisque cutis aperiendis, & depuranda humorum massa. Ex hisce speciebus etiam confici potest decoctum secundarium, quod loco potus ordinari usurpandum est. Deinde alium denuo pilulis sollicitare convenit, iterumque decoctum haurire, quod etiam tertia vice repetendum.

3. Ad glandulas salivales, quibus vitium maxime inhæret, roborandas commendamus gargarismata & linimenta, quæ balsamica & roborante virtute laxatis fibris tonum restituunt; quo nomine laudari meretur balsamus noster vita spirituosus, externe collo, faucibus & maxillatum regioni, ubi sitæ sunt parotides, illinendus, vel etiam naribus, temporibus, smo nocte adplicandus, ut ejus vi eo melius ad principium nervorum pertingat. Utile etiam erit, eundem aquæ salviae infundere, ea que os frequentius colluere. Quæ remedia si convenienter & paullo diutius usurpentur, certam reconvalescenciam spem promittimus.

C A S U S L I V .

*De impotentia ambulandi & loquendi
in pueri novem annorum.*

NOvem annorum puer a teneris unguiculis ad secundi ætatis anni auspicio vegetus incoluisse vixit, & corpore obesus fuit. Quinque vero anni quadrantes natus febre acuta, absque tamen epilepsia, corripiebatur; sub qua tanta urgебat alvi obstipatio, ut nullis ferme nec externis remediis, nisi demum fortiori clystere, reserari potuerit. Abhinc æger assidue languidus mansit, & primis post superatum morbum mensibus per intervalla crebra spirandi angustiam ferme suffocantem passus fuit. Non minus ad hoc usque tempus alvus est segnis, & stusque præternaturalis adfligit, absque tamensisti, & potius potus fastidio, quod tribus prioribus ætatis annis majus fuit, quam praesenti tempore. Contra vero integra gaudet appetentia, & præter varios, quos in vita sua toleravit morbos, febres, morbillosque, duobus potissimum sollicitatur vitiis. Horum primum est, ut licet corpus satis firmum ac bene conformatum præ se ferat, ambulare tamen nequeat, nec genua diducere, nec pedes extendere valeat. Videntur enim nervi ac musculi femoris & poplitis justo esse breviores, & genubus externa violentia diutinis, pedibusque extensis, rigidissime tenduntur. Alterum vitorum est loquendi impotentia; quæ licet olim lingua bis scalpello fuerit soluta, adhuc adfligit. Non valet linguam extra os extrudere, quæ intinsecus inferiusque tota ori accreta videtur, & si violentius exeritur, intumescit: frenulum alias sub lingua obvium vix deprehenditur. De hoc ergo malo variis medici atque chirurgi consulti in variis abierunt partes; quidam enim illud vitium incisione tolli posse & impossibile, & ob vasa sub lingua sita periculosem putant: alii manualem hanc operationem, si ab expedito fieret Chirurgo, omnino commendant. Hinc consilium flagitatur, numne hæ adfectiones & pedum & linguæ adhuc sanari queant, & quæ ei scopo vel

Hoffm. Consult. Med.

interna vel externa sint adhibenda remedia?

C O N S I L I U M .

Duo præcipue sunt vitia, quibus æger, cuius morbi historia mecum fuit communicata, detinetur; quorum primum est ambulandi impotentia, quæ genua præternaturaliter ad se invicem contracta non diduci, nec extendi possunt, & musculi, nervi, ac tendines ossis femoris atque poplitis justo sunt breviores: alterum consistit in sermonis quasi naturali difficultate, sub qua lingua justo latior, tumida, ori firmiter accreta nec commode moveri, nec ex ore potest exerci, licet illa bis scalpello fuerit liberata. Horum vero malorum originem si dispiciamus; posterius proculdubio magis naturale & ab ipsa nativitate contractum; prius autem febri acutæ olim tolerata, nec vero sufficienter descriptæ natales suos debere videtur. Hoc confirmant symptomata dictam acutam febrem quondam concitata, veluti fuerunt alvi obstructio pertinacissima, vix ullis medicinis rese-randa, ejusque adhuc inhærens legnities, languor corporis & spirationis præfocans quasi angustia. Quum enim hæ omnes adfectiones non nisi a violento spastmo dependent, qui præter caput (nulla enim adfuit epilepsia) totum genus nervosum occupavit: nullum est dubium, quin spasmus ille etiam nervos femoris posticos prehenderit, ac violenter constricterit: qui dum forsitan medicinis relaxantibus, maxime antispasmodicis ac balneis haud satis opportune oppugnatus fuit, paulatim in nervis exter-narum potissimum partium altiores egit radices, ac præprimis tendines muscularum, qui tibiam flectunt, quasi induravit.

Quibus sic se habentibus cum utrumque malum valde inveteratum, & quod linguam occupat, omnino nativum videatur, facile adparet illius sublationem fore admodum difficilem atque perar-duanum. Neque tamen securius cum æger ju-nior, appetitus integer, corpus firmum, robustumque, ac vires satis sint valide, non dubito, quin taltem motus impotentiae

K

ac

ac pedum contracturæ hac potissimum ratione opein ferre queamus. Primum ergo ægrum ab omni cerevisia, vino, potu calidiori, cibis salitis, acidis, laeticiis atque farinaceis penitus abstinere oportet, & hoc præcipue pro potu ordinario uti decocto: Recipe radicis sarsaparillæ uncias tres, chinæ, scorzonerae anauncias duas, semenis foeniculi drachmas tres, Conc. cont. d. S. species, quarum uncia in binis aquæ mensuris decocta & calide loco infusi Theebois & frigide loco potus ordinarii inserviat.

Deinceps vero omne curationis momentum balneis ac inunctionibus absolvetur; quibus sequenti ratione utendum est. Prioribus binis diebus æger cubitum iturus septem harum pilularum assumat: Recipe extracti panchymagogi Croiliæ, extracti rhabarbari, mercurii dulcis ana drachmam semis, M. f. l. a. pilulae ex scrupulo uno numero decem formandas. Haec enim alvum ducent egregie, & præstantem vim humores viscidos tenacesque dissolventi obtinent. Altero post earum usum mane semper quinque vel sex præscripti decocti hauriantur vascula. Tertio die æger ad pectus usque immittatur balneo, leni repose moderato, ne exinde violentius sudet, in eoque per tres horæ quadrantes desideat. Hoc vero ex aqua fluviali, aut quod melius pluviali, in qua furfures triticei sacculo inclusi, manipuli tres semenis lini, flores chamæmeli & herba artemisiae decocta sint, paratur. Egressus illud balneum æger se in lectum conferat, hausto ibidem prælaudato decocto leviorem sudorem expectet, & hoc finito os femoris atque genua, omnemque regionem, in qua musculi apparent breviores, sequenti linimento calide inungi curet: Recipe axungiae humanae uncias tres, picis alba unciam unam, misce & solve in aqua servida, adde olei lavendulae drachmas tres, d. Haec curatio matutino semper instituenda tempore per sex circiter vel septem protrahatur dies; & vesperi sub ingressum lecti pulveris præcipitantis drachma dimidia ex aqua cerasorum nigrorum assumatur, cuius hæc est compositio: Recipe lapi-

dum cancerorum unciam semis, succinum preparati, cinnabaris nativæ preparatae, nitri purificati ana drachmam unam. M. f. pulvis. Tum iterum per biduum supra allegatas pilulas devorare, & denique balneis per sex dies insistere convenit: ex quorum usu certam reconvalsentia fo-
veo spem.

Quod autem vitium linguæ atque loquelæ attinet, illius curatio majoribus implicita videtur difficultatibus, cum ipsam linguæ substantiam ori firmiter concretam esse vero est simillimum. Quæ adhuc sperari potest sanatio, ea omnis provida a prudenti chirурgo vel potius medico anatomico facta sectione absolvetur; sub qua probe observandi sunt ductus salivales Wartoniani, ne lœdantur. Verum enim vero cum affectas partes ipse coram haud inspexerim, nec sciam, num linguæ substantia interiori gingivæ sit acreta; hoc meum de sectione judicium ulteriori medici præsentis relinquo considerationi.

C A S U S L V.

De Spasmo muscularum maxillarium febri continua benigne spora dicæ superveniente.

Communicatus mecum est casus, cuius hæc fuerunt summa momenta. Fœmina nimis 34. annorum, temperamenti cholericæ, melancholici, febre quadam acuta cum prævio horrore & insequuto æstu corripitur, quæ primum nullis remediis convenientibus, nisi laxante quarto morbi die propinato oppugnata majora in dies sumit incrementa. Hinc accitus sexto morbi die D. D. G. datis pulverbis, emulsionibus atque tincturis præparantibus, temperantibus & diaphoreticis materiam febrilem per cutim eliminare intendit, & aliquantulum obtinuit. Nono autem morbi die ex improviso gravis spasmus muscularis maxillares prehendit, cum sermonis quadam difficultate, rationis vero integro usu: quo symptomate debellando absente prælaudato medico alter D. N. consultus, prior.

priorem accusavit, aesi narcoticis reme-
diis soporofum excitaverit affectum, &
protinus venam in fronte tundi curavit.
Reversus denique medicus prior ordi-
narius vesicans emplastrum ægræ adpli-
cuit, & priorum remediorum usum con-
tinuavit, eo effectu, ut illo symptomata
de pulso totus morbus feliciter tolle-
retur. Cum autem hic famæ suæ ac-
cusatione D. N. multum detrahî pu-
tet, pro èz vindicanda ad sequentes
potissimum judicium meum desideravit
questiones.

Dum itaque primum quærit: an hic
affectus fuerit febris continua? haud pos-
sum, quin ex symptomatum ratione, ve-
luti fuerunt horror cum inseguo: æstu,
dolores capitis, præcordiorum anxietates,
vigilæ &c. omnino concludam, febrem
hanc fuisse continuam benignam; illi,
quæ hisce temporibus epidemicam, aut
rectius sporadicam edidit stragem, haud
ab similem. Neque vero inficias ire pos-
sum, quin hæc febris opportuna alvi
commotione quarto morbi tanquam in-
dicatio die ante accessum D. G. facta,
utique in typo perturbata fuerit: dum
enim exinde alvi lubricitas quidem indu-
cta, diaphoretica vero excretio suppres-
sa est, saltē minus sufficenter succedit;
non mirum, si ex hisce caussis oris spas-
mus originem traxerit.

Hinc si altera incidit quæstio: Num hec
spasmodica translatio nono die, quo dia-
phoresis optima & respiratio fuit libera,
ad maxillas facta, malum portendat o-
men? hunc spasmum febris irregularis
progeniem ex dictis caussis productam
fuisse arbitror. Haud enim raris observa-
tionibus compertum habeo, quod hisce
febribus ex levissima corporis sudantis re-
frigeratione, vel internis vel externis
caussis excitata, aut maxime colli at-
que brachiorum denudatione, exdem
spasmodicæ maxillarum, colli atque nu-
chæ constrictiones, quin & rheumaticæ
affectiones supervenerint.

Hinc spasmum illum, cum ad irregu-
larem febris successum pertineat, minime
salutarem judico; sed, licet haud fune-
tus sit, tamen perarduum, & si accesso-

rit diaphoresis in toto corpore represso;
ad inducendum lethalem eventum satis
idoneum arbitror.

Tum vero ad tertiam quæstionem:
Num D. N. juxta regulas æquitatis & le-
ges prudentia medicæ absentem D. G. in-
vidiose criminari, ejusq; medicamina con-
temnere licuerit? omni jure respondeo,
quod hoc ipsi omnino vitio sit tribuen-
dum: siquidem medici providi ac pruden-
tis est, ut ne unquam iniquas de aliorum
actionibus sententias foveat, multo mi-
nus calumniam adhibeat; & si quædam
actu censenda occurrerint, omnia potius
bene interpretetur; nec nisi requisitus ju-
dicium suum proferat.

Quod eo magis censuram meretur in
præsenti casu, cum juxta quartam quæ-
stionem: An salva conscientia nono de-
mum morbi die venæsectorio commendari
potuerit, & numne vesicatorii usus fue-
rit rejiciendus? utique ex multis suffragiis
non lolum veterum & recentiorum medi-
corum, verum etiam ex propria expe-
rientialia & ipsa ratione compertum habe-
amus, venæsectories in febribus acutis con-
tinuis nono institutas majus damnum in-
duxisse, quam emolumentum. Quamvis
enim præsto etiam fuerit in hoc morbo so-
porosa affectio, de qua tamen nulla ex-
tant signa; nihil tamen feci tam sero-
tina venæsectorio plus noxæ intulit libero
febris decursui, quam utilitatis affectui
soporoso adserre potuit. Sed hæc venæ-
sectorio in præsenti casu eo minus opportuna,
nec per ulla indicationes significata vide-
tur, cum affectio non soporosa, sed verus
spasmus, nec tamen simul urgens adfue-
rit plethora. Contra vero vesicantis me-
dicinæ adlicationi subscriptere omnino
teneor; quom illa partim spastmo prospe-
xit medicus, partim etiam adjunctis tem-
perantibus atque bezardicis febriles ex-
cretiones adjuvit: ut raceam felicem e-
ventum, qui illius usum exceptit.

Quod denique ultimam quæstionem at-
tingit: an ex allegatis in morbi historia
momentis lethargum tam per se, quam a
narcoticis inductum suspicandi ullus sit
locus? meo quidem arbitrio nullas illius
deprehendo notas; & mentales angores,

qui spasmo forsitan accesserunt, a lethargo probe distinguendas esse credo. Neque enim ulla lethargi adparet ratio, quippe cui producendo semen papaveris albi sub emulsione propinatum minime fuit sufficiens, neque præsens symptoma, si lethargus fuisset, non eodem die debellari potuisset, uti factum esse legi. Soporosi enim affectus plerumq; sunt diuturniores; spasmī autem cito generati, citius quoque depelluntur. Et quid denique multis? Essentialis omnino inter spasmos & soporosos affectus intercedit differentia; notis sibi propriis facile cognoscenda; quarum ad lethargum pertinenium in nostra ægrotante ne unica quidem occurrit.

C A S U S LVI.

De Rejectione pituitæ nimis ex ore cum pathematis hypochondriacis.

Generosissimus Dominus de M. G. tuum, Vir illustris, flagitat consilium de sua ægritudine, quæ sic se habet: Matutino præsertim tempore copiosa pituita ad fauces fertur copia, ut eam omnem vix excrescere valeat: adfligit simul dolor obtusus premens in sterni regione, & tussis non nisi rarissima, maxime quando tenax est materia, cum vomendi conatibus accedit. Somnus præterea est placidus; æger munericibus suis absque difficultate fungitur; prandio liberaliori, coena parciiori utitur, & post hanç Tabacum sumo reddere suevit. Olim vinum potavit solum; postquam autem ophthalmia, inflammationibus ac exulcerationibus aurium ac faciei sæpius tentatus fuit, cerevisæ Naumburgensis potui per aliquot annos indulgere, simulque vini Rhenani dimidiā circiter mensuram sub epulis bibere coepit. Ceterum licet ad animi affectus, mœrorem, terrorem ac excandescientiam sit facilissimus, ab illis tamen sibi'cavet quam maxime. Neque vero spiratione diffaciili sollicitatur, sed etiam acclivia loca libere ascendere valet: & verzetur denique, ne copiosus ille mucus

tandem cordis polypum, vel pectoris hydropem, vel plane apoplexiā inducat.

Hujus diuturnæ adfectionis, quam quidam hæreditariam putant, caussam in hypochondriis, ac digestioñis vitio sitam esse credidi; hinc etiam ventriculum ac viscera roborandi pariter ac aperiendi finem habui; & stomachicis, aromaticis, carminativis, spiritu nitri dulci, tinturis martialibus, helleboratis, tartaro vitriolato, terra foliata tartari, pulveribus pepticis, cum salibus digestivis post pastum pugnavi: nec omisi cephalica, maxime si defluxio catarrhalis supervenit, cinnabarina, specificum cephalicum Michaelis, essentiam succini, pimpinelæ albæ etiam sine vehiculo sumtam; & denique crebrus exhibui laxantia, pilulasque tartarea cum & sine mercurio dulci. Neque minus æger quotidie ante epulas pulvrem Hallensium antispasmodicum sumere, & mane loco potus Caffee decoctum ex radice trifolii fibrini, vel marrubii alibi paratum haurire suevit. Ille porro assiduis mentis laboribus, inter ipsum etiam pastum occupatur; corporis ad modum parco indulget exercitio; nec tamen more olim consueto somnum capit meridianum.

Ceterum quotannis adhibuit olim acidulas maxime ante biennium Schwabacenses cum balneo; nullum vero exinde retulit emolumentum; hinc quoque anceps hæret, num commendatis Pyrmontanis hoc anno utatur? Nec ullum solatium percepit ex venæficatione, quæ novissimo autumnali æquinoctio obmetum mali ischiadici administrata fuit. Non minus quoque sæpius dolores in ano ac sensum tuberculorum ibidem præsentium sensit; nunquam autem ipsæ fluxerant hæmorrhoides.

Et hæc sunt, quæ de morbo ægrotantis tibi prescribenda duxi; cui convenientiore medelam ex recta vivendi ratione, quam ipsis pharmacis latum iri persuasus sum. Quod si enim a nimis mentis laboribus sibi temperaverit, motui corporis per equitationem magis indulserit, prandio minus liberali, & cena pa-

ciori, vel plane nulla usus fœrit, & denique cibos moliores comederit: haud dubito, quin ætate adhuc vegetiori gavisus, & quadraginta sex dumtaxat annos natus a nimia pituitæ generatione penitus posse vindicari.

CONSULTATIO.

Quantum ex perscripta morbi historia, illiusque momentis intelligere licet; duplex potissimum in generosissimo ægrotante notari meretur vitium, quorum unum in nimia pituitæ, matutino maxime tempore facta exscretione, alterum in symptomatibus hypochondriacis consistit. Primum quidem ex nimia tunicæ glandulosæ, quæ interiorem faucium regionem, laryngem ac asperam arteriam investit, relaxatione ac atonia, & hinc suberto humorum decubitu, ac pituitæ generatione, quæ ab aeris frigidioris per respirationem admissione fit, natales suos mutuari videtur. Alterum vero vitiorum genus, quod motibus hypochondriorum spasmodicis, insigni generis nervosæ sensibilitate, ac inde dependente eximia ad varios animi affectus, maxime ad magni periculi formidinem proclivitate abolvitur, ex turbato impeditoque humorum vitalium per viscera imi ventris circuitu, ejusque denegato per venas hemorrhoidales exitu proficiscitur. Inde enim fit, ut crux hinc inde stagnet, nec a sordibus suis in hepate vel liene satis liberetur; quæ salsa, acrisque sanguinis impuritas fauces stimulando, majoremque ad illas humorum affluxum proritando, pituitæ exscretionem insigniter auger, & inflammationibus quoque ac exulcerationibus aurum olim toleratis palbum dedit & occasionem.

Hæc vero mala, maxime si altiores egerint radices, curatu sunt difficultima, & imprimis multis variisque pharmacis, quæ vulgo adhiberi solent, tantum abest, ut tollantur, ut potius exacerbentur magis, ac pertinaciora reddantur. Non tam omnem reconvenientiæ abjicio spem; sed potius partim ad debellandam passionem hypochondriacam, partim pro-

Hoffm: Consult. Med.

movendum hemorrhoidalem fluorem, partim denique succos mucidos ac vitiosos per congrua emunctoria proscribendos thermarum Carolinarum internum magis, quam externum usum etiam atque etiam suadeo. Acidulæ enim, licet hypochondriorum vitiis satis opportunæ deprehendantur; attamen in affectibus congestoriis, iisque serosis cum ob naturale earum frigus, tum elementum, quod fovent, vitriolicum longe minorem spondent utilitatem, quam quidem thermæ. Carolinarum autem effectus eo præstantior erit, cum & corporis motus subitio ne impletandus, & aeris in Bohemia saluberrimi mutatio accedant: & denique sub ipsa curatione cum animi labores atque fatigations, tum vinum rhenanum, quod multum sovet aciditatis, & præsenti ægritudini insigne nutrimentum addidit, evitandi optatissima offeratur occasio.

Reliqua certe medicatio, quæ remediis humectantibus, blande laxantibus ac diaphoreticis institui solet, maxime si pertinax diætæ observatio haud accesserit, exiguum pollicetur fructum. Ne vero laudarus Carolinarum potus spem fallat, necesse est, ut æger a nimio medicamentum usu abstineat, corpus sedulo moveat; loco Rhenani acidique vini generosum Burgundiacum potet; & pro potu ordinatio decocto ex radice scorzonera, salsaparilla atque chinæ parato utatur. Alvi segnities minime aggredienda est fortioribus purgantibus; sed potius uncia dimidia salis Epsomensis in aqua soluti assumta, & superingesto potu Theebois solvenda. Quod attinet pulverem Hallensium antispasmodicum, ejus quidem usus haud alienus est, sed si crebrius ac sèpius capit, & ventriculo nimium refrigerando, & vim digestivam laèdendo, & ideo pituitæ generandæ satis existit idoneus.

Neque vero ludetur opera, si generofus æger omni vespera pedes ad genua usque in pediluvia ex aqua flaviatili ac cineribus clavellatis parata tepidiora immiserit: hæc enim ad circulum humorum liberiorem reddendum, transpiracionem promovendam, ac sanguinem a superioribus ad inferiores detrahendum par-

tes insigne conferunt momentum. Denique consultum erit infusi theiformis ex herba veronicæ, melissæ & semine foeniculi confecti decem vel duodecim vascula mane intra lectum sorbere, & inde expectare sudorem.

CASUS LVII.

De salivatione præternaturali in Cachectica.

FOEMINA annorum LVI. unicum dumtaxat foetum enixa, corporeque obeso prædita, vivente adhuc marito, quem duodecim abhinc annis mors eripuit, variis obnoxia fuit ægritudinibus. Sæpius ani pruritu, sæpius quoque cœcis laboravit hæmorrhoidibus, quæ semel tantummodo apertæ largam fuderunt crux quantitatem: hyemali tempestate semper fere coryzam diuturniorem toleravit; maxime colicos haud raro perpessa dolores, & ab illis violento vomendi conatu, ac multa muci viscidirejectione liberata fuit; & denique olim fluor albus sæpen numero adflxit; qui vero cessante ante decennium menstrua purgatione simul evanuit. Mortuo autem marito quandam omnino præseferre videbatur sanitatis speciem; & non nisi quinque abhinc annis prævia corporis refrigeratione molestis colli pectoris que rheumatismis, per aliquot hebdomades pertinaciter inhærentibus tentabatur. His demum convenienti curatione sublatis prospera gaudebat valetudine; nisi forte interdum de spirandi quadam difficultate, pressionis in regione ventriculi sensu, & accendentibus pedum cedematosis tumoribus diurnis dumtaxat conquereretur. Sed & illis symptomatibus feliciter depulsi novissimo abhinc anno gravis successit molestia, qua primum insignes dolores os & fauces, maxime palatum, linguam, atque labia, ac si fervente combusta fuissent aqua, occupabant, & tandem in copiosam desinebant salivationem. Hæc per integrum jam semestre pertinaciter inhæret, & per intervalla redit: mox enim

saliva redditur copiosissima, ejusque uno die binæ expuuntur librae: mox per quosdam dies nulla est illius effluxio, major vero tum & intolerabilis dolorum oris atrocia; quibus tonsillarum intumescientia, & deglutitionis supervenit impedimentum. Notari vero meretur, nō tu pariter ac sub epulis omnes remittere & dolores, & expuisionem. Ceterum ab omnibus immunis est symptomatibus, cibos appetit egregie, somno fructu placido, & largis stipato sudoribus, omnibusque corporis functionibus utitur optime: nec ullus urget corporis languor; nec adfligit amplius spirationis angustia; nec adhuc dolor ventriculi premens post datum pronuper ex drachma dimidia hypcacuanhæ confectum vomitorium lentitur.

Quum ergo hoc malum pro salutari naturæ crisi habuerim, fluxionem illam moderari pariter ac discutere tenavi. Hinc circa vernale æquinoctium vena in pedibus secabatur; blanda laxantia ex infuso foliorum fennæ cum manna parata; leniora diaphoretica ex pulvure bezoardico anglicano, lapidibus cancriorum, antimonio diaphoretico, nitro & cinnabari concinnata, vel ex mixtura simplici fine acido, vel essentia centaurii minoris exhibebantur; decocta ex ligno sassafras, Guajaco, radice chinæ, sarsaparillæ, liquoritiae confecta pro potu ordinario dabantur; & gargarismate adstringente ex floribus balaustrorum, rosarum rubrarum cum vino rubro coctis fauces eluebantur, sed omnia felici delitiebantur effectu. Maximum interim levamen percipit ex spiritu vini Gallici in os sumto; qui tamen dolores haud tollit: hinc anxia Toum, Vir illustris, implorat auxilium.

C O N S I L I U M.

Affectus præter naturam, qua ægrot follicitur, nomen salivationis criticæ & periodicæ in corpore cachecticò & scorbutico omni jure tuetur. Cachecticam enim esse ægram, temperamentum sanguineo-phlegmaticum, habitus corporis laxior & spongiosior, vita sedentaria, fluor

fluor albus & hemorrhoidalis suppressus, spirandi angustia, pedumque tumor sat is attestantur. Quandocunque vero in hisce corporibus & transpiratio sub aere forsitan humido frigidoque supprimitur, & alvus pigra redditur: tum serum excrementium copiosius ac impetuosi us ad glandulosas capitum atque faucium partes rapitur, & inde fluxiones colli acres serosæ, cum multa pituitæ rejectione stipatae, suboriuntur. Quod cum in nostra quoque contigerit ægrotia, & hæc ebriosæ fluxiones dictas faucium glandulosas partes plane debilitaverint ac relaxaverint: easdem partes natura jam retinet, ut per eas certis temporibus impurum serum atque humiditatem per copiosorem salivaæ effluxum proscribat ac eliminet. Hic autem motus humorum ab exterioribus ad interiores partes & maxime fauces conversus eo magis & a suppressa transpiratione & repulso pedum tumore sovetur atque sustentatur.

Dum ergo natura hac, licet molesta via corpus ab impuris succis liberare intendit, recte judicavit medicus ordinarius, eam excretionem minime vi adstringendam, sed placide esse moderandam. Namque cohibita hac effluxionem facillimum est, ut excernenda impura colluvies vicinas, easque nobiliores occupet partes; hinc vel spirationis angustiam ac summam difficultatem, vel capitum immanes dolores, vel soporosos vel denique paralyticos omnino excitet affectus. Hinc prudenter egit medicus, quod excretionem illam ad loca magis consueta & ordinaria emunctoria, veluti sunt alvus, cutis, atque renes, medicinis convenientibus derivare, & per hæc succos superfluos eliminare studuerit: neque ideo habeo, quæ circa institutam mendem rationem & propinata remedia mo-neam. Cum vero nondum remisit malum, & ex dictis elucescit, veram illius originem in nimia seri impuri abundantia esse statim; ad hanc quoque diminuendam omnis curatio erit dirigenda, & ea adhibenda remedia, quæ ventriculum roborant, & excretiones per naturalia emunctoria in iusto ordine ac successu conservant.

Hisce scopis obtainendis necesse ante omnina est, ut ægra evitatio omni cerevisiæ potu, non nisi decocto ex radice chinæ, ligno sassafras ejusque cortice, passulis atque cinnamomo parato utatur, & corporis exercitio sedulo studeat. Deinceps quoque consultum erit, bis quotidie nimurum una ante, & quatuor post prandium horis Elixirii mei visceralis LXXX. guttulas ex haustu vini assumere, illiusque usum per aliquot menses protrahere: tum quavis hebdomade corpus a fôrdibus purgare, ac eo fine pilularum mearum ballamicarum novem vesperi, totidemque mane deglutire. Neque levem spondet fructum, si ægra aliquot ante fluxus salivalis eruptionem diebus corpus ad lenem diaphoresin præparaverit; quod obtinebit, si vesperi 50. guttas spiritus cornu cervi succinati ex aqua vino permixta sumferit, eademque portione mane iterata, quædam infusi ex herba veronicae biberit vascula: tum enim sudabit egregie, eoque felicius, si hanc medicinam per tres dies usurpaverit, & quorū urina cieatur simul, tintetur antimoniū acrem æquali pondere cum spiritu cornu cervi miscuerit.

Extrinsecus fauces spiritu vini rhenani, aliquot balsami mei vitæ guttis permixto sèpius colluere, nec non mane atque a vesperi collum, cervicem & maxillarum regionem spiritu vini camphorato affusa duodecima dicti mei ballami parte perficere expediret; & demum venam'bis, quotannis in pede secare, quaterque scarificatione uti convenit. Quod denique vivendum rationem attinet; fugiantur refrigerationes, maxime pedum; epulae haud nimis largæ sint, & ab omnibus cibis acidis, concoctu difficultioribus atque flatulentis, alienæ: vescatur potius edulicis alvum lubricantibus, veluti sunt passulæ, pruna, poma Borsdorffensiæ &c. caveat ab animi affectibus, maxime mœrore, & in loco humili ac udo nec habitet, nec dormiat. Quæ omnia si rite observaverit, de felicis eventu nullus dubito.

C A S U S L V I I I .

De ulcere linguae cancroso.

Vir splendidus annorum LIII. olim robustus vegetusque, per binos vero jam annos corporis debili ac macilenta constitutione præditus, patitur vitium aliquod linguæ admodum grave; quo non solum loquela usus impeditur, verum etiam totum simul corpus adscicatur. Ille nimis aliquot abhinc annis ingenti sanguinis & humorum dyscrasia scorbutica laboravit, & quotannis fere immanibus podagræ doloribus excruciatus fuit. Hæc mala tantum abest, ut solida ac rationali methodo extirparentur, ut potius palliative dumtaxat remediis externis oppugnarentur, & æger, nulla diæta ratione habita, insignibus illius erroribus indulgeret atque excessibus. Tuna vero factum est, ut natura acres humores ad linguam potissimum compulerit; cuius primum apex certis horis, maxime nocturno tempore, mox ardore molesto, mox pruritu insigni, mox tensivo dolore per intervalla prehendebatur. Haud ita multo post tuberculum subtus linguam adparuit, modo majus, modo minus: & gingivas occupavit erosio quædam cum earum cruentatione ac exsione, simulque multa salsa mucidæque pituitæ expunctione. Contra has itaque molestias primis potissimum duobus annis multorum chirurgorum imploravit opem: qui minus perspecta morbi causa variis pugnarunt remediis, & calidioribus corrosivis & adstringentibus, iisque effecerunt, ut depulso illo tuberculo spongiosa vasorum salivarium lassiones, ac linguæ glandularumque colli pertinaces successerint indurations. Hinc porro fermentum malignum atque putredinosum altius serpere; & ex eo loco, quem tuberculum occupaverat, non minus quam ex linguae apice certis horis mox tenuis sanguis, mox vero ater coagulatusque crux plorari ceperit. Tum consultus quidam celeberrimus J. Professor variis quidem remediis malum aggressus, illud tamen funditus expugnare

haud potuit. Hinc æger se Z. ad celebrem non minus medicum, D. H. contulit, ejusque curatione, quam purgantibus, salivantibus, aliisque fortioribus remediis instituerat, per sex hebdomades usus fuit. Verum enimvero tamen violentus ac enormis erat salivæ effluxus, ut æger omnibus destitutus viribus, ac toto corpore emaciatus, domum reverteretur, meamque tandem requisiverit opem. Nec ipsi defui, sed malum remediis naturæ convenientibus, ejusque motus haud turbantibus oppugnare tentavi. Hinc mox deprehendi, turundas hastenus a chirurgis applicatas, assidueque cum adstringentibus medicinis injectiones, linguam duriorem, breviorem, & ad masticationem atque deglutitionem magis inopportunam reddidisse; æger enim alimentorum nulla ferme, nisi liquidiora, juscule avenacea, aliaque, & decoctum succoladæ assumere valebat. Quamobrem illis protinus omisis, extrinsecus singulare emplastrum atque gargarisma emolliens adhibui, quod excellentissimus Hoffmannus in annot. ad opera Poterii pag. 292. commendavit: interne vero propinavi balsamica, humorum acrimoniam contemporantia, confortantia, essentiam balsami peruviani & elixir balsamicum inde paratum, a prælaudato Hoffmanno diss. de balsamo peruviano pag. 26. in scorbuto, ubi humorum adest coagulum, commendatum. At enim vero, quamvis exinde lingua liberiorem movendi potentiam recuperaverit; illius tamen durities, ac gingivarum ipsiusque linguæ cruentatio in eodem adhuc persistunt tenore. Et haud ignorari oportet, post applicata contra hemorrhagiam extrinsecus a chirurgis adstringentia medicamina tensivum, ardentem ac spasmodicum linguam obsedisse dolorem; qui evacuato iterum cohibito cruro protinus remisit. Ab his ergo malis cum æger vindicari cupiat: tuum, Vir illustris, anhelo consilium, ac rationem proponi flagito, qua huic ægritudini commode atque tuto mederi licet.

CON.

CONSULTATIO.

De ulcere, quod æger subitus linguam patitur, sentio illud cancrosum seu carcinoma appellari omnino mereri: quod a dyscrasia humorum scorbutica, ob coabitam podagram ad linguam veluti concentrata primam traxit originem; dein ceps vero remediis acribus, calidioribus, corrosivis ac adstringentibus ab imperitis chirurgis in usum vocatis, & denique inopportuna salivatione mercuriali magis exacerbatum est. Hoc vero malum, quamvis perarduum & curatu difficultissimum existat; non tamen penitus desere oportet ægrum, sed rectam instituere curationem; in qua ante omnia potum serì lactis commendo sequenti ratione parandum: Lactis recentis quedam portio in patulo vase super prunis sub assida agitatione, ne aduratur, ad spissorem decoquatur consistentiam; tum affusa eadem aquæ quantitate iterum ebulliat leviter, & denique, ut caseosa substantia remaneat, percoletur. Hujus percolati serì mensura una cum nasturtii, atque cochleariae concisorum atque contusorum ana manipulo uno denuo decoquatur, & percolata tribus quotidie haustibus, quorum unus mane, alter circa meridiem, & tertius vesperi capiendus est, assumatur. Sub hujus per quatuor vel quinque hebdomades protractione usu consultura erit, singulis diebus quatuor ex primo serì haustu manna soluta unciam devorare; & vesperi dosin pulveris sequentis bezoardici adhibere: Recipe antimonii diaphoretici, cornu cervi philosophice preparati, succini, lapidum cancerorum, cornu cervi usi ana drachmam unam, cinnabaris rite preparata drachmam semis. M. d. Loco potus ordinarii decocto ex sarsaparilla, radice scorzonerae, cichorii, liquoritiae & passulis parato uti expediet.

Inter topica commendo balsamum meum vitæ cum syrupo corticum aurantiorum mixtum gingivis iungendum; aut si ulcus tulerit, linimentum ex mellis rosarum uncia & spiritu vitrioli guttis L.

confectum, quod purificat & putredini resistit egregie. Neque minus efficax in hisce casibus est spiritus cochleariae, super herbam cohobatus & melle rosaceo permixtos: aut denique unguentum ex therebinthinae uncia dimidia, florum sulphuris drachma, & olei juniperi guttis 30. paratum. Collo vero imponatur hoc emplastrum: Recipe emplastri diachyli cum gummatis uncias duas, pulveris croci drachmas duas, florum sulphuris, camphoræ ana drachmam unam. M. Nec demum ludetur opera, si brachio dextro non minus, quam pedi sinistro infligetur fanticulus, &, maxime si abundaret sanguis, tres cucurbitæ scarificatoriae inter scapulas apponentur. Denique cum Podagra olim tentatus fuit æger, operæ foret pretium, humores scorbuticos, qui jam ulcus linguae sustinent, ad pedes derivare iterum posse; quod forsitan pediluvii ex aqua fluvialili & furfuribus tritici paratis, omni vespera adhibitis, obtinebitur. Et hæc sunt, quæ in arduo hocce casu proponenda duxi, quæ Deus reddat salutaria.

Nota.

His per quatuor circiter hebdomades usurpati, nunciatum fuit, ægrum habuisse optime; duritiem lingue ac cruentationem remisisse, carnem gingivarum suscrevisse, linguam ad motum atque sermonem redditam fuisse idoneam, totique corpori insigne accessisse incrementum.

CASUS LIX.

De ulcere mali moris in interioribus labii superioris.

Vir quidam dentem habuit acuminatum, qui quidem suculo medicorum atque chirurgorum evellebatur; reliquerat tamen quandam peregrinam labii superioris in parte interiori lassionem; quam, cum nullam ipsi pareret molestiam, nihil fecit, & per 14. dies haud deligari curavit. At vero cum in ulcusculum

OMNI-

omnino abiret, & crusta spissiori magnitudine minimi nummi obduceretur: consultus chirurgus illud lanceola scarificavit, & mel rosaceum, unguentum ægyptiacum & spiritum vitrioli: applicuit. His frustra adhibitis alter chirurgus impostruit oleum cornu cervi foetidum a semper ipso elaboratum; quod & purgavit & ad suppurationem perduxit ulcus: tantum autem abest, ut illud coaperit, ut potius eodem loco exterius molesta quædam cum dolore slipata effloresceret pusilla. Hæc primum oleo ovorum camphora permixto oppugnabatur; sed haud ita pridem demum post inunctum balsamum de styrace liquidum cum oleo myrræ per deliquium combinatum depellebatur. Interiori vero vulneri oportebat balsamum cum myrra & balsamum Arcæ instillabatur; quibus quidem consolidari videbatur, haud tamen coalescebat penitus: & cum ad obtinendam cicatricem spirituosa quædam ex camphora atque therebinthina applicarentur, omnia ruebant in deterius. Namque vulnus reddebar majus, intensa rubidine tintum, & nullam plorabat saniem, frustra adhibitis balsamo peruviano cum melle rosa-to, gargarismate ex aqua salviae parato, fomentis ex spiritu sambuci, camphoræ aliisque, nec non aqua calcis cum oleo hypericonis, quæ potius dolorem, tumorem, ardoremque labii adaugebat. Interim tribus abhinc hebdomadibus critico ac salutari naturæ conatu, postulæ rubicunda copiosissimæ in toto efflorescebant corpore; quæ mox obscuriori tinctori colore, elapsis binis septimanis cum pruritu & omnibus symptomatis penitus evanescabant. Tum florax liquida cum liquore myrræ vulneri applicata, illud ad laudabilem perduxit suppurationem, & egregie purgavit: nihil tamen feciis in quibusdam locis purum haud est, nec etiam prossus suppuratum, quin crusta albæ quædam adpareant vestigia. Et quod deterrium est, ulcus altius profundiusque serpere cœpit: namque fistulosa veluti cavitas a naribus ad angulum labiorum observatur, quæ masticationi pariter ac loquela est impedimento; at uno

loco consolidari, & caro supercrescere videtur. Deprehensum quoque fuit, inimica huic malo esse spirituosa, illudque magis exacerbare.

Quæcum ita sint, hæc potissimum incident quæstiones; 1) quænam ulceris species dicendum sit hoc malum? Namque haud ignorari oportet, illud quidem satis amplum atque profundum, & si adhuc residua crustula continuata suppuratione removebitur, capacius esse futurum: nullum vero tumorem cancerum exhibere, nec malum odorem referre, nec pus tenui foetidum plorare.

2) Num spes sit, fore ut ulcus hoc sola suppuratione sanari possit; anne potius alia simul in usum vocanda sint remedia? & denique

3) Qua ratione præcaveri queat, ne ulterius serpat, ac vicinas partes, gingivæque adhuc immunes simul occupebant? Ceterum ætatem nactus est æger valde proiectam, corpore tamen pariter ac animo satis vegetus, & temperamento sanguineo-melancholico potitus.

C O N S I L I U M .

Ulcus illud, quod superius labium occupavit, eujusque historiam ac curationem haec tenus institutam & mecum communicatam probe perpendi, non equidem propriæ cancerum appellari metetur: verumtamen mali moris, valde refractarium & difficilis atque admodum circumspicile tractationis existit, & diuturnitate temporis, neglectisque congruis subsidis, in corrodentem omnino ac carcrosam degenerare potest naturam. Pars enim affecta non solum substantiam habet valde porosam, tubulosam, glandulosam atque sensibilem; verum etiam præ aliis affluxui humorum scorbuticorum, consolidationem insigniter retardantium obnoxia est. His adhuc magis favet senilis ægrietas, quæ ad generando succos impuros maxime opportuna deprehenditur: & denique ulceræ, quæ interiorem labii superioris partem occupant, plerumque contumaciora & curatudinaria.

difficiliora esse solent, quam quæ labium inferius obſident.

Quapropter si generosus æger ab hoc turpi malo liberari cupit, ex solo exter- norum remediorum usu illum voto suo nunquam potiturum, credo. Namque principalem mali cauſam in scorbutica humorum diathesi potissimum sitam esse, vel ex efflorescentia pustularum per to- tum corpus satis eluſescit: & levissima illa ab acuminata dente inducta leſio non nisi occasio fuit, qua imputorum succo- rum major ad eam partem affluxus conci- tatus malum sustentavit ac exacerbavit. Hinc necesse omnino est, ut integra hu- morum massa depuretur, illius crasis vi- tiata corrigatur, & particulae acres sali- nae diluantur & edulcorentur. Nisi enim hoc impetraverimus, nullam conſequen- tur laudabilem ſuppurationem; ſed po- tius uetus ſerpet latius, & periculosiora excitabit damna. Licet autem ex morbi hiſtoria haud adpareat, quæ jam adhibi- ta fuerint remedia interna, nec eorum deſideretur explicatio: non tamen po- ſum, quin candide aperiam, quam me- dendi rationem in hifce ulceribus & tu- moribus cancriformibus faciei, labiorum ac mammarum feliciter expugnandis de- prehenderim efficacissimam.

Primum ergo, corpore ſuccorum abun- dantia turgido, crux ex vena in pede tu- fa detrahendus eſt; & tum primæ viæ blando laxante, humores non commo- vente, ab impuris ſordibus repurgandæ fuſt; veluti hoc eſt: Recipe manna ele- etæ uncias duas cum dimidia, tremoris tartari drachmam unam & ſemis, aquæ florum acaciae uncias ſex; coque & ſolve leni calore, colatura adde extracti rha- barbari grana decem, olei de cedro itali- ci guttas tres. M.d. S. potio laxativa, quæ mane aliquot haſtibus, interpoſita jucuſi avenacei ſorbitione, aſſumta al- vum ſine uilla moleſtia, quinque circi- ter ducet, vel ſexies. Hoc adhibito per ſeptem dies ſingulo mane decocti mundi- ficantis calidi mensura dimidia potetur, quod ſic ſe habet: Recipe ſarsaparilla e- lectæ uncias quatuor, radicis chinæ un- cias duas, radicis pimpinellæ albæ, pa-

reiræ bravae ana drachmas tres, ſeminis ſoeniculi drachmam unam: conc. cont.d. S.Species, quarum pars dimidia in qua- tuor aquæ fluviatilis mensuris per tres ho- ræ quadrantes decoquenda eſt. Quo poto in lectum ſe conſerat æger, ibidemque lenem expeſtet ſudorem, tumque frice- tur. Elaphis hiſeptem diebus laxans po- tio iterum capit; deinceps per ſeptem dies rurſus decoctum potatur, & denique ea curatio ſumto tertia vice laxante ab- ſolvitur. Sub hac autem operæ erit pre- tium, quavis vespere pulveris bezoardi- ci ac temperantis dolin ex haſtu aquæ ceraforum nigrorum, vel florum acacia- rum devorare, cujus haec eſt compositio: Recipe ceruſſæ antimonii bene præpara- tæ, lapidum cancerorum preparatorum, cornu cervi ſine igne præparati ana drach- mas duas, ſuccini præparati, nitri puri- ficiati, cinnabaris nativæ præparatae ana drachmam ſemis. M.f. pulvis, div. in 8. partes. Tum quoque omnem cerevisie atque niuum vini potum evitare, & de hoc, ſi Rhenanum fuerit, modicam quantitatem ſub epulis dumtaxat ad con- fortantum ſtomachum & reparandas vi- res potare conveniet; pro potu autem or- dinario ſequenti decocto ſaporis grati- utendum erit: Recipe radicis chinæ, ſcorzonerae, rafraſe cornu cervi ana un- cias tres, ſeminis ſoeniculi, corticis ligni ſassafras ana drachmas duas. Conc. cont. d. S.Species, quarum uncia una cum di- midia, addito paſſularum miſorum ma- nipulo una in tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes decoquitur, & corti- cibus citri recentibus permifcetur. Cœ- rum probe cavere expediet, ut mens ab omnibus commotionibus atque follicitu- dinibus maneat libera, labores cum me- diatione juncti ſugiantur, ſomnos capia- tur plenior, & ab omnibus cibis falfis, acidis ac concoctu diſſicilioribus ſibi tem- peret æger. Sic probe depuratis humorib- us, curam lactis alſinini commendō: quippe quod in ſenibus ad magis purifi- cандos humores, eorum acrimoniam at- temperandam, ac laudabiles generando ſuccos præstantiſſimum conſert emolu- mentum.

Inter externa remedia ea, quæ hactenus fuere adhibita, balsamica sunt, & putredini resistunt; mallem tamen, ne tanta varietate fuissent alternata & solum oleum cornu cervi feetidum applicatum, quod aliquoties rectificatum, & æquali pondere vitelli ovorum permixtum hisce in casibus observatur efficacissimum. Jam commendarem styracem liquidam cum myrra; aut aquam calcis vivæ cum binis solutionis myrræ partibus combinatam & in aqua florum sambuci labio affecto inunctam; quæ vim purificantem, exsiccantem ac consolidantem possidet egregiam. At enim vero pingua, oleosa, acria spirituosa, oleosa, & maxime unguentum ægyptiacum hisce affectibus omnino inimica sunt; & ipsa camphora, licet in tumoribus præstantissima, in ulcerosis tamen morbis minime confert: neque vero plane ludetur opera, si essentia croci & spiritus vini camphoratus æquali pondere infundantur linteolo, & evaporato spiritu, calide applicentur. Et hæc sunt, quæ in ægrotantis salutem monenda duxi; quibus si motrem gesserit, de felici eventu non dubito, sed illum ex toto pectore appreco.

C A S U S L X .

De Affectu capitis cum efflorescentiis in pede.

Liceat mihi, Vir Excellentissime, adversam, quæ me tentat, valetudinem tibi prescribere, tuumque in eadem implorare auxilium, quæ his potissimum absolvitur symptomatibus. Quinque abhinc annis, ætatisque meæ viginti septem præterlapsis, cum temperamenti melancholico-sanguinei essem, ex improviso dolore pullatili dextræ auris corripiebar, qui cum insigni tinnitus post tres vel quatuor hebdomades in gravem suffurum ac spasmodum otalgicum desinebat. Hic quidem haud ita multo post evanesceret, verum tamen suffurus ille molestus ad hoc usque tempus, noctu potissimum, in dextra aure continuat. Vix duo ab hoc malo excesserunt anni, cum

oculi quoque male adfici coepissent; & ante illos punctula nigra, atque nubeculae instar mulcarum ac minorum insectorum obversari videbantur: quæ vitia majora successive capiebant incrementum, & adhuc me sollicitant. Putabam quidem, mali sedem in humore aquo & chrysalino harrere, & cataractam minitari: sed posthac & ex propria experientia, & doctis peritorum medicorum demonstracionibus deprehendi, caussam potius in lympha halituola atque viscida, circa nervorum opticorum thalamos stagnante sitam esse. Hisce autem accessit demum vertiginosa atque temulenta capitis perturbatio, maxime a pastu adfligens, sub celo sereno levior, sub nebuloso autem, turbido, ac pluvioso aere gravior. Neque falsa erat quorundam medicorum suspicio, qua hæc symptomata ex labo & atonia ventriculi derivarunt: a prandio enim non solum insigni rapior temulenlia; verum maxime a coena eximia pressio ac ruuosa affectio me sollicitat. Prætere此 per aliquot annos in tibiis, & praecipue extremis pedibus vehementis strigoris sensum percepit; quem adhibitum balneum Hirschbergense quidem fuggavit, capitis autem affectionem magis adauxit. Denique vero quatuor abhinc annis dextrum pedem circa internum malleolum occupavit efflorescentia, primum nummi ternarii magnitudinem referens, dein vero latius terpens, & ad imperialis magnitudinem evecta. Hæc olim verna dumtaxat adparebat tempestate, hyemali evanesceret: jam vero assidua est, & serum perpetuo plorat, dolorem excitat, ipsamque arrodit cuticulam. Quum itaque varias ægritudines, quibus a teneris obnoxius fui, in hoc jam ulcusculum desinere velle, hocque ipsum musculos etiam, osseasque partes adscere videatur: & denique omnia medicorum auxilia frustra hucusque adhibuerim: vereor sane, ne pejora incurram symptoma, & tuum adhuc consilium, Vir illustris, rescire sum cupidissimus.

CON-

CONSULTATIO.

Duo sunt, qui Te sollicitant, affectus, quorum alter caput, alter pedes occupat. In capite nimurum observantur non solum tinnitus, iusfurrisque aurium ac difficultas auditus sub pluvio potissimum cœlo adfligentes; verum etiam oculis obversantur imagines, nubeculae, muscae, atque visionem aliquantulum lœdunt; & denique vertigo ac temulentia capitis, sensuumque procul dubio torpor infestant. Pedes autem molestis ulcusculis circa internum dextri pedis malleolum obsidentur; quæ serum assidue stillant, multisque stipata sunt doloribus. Horum vero omnium symptomatum prima sedes ac origo procul dubio in primis viis quærenda est; quæ dum multis acidis, viscidisque scacent fôrdibus, non solum status ac distensiones imi ventris generant, verum etiam vitales succos spissitudine ac impuritate quadam imbuunt. Hi autem difficilius per vascula capitis progressi, ac fluidum nervorum lymphamque tenuissimam inquinantes recentitas in organo visus auditusque pro generator affectiones. Quod si porro lympha nutritia dyscrasia quadam polluitur, & in inferiori pedum parte, per quos ob perpendicularē situm ægerime transfit, stagnationes atque extravasationes subit illa ibidem acrior facta, cutim arrodit, & foedam illam produxit ulcerationem. Quæ cum ita sint, & ab illis malis funditus liberari cupias, non nisi palliativa frueris curatione, si sola dumtaxat symptomata, sicuti auditus, visusque vitium, vertiginem ac pedum efflorescentiam aggredi volueris. Magis e re erit, ut tonus ac robur ventriculi restituatur, ac vis digestiva promoveatur: quo demum chylus blandus ac laudabilis generetur, & alvina excretio debito gaudeat successu. Hæc ut consequaris, non efficacius Tibi commendare possum auxilium, quam thermas Carolinas, maxime aquas, quæ scaturiunt, molares adventante vere portandas: sub quarum usu simul habebis occasionem corpus fedulo movendi, ac

aerem mutandi; quæ duo momenta ad morbum tollendum insigne conferunt emolumentum. Præter enim hasce thermales curationes in hypochondriaca affectione, & humorum inquinatione non præstantius inveni auxilium; quæ tamen virtus Tu quoque ex nimia lucubratione, meditatione, vita sedentaria, ac quodam animi mœrore tibi contraxisse mihi videris.

Ante vero, quam incipiatur hæc medicatio, necesse est, ut congruis & pharmaceuticis & diæticis remediis præparetur corpus, corroboretur ventriculus, ac depuretur massa humorum. Huic scopo inferuet hic pulvis: Recipe rhabarbari electi drachmas duas, summitatum centaurii minoris pulverisatarum, salis absynthii, tartari vitriolati, feminis cymmini ana grana quindecim. M. f. pulvis, div. in 3. partes, quarum singula bis quavis hebdomade mane ex aqua vino permixta sumta & ventriculum roborabit, & fôrdes evacuabit egregie. Mane vero ex decocto Thee vel Coffee L guttas Elixirii mei balsamici visceralis, æquali pondere cum liquore meo anodynō maritati capies; & quandoque vesperi quædam vascula decocti succoladæ hauries. Deinceps pro potu ordinario, cuius insignis est efficacia, aquam cum pane destillatam suadeo, quæ paratur, quando aqua pondere sex librarum cum duabus libris panis bene triti ex vesica destillatur, ejusque novem partes cum una vini generosi mixtae potantur. Non minus huic scopo faciet satis decoctum ex radicis scorzonerae, cornu cervi ana uncia una, radicis cichorei drachmis fex, hordei manipulo uno & aquæ mensuris duabus paratum: quibus corporis moderatum exercitium, arrecta vivendi ratio accedit, necesse est.

Pedis denique efflorescentia summo cum fructu adplicabitur linteolum aqua arquebusadæ, tutia præparata permixta, madidum; cui etiam imponi poterit faccharum saturni in aqua rosarum. Quibus rite adhibitis salutarem eventum haud defore credo, quem ex toto pectore precor & voveo.

D E .

M O R B I S P E C T O R I S .

C A S U S . L X I .

De exulceratione faucium cum ingenti fluxu salivali .

Illustris matrona 32. annorum , tenera corporis constitutione prædicta , adhuc juvencula morbo virgineo , quem chlorosin. vocant , laboravit . Postquam autem leges matrimonii subiit , defuit illud vitium in fluorem album . Novissimo abhinc biennio , cum sexta vice ute-
ro gereret , paucis ante puerperium hebdomadibus eximia defluxione catharrali-
narium æque ac faucium tentabatur , ipso
demum partu terminata . Exinde vero
hanc catharralem affectionem singulo
verno & autumnali tempore tolerare de-
buit , qua non solum fauces pustulis ru-
bris obsidebantur , verum etiam copiosa
muci per nares , salivæque per os effluxio
accedebat , cum sermonis non minus ac
deglutitionis quodam impedimento . In-
hæsit hæc molestia per sex semper vel o-
cto hebdomades ; sub qua , quidem men-
suum flor. rite succedebat , fluor vero al-
bus , cui obnoxia est , evanescet , &
illa finita iterum redibat . Proximo ab-
hinc autumno in eunte septimo foetu gra-
vida , recruduit hæc denuo egritudo , ma-
jori tamen ac olim vehementia . Nam-
que accedebant capitis dolores immanissi-
mi , cervicisque in signis spasmus , deglu-
tionem æque ac sermonem impediens ,
noctu atrocior ; salivæ expusio erat co-
piosissima , ejusque quotidie binas ferme
reddebat libras . Decima sexta gestatio-
nis hebdomade venam in brachio secan-
dam præbuit , effluente sero mucilagino-
so ac viscidio , nullo ferme sanguine . tin-
eto . Et licet plurima huic malo opposue-
xit remedia ; nullum tamen ex omnibus

sensit levamen : propterea consilium an-
helans doceri cupit , quæ hujus salivalis
fluxus cauſa , quæque convenientissima
medela .

Epicrisis .

Liceat ex hoc casu quedam animadver-
tere momenta : 1) Foeminæ , quæ exi-
liora possident vasa , tenerioresque fibras ,
& chlorosi & fluori albo maxime sunt ob-
noxiae : eo quod ob circulationem sanguini-
nis in ejusto corporis habitu languidiorem & segniorem serum præ partibus
sanguinis rubicundis sulphureis , quæ mo-
tum intestinum cauſantur , prædomini-
num accipit : inde malus corporis habi-
tus , & color faciei lividus increscit , se-
cretio & excretio inutilium particularum ,
imo sanguinis superflui deficit incipit :
hinc docet experientia , quod chlorosi la-
borantes vel plane mensibus careant , vel
fluore albo infestentur .

2) Multiplici experientia compertum
habemus , suppresso vel cohibito fluori
albo , quo serum corruptum , impurum
atque vitiosum salutari sapientio consilio e-
liminatur , succedere in aliis & remoris
locis ulcera , tumores , pustulas , quæ
summam exasperant cutim , interdum
etiam purpuram chronicam , orisque &
faucium exulcerationes cum copiosa mu-
ci & salivæ excretione ; quemadmodum
id in nostro casu animadvertisimus . Resti-
tuto vero uteri fluxu isto sero sponte
hæc malæ evanescere ; ut inde liquido pa-
teat , ob metastasis vitiosorum humorum
in alia loca unum morbum ex alio prodi-
re , dum semper ex eadem cauſa uterque
fovetur , & tamen ratione loci est differ-
entia .

3) Tempore gestationis , quia collu-
vies .

vies humorum serosorum ob defectum mensium increscit, non mirum est, defluxiones istas & decubitus copiosi seri & impuri ad loca glandulosa faucium & oris in nostra ægra fuisse aucta.

Quibus sic se habentibus ordinatum fuit, ut tribus a partu hebdomadibus ægra sequenti insisteret curationi. Nimirum per decem successive dies quavis vespere 14. pilularum balsamicarum assumere debebat, quarum hæc erat compositio: Recipe Myrræ electæ, mastichis, succini preparati, extracti aristolochiæ rotundæ, cardui benedicti, Gummi ammoniaci depurati ana drachmam unam, extracti rhubarbari scrupulos duos, bellebori nigri cum aqua parati scrupulum unum, florum salis ammoniaci martia- lium, salis succini ana grana duodecim. M. f. cum essentia castorei pilulæ ex scrupulo uno, No: 20.

Deinde commendavi hoc decoctum: Recipe radicis sarsaparillæ uncias duas, herbae cardui benedicti manipulum unum, radicis caryophyllatæ, anisi stellatae ana drachmas duas, conc. cont. d. S. Species, quarum unciae duas in tribus aquæ mensuris per horam dimidiæ coquuntur, & intra decem illos, quibus pilula sumuntur, dies loco potus ordinarii hauriantur. His diebus finitis illius decocti calefacti mensuræ dimidiæ addatur drachma una harum specierum: Recipe radicis pimpinelle albae, rasuræ ligni sassafras ana unciam unam, herbae scordii manipulum unum cum dimidio, feminis foeniculi drachmas tres: ebullient invicem, & instar potus. Thee mane intra lectum bibantur cum sudoris expectatione.

Iisdem decem diebus hora quinta, & nonnunquam etiam vesperi ex descrip- tio decocto propinata fuerunt Lguttulae es- sentiae balsamicæ hujus: Recipe essentiae li- gni aloes, succini, tincturæ tartari, antimo- nii acris ana unciam dimidiæ, olei ligni sassafras destillatæ iugtas octo. M. Extrinse- cus suadebatur, ut luffumigii ex rasuræ suc- cini, mastichis, ac tacamahaca ana uncia dimidia parati fumus ore sapienter expi- pertur; aut alternetur cum sequenti garga- rismate: Recipe florum rosarum rubra-

rum, balaustiorum, herbae menthæ, melissæ ana manipulum semis, mastiches drachmas duas. M. C. C. d. S. Species pro decocto, cui syrpus granatorum, vel vel roob Sambuci admisceatur.

Ceterum commendata fuit recta dia- tæ observatio, ut nimirum ægra sibi ca- veret a cœna liberaliori, cibis pinguisibus, similagineis, dulcibus, nutrientibus, obsoniis, nimio carnium usu, animi commotionibus atque refrigerationibus; contra magis studeret corporis moderato exercitio, potui plus indulgeret, quam sueverat; & denique crebris uteretur pediluvii.

C A S U S LXII.

De singulari colli dolore ex stomachi vitio.

Uxor mea in dextro colli laterè, semper aliquantulum tumido, pronuper insignem dolorem sentire cœpit, cuius hæc sunt symptomata. Dolor ille non solum totum collum, verum etiam totum istius lateris caput occupat; & quoties illum locum ægra manibus comprimit, sonitum intus ad ventricu- lum descendenter percipit; coniuncti- que infestatur ructibus. Interdiu, & ubi erecta sedet, levior est dolor, puncturis per intervalla stipatus; noctu vero, & ubi decubuerit, intolerabilis est cruciatu- s, ructusque horrendi, maxime si affec- tum locum compressorit. Putabam pri- mum, febrile quid subesse, cum noctu potissimum invaderet molestia: at mox deprehendi flatus dumtaxat, affecto loco incarceratos, culpandos esse. Hinc mox per aliquot successive dies ægræ propinavi pilulas Stahlianæ, pulverem bezoardi- cum & liquorem anodynum Hoffmanni, ut inde sudaret: nullum vero mali leva- men percepit: neque opem tulit sacculus ex floribus chamomilla & emplastrum discutiens extrinsecus applicata, sed hoc dolorem magis exacerbare videbatur. Ceterum alvo gaudet libera, ciborumque adpetentia integra; cui si nimium indul- serit, majores inde molestias a flatibus, atro-

atrocior emque incidit dolorem. Verentur consuli medici, ne tympanitidis subfint prima rudimenta: quam etiam eo magis metuo, cum ægra per binos annos saepius febiles insultus toleravit, nunquam funditus debellatos, sed sponte semper desinentes. Quidam in hoc rerum statu aquas Sedlicenses, earumque sal; alii balnea Lauchitadiensia commandant: que autem num adhibenda, aut quæ alia usurpanda sint, ex Tuo consilio doceri a veniam.

CONSULTATIO.

Intellexi ex litteris ad me datis, quæ potissimum ægritudines cum acerbo colli dolore generofam ægram infestaverint. De quibus, si mentem meam exponam, dolores illos omnino a flatibus intra ventriculum contentis natales suos mutuari credo, qui exinde inter membranas æophagi ad collum usque ascendunt. Rarissimus sane est casus, paucissimis medicorum cognitus, quem tamen saepius observavi. Huic si mederi volemus, remedia haud ad locum affectum atque dolentem, sed potius ad ventriculum debilem, & a flatibus distensum, applicare oportet: que inter præstantissimum est sequens emplastrum ad sinistram ventriculi regionem impositum: Recipe emplastri de crux pannis uncias duas, olei nucistaræ expresi, balsami Peruviani ana drachmas duas, olei carvi, ligni sassafras, menthæ ana drachmam. M.f.l.a.emplastrum. Interne vero cormando elixir nivum stomachicum atque carminativum, ejusque L. guttulas ex ultimo haustu inter epolas assumendas. Alvus si seignior fuerit, ei lubrificandæ ac flatibus ad inferiora derivandis, expediet pilularum Stahlianarum, aut mearum balsamicarum novem yesteri deglutire. Præterea vero operæ erit pretium, ut ægra parcis utatur epulis, & inter illas omnes flatulentos cibos, maxime poma probe fugiat, ac corpus sedulo moveat.

APPENDIX.

Generosa hæc ægrotæ ex usurpatis hisce remedii optime habuit; ac cum marito per aliquot miliaria itinere profundæ, primo die illibatam præ se tulit sanitatem. Verum enimvero postridie ex improviso ingenti horrore per integrum horam perculta, incidit in conatum vomendi ac insignem astum cum summa præcordiorum anxietate, pectoris constrictione, spiratione difficiili, ac cordis palpitationibus stipatum; a quibus vero symptomatibus, per sex horas inhærentibus, sudore insequuto liberata bene habuit. Consultus medicus febrem tertianam, eo tempore grassantem, suspicabatur, deditque pulveres salinos atque lakantia. Tertio die recruduit eadem accessio cum longe gravioribus symptomatibus, ac ipsa mentis defectione: qua feliciter superata, sequenti die adhuc vehementior rediit paroxysmus, cum insigne anxiety, pectoris agitatione convulsiva, suffocationis metu, extermorum refrigeratione ac gelido sudore, pulsusque valde inæquali & dure stipatus; cui demum supervenit mentis deliquium, atque mors subitanea. Percutus summo terrore de tam subitanea morte maritus, quam ex tertiana simplici suspicari nunquam poterat, desideravit, ut meam de tam inopinati eventus caussa exponerem opinionem. Quam ut tradarem, haud ignorari oportet, ægram fuisse habitus corporis repleti atque spongiosi, vita sedentariae admodum induluisse, potum sufficientem neglexisse, hinc sub quounque corporis motu, maxime cum accelia via scanderet loca, spirandi angustiam incidisse, & saepius cordis palpitatione cum pulsu inæquali ac intermittente laboravisse: neque minus multis annis tumoribus pedum infestatam fuisse, que sub ultima febre evanuerunt. Ex his vero semper judicavi, polyposum forsitan concrementum in corde vel pulmonum valvis delitescere; cui quoque caussam sevissimorum, quæ febrem comitabantur, symptomatum, ipsiusque mortis adscriben-

bendam esse puto. Quod si enim sub rigore febrili & ingenti partium extre-
rum spasmo humores copiosius ad pectus
& cor compelluntur, & exinde ob ventriculos cordis, maxime dextrum, more
consueto polyposis concretis obturatos
non debite repelluntur: fit omnino, ut
cruor majori copia intra auriculam ven-
triculumque cordis dextrum stagnans,
has partes distendat, ideoque præcordio-
rum anxietates, cordis palpitaciones,
lypothermias ac suffocationes inducat.
Occurrerunt mihi tres in mea praxi casus
huic non dissimiles, quod viri, qui pe-
dibus tumidis affecti ac suspicionem poly-
porum in præcordiis moventes, ubi fe-
brem tertianam inciderunt, sub illius ri-
gore, retrolapso cedemate, inopinata
suffocatione fuerint exticti.

C A S U S L X I I I .

De spasmo œsophagi, illiusque
atonia.

Vir quidam annorum novendecim,
strictioris corporis habitus, con-
stitutionis admodum sensibilis ac biliosæ,
novissimo abhinc anno post haustum po-
tum Thee vehementi ac tanta excanduit
iracundia, ut protinus contremuerit ac
nausea adfectus fuerit. Tum statim adiit
officinam pharmaceuticam, ibidemque
portionem alicujus nigricantis liquoris
assumit; & vesperi XX. guttas balsami
vitæ Hoffmanni ex vino adustio potavit.
Nocte insequuta cum pejushaberet, ite-
rum ingurgitavit spiritum vini: & de-
inceps amissa penitus adpetentia, huic ex-
citandæ largam sardenarum acetō condi-
tarum devoravit quantitatem. Hinc con-
sultus medicus propinavit ipsi pulveres sa-
linos, & quosdam purgantes, ex quibus
insigne incidit alvi profluviū cum om-
nium virium prostratione. Sub hoc ipso
profluvio accessit in faucibus molesta in-
star pali infixi sensatio, ac si quidpiam in-
de prospere vellet; ut etiam cum medico
putaret æger, vermem obsidere fauces.
Hinc ipsi datae fuerunt pilulae ex extracto
aloes, rhabarbari, mercurio dulci & co-

Hoffm: Consult. Med.

rallinæ pulvere concinnatæ: quæ bis quo-
tidie sumtæ alvum quidem satis poten-
ter duxerunt, malum autem ita exacer-
barunt, ut vi amplius deglutire quic-
quam valeret: frustra comestis intra 14.
dies plus quam L. pomis citrinis. Invadit
vero hoc malum per intervalla; sub quo
extrema perfrigescunt insigniter, nec sa-
tis soveri possunt: ipsa corporis refrige-
ratio malum exasperat; somnus est exi-
guus, virium decrementum, ac incredibi-
lis adiram proclivitas, qua vel levissi-
ma commovetur occasione. Alvo perti-
naciter obstipata, status ad superiora elu-
ctant, & cylsteribus derivantur optime:
purgantia enim oretenus exhibita augent
malum, sicuti quoque omnia calidiora,
ut adeo ab omni cerevisiæ atque vini usu
abstinere debeat. Hinc demum aliud me-
dici imploravit opem; a quo cum emul-
sionem amygdalinam cum semine papaveris
albi accepisset, & pulvres præcipi-
tantes nitrofos, melius quidem habere vi-
debatur; mox autem in pristinam relapsus
calamitatem, meum flagitavit consilium.

Re itaque penitus perspecta, hunc
morbum non nisi spasmo vehementiori
œsophagi ventriculique absolvi credo,
qui ab insigni mentis commotione & ex-
candescentia ortus, & incongruorum re-
mediorum, partim calidiorum, partim
acriorum atq; purgantium usu magis au-
ctus fuit atque exacerbatus. Quum enim
consultus medicus, vermem inhærente
faucibus ratus, illi enecando anthelminti-
ca ac succum citri propinavit: his non so-
lum distensionem tunicarum nervearum
atq; musculosarum in œsophago adauxit,
verum etiam effecit, ut spasmus ille per
universum genus nervosum fuerit propa-
gatus. Hinc quoque derivanda sunt mala
symptomata, veluti frigus partium ex-
ternarum, maxime pedum, anxietas
præcordiorum, inquietudo, urina palli-
da, pulsus durities, & eximia ad iracun-
diā proclivitas. Illud autem sympto-
ma, quo palus faucibus videtur infixus, ex
musculorum, qui œsophagi principium
constituant, spasmatica constringione de-
pendet; qua ex corundem tunicis quasi
globus formatur in infundibulo, qui il-
lam

lam pali infixi sensationem constituit. Præterea autem vero est simillimum, partim bilis sub iracundia in ventriculum facta effusione, partim acrium medicinorum, partim succi citrorum acidi nimio usu nerveas ventriculi tunicas, maxime villosam, fuisse arrofas: unde etiam venit, quod æger nulla acriora, nec calidiora alimenta, nec vinosos potus perferre queat.

Quamobrem eo collineavit meum consilium, ut æger ante omnia ab omni cervisiae, vinique potu & largis epulis abstineret, & per aliquot hebdomas pro potu ordinario juscum tenuius ex avena & floribus chamæmeli decoctum hauriret, ex illo quandoque haustum olei amygdalarum dulcium sumeret, aut decoctum ex rasura cornu cervi, scorzonera & passulis minoribus paratum potaret. Deinceps operæ pretium duxi quotidie eubitum ituro ægro 20. sequentium pilularum exhibere: Recipe extracti millefolii, chamæmeli ana drachmas duas, extracti hyperici, mithridatii ana drachmam semis, croci, castorei pulverisatorum ana grana 15. olei destillati macis gutt. 6. M. f. pilulæ ex scrupulo uno N. 20. quibus sumtis quotidie pediluvio ex floribus chamæmeli, furfuribus triticeis; & aqua fluviali confecto uti debuit. Neque minus mane & post meridiem 40. guttulas hujus spiritus propinavi: Recipe liquoris nostri anodynæ mineralis unciam unam, olei chamæmeli veri, olei absynthii, olei de Cedro ana guttas 12. Et denique externe faucibus, collo, ac regioni ventriculi balsamum meum vitæ intra linea applicari jussi. Quibus per aliquot tempus usurpati factum est, ut æger a molesto suo morbo penitus vindicaretur.

APPENDIX.

Non alienum hoc loco videtur, ob materiæ affinitatem casum pariter rariorem subnectere, qui in atonia ac resolutione pharyngis, sive principii oesophagi consistit, & sic se habet.

• Studiosus 19. annorum, temperamen-

ti sanguinei, animique hilaris, qui crebris narium hæmorrhagiis & capitis doloribus, maxime si nimio corporis motu, & largiori vino humores exagitavit, solicitari, ac præterea focali collum artius, & ad vasorum faciei inflationem usque constringere sueverat, novissimo vere tumore glandularum colli corripiebatur, emplaströ de meliloto discusso, Brevi abhinc tempore percipiebat, qualunque assumta vel esculenta, vel potuienta in ultimis faucibus, veluti subsisteret, ac si nimis cito deglutire conabatur, conatu reddi vomibundo; attamen per intervalla hæc molestia gravius mitiulve infestavit. Post aliquod tempus evanesceret hæc affectio, & ipse cibos deglutire quidem valebat, verum tamen ubi profundius per gulam descendebant, ac ventriculum ingredi volebant; obex quasi ibidem videbatur positus, ut assumta vomitu reddere debuerit, liquidiora autem nonnunquam libere penetrant ventriculum. Vomitus ipse cum non sine anxio conatu contingenteret, temperavit sibi æger ab omni fere ciborum usu; & hinc in eximum corporis delapsus decrementum, meum flagitavit consilium.

Hujus ergo mali caussam exploraturus, suspicabar primum constrictiōnem circa orificium ventriculi sinistrum spasmodicam; & hinc ordinabam antispasmodica remedia, maxime oleum amygdalarum dulcium recens ex juscuso avenaceo hauriendum, quod quidem absque in sequento vomitu ventriculum penetravit, ipsum autem malum tollere haud potuit. Nam assumtis alimentis videbatur ægro ventriculi superius orificium, repagulo quodam clausum, ea haud transmittere: quare, si nihilo feciis assumebantur, & oesophagum implebant, ore iterum erababantur.

Hinc in mentem mihi veniebant illæ medicorum observationes, quibus constat, non solum in cayitate celophagi, verum etiam externe inter celophagum & asperam arteriam generatos successivæ fuisse tumores ac excrescentias, quibus liberum ciborum per gulam in ventriculum iter adeo interclusum fuit, ut misce-
ra

ra homines perierint morte, teste Tulio Lib. 1. cap. 44.

Verum enim vero nec hanc in praesenti morbo caussam suspicari permisit repentina morbi generatio, quæ in allegatis observationibus fuit successiva: hinc putavi, subesse forsitan insignem ventriculi acrimoniam, quæ superius ventriculi orificium ac inferiorem partem gula ad spasmodicas proritaret constrictiones. Ordinavi itaque potiunculam ex manna uncia una & semis, solutæ cum aquæ florum acaciaæ unciis tribus, olei amygdalarum dulcium uncia semis, & cremonis tartari drachma una paratam; quæ ingressa ventriculum, vomitum excitat, eoque non solum multum pituitæ, verum etiam frustulum solidum nucis avellanaæ magnitudine evacuavit. Hoc rite examinatum fuit frustum carneum fastens, & male olenis; quod æger ante quatuor hebdomades minus mansum deglutiuerat, & in superiori stomachi regione obhaeret: excretum autem protinus malo dedit inducias, liberumque rursus iter quibuscumque concedebat assumptis.

At vero paucis post hebdomadibus recidit eadem molestia, qua ægro videatur, ac si quid in gula inferiori hæret, quod descendens alimentorum impedit, ac efficeret, ut assumpta vomitu reddantur. Jam ergo caussam mali in atonia musculorum pharyngis, ex stagnatione sericei suborta collocabam: hinc imperabam, ut æger mane quinque vel sex balsami meivitaæ guttulas faccharo exceptas assumeret, & infusum Theiforme superingereret: corpus vero purgavidiatis tribus salis Anglicani drachmis in aqua solutis, quæ alvum duxerunt octies; & externe denique spiritum vini camphoratum, balsamo vitaæ permixtum, collo circumdari jussi s. ilisque obtinui, ut molesta hæc ægritudo penitus debelaretur.

Dignus omnino est hic casus, qui publici fiat juris, dum partim obturatio nem œsophagi a frusto cibi solidi inhærente, partim ob atoniæ pharyngis inter rarissimos collocari meretur. Constat enim ex anatomieis, pharyngem

seu principium œsophagi ex variis muscularis & constrictioribus & dilatatoriibus componi: illi vocantur œsophagei; horum autem tria potissimum sunt paria, quæ nomine cephalopharyngeorum, sphænopharyngeorum & stylopharyngeorum venire solent. Hi dilatatores si agunt, posteriorem infundibuli partem elevant, & antrosum trahunt, hinc anteriori regione depresso ac aperto, mastici cibi ope linguae maxillarumque trahi, in pharyngis deferuntur orificium. Tum relaxatis hisce, constringuntur œsophagei, & ciborum per œsophagum in stomachum descendens promovent. Hinc adparet, omnem deglutitionem horum potissimum musculorum actionem ac motu absolvi, qui a debito & subtilioris sanguinis & fluidi nervi influxu in nervos eorum musculorum, ex surculis paris octavi oriundos, dependet. Quod si igitur dictorum musculorum tonus atque robur ab externis caussis, maxime nimio humorum affluxu læditur atque vitiatur, non potest fieri, quin exinde impediatur ac difficilis reddatur deglutitio. Quando autem denegato penitus ab internis caussis nervi fluidi influxu, vera horum musculorum paralysis suboritur, qualis a Tulpio Lib. 1. Cap. 12. allegatur, fit inde, ut penitus aboleatur vis deglutiendo, & ipsa omnino inducatur mors.

Ex quibusdemum elucescit, evacuat in hisce affectibus per congrua laxantia superfluis humoribus, non præstantiora esse remedia, quam nervina, tonica, & interne & externe usurpata.

C A S U S L X I V .

De affectu œsophagi & ventriculi spasmodico.

VIR LIV. annorum, strictioris corporis habitus, valisque sanguine semper turgidis conspicuus, proximo ab hinc anno omnem potum aversari cœpit: quem cum sub epulis assumere conaretur, ille intra œsophagum, qui veluti con-

strictus videbatur, subsistebat. Olim per aliquot annos fluxus hæmorrhoidalis insultus toleravit : qui autem novissima hyeme atrocissimis dorsi, dextri hypochondrii & inter scapulas doloribus, alvi obstructione pertinaci, viriumque decremento, absque inseguo ipso fluore absolvebantur ; post adhibita autem interna congrua remedia, externe spiritum vini camphoratum crocatum & emplastrum debellabantur. Stipatae autem semper fuerunt haec affectiones supra memorata ventriculi molestia, qua quidem cibos integra adpetit cupiditate, post potum autem parcissima licet quantitate assumptum, protinus replebatur, distendebatur, flatibusque ac pressionis sensu adfiebatur ventriculus ; quæ symptomata tribus circiter a pastu horis demum remittebant. Et notatu dignum est symptoma ante aliquod tempus accedens, quo extra epulas tanta subito corripiebatur fame, fere canina, ut gelido omnino, anxiisque persunderetur sudore, donec cibi quidpiam assumserat. Postquam demum more sibi consueto circa novissimum vernale æquinoctium venam in pede aperiendam præbuerat ; remiserunt quidem pleraque symptomata ; at ventriculi molestia eodem continuavit tenore, adeo ut circa prandendi potissimum tempus vix ambulare potuerit, sine stomachi dolore sub quocumque gressu excitato, non minus pauca comedenter, & multum mucum eructare debuerit. Quam obrem, cum a stagnante hæmorrhoidalni cruento ventriculi pressiones derivarent medici, provocaturi illum fluorem, anno ante tres hebdomades applicuerunt hirudines. Tum vero exceptit pertinacissima alvi obstratio cum tantis flatulentiis, ut praeterea vix enemata injici potuerint : & haec demum post aliquot dies sponte desit in alvi profluvium, quo, dejecto omni penitus appetitu, insignis pituitæ copia excernebatur. Hinc datus fuerunt balsamicæ pilulae, quæ intra nycthemeron absque ullis tormentibus alvum viginti quatuor vicibus moverunt : quibus sedato alvi profluvio, successebunt imi ventris dolores ac flatulentiae,

per intervalla adfligentes. Neque minus bis abhinc post assumta potulenta accedit vomitus, cum tenacis pituitæ refectione. Quare tuum, Vir illustris, flagitat consilium, & imprimis doceri avet, num commendatae iterum hirudines absque metu majorum symptomatum tuto applicari queant ?

CONSULTATIO.

EX communicato mecum casu, ex grum spasmis circa œsophagum, ventriculum & intestina sollicitari percipio. Spasmus œsophagi attestantur dolores in dorso atque inter scapulas adfligentes, & potum frigidorum in gua, quæ constricta videtur, subsistentia. Exinde vero adparet simul frigoris eximia in exacerbando spastmo œsophagi efficacia ; liquide r̄iger calidiora potulenta commode ac sine molestia assumere valet. Ventriculi porro ac intestinorum distensionem comprobant reliqua symptomata, veluti sunt molestæ ac dolorificæ ventriculi post assumtos cibos inflationes, flatulentie, tormenta imi ventris, & pertinaces alvi obstructions. Neque minus ex eodem dictarum partium spastmo derivanda est multa pituitæ exscretio, post pastum maxime vehementior. Et quum denique ob vitiatum atque labefactatum ventriculi intestinorumque tonum & peristalticum motum non rite concoquuntur cibi, & ideo acres acidolique succos atque fordes in ventriculo relinquent : factum inde est, ut non solum fames ferme canina extra epulas accesserit ; verum etiam alvi profluvium, & mucosi vomitus pronuper supervenerint.

Quod si vero ulterius dispiciamus, unde hi violenti primarum viarum spasti suam originem traxerint, hanc ex suppressione hæmorrhoidum, hinc subortis crurois in partibus imi ventris stagnationibus derivandam esse arbitror. Hoc confirmant habitus ægri stricior, vasa crurore turgida ; hæmorrhoides cœcæ olim toleratae ; dolores novissima hyeme dorsum occupantes, & sanguinis missione suble-

vati, & denique vita sedentaria, ac multis mœroribus complicata, cui obnoxius est æger, quæque præcipue circulum humorum uti per totum corpus, ita maxime per abdominis viscera reddidit inertem. Ex his ergo cauſis prima spasmodarum, qui canalem intestinorum, ventriculumque obſideat, origo derivanda est. Hisce autem cum debita humorum utilium ſecretio, recrementiiorum autem exercetio impediſti, & ideo multæ fordes acidæ, acres ac biliofæ in primis viis coacervari deprehendantur, inde quoque novum generatur pabulum, quod eas ſtricturas magis foget atque ſustentat.

Quamobrem, cum metus sit, ne ex hisce vitiis aliquando universi corporis cachexia, hecticus calor, atque abdominis intumescens ſuboriantur, omnes ad debellanda ea mala intendere omnino oportet nervos. Quod ut fiat, ante omnia consultum duco, ut ſingulo mane intra lectum æger de ſequenti infuso theiformi potet: Recipe herbae ſalviæ, veronicae, ſummitatum millefolii, florum chamæmeli vulgaris ana manipulum unum, ſeminis ſcenicali, anisi ſtellati ana drachmas duas. Cone. Cont. D. Hoc enim infufum ad diluendos & humectandos humores pariter, ac demulcendos motus spasmodicos eximium conferet momentum. Deinde opera erit pretium, omittere conſuetum cerevix Lœbegnensis potum; quippe qua adauget ſabarram primarum viarum, nec per alvum aut urinam commode excernitur; & in ejus locum cereviam Martisburgensem, leviter tepidam potare. Neque porro poſſum, quin & repetitam firudinum applicationem, & venæ ſectionis administrationem ſuadeam: quippe qua, si haud acceſſerit hemorrhoidalis fluor, ter ad minimum quotannis in pedibus erit infiſtuenta. Tum quoque brevi ante epulas drachmam dimidiā hujus pulveris affumendam hortor: Recipe radicis ari, pimpinellæ, corticis cascarillæ, cinnamomi acuti, succini præparati ana drachmam unam, lapidum cancerorum drachmas tres, ſalis tartari, nitri purificati

Hoffm. Consult. Med.

ana ſcrupulos quatuor, olei de cedro guttas decem. M. f. pulvis. Ut denique ali-
vus ſervetur aperta, & corpus a corruptis
crudisque liberetur humoribus, ſuadeo,
ut ſingula hebdomade vespere 14. pilula-
rum in earum balsamicarum deglutione
& poſtridie mane drachma una ſalis an-
glicani vel Sedlicensis affumatur. Nec lu-
detur opera, ſi ad diſcutiendos flatus, cly-
ſteres injiciantur ſedulo, & liquoris mei
anodynii, aut ſpiritus nitri dulcis cum
tinctuta tartari, eſſentia caſtorei, croci,
& aliquot guttis olei ſoeniculi vel cha-
momille veri permixti 60. guttulae quan-
doque adhibeantur. Quibus, ſi rite in-
haſerit æger, de exoptato eventu nullus
dubio.

C A S U S LXV.

De Affectu æsophagi paralyticō.

IN præſenti, qua excrucior, ægritudine, veneror divinam misericordiam, quod mihi visionem, antea imminutam, reddiderit, qua quo eloqui haud valeo, per litteras tamen tremebunda manu scriptas significare poſſum. D.D.S. morbum meum ex lineis vitio derivaturus, rem acu non tetigit; a quo tamen vi temperamenti mei cholericō-melancholici proſrus aliena videor. Quamvis enim ob oculorum meorum labem haſtenus in publicum prodire haud potuerim, & hinc ſedentariam vitam egisse videar: attamen intra meum habitaculum ſedulo obambulare ſuevi, animoque ſemper hilari, & ſub ipſa hac calamitate tranquillo ſum, qui licet omnino magis divinæ gratiæ, quam ſoli temperamento ſit adſcriben-
dus, tamen in melancholici temperamen-
ti hominibus rariſſime deprehenditur. Hinc recte judicasse puto quodſdam medicos, tranquilitatem mentis, qua fruor, ad ſuſtentandam vitam & ſublevandam ægritudinem multum contribuiffe: neque etiam illas labis viscerum aut humorum notas, maſime cum per aliquod tempus nullis ferè vefcor alimentis, in me deprehendo. Ipsi vero mea calamitas haec eſt, quod ſatis longo abhinc tempore nul-

la alimenta, imprimis minutiora, degluti-
re valuerim. Hujus mali causam, jux-
ta L. Z. opinionem non solum in epiglot-
tidis virtio, quæ post saccharum ante unum
& dimidium annum inauspicato deglutitione
aliquantulum tumida est, & inter
deglutiendum non rite claudi videtur;
verum etiam in totius œsophagi intume-
scensita sita est. Hinc primum opponebam
calida gargarismata, quæ vero adeo ex-
acerbat malum, ut me suffocari credi-
derim; posthac autem continuato co-
rum usu, ea quidem ferre poteram, nul-
lum vero nec ex iis, nec ex emplastro de
meliloto percepit allevamentum: nec
opem denique ferebant sacculi calidi,
quin potius defluxionem latis gravem ad
pectus excitaverint. Abhinc incidi fe-
brem quartanam; qua hora quarta ves-
pertina gelido sudore totum perfundebat-
ur corpus, conjuncta insigni nausea, ac
omnium, præter auditum, sensuum ob-
nubilatione: tum perhorrefecabant omnia
membra, ut vix fomentari potuerint;
in sequuta nocte somnus erat turbuleatus,
postridie æstus invadebat cum sudore, qui
hora XII. meridiana ad statum pertin-
gens iterum decrescebat, ac hora quarta
remittebat cum toto paroxysmo; hinc
tertio quartoque die præter leves capitis
dolores melius habebam, & denique
quarto die hora vespertina quarta reci-
debat accessio.

Ut autem ad principalem morbum,
nimirum deglutitionem difficilem rever-
tar: haud ignorari oportet, me jam olim
ea sollicitatam fuisse molestia, ut cibi
masticati in ultimis obhaferit faucibus,
nec nisi superingesto potu deglutiri po-
tuerint. Jam vero plerumque nihil pro-
fusus, nonnunquam tamen solidiora magis,
quam liquidiora aut juscula deglu-
tire possum. Sub hujus molestiae auspi-
ciis commendabant medici ad restau-
randas vires gelatinam cornu cervi, ex
qua, interposito quandoque haustu vini
Hungarici, unicum habui nutrimentum:
at per binas circiter hebdomades cerevi-
siam calidam potare didici, quæ mihi
magis conferre videbatur. Hujus mali
causam in atonia partium deglutitioni

dicatarum collocavi, quam magis com-
probatum dedit partim vertebrarum colli
strepitus, partim linguae tensiva distensio,
qua vix quedam eloqui possum verba sine
lingue, vicinarumq; partium tensione ac
intumescenscia. Præterea ante sex circiter
hebdomades accessit uvula & tonsillarum
relaxatio ac inflamatio; palatique a ve-
lo pendulo addentes usque protensus tu-
mor; qui licet aliquantulum remiserit;
attamen ciborum deglutitionem magis
redit difficilem. Sub hac igitur ægritu-
dine prioribus quinq; anni quadrantibus,
cum adhuc similaginea deglutio vale-
rem, nullius omnino medici imploravi o-
pem, nisi demum D. L. Z. Ab hoc acce-
peram tinturas stomachicas ac infusum
theiforme; a quibus tamen nullum leva-
men percepit, nisi aliquale ex oleo bez-
ardico externe inuncto. Tum D. L. L.
consului, qui cum pulveres deglutire haud
valorem, propinavit essentias discutientes,
& anodynæ, ac oleum amygdalarum
dulcium: putavit præterea, hærere for-
sitam sub capite asperæ arteriæ quandam
ex crescentiam, quæ impediret, quoni-
minus polverulenta deglutire potuerim. Ad-
plicui porro externe emplastrum de meli-
loto, quod autem noctu intolerabiles ex-
citat capitis dolores; imposuisset etiam
ex suau Chirurgi W. emplastrum Oppo-
ddoch, si illius genuini particeps facta
esset. Non minus haud sine fructu essen-
tiæ pimpinellæ cum melle aut oleo am-
yg达尔um sumsi, & externe, si post
multos sermones sensu ardoris in collo in-
festabar, spiritum camphoratum adpli-
cui. Denique etiam unguento ex mucila-
gine cydoniorum, syrupo violarum, per-
flicorum, aut roob diamoron parato
fauces illivi; & gargarismata adhibui,
quorum unum ex variis speciebus, &
alumine confectum, malum exacerba-
bat, ac salivæ fluxum impediens; al-
terum ex rapis passis, herba Hyssopi,
floribus papaveris rhædos, & nitro de-
purato concinnatum: egregiam fert o-
pem.

APPENDIX.

NON alienum videtur, aliquam hujus casus addere explicationem. Quod ergo attinet visus vitium, de quo fit mentio, illud meo quidem arbitrio ex impedito humorum per oculos circulo originem suam traxit, nec aliis notis, nisi perpetua oculorum siccitate se manifestavit. Præterea sensibilitas & vis imaginatrix eximia est in nostra ægota: quare licet ipsa se esse melancholicam negaverit, & juxta externum etiam aspectum magis videatur sanguineo-cholerica; attenuatam eam de melancholico temperamento re participare vera, vel ex ea mentis pertinacia elucescit, qua a semel proposita sibi opinione nullis averti potest argumentis. Hinc nec medici sententiam rejicere possum, qui illius malum ex vi-
tio lienis derivavit: siquidem ad ejusmodi lienos ac hypochondriacos morbos inducendos non semper mœstum dumtaxat animum requiri; saltē omnia nostræ symptomata a sanguine spissæ ad fauces compulso natales suos muruari credo.

Inaupicata sacchari deglutitio, de qua refert, sic se habet: uno ac dimidio ab-hinc anno sub potus Theebois sorbitione fructum sacchari forsan deglutiuerat, cuius portio in arteriam asperam delapsa, molestum faucium dolorem per aliquot horas excitavit: quod autem præsens malum induxerit, vix credere possum, cum saccharum in ore solvatur facilime.

Neque ignorari oportet, ægram perilstrem post assunta calidiora pejus habere; quoniam, ut mihi videtur, crux illius spissus illis commoveretur, non tam facile transgreditur vascula minima. Cerevisia, quam bibt, calidioris usus mihi plane non aridet, & magis placet, si dormaxat tepidior esset. Olim per multos annos puram aquam bibere tuevit; deinceps solo Rhenano vinum uti, simulque cibis dulibus, farinaceis ac similagineis indulgere coepit, quibus non solum sicciores ac calidiores, verum etiam longe spissiores reddidit saccos vitales. Unde etiam suasi, ut omnia edu-

lia delicatula, veluti sunt emulsiones amygdalatae, gelatinæ, placentæ, similaginea &c. probe fugeret, & eorum loco cibis ordinariis & pane vesceretur. Sed illa suo indulget genio, & denique etiam vinum rhenanum exosa, purum Hungaricum bibere coepit; & inde humores suos omnino reddidit spissiores; si quidem interpositus nonnunquam decoceti Thee vel Cassée usus ad humiditatem inducendam minime sufficiens fuit: maxime cum novissime ad vinum Hispanicum deveniret. Interim, cum hisce fortioribus jam suevit, ac solidorum parum assumat; crederem proficiam ipsi fore cerevisiam, quæ in loco pura est ac tenuis. Num autem fonticulus, quem quidam ægræ, 30. annos natæ, commendarunt, sit adhibendus, Tux, Vir excellentissime, relinquo dijudicationi.

CONSILIIUM MEDICUM.

Quantum ex iis, quæ mihi de adversa Illustrissimæ Comitis valetudine prescripta sunt, colligere licuit, illam haud in sola imaginatione aut melancholia, sed potius resolutione partium nervosarum ac musculosarum, quæ principium œsophagi & asperæ arteriæ ambient, paralytica, ac hinc impedita deglutitione sitam esse persuafus sum. Occurrerunt mihi ejusmodi affectiones, ex solo terrore subiectæ, in quibus alimenta ad vitam conservandam necessaria vix deglutiri potuerunt. Sæpius cum ejusmodi paralysi complicata esse solet spasmatica interioris œsophagi distentio, qua sit, ut deglutita ægre alimenta in ipso subsistant œsophago, & demum vomitu rejeiciantur. Hunc spasmus in nostro quoque casu subesse simus, vel ex dolore tensivo & intumescientia linguae, partiumque vicinarum, quæ sub fermone ac deglutitione sit, adparet. A paralysi autem nervorum, musculorumque, & degenerato in illos liquidi nervi influxu, dependet & uvula relaxatio, & palati posterioris tumor.

Hanc hujus ægritudinis veram causam medicos hactenus consultos haud per-

spexisse, hinc nec rectam curationem instituisse deprehendo. Emplastrum enim de meliloto, quod majorem ad affectas partes humorum adfluxum inducere solet, pariter incongruum fuit, ac oleum amygdalarum: contra vero magis arridet spiritus vini camphoratus. Magna vis curationis in externis omnino sita est remediis; quæ inter commando balsamum meum vitæ, sèpius externis affectis partibus & cervicii inurgendum; & gargarisma nervinum, quod sic se habet: Recipe aquæ destillata salviae, florum Sambuci ana measuram dimidiadim, roob diamoron unciam semis, nitri de purati drachmam, balsami mei vitæ guttulas 70. M. f. gargarisma, quo cum octies & pluries quotidie colluantur fauces. Deinceps, ne alvus sit pigra, operæ prætium erit, singula hebdomade XIV. mearum pilularum deglutire. Emulsionem, gelatinarum, aliorumque mucilaginosorum usui haud subscribo, & magis commando juscula cum radice eichorei, scorzonerae, petroselino & succo aurantiorum parata. Nec adhuc properandum existimo ad fonticuli inunctionem, cui forsan superfedere poterimus.

Verum enimvero cum ventriculi imbecillitas & generandis pravis succis, & augendo huic malo sit satis idonea, illi quoque succurrere convenit. Huic scopo commando elixir meum stomachicum balsamicum, L.X. guttulis sub epulis capiendum; & denique hortor, ut illustrissima ægra loco potus ordinarii, aqua pura decocta cum tantillo Cinnamomi, ac tertia vini rhenani parte permixta utatur. Atque hæc habui, quæ in Comitis excellentissimæ salutem proponerem, quæ Deus reddat fausta ac prospera, ex toto pectori precor.

Nec spem fecellit commendata medicatio: siquidem ab illa, maxime balsamo meo vitæ, insigne ægra percepit levamen.

CASUS LXVI.

De difficulti deglutitione ex summa muscularum pharyngis atonia.

Faber quidam ferrarius, annorum LXIV. habitu corporis strictiori, vasisque capacioribus præditus, & a teneris variis rheumatismis, mox totum, mox dimidium caput, mox artus, mox & præcipue sinistrum corpus occupantibus sè penumero sollicitatus, proxima abhinc septimana cum post prævios sub tempestate pluviosa fortiores corporis labores ac exæstuationes sudore madidus assideret epulis, inter edendum brassicam muria conditam affectu suffocativo protinus corripitur. Hic enim non solum spirandi induxit summam angustiam; verum etiam insignem præcordiorum anxietatem, sudorem, ac vehementem fauciū dolorem excitavit. Videbatur illi, ac si frustulum osseum obhæserit in infundibulo, quod in earum partium membranis dolorificum excitaret sensum. Post horæ quadrantes, rediit equidem liberior spiratio, insistebant autem adhuc præcordiorum anxietas, dolor fauciū, capitis dolores, & capitis insignis languor: quid quod nec solida nec fluida ablq; suffocationis metu deglutire potuerit. Consultus ergo medicus collo adplicuit vesicam lacte calido repletam, nullo autem effectu; dedit porro laxans, analpticum, sudoriferum, & denique venam tundi jussit, sanguine extracto flrido. Quum autem nihilominus pertinaciter inhærenter symptomata, meum demum imploravit consilium, de dolore fauciū pungitivo, omnem deglutitionem præpediente, siti ingenti, capitis doloribus, anxietate præcordiali, spirandi difficultate, pectoris compressione, pituitæ exscrectione stipata, tussi per intervalla accidente, somnoque turbulentio querulus: sub quibus adpetitus sibi constabat rite.

Quæ omnia cum mecum volutarem, maximeq; deglutitionis impedimentum, ac copiosam mucirejectionem perpendrem, non potui, quin tam subitanci affectus.

cauf-

causam in eximia atonia ac resolutione muscularum , pharyngem constitutum , collocarem . Hinc quoque binos curandi scopos habui , ut nimirum partim tonum labefactarum partium restituerem , partim pectus ab humoribus in illo stagnantibus liberarem . Quapropter imperavi , ut balsamo meo vitæ externa fauicium regio inungeretur , eoque mane fantes colluerentur , & denique illius decem guttulæ Saccharo instillatae ter quotidie deglutiarentur . Hoc per quatuor circiter dies continuato non solum dolores remitebant ; verum etiam æger liquidiora , juscum , cerevisiam absque impedimento deglutire ceperit . Tum vero congestio sinistram occupavit aurem , cum illius vehementi tinnitus fusurruque ; & pectoris molestia , pituitæ rejectio adhuc inhæabant . Hinc ægro infusum theiforme ex herba veronica , radice glycyrrhiza & semine foeniculi paratum bis quotidie portandum dedi , alternis diebus liquoris mei anodynii cum spiritu bezoardico mixti 40. guttas propinavi ; sudoremque sub moderato regime ex pectari jussi . Quibus factum est , ut resoluta tenaci materia , ac copiose rejecta æger intra binas hebdomades a molestis symptomatis vindicaretur , prælinæque restitueretur validitini .

C A S U S L X V I I .

De tumore in mamma cum mensium obstruzione diurna .

Honesta foemina , 36. annorum , temperamenti cholericо-sanguinei , facie florida , habitu corporis spongioso & ad sensum obeso , venis exiliорibus , cuncteque tenerima , in qua vel levissima emplastrum vesiculos excitant , prædicta , ad animi commotiones , terrorem æque ac excandescientiam facillima , quantum in priori conjugio liberorum mater , multas agititudines , veluti fuerunt morbilli , febris petechialis , affectus arthriticus , dyenteria , purpura &c. toleravit . Ex quo febre maligna infestata fuit , mensum defectui est obnoxia , qui quidem

regulari tempore erumpunt , vix autem per horulæ spatium fluentes , parcum admodum cruentum fundunt : neque in eo , quo jam mecum per sexennium vixit , matrimonio unquam gravida facta est . Contra vero ob dictum menstrua purgationis defectum variis sollicitatur symptomatis , quorum potissimum sunt præcordiorum anxietates , spirandi difficultas , cordis palpitationes ac præternaturalis calor , nocturno tempore maxime adfligentia ; alvus segnis , quæ vix omni triduo solvit , & inde tuborta abdominis intumescentia , adpetitus dejectus , somnus turbulentus ac fere nullus , & denique in mamma sinistra per novissimum annum observatur tuberculum sensibilissimum , absque rubore , & magnitudine nummum octo grossos valentem referens , simulque ex illa liquor lacti similis sapientur . Hinc consultus medicus , eam esse gravidam arbitratus , curandi rationem ipsi congruam per sex menses instituit , neque minus pectoris molestiis convenientibus medicinis obviam ivit . Commendavit quoque potum cerevisia Islebiensis nimis saturata ; quem cum præviis calore , anxietatibus præcordiorum , & cordis palpitatione , sudor exciperet , ille naturæ motus sequitur crebrius & plus quam decies fortiora sudorifera ægræ propinavit , iisque omnes ferme vires dejectit . Quare alter medicus in consilium vocatus , aphorismum , natura quod tendit , eodemducenda , minus recte applicatum , nec opportune satis cerevisiam illam calidiorem pro potu ordinario commendatam fuisse assertum : omnia prius symptomata cachexia ex mensium defectu tubortæ deberi , & hinc pro potu ordinario decoctum quoddam , aut saltem leviores cerevisiam feligi oportere putavit . Neque minus ad provocandum menstrua purgationis fluorem commendavit pediluvia sicca , ex arena , cineribus ac lale confectiona , alternis diebus adhibenda : calorem , sudoremque præternaturales tintura papaveris rhæados conficiendos : & denique alvi siccitatem essentia rhabarbari oppugnandam decrevit . Tuam vero prius , Vir illustris , de proposi-

ta hac medendi ratione sententiam exspectamus, & doceri potissimum aveimus:

1.) Num in subjectis ex mensium defectu cachecticis, neque vero hæmorrhoidum fluori obnoxisi, locum habeant curæ derivatoriz; numne ex iis mensium aut hæmorrhoidum provocatio exspectari queat?

2.) An allegata symptomata, maxime liquor lacteus ex mamma sinistra propul-lans, mensium imminutione debeantur?

3.) An ægrotæ conferat, cerevisam Is-lebiensem evitare, ejusque in locum decocto aut potu leviori uti? anne potius adventante vere usus acidularum Pyr-montanarum aut Carolinarum emolu-mentum quoddam polliceatur?

4.) Quænam in præsenti rerum statu adhibenda sint remedia, & an pediluvii siccis porro insistendum?

5.) Num denique tumor ille sinistræ mammae carcinomatosus, quo ægræ ma-ter fuit mortua, appellari mereatur, quaue ratione oppugnandus sit?

CONSULTATIO.

Quod si molesta, quæ carissimam tuam conjugem sollicitant sym- ptomata mecum perpendo: ea o- mnino non nisi a defectu mensium deri-vare possum, qui ex habitu spongioso, va- fis exilioribus, & tono totius corporis per toleratos tam varios morbos, maxime fe- brim petechiale, labefactato natales suos mutuatur. Inde enim debilitas sunt vires, quæ cruentum uterinum statim ter- minis expellere debent. Quum autem hu- mores superflui exitu suo destituti ad inter- riora, cor, pulmones, ventriculum ac intestina majori compelluntur copia: inde proficiscuntur omnia symptomata, nimi- rum præcordiorum anxietas, spiratio diffi- cilis, cordis palpitatio, languor, prostra- tio adpetitus, somnus turbulentus, ac æ- stus præternaturalis. Quibus omnibus cum alvi accedit obstructio, sit, ut flatus quo- que ad ventriculum, & superiora regur- gitent intestina, omnesque affectiones magis exacerbent. Ut autem ad singulas respondeam quæstiones, & quidem ha-

rum primam: Num curatio derivatoria in præsenti ægritudine locum inveniat? nescio sane, quid per eam intelligas. Quod si forsan sudorifera putaveris, ea in his af- fectionibus minus sunt opportuna, cum hu- mores magis commoveant, & ipsam len- tam febrem inducere possint. Magis ere- erunt remedia, vias, per quas uterinus crux fertur, aperientia, motusque na- turales ad ea loca invitantia.

Ad secundam autem quæstionem, & tu- morem mammae sinistre, & lacteum hu- morem, ex illa stillantem, ex eodem om- nino mensium defectu proficiisci arbitror: quoniam crux, per uterum excernendus, ad glandulosam & spongiosam mamma- rum compagem rapitur. In omnibus e- nem hisce humorum congestionibus, ma- xime post partum, insignis uteri cum mammis deprehenditur consensus: quid? quod attenta doceat experientia, hæcce mammarum tubercula ex mensium sup- pressione suborta, his instantibus plerum- que exacerbari magis, ac doloribus pun- gitivis adfici.

Quod autem ad tertiam attinet quæsti- onem: haud ignorari oportet, cerevisias crassiores atque calidores in hisce morbis minime esse oportunas; neque vero con- ferunt tenuiores atque triticeæ, quippe quæ pituitam adaugent, ac acidam lubur- ram progernerant. Præstat ergo potius ce- revisiam hordeaceam temperatam felige- re. Neque autem corpore præparato, & calore præternaturali consopito alienas puto acidulas Carolinas, maxime mola- res, futuro vere potandas. Crebra enim comprobatum habeo experientia, harum mineralium aquarum congruum ac ratio- nalem usum, cum omnes ductus secreto- rios æque ac excretorios potenter ape- riant, in irregulari mensium negotio esse præstantissimum.

Ante vero, quam instituatur hæc cu- ratio; juxta quartam quæstionem corpus omnino præparandum est. Hunc scopo commando balsamica, amara, ex extra-ctis centaurii minoris, gentianæ rubrae, aquis destillatis, & liquore terra foliata- tartari, concinnata; & contra calorem præternaturalem pulveres absorbentes ni- tro-

trofos, versus noctem capiendos. Non minus circa menstruum tempus, ad menses promovendos pariter ac alvum lubricandam effentia rhabarbari saturata cum terra foliata tartari permixta, aut pilule balsamicæ Becheri, Stahlii, vel nostræ bis quavis hebdomade sumtae insignem spondent utilitatem, maxime si corporis moderatum accesserit exercitium. Inter epulas, si remiserit calor latus, haustus vini Hungarici concedi potest: mane vero insulsum theiforme ex herba melissæ, veronicae, cardui-benedicti, sceniculi, & tantillo croci confectum potare; & vesperi pediluvii ex aqua fluviali paratis (sica enim exiguum pollicentur fructum) uti conveget.

Denique ultimæ satisfactorius questio ni, tumorem illum mammæ sinistre non omnino insuper habendum esse judico: probe conscius, hosce humores, maxime si in corpore impuro ad ulcerationem per venirent, haud raro in ulcera cacoethæa, cancerosa ac ipsa lethalia terminari. Quare consulo, ut mamma illa continuo soveatur calore, eique imponatur fæcculus miilio calido impletus.

C A S U S L X V I I I .

De diurna raucedine cum tussi & copiosa lenta Pituitæ excretione.

Triginta trium annorum vir, a tenuis ferme assiduis catarrhis vexatus fuit, qui oculos primum occupantes, abhinc aures, maxime sinistram obfederunt, cum auditus difficultate, & continuo foetida materia effluxu. Quamobrem per sedecim annos omni aestate acidulis Pyrmontanis usus, obtinuit equidem, ut foetidi ichoris effluxio cessaret; auditus autem gravitas hucusque inhæret. Mense vero Decembri anni 1724. accedit, ut dum in itinere constitutus, corpus calidum haustu aquæ frigidæ refrigerasset, raucedinem gravem, sermonem præpedientem inciderit, eaque ad hunc usque diem consitetur. Contra hanc variis remedis, & iterum acidulis Pyrmontanis pugnatum fuit; tantum autem aberat, ut illis le-

varetur malum, ut potius molesta ventriculi ac gula a pituita copiosa, tamque acri, ut fauces arrodetur, repletio accederet, ac simul deglutitionem impedit. Huic tandem affectioni opem tuli: Chirurgus quidam per sic dictam ventriculi excutiam, quam aqua sua mercuriali, uti vocabat, madidam ter intrusit gulæ, & effecit, ut stopenda pituitæ alba tenacisque eructaretur quantitas. Eadem pituita & antea crebro vomitu, & dato laxante evacuata fuit, ut credere mus, malum inde iri solutum: nihilo tamen minus muci excretio adhuc continuat, & novissime etiam tussis accessit, nocte potissimum adfligens. Hæc quamvis sit violenta satis, nullus tamen in pectori, quosdam in ventriculi regione relinquit dolores: nec præterea urget anhelitus difficultas, nec sitis, nec astus vexat, nec adpetentia imminentia, nec somnus, nisi accidente tussi, vitiatus.

Denique vero tribus abhinc hebdomadibus oculos quoque infestavit quadam molestia; quia illi matutino præsertim tempore conglutinati ferme videbantur: sed hæc, adipicato nucha vesicatorio, insigniter remisit.

Medicus ergo consultus morbum in vehementi ac pertinaci catharro consistere, & ab acidularum Selteranarum uulpenitus profligatum iri afferit. Quam autem egrotans a nullis remediis aliquam percepit utilitatem, & potius veretur, ne malum tandem in ipsam hecticam, quam illius parens, ac bini fratres fuerint peremti, terminetur: tuum, Vir Excellentissime, anhelat consilium, & scire avet, num ipsi vino, cui a teneris adsuevit, ut liceat? R. 1729.

C O N S U L T A T I O .

Ut percepit ex datis ad me litteris, variæ sunt, quibus æger infestatur, atreções, nimirum diuturna raucedo, quam binos ante annos ex aqua frigida, corpore calente hausta, sibi contraxit, dein copiosa pituitæ collectio intra œsophagum; tum iussis cum nimia muci rejectione & ventriculi pressione, & denique

ocu-

oculorum defluxio catharralis, ex vesicantis applicatione paululum sublevata.

Raucedine in quod attinet; illa omnino ex vitio laryngis ac asperæ arteriæ dependet: quarum partium tunica glandulosæ nimis relaxatæ nimium humorum patiuntur affluxum, iisque madidæ aeris repercussionem, quæ claroru[m] efformat vocem, obtundunt. Ut leve videatur hoc malum; adeo tamen, si fuerit inveteratum, curationi, quam ullum aliud reliquit. Efficacissimam autem in illo operi ferre comprehendit spiritum salis ammoniaci anisatum, æquali pondere cum essentia croci atque succini remixtum, ter quotidie, mane nimirum ex calido, circa meridiem & vesperi ex frigido XXX, guttulis sumendum vehiculo. Nec minorem usum spondet fumus succini, capite probe velato, faucibus nonnumquam excipiendus. Eadem remedia conferent etiam œsophago ventriculoque pituita obductis; cui vitio quoque spiritus meus vitæ XXX. guttulis uncia[rum] uni sacchari pulveris lati infillatos, ore solutus & deglutitus admundum conduceat.

Violenta porro tussis cum viscidii muci rejectione stipata ex ventriculi vitio proficitur: in quo cum generentur multæ viscide[s] sordes, illæ bile ac acido humore commixtæ non solum ipsam ventriculi substantiam vellicant, sed etiam intramassam sanguineam receptæ & ad pulmones delatae, hosc stimulant, & bronchia ad stricturnas proritant; quibus per canalem alperæ arteriæ protractis tussis excitatur, eaque hæc suburra eliminatur. Huic autem tussi convenientissimum auxilium ex laxante mannatō ferri deprehendi, quod paratur, si mannae uncia[rum] binæ cum dimidia, & drachma una & semis crevoris tartari ad lenem ignem in sex aqua fluviatiliuncis solutæ, sex circiter olei anisi guttis permiscentur: que mixtura mane aliquot hauriibus, sorbitione juscui avenacei interpolatis, assumitur. Hæc enim alvum sexies circiter ducet, ac insignem muci copiam exturbabit: hinc singulis sex diebus capienda erit. Præterea bis quavis hebdomade XVII. pilularum mearum balsamicarum vesperi as-

sumendas suadeo; & mane quandoque XX. grana erue, in resolvendo muco efficacissimæ deglutienda hortor. Tum quoque opere erit pretium, singulo mane quedam vascula infusi theiformis sorbillare, cujus hæc est compositio: Recipe herba veronicae manipulos duos, herba salviae manipulum unum, florum anthos, laverula ana pugillos tres, seminis foeniculi, anisi stellati ana drachmas duas. conc. cont. d. S. Species Zum Krauter. Thee. His porro ægritudinibus non minus quam oculorum affectui debellandis consultum erit, omni vespera pedes in pediluvia ex aqua fluviatili, & tritici furfuribus parata tepida dampnata immittere, oculisque aquam Hungaricam, cum dimidia aquæ rosarum parte permixtam, intra linea calide imponere.

Vini potum, nisi sit parcissimus, haud probare possum; illud enim maxime rheumatum ob aciditatem, quam fover, & peccori & ventriculo inimicum est. Adventante autem vere vehementer hortor, ut curatio cum acidulis Selteranis, in lagenis probe obturatis ac in loco frigidiori, ne inertes fiant, custodiendis instituatur: hæc enim præsenti ægritudini admodum sunt opportune. Ceterum placeat summo languorum nostrorum medico, ut hæc, quæ proposui, in amplissimam ægris salutem prospere cedant.

C A S U S LXIX.

De Hemoptysi.

STUDIOSUS 24. annorum, habitus corporis inter pingue[m] & macrum medii, nullis unquam nec capitis doloribus, nec post vengsectionem per aliquot annos institui solitam, narium hemorrhagiis, nec malo hypochondriaco obnoxius, mense octobri circiter anni præteriti rus petiit, tenuique amictu indutus flante aquilone adeo perfrigescet, ut vix incalefcere iterum potuerit. Neque tamen minus prandio satis liberali usus, post illud corporis movendi gratia cum aratoribus sacculos frumento repletos bajulare cepit. Abhinc hora meridiana quarta iterum pro-

profectus sub itinerè violenta rapiebatur tussi, quæ sedata vesperi, cum consenseret lectum, tanta recreduit vehementia, ut cruentum simul per totam noctem e pectori saperet. Postridie parcus ex sua vena mittebatur sanguis, & dabatur sequens pulvis: Recipe radicis liquiritiae, iecos florentinæ, balsi armeniæ ana scrupulum unum, & gummi arabici, tragacanthæ florum sulphuris ana grana XV. elæ osacchari anisi scrupulum dimidium. M.F. pulvis, div. in 4. partes æquales: ac propinabatur hæc tinctura balsamica: Recipe olei amygdalarum dulcium recentis unciam semis, spermatis ceti recentis drachmam dimidiæ, balsami de Co-paiba, therebinthinae venetae ana scrupulum unum, sanguinis draconis, quantum sufficit pro tinctura; cujus 40. guttæ bis de die ex cerevisia lumenbantur. Sedato hinc cruento sputo, remansit quædam spirandi angustia: quare dabatur balsamus quidam ex balsami Locatelli recentis uncii sex & pulveris virgæ aureæ drachmis sex paratus, quavis vespera pondere nucis juglandis deglutiendus; & mane potandum ordinabatur sequens infusum theiforme: Recipe radicis chinæ electæ, farfaparillæ ana uncias quatuor, polypodii querni unciam unam, florum acaciae, bellidis minoris, farfaræ, herbae virgæ aureæ, veronicae, pulmonariae, scabiosæ ana manipulum unum, corticis Peruviani unciam dimidiæ, rasuræ ligni Sassafras unciam unam, anisi stellati drachmas tres. Inc.d.S.Species Zum Krauter-Thee. Verum enim vero præterlapsis binis mensibus, & quod notatu dignum est, post insomnia terrifica recredebat cruenta expulso; non autem nisi duabus circiter diebus continuabat, & redita singulo paroxysmo sanguinis ea quantitate, quam vasculum dimidium capit, sponte remittebat. At ultima vice vehementius & diuturnius rediit malum: siquidem per quatuordecim dies inhærens, quater, quinqueve quotidie ejectus fuit sanguis, neque consopiri poterat mixtura ex aquæ florum scabiosæ uncii osto, aceti distillati uncia semis, coralliorum rubrorum præparatorum drachma dimi-

dia, terræ catechu scrupulo dimidio, syrupi papaveris rhæados drachmis decem parata, sæpiusque exhibita. Tandem remittebat sponte malum, & tum ordinabatur partim infusum pectorale ex radicis hellenii drachmis duabus, pimpinellæ albæ drachma una, herba millefolii manipulo dimidio, capilli veneris, pyrolæ, saniculae ana pugillo uno, & anisi stellati drachma dimidia confectum; partim essentia pectoralis ex essentiæ millefolii drachma dimidia, balsami indicij drachma una concinnata. Ceterum ipsa accessio nec cordis palpitatione, nec extremorum refrigeratione stipatur; sed pulsus dumtaxat arteriarum fertur aliquantulum citior. Alvis licet quandoque pigra sit, plerumq; tamen lubrica observatur: & deniq; notari meretur, ægrum ante hoc malum venæctionem suetam omisisse, & sub illius accessione sanguinem quidem sæpius, sed semper parcissima quantitate detraictum fuisse. Ipse quoque sub hoc affectu eximium incidit corporis viriumq; decrementum, & cum adhuc spiratione difficult, & tussi secca nonnumquam, cum muci viscidi refectione stipata, infestetur, metuit omnino, ne in tabem pulmonalem delabatur. Hinc doceri avet, quænam hujs malis sit origo, quæ medela? & num phthisis exinde sit pertimescenda?

RESPONSIO CONSULTATORIA.

SPatum cruentum, quo r̄eger per intermix humorum exæstuationi, post præviam corporis refrigerationem factæ natates suos debere arbitror. Postquam enim ille tenui vestitu induitus ab austero aquiloni insigniter refrigeratus, deinde mox in tepidiori loco calefactus fuerat, & denique saccos frumentaceos bajulando, humores admodum commoverat, factum omnino est, ut post violentam tussim cruenta sequeretur expulso. Neque vero dubium est, quin in agro ob suetam venæctionem per aliquid tempus intermissam, yasa sanguifera cruento turserint. Quum igitur accedens frigus externas corporis partes constringendo humores vita-

les ex illis ad interiores magis, & majora cordis & pulmonum vasa potenter compulit; deinceps inspiratus aer borealis vasa, quæ in vesiculari & membranacea pulmonum substantia continentur, sanguine turgida magis pressit; & denique vehementi artuum in elevandis fassis agitacione crux vitalis ex musculis brachiorum majori quoque copia ad cor atque pulmones protritus fuit: non mirum, si minima pulmonum vascula crux admodum farta ac distenta, membranaceas ac nervosas partes ad tussiculosam commotionem proritaverunt, hacque vehementiori tandem penitus disrupta sanguinem ex ore eructarunt. Postquam autem vena tusa, & datis pectoralibus sanguineus hic fluor conquivavit, & nonnisi quandam spirandi angustiam reliquit; attamen præterlapsis octo hebdomadibus post terorem sub insomnio toleratum iterum recrudit. Ita enim est: quandocunque in hisce casibus vascula pulmonum minima sanguine farta, vel nimis relaxata, vel obturata, vel denique plane disrupta sunt, ac inde liberum humorum per illud viscus circuitum impediunt; facilimum est, ut sanguineæ effluxiones sèpius recrudescent; præsertim si tamquam occasioales causæ vel nimia corporis commotio, vel refrigeratio aut per motum, aut potum frigidorem, aut aerem frigidum inspiratum facta, vel animi affectus, terror, iracundia accesserint, & venæstio præservativa fuerit internissa. Quo vero frequentiores hujus profluvijs sanguinei sunt recursus, ea major pulmonum ad illud subeundum inducitur dispositio; ideoque etiam curatio redditur longe difficilior.

Quod si ergo ab his malis vindicari cupiat agrotus, ut frequentiores recursus debite præserventur, necesse est. Obtinebit hunc finem, si primum impedire studuerit, quo minus tam copiosus generetur sanguis; & hoc scopo haud largis epulis indulserit, maximeque omnes nutrientes cibos vitaverit, veluti sunt carnes recentes, vina dulcia, cerevisia calidior, similaginea, farinacea, butyracea, saccharata, largior ovorum usus &c. &

denique, si manifesta adest humorum abundantia, sanguinem ex vena mitti evaverit, quod quater quotannis, maxime in pede repetendum est. Deinde verò curandum est, ut impetus humorum a pectore divertatur: hinc fortiores corporis commotiones, ac extremarum maxime partium refrigerationes studio evitentur, ac omnes occasiones, quæ vel alvum obstruere, vel tussim excitare valent, maxime fugiantur. Ex eodem fundamento insignem opem pollicentur pediluvia tepidiora, ex aqua flaviatili paranda, & per aliquod tempus ita, ut pedes ipsis paullo altius immittantur, adhibenda: hæc enim humores ab internis ad externas partes invitant, & ad inferiores derivant. Neque vero ignorari oportet, omnes eructationes cruentas spasmoidicis stirpari symptomatibus, veluti sunt refrigeratio extreborum, constrictio cutis & vasculorum cutaneorum, flatulentiae & alvi obstructions, Quapropter, si imminent hæc profluvia, vel actu jam adiunt, haud sine fructu commendare suevi, ut agri protinus utantur tepidissimis pediluviosis, aut brachia simul aquæ tepidiori immittant, aut toto corpore in mitiora descendant balnea: & hinc observavi, mox infringi impetum humorum ac ipsum profluvium. Tum quoque alvi habenda est ratio; cui scopo opera erit pretium singulo mense luna decrescente corpus purgare sequenti potiuncula: Recipe mannae eleæ uncias duas, Rhabarbari scropulos duos, tremoris tartari drachmam unam; coquantur leni calore in uncis quinque aquæ veronicae; colaturæ adde élæosæ chari citri drachmam dimidiæ. d. Præterea vero ad relaxandas spasmoidicas strictruras egregii effectus est liquor meus anodynus mineralis, guttulis 20, vel 30. cum drachma una pulveris mei nitrosi præcipitantis mixtus alternis, aut ternis diebus ex aqua vel simplici, vel florum acaciærum; aut Sambuci propinandus, & maxime circa lunæ mutationes, quibus plerumque irregulares sanguinis fluxus recrudescente solent, in usum vocandus. Ceterum ab aliis remediiis cavendum est.

est: constat enim, plerosque medicorum nec veras excretionum sanguinearum causas, nec remediorum principia ac modum agendi callere; hinc affectus eos pro pectoralibus solummodo habentes, non nisi pectorales medicinas ordinare modo has, modo illas: quo fit ut saepius majus ægro damnum inferant, quam emolumentum.

Ut autem tandem exponam: num tabes pulmonalis ex praesenti malo pertimescenda sit? haud omnino negari potest, quin cruentas ejusmodi e postore eructationes, maxime si nec recta curatio, nec congrua vivendi ratio accesserint, saepius pulmonum corruptiones, exulcerationes, & hinc ipsa tabes excipere soleat. Hanc eo magis timere oportet, si sanguineus fluor remediis adstringentibus fuerit cohibitus: quippe quæ intra vascula ac vesiculas pulmonum relinquunt grumulos sanguinis, qui vel ea vasa obstruunt, vel in corruptionem abeunt. Eundem nostrum effectum exserunt pleraque medicamenta pectoralia, sive sint demulcentia, inviscantia ac expectorantia, sive etiam stimulantia: hæc enim majorem succorum affluxum caußantur, & illa largius data tonum pulmonum relaxant; quid? quod etiam vim ventriculi concoetricem admodum ländant, eumque ad generandam pituitam, ac fovendos flatus reddit peropportunum. Contra vero ad præcavendam tabem nihil magis deprehendi proficuum, quam ut præter jam commendatam curandi rationem, adhibeantur herbæ balsamicæ ac leniter traumaticæ; quas inter commendari merentur veronica, scabiosa, scordium, pulmonaria, hedera terrestris, capillus venoris, urtica mortua, summitates millefolii, flores bellidis, semen foeniculi, radix cichorei &c. quæ species vel in decocto cum cerevisia aut aqua, vel in infuso theiformi summo cum fructu potari possunt. Et hæc habui, quæ circa præsentem ægritudinem monerem; quæ Deus reddat salutaria, precor.

C A S U S LXX.

De Hæmoptysi hypochondriaca.

Vir 28. & quod excurrit annorum, strictioris corporis habitus, facie pallida & temperamento cholericome-lancholico prædictus, per sexennium variis ægritudinibus suis sollicitatus, veluti fuerunt capitis dolores, ventriculi inflationes, durities in regione mesenterii, cordis palpitations, tensiones circa umbilicum & hypochondria, maxime sinistrum, spirandi difficultates, pectoris dolores tensivi, eique in regione renum, & abhinc per totum dorsum ad humeros protensi &c. Has contra variis pugnavit remediis, thermis, & novissima Carolinis: quæ licet malo quasdam induxerint inducias, tamen insignes humorum excitarunt commotiones. Neque minus semper male habuit, & præsertim pectoris constrictiōem, ac spirandi angustiam toleravit; ac denique absque ulla violenta causa 10. Cal. Jul. 1724. proxime elapsi in gravem sanguinis per pulmones incidit rejectionem, qua crux, quantum capit vitrum cerevisiarum, eructavit. Præcessit hanc eruptionem titillans secundum asperæ arteriæ tractum sensitio; nec nisi exigua tussis extravasati crux reliquias eructans sequuta est; ipse sanguis primum ater & coagulatus, dein floridus atque spumosus erupit. Hinc mox vena in brachio secabatur, licet præcedente æquinoctio vernali jam tusa fuerit; & dabantur remedia consolidantia. Conquievit inde cruentum sputum, & nonnisi striæ sanguineæ cum muco quandoque rejectæ sunt: verum tamen dolor in pectore, & ab illo ad dorsum usque protensus continuavit, & febricula lenta, noctu plerumque multo horrore invadens, supervenit; quid? quod octo præterlapsis hebdomadibus cruenta evacuatio, licet priori parcior, recruduerit. Propinata protinus fuerunt & consolidantia & antifebrilia remedia; iisque & hemorrhagia & febris sublatæ sunt. Verum enim vero quater abhinc rediit sanguinis eru-

eructatio, quæ novissime 3. Id. Martii anni currentis summo impetu satis copiofa fuit: iterumque post secatam venam, & leniora traumatica substitut. Interim varia restant exinde symptomata, nimirum insignes pectoris dolores tensivi, languor totius corporis, somnus turbulentus, dejecta adpetentia, pressiones oculorum, gravatus sensus in fronte, cibri angores, durities circa scrobiculum cordis &c. & præcipue vehemens dolor occupat pectus ac dorsum, qui sub sternutatione vel oscitatione admodum exacerbatur, ac quandam quasi renis in pectori sensum exhibit. Ceterum urina iningitur tenuis; & matutino præsertim tempore pituita viscida, a materia purulenta prorsus aliena, exscreatur: & denique diæta ægri est exactissima, neque minus moderato corporis indulget exercitio. Quæcum ita sint, Tuum, Vir illustris, consilium petit æger, & doceri potissimum avet, quo teneatur affectu? quæ illius origo? num crux or pulmonibus, vel hepate, vel venis spleneticis eructetur? an crebra venæficio in malo forsitan recidente conferat? numne illud ab usu thermarum Carolinarum sit inductum? quæ ægro sint facienda, quæ fugienda? & num adventante vere laete caprino uti liceat?

CONSULTATIO.

POstquam mecum communicata est quædam morbi historia, meumque ad illum debellandum judicium desideratum: illa sedulo perlustrata, mox comprehendendi, ægrum, qui admodum sensibilis ac melancholici est temperamenti, a sex jam annis symptomatibus infestari hypochondriacis; veluti sunt ventriculi inflationes, abdominis tensiones, durities hypochondriorum, constrictiones pectoris, spirandi angustia &c. Meamque omnes hæ adfectiones a spastica strictura partium nervosarum, partim diaphragmatis ac vicinarum regionum, partim primarum viarum, ventriculi nimirum ac intestinorum, & inclusis hisce flatibus proficiuntur: & his dictarum partium distensionibus essentia mali hypochondri-

driaci absolvitur. Quamvis ergo ægrotans has calamitates variis medicamentibus, thermis & maxime Carolinis oppugnaverit, haud sine quadam levamine: attamen eas haud penitus expugnare potuit, quin novissimo anno cruenta omnino exsiccatio supervenerit; quæ, cum tusti stipata fuerit, minime ex hepate vel liene, sed potius ruptis asperæ arteriæ vasis sanguiferis derivanda est. Ad hujus autem mali generationem contribuit potissimum dolor ille pectoris compressoriis, vel potius musculorum intercostalium ac septi transversi spastica distensione. Inde enim impedita spiratione æquabilis ac liber sanguinis per vasa pulmonalia progressus, ac ex uno cordis ventriculo in alterum transitus turbatur, sanguis in capillaribus arteriæ pulmonalis vasis accumulatur, tandemque rupto quodam in aspera arteria ramulo excernitur. Eadem quoque ratione sputum eruentum, quod octo post primum insultum hebdomadibus minori, mense autem Martio hujus anni majori recruduit impetu, contingit putandum est. Quæ vero hæc novissima excretio reliquit symptomata, nimirum angor perpetuus, durities circa cordis scrobiculum & hepatis regionem, dejecta adpetentia, turbulentus somnus, ac pectoris compressio: ea omnia ex spastica fibrarum nervearum & orificio-rum ventriculi constrictione, flatibusque in eo contentis, suam trahunt originem: quemadmodum vehemens ille pectoris dorsisque dolor, qui a sternutatione ac oscitatione exacerbatur, spastico partim septi transversi, pleuræ, musculorumque intercostalium, partim nervorum, qui ad pleuram ac musculos dictos abeunt, distensioni debetur. Ex his denique adparet, eruentam hanc evacuationem, nec ab exulceratione pulmonum, nec obstruzione vel induratione vasorum pulmonalium, sed solum modo a spastica partium earum strictura suos mutuari natales, & hinc hæmoptysis hypochondriaca appellari mereri.

Ab hoc ut vindicetur malo, necesse est, ut quotannis bis vel etiam ter, circa æquinoctia nimirum & solstitium hypernum,

num, luna decrescente, vena incidatur in pede, & crux sex uncis detrahantur: quo maxime tempore a refrigeratione, & ciborum durorum & concoctu difficultiorum usu probe cavendum est. Hæc vero ventus effectio duplicem pollicetur utilitatem: non enim solum imperium humorum a pectoro divertit, sed etiam stagnationi sanguinis circa præcordia, a qua & flatulentia primarum viarum & spasmorum nervosarum partium dependent, insignem feret opem. Non minus excellens ac fere divinæ virtutis sunt pediluvia, ex pluviali, vel etiam fluviali aqua, furfuribus tritici, & floribus chamaemeli concinnata, ea cautione usurpanda, ut & tepidiora sint, & pedes altius immittantur. Quum enim illam præstantem vim, humores a pectoro derivandi possideant; facile appetet, quantam in hoc hæmoptyo aequæ ac hypochondriaco affectu spondeant utilitatem, maxime si eo tempore sæpius & bis quotidie adhibeantur, quo nova sanguinis imminet eruptio,

Carolinas quod attinet thermas, illæ quidem in passione hypochondriaca, quæ ab infarto vilcerum proficiscitur, præstantissimas exferunt virtutes; quas in præsenti casu haud pollicentur, in quo constrictio spasmodica magis occupavit pectus; quid? quod externus illarum usus majorem minet noxam. Crebra enim compertum habeo experientia, balnea aquarum mineralium, licet sint tepidissima ac maxime temperata, tamen adfectibus nervosarum ac internarum partium spasmodicis omnino fuisse infensa, quoniam illæ ipse vim cutim constringentem possident. Idcirco vellem potius, ut æger aquis Selteranis cum lacte caprino vel asinino permixtis, quæ pulmonum vitiis admodum sunt opportunæ, uteretur. Earum nimis aquarum, binis partibus cum una lactis combinatum, mensura una mane, & dimidia hora meridiana quarta tepide potatur; ilque potus per quatuor vel quinque protrahitur hebdomades. Hoc tempore eo magis recta vivendi habeatur ratio, neesse est; fugiantur cibi acidi, omnisque

Hoffm: Consult. Med.

cerevisia atque vinum, & in horum locum pro potu ordinario adhibeatur decoctum ex cornu cervi raspato paratum, interposito quandoque haustu vini Hungarici. Ut etiam alvi libertas conservetur assida, operæ est pretium, partim sub initium, partim in fine curationis, ac sub ea ipsa quavis hebdomade assumerem potiunculam laxantem, quæ sic se habet: Recipe manna electæ uncias duas, salis Epionensis drachmam unam cum dimidia, extracti rhabarbari grana septem, aqua florum acaciae uncias quinque, coque & solve leni calore, adde olei de cedro italicici guttas tres. M. D. S. Laxir. Tranckgen auf einmahl.

Inter pharmaca, quorum promiscuus usus probe evitandus est, spectata virtus est infusum sequens theiforme, mane & post meridiem sex vel octo sorbillandum vasculis: Recipe florum chamaemeli, summitatum millefolii ana manipulos duos, seminis foeniculi, anisi stellati ana drachmam unam cum dimidia. conc. cont. d. Neque minus confert, vel ante epulas, vel vesperi drachmam unara pulveris temperantis, qualis noster est, ex aqua destillata chamaemeli devorare; & circa ingressum in lectum quater singula hebdomade Elixirri mei balsamici pectoralis cum pari pondere liquoris andyni mineralis mixti 40. vel 50. guttulas assumere.

Ceterum omni studio sibi caveat æger ab animi affectibus, refrigeratione, cibis inconvenientibus atque flatulentis, potu spirituoso & fumo Tabaci: ac corporis exercitio moderato, ne corpus inde commoveatur, studeat. Quæ si rite observaverit, de felici effectu remediorum nullus dubito.

C A S U S LXXI.

De Hæmoptysi cum Febre lenta post iussim graviorem.

Vix celebris, sexagesimum quartum ætatis annum egressus, temperamenti languineo-cholerici, succis & sanguine plenus incidit, postquam binis abhinc M. heb-

hebdomadibus gravi afficiebatur tussi, in hæmoptysin; cui protinus accessit febris lenta, & adhuc durat. Mitior equidem tussis est, & parcior sanguinis since ri, floridi, sputosi ac interdum grumosi rejectio: verum tamen, adhibita parim revulsoria in pede venælectione, partim datis efficacissimis remediis, nondum omnino conquiescere videtur. Novissimo ab hinc triduo tussis erat levior; at heri cum nocte placido somno transacta surgeret, protinus vertigine, mentis deliquio, & gelido rapiebatur sudore, cum pulsu debili, inæquali, ac urina satis tincta; sanguinis autem parcissima rejectione. Hæc vero cruenta exscreatio non ex solo pectori profici videtur: siquidem æger sa pius & absque tussi sanguinem exscreat, & naribus reddit maxime inter emungendum illas. Ceterum de calida ebullitione ac undulatorio in sinistro pectoris latere motu conqueritur; neque tamen adhuc purulenta expuitur materia: nihilominus lobus pulmonum sinister ob congestorias sanguinis stases videtur læsus. Quapropter remedia pectoralia, balsamica, traumatica, resolventia & abstergentia, saccharum laetis, corticem cascarillæ, species de hyacintho, antihecticum Poterii, lapidem manati, corallia rubra, nitrum, cinnabarum, mastiam pilularum de cynoglossa aliaque ordinavimus: nullam autem veram impetravimus sanationem. Quod reliquum est, æger utitur dieta lauta, o pipara, vi noque generoso; & olim calculo sollicitatus, non solum doloribus nephriticis adhuc infestatur, verum etiam sa pius minores reddit calculos. Jam juscum medicatum ex herba pulmonaria, cichorei, nummulariæ, floribus bellidis, hedera ter restris, chærefoliis, hepaticæ nobilis &c. paratum sorbillare cœpit; cum autem nulla sequitur reconvalescentia, tuum, Vir Excellentissime, petitur consilium.

RESPONSIQ CONSULTATORIA.

Ex iis, quæ de morbo ac curatione ilius, quo laborat vir quidam celeberrimus, mihi prescripta sunt, non habeo, que circa curandi rationem moneam,

quippe quæ & naturæ subjecti, & caussis morbi est accommodatissima: non tamen miror, quod malum exinde nondum fuerit sublatum, quippe in quo extirpando patientia opus est, & temporis diuturnitate. Ipsa vero, qua derinetur, ægritudo juvenili magis, quam senili familiaris esse solet ætati: quare etiam principalem nostri ægrotantis sub initio morbum febrem foisse catharralem suspicor, ex qua, cum spasmodicis partium nervosarum constrictionibus, & eximiis humorum ad pectus & caput stipata videatur congestionibus, non solum diuturna tussis, verum etiam sanguinis grumosi ex capite, floridi autem ex minutissimis bronchiorum vasis rejectio suos omnino mutuantur natales. Haud enim infrequens observatur, quod febres catharrales, quæ maxime verno tempore homines, venæctionem negligentes & lautæ diætæ indulgentes, post impeditam transpirationem solent correre, ejusmodi congestiones seri salsi & acris comitantur. Hoc eo magis in nostro ægrotante contingere potuit, cum olim calculo renum ac nephriticis laboravit doloribus; siquidem experientia constat, hosce homines propter acrimoniam seri tartaream, & spasmodicas imi ventris strictiones, ad rheumatismos pectoris atq; pulmonum maxime esse proclives; præfertim si crux vitalis per haemorrhoides haud eruperit.

Quod si igitur præter illa, quæ jam adhibita sunt, curationem quandam proponerem, vellem, ut æger acidulis Seltzani, cum laetis caprilli dimidia parte commixtis, uteretur, earumque tepidum mane libras duas, & post meridiem unam cum dimidia potaret. Neque vero desistendum est ab usu juscum commendatorum; sed præterea pro potu ordinario decoctum scorzonerae & cornu cervi cum corticibus citri bibendū, & singulis quinque diebus sequens potio manna a assumenda erit: Recipe manna electa uncias duas, terræ foliatæ tartari scropulos duos, rhabarbari electi drachmam semis, coque & solve leni calore, in aquæ florum acaciæ unciis quinque, colaturæ adde olei de Cedro Italici guttas

tas tres. M.d.S. Laxir-Tranckehen auf einmahl.

Præterea opera erit preium, pediluviis temperatis ac tepidioribus omni vespera pedes profundius immittere: quippe quæ in ipso sputi cruenti paroxysmo summo cum fructu adhibere suvi; mallem vero, omitterentur pilulae de cynoglossa, in ætate proiectioribus minus proficuæ. Harum in locum commendarem potius pulverem temperantem ac precipitantem meum; ejusque drachmam dimidiâ cum succo citri permixtam ex aqua cerasorum nigrorum hora quinta vespertina sumendam. Cum autem presentis tempus potationi acidularum Selteranarum minus existat opportunum; haud ludetur opera, si interim mane æque ac post meridiem quædam vascula infusi theiformis, lacti caprino nupti, sorbillarentur, cujus hæc est compositione: Recipe summittatum millefolii, florum chamæmeli vulgaris, herbe veronicae, marrobi albi ana manipulum unum, seminis foeniculi, anisi stellati ana drachmam unam, conc. cont. d. ex quo etiam mane 15. guttulas liquoris terra foliatæ tartari sumere expediet. Quæ ceterum vivendi sit observanda ratio, eam a præsentibus medicis jam ordinatam fuisse spero.

C A S U S LXXII.

De hemoptysi cum metu hecticæ.

Plurimum reverendus & perillustris Vir, ætatis annorum prope quadraginta quatuor, naturæ ac habitus corporis mediocris, temperamenti sanguineo serolo biliosi, elapsò anno M-DCCXXXIX, tempore mensis Martii contraxit sub diuturna æris tunc rigidioris asperitate affectum catharralem cum tussi; quæ quam molesta frequenter & graviter de die adfligebat cum magna conuscione pectoris, & quadam circa illud gravitate; tam mitis erat per noctem sub quiete & lecti calore. Postquam tussis hæc per plures continuaverat dies; in succedente melius exscretione humo-

ris mucido-salivalis sèpe observabantur intermixtae sanguinis striæ. Verum circa medium mensis Aprilis ex improviso accessit ipsa cruenta sanguinis expulsio, quæ licet notabilis fuerit, tamen brevi post, eadem nimurum die & quadrante ejusdem horæ sponte cessabat. Remanebat interim catharralis dispositio cum pristina tussi; donec post factum semel negotiorum caussa celeriorem gressum, non procul quidem, ad anhelatam tamen respirationem, rediit secunda vice sanguinis eructatio, si non largiori, eadem saltem, ut jam prius, membranda quantitate, ita ut strophium, quo sputum excipiebatur, a sanguine tussi ejecto tantum non totum tingeretur, sed etiam portio quædam in terram rejeceretur. Cessavit autem denuo brevi, & licet post unam vel alteram diem iter per multa millaria conficeretur, attamen neque tunc ultra, neque in hodiernam ofque diem quædam vel sanguinei, vel slavecentis, vel alio præternaturali colore corrupti sputi vestigia apparuerunt: sed sola tussis a mense Martio ad finem Augusti molestior, sensim tamen remissior, nunc ferme per spatium anni sic continua in suo pergit cursu, cum crebra multi sputi serolo-mucidi ac pituitosi exscretione. Tussis hæc præfertim post tempus peractæ digestionis ciborum, ut bene observatum fuit, nimurum versus nocturnum & sub matutinum tempus notabilios infestat; ita quidem, ut jam pluribus vicibus circa horam septimam nocturnam cum tussi contigerit vomitus spontaneus cum rejectione multi humoris mucidi non quidem sine levamine. Interim ciborum adpetitus, qui per tres septimanas exiguus, imo plane nullus fuerat, nunc latus bonus est; sitis plane naturalis, pro potu div fuerunt aquæ decoctæ pectorales; sed cum languidior inde esset stomachus, & sub potu aquarum deficeret magis adpetitus; substitutus fuit potus vini albi aqua panetost correccta temperati, qui melius hucusque profuit se vilus est. Somnus a fine mensis Novembris novissime elapsi ad medium usque Januarii aut plane nul-

lus, aut per horarum intervalla gravissimus fuit: ab illo tempore hucusque a potiori, non quidem solius tussis caussa interruptus & inquietus: respiratio sub quiete est facilis; sed dum in aere libero versatur perillustris aëger, vel per gradus ascendit, difficilior & anhela. Sub occursu aeris frigidi, sicut facile horridulas patitur commotiones, ita & circa tempus vespertinum, vel nocturnum corporis debilitatem & lassitudinem ingruentem observat. De reliquo, quamquam nullus in toto corpore percipiatur dolor, & color faciei sanus & naturalis sit; tamen quædam sensim notabilis in vegeto alias corpore adveritur carnosæ illius substantiæ imminutio aut depascencia. Alvi beneficium sicuti prius a tempore præsatæ infirmitatis optimum semper erat, ita nunc illius frequentissima est constipatio: urina alioquin intensius tincta, nunc coloris mingitur aurantii, & turbata sedimentum deponit multum mucido-chylosum. Hæmorrhagiam narrarium in juventute raro, postea nunquam passus est, sic & neque de moliminibus hæmorrhoidalibus, minus de actuali fluxu sensit quid unquam. Venæctiones tempore vernali & autumnali præservationis & curationis caussa, uii & laxationes omissæ non fuerunt: sicut & remedia multa & varia, prout exigebat status morbi & necessitas, fuerunt adhibita; nempe antifebrilia, absorbentia, nitrofa, pectoralia, diluentia, discutientia, abstergentia, stomachica & alia, eaque singula temperatoria: sed nondum eo, qui hucusque quærebatur & sperabatur, successu & effectu: futurum prosperet eterno numen, votumque secundet.

JUDICIUM MEDICUM.

Quod certe temporum anni mutationes certos pariant morbos, eosque qui vel ratione habitus corporis, vel temperamenti dispositi magis sunt, faciliter alterent aut afficiant; jam olim agnivit primus medicorum Hippocrates in libello aphoristico, sectione tertia, aphorisma secundo; hæc addens: naturarum hæ-

quidæ ad exhalatæ, hæc vero ad hyemem bene maleve se habent: id quod etiam hodie dum re ipsa frequentissime observatur. Sensitatem in se mutationem austeriori tempore elapsi anni, mense Martio, plurimum Reverendus, perillustris, & perquam gratus Dominus, dum sub diurna rigidoris aeris asperitate, auræque inclemencia contraxit affectum vere catharralem cum tussi; cuius caussa antecedens vel disponens videtur fuisse temperamentum sanguineo-serosobiliostæ, & inclinatio quedam vel proclivitas ad catharros. Caussa proctaretica sive movens erat diurna aeris intemperies ac rigor; a quo credibile est, non tantum imminutum fuisse debitum necessariæ transpirationis opus, sed & non leviter alteratas, & veluti asperatas vias spirabiles; unde humores lymphales & serosi, ceu caussa materialis intra strues glandulosas & tubulosas gutturis, asperæ arteriæ, aliarumque vicinarum partium collecti, dispositionem catharralem induxerunt, ita quidem, ut ab affluxa humorum sero-mucidorum ubertate, gravitati pectoris, a falsedine acri sensibiles fibrillas nerveas ac membranas stimulante, ansa fuerit data molestæ nimium tussi ac concusioni pectoris: qua occasione natura, quæ caussa tussis efficiens a multis dicitur, sub solito majori fibrarum intensione, sub fortiori muscularum pectoris ac diaphragmatis concusione, humores mucidos resolvere, congestos discutere, intra glandularum angustias subsistentes propellere, per tubulos aut poros excretorios pluribus, saepiusque interruptis stricturæ vicibus velut exprimere, & frequenter nisi concussorio excutere coacta fuit. Etenim sicut, quoique illa molestum aliiquid sentit, præsertim circa remotores, & sensibiores asperæ arteriæ, partiumque spirabilium vias, uti e.g. lumen ter patet in miculis rerum etiam tenuissimis, vel guttulis potus laryngem & tracheæ ductum easu illapis, eosque tussiculofo nisu, & motu pectoris concussorio insurget, nec quiescit, donec res insuetas cum aere fortius expirato emoverit, & exploserit: pars ferme ratio est cum humoribus intro quantitate vel

vel qualitate has circa partes molestis. Quæ tussis, quam molesta frequenter & graviter de die, tam mitis erat de nocte, nimurum ob meliorem sub quiete lectique calore serosæ cujusdam partis transpirationem, lymphæ mucidae a calore extenuationem, & leniorem aeris quietioris vel calidioris fibras minus stimulantis inspirationem. Interim sicut in frequentiori fortique tussiculosa pectoris concussionē sputum largius sensim emotum succedebat; ita sub iteratis toties fibrarum pneumaticarum & muscularum pectoris striaturis spasticis, magnoque ac crebro concussionis nisu languis in corpore, eo ipso plethorico versus pulmones fluctuans, validius compulsus, iotra vascula congestus fuit, & lentiori undulavit motu, atque sub quadam successiva tunicarum dilatatione quædam sensim portio velut guttatum vasorum osculis elapsa per anastomosin, uti vocant medici, intermixtas sputo srias sanguineas constituit: donec circa medium mensis Aprilis a majori pressione, congestionē distentis plus ultra osculis aut poris, vel rupto uno altero vasculo vel ramulo, hamptoe, vel sputio sanguinis floridi ipsum solitabilis ex improviso accessit; quæ cum brevi durasset, sponteque eadem die cessasset, vero est simillimum, hiscentiam vasculorum, vel aperturam aut ruptionem non adeo magnam sub quiete & diæta facile adductam & occlusam fuisse. Mansit vero catharralis dispositio, quia mucidas humorum nondum attenuata, salredo correcta, congestiones resolute erant: hinc eo facilius post factum semel celeriorem gressum & motum ad anhemiam usque respirationem austum, aggetto noviter ad majorem vasorum turgescientiam sanguine recruduit notabile sputum cruentum, valculis prius laisis, needum satis consolidatis, aut aliis de novo hiantibus: quæ tamen vel remediorum ope, vel naturæ beneficio brevi rorsum tempore resticta fuit. Et mirum est, quod negotium sine insigniori interius labet viscerum post hæc successerit, & bonum est, quod in hodiernam usque diem nulla vel sanguinei, vel flavescentis, vel alio præternaturali colore corrupti sputi

Hoffm. Consult. Med.

apparuerint vestigia: cum doceat Hippocrates sectione quarta, aphorismo 24. sanguinem supra ferti, qualisunque sit, malum, item quod a sanguinis sputo, puris sputum, a puris sputo phthisis: quæ male consequentiæ licet gratia Dei, & providentia nature usquehuc emanerint; restabat saltē tussis a mense Martio usque ad finem Augusti molestior, sensim dein remissior, nunc ferme per spatium anni continuata in suo pergens cursu, quoniam licet vis, & impetus congestiōnum mitigaretur, extravasatio sanguinis ulterior emanneret, corruptiva parenchymatis seu substantie pulmonum infirmitas, aut labes quedam averteretur, immobilitas saltē sub diurna nimis tussi aliqua circa glandulosas partes laxitas, circa fibrosas atonia: in sero autem ac lymphæ mucositas, & salredo non satis attemperata & correcta; unde frequens adhuc multi sputi pituitosi exscreatio videtur haec tenus perseverasse. Quod autem tussis post peractum tempus digestionis ciborū plus minus adhuc infestaverit, ita ut jam plumbibus vicibus circa tempus nocturnum cum tussi contigerit vomitus spontaneus; videtur causa originalis magna ex parte a stomacho, ejusque vicinia dependere: quatenus chylus mucido crudior, post tempus digestionis sanguinis iofusus, non solum aliquam in ejus intestino motu turbationem concitare potest, sed & quatenus portio ejus lymphatica vel serosa intra glandulas partium spirabilium, ductusque cibarios delata, sensimque noviter congesta, iteratas semper ad tussim irritationes cauſare solet. Sic etiam a salredine per molestiorem & profundiorem pectoris & septi transversi concussionem, tracto in consensum stomacho, vomitus non tamen sine levamine subortus fuit: quod & urina in calore diu rubicundior, sensim vero, dum in aere libero sletit, turbidior facta in sedimento mucido-chyloſo albicante, copiosis salinis miculis intermixta, ad ocularem pluribus vicibus inspectionem declaravit & confirmavit. Quare tussis diurna stomachico-peccoralis non minari posset; stomachalis ex rationibus

prius allegatis; pectoralis ex passa quondam hæmoptoe & dispositione catharrali circa vias spirabiles maxime observata, eo magis cum perillustris æger adhucdum sub ascensu per gradus difficiliorum & anhelam sentiat respirationem. Testata sunt originalem ex stomacho vel vitio chyli cauam tosis tam diuturnæ, passa per plores septimanas ciborum nausea, & inadpetentia, potuum aquosorum non facilis tolerantia, & perceptus inde stomachi languor, faciles sub occursu aeris frigidi vel vespertini commotiones horridæ, ceu febriformes, pedum, genuum, totiusque inferioris solum ventris debilitates, & lassitudines non parum sensibles, & carnosæ vegeti alias corporis substantiaz imminutio notabilis &c. Quatenus hec omnia videntur fuisse & esse symptomata, aut conjectaria ob malam dispositionem humorum chyli, & præser-
tim lymphæ non satis fluidæ, subdulcis, roridæ, leniter humectantis, nutritiæ. Quare justa est sollicitudo, ne affectus hic catharralis diuturnus altiores agat radices: quamquam enim de præsenti metuendus non sit, de futuro saltem sub perseverantia, aut accidentalí, quod Deus ter optimus avertat, ingravescientia degenerare possit in hectam, maxime cum jam notabilis haec tenus substantiaz corporis immunitio observata fuerit. Et sic melius est prævenire, & obstatre principiis.

RESPONSO CONSULTATORIA.

Quanquam ex communicata mecum morbi historia perspexerim ægritudinem, qua vir plurimum reverendus detinetur: mallem tamen ut in ea adhuc relata essent quedam momenta scitu necessaria; nimirum quo vitæ genere olim usus fuerit? num diætae, maxime vini excessibus; anne animi affectibus, mœroribus, atque sollicitudinibus inducerit? Num olim vere vel autumno catharris laboraverit? numne verae secti-
nibus sueverit; easque ante novissimum catharri insultum instituerit &c. Interim, quantum ex relatis adparet, eximia hu-

morum abundantia noster ægrotus labo-
rat: quæ nisi forte tempestiva venæctio-
ne vernali ventilata fuerit, acceden-
te sub inimico aero frigore humores ma-
jori copia ad caput atque pectus compulsi
sunt, ideoque tussim præter ac sputum
cruentum produxerunt. Facillimum enim
est, ut in hominibus plethoricis, quibus
sanguis non est missus, ex insigni vel re-
frigeratione vel exæstuatione corporis, e-
jusmodi simplex hæmoptysis ob raptum
humorum violentiorem ad pectus, & in-
de disrupta quedam minima vascula sub-
oriatur; quæ autem, nisi perversæ acced-
ant mediciones, nullum minatur pe-
riculum, sed cito transit, uti & in præ-
senti casu elucescit. Cum autem hanc
sanguinis eructationem muci viscidii ex-
screatio diuturna, ac ferme annua excep-
perit; quæ maxime post absolutam diges-
tionem infestat, & cum frequentiori vo-
mitu, somno turbulentio, viriumque ac
corporis decremento insigni siipata est:
exinde non solum colligo, quod ventri-
culi robur simul sit debilitatum, ac vis
digestiva læsa; verum etiam admodum
vereor, ne febris hectica cum majori vi-
rium prostratione subsequatur. Quando
enim pituitosi ejusmodi humores, pectus
obsidentes, non tempestive derivantur,
nec eorum affluxus intercipitur, fit inde
frequentissime, ut adeo relaxetur ac de-
bilitetur pulmonum substantia, ut humo-
res magis magisque irruant, eamque pe-
nitus corrumpant. Hanc autem cathar-
ri pectoris diuturnitatem atque pertina-
ciam æger ipse diætae, quos tussi infesta-
tus commisit, erroribus magis suspen-
tasse videtur; in tali enim tussiculosa ad-
flictione & cerevisiam, & vinum, licet
sit aqua dilutum, & corporis commoti-
ones & refrigerationes, & omnes aeris mu-
tationes summo evitari oportet studio;
contra vero impetum humorum ad pe-
ctus, blandis laxantibus, quorum præ-
stantissima sunt manna & rhubarbaria,
derivasse, & loco pectoralium, que
magis debilitant ventriculum, leniora
aromatica adhibuisse operæ fuisset pre-
mium.

Quæ igitur jam jam facienda sunt, ea
omnia

omnia his potissimum momentis absolvit
credo, ut nimirum alvi conservetur lu-
bricitas, ventriculus confortetur, calor
præternaturalis attemperetur, & deni-
que pectus ab inhærente muco liberetur.
Hisce scopis primum commendo Elixir
stomachicum, quod simul laxans est, &
sic se habet: Recipe rhabarbari electa unciam,
mannæ electæ uncias duas, folio-
rum sennæ, agarici ana drachmas tres,
terra foliatæ tartari, extracti cardui be-
nedicti ana drachmas duas, nitri drach-
mas binas cum dimidia, olei foeniculi,
ligni sassafras ana guttas 12, affunde aqua
cerasorum nigrorum libram, spiritus vi-
ni anisati tantundem, digerantur & sol-
vantur leni calore. D. quod per octo con-
tinuos dies singulo mane ea, quam tria
cochlearia capiunt, quantitate sumen-
dum erit. Proinde expediet cerevisiam
abolere, & pro potu ordinario feligere
quoddam decoctum: v. g. Recipe cornu
cervi raspati, radicis scorzonerae, sarsa-
parilla ana uncias quatuor, radicis cicho-
rei, glyzyrrhize, foeniculi ana unciam.
Conc. Cont. D. S. species, quarum binæ
unciae in tribus aquæ mensuris per tres
horæ quadrantes decoquendæ sunt. Huic
si interponere velit viuum, illud nec Fran-
conicum, nec Rhenanum, sed ob ven-
triculi languorem potius Hungaricum es-
se debet vel Burgundiæcum. Mane for-
billandum suadeo infusum theiforme,
cum tertia parte laetis commixtum, cu-
jus hæc sit compositio: Recipe herba ve-
ronicae, salviæ, millefolii cum summi-
tatis ana manipulum, seminis foenicu-
li drachmas tres. M. D. S. species Zum
Krauter-Thee. Neque minus conveniet,
quavis vespera quatuor vel quinque ha-
rum deglutire pilularum: Recipe massa
pilularum aloephangiinarum drachmam,
de Styrace, cinnabaris rite paratæ ana
scrupulum, extracti croci grana sex, olei
nucistæ destillata guttas quatuor. M. f. pi-
lula ex scrupulo uno numero decem for-
mandæ. Has vero omittere & in eorum
locum pulverem temperantem cum sex
nitri granis permixtam adhibere præstat,
si calor præternaturalis mitium inha-
bita. Ce: erum quod vietus rationem atti-

net, eam a præsentibus medicis rite ordi-
naturn iri confido; & id dumtaxat mo-
ne, ut corpus in perpetuo conservetur
calore, & leniori sub cœlo sereno moveat-
ur exercitio. Quod si denique hæc com-
mendata remedia spem fefellerint, con-
sultum erit, adventante vere, acidulas
Selteranas, lacti asinino nuptas in usum
vocare.

C A S U S LXXXIII.

De Hemoptysi cum labe pul-
monum.

Generosus juvenis 24. annorum,
temperamenti cholericæ-sanguini-
dei, leviter melancholici, corpore tenero
ac debilis, a teneris variis ægritudinibus,
maxime febribus continua confictatus
fuit. Namque anno ætatis decimo quar-
to post toleratum sub somno gravissimum
terrorem incidit in delirium diuturnum
periodicum; quo per septem agni qua-
drantes sollicitatus, non nisi crebris, &
alternis ferme diebus institutis venæ-
tionibus demum sanitati fuit restitutus.
Hinc autem tanta hujus evacuationis
consuetudo inducta est, ut ea ter quater-
que quotannis administrari debuerit. Su-
perato hoc gravi morbo per tres conti-
nuos annos acidulis Pyrmontanis usus:
novissimo abhinc quadriennio pleuritide
vera; & denique hyeme præterlapsi an-
ni, gravi præcordiorum convulsione, per
totum corpus ac artuum externorum ner-
vos extensa laboravit, sed ab iis quoque
affectionibus feliciter liberatus fuit. Non
minus præterita estate contra dolores os-
sis sacri, ac stranguriam aquas Seltera-
nas, sed absque levamine potavit: in se-
quuta hyeme mense Octobri, longinquum
itinere per quadraginta millaria sub aere
horrido perfunctus, febre catharrali cor-
ripiebatur; qua vix curata mense No-
vembri iterum triginta milliarum iter
adgredi debebat. Quo absoluto ve hemen-
ti tussi agitari, eaque per intervalla flori-
dum sanguinem spuere cœpit; sed & hæc
excretio post instirutam in pede venæse-
tionem, & data partim infusum, par-

tim Elixirum pectorale cum essentia traumatica remixtum conquevit. Verum haud ita multo post, cum vehementer corpus commovisset, noctu incidit in copiosum sanguinis sputum; quo intra dies quatuor ad minimum duas floridi spumosique sanguinis reddidit uncias. Propinabantur protinus remedia leviter adstringentia, cum temperantibus resolventibus ac antispasmodicis combinata, & iterum vena in pede tundebatur, quæ, prima quoque vice, cruentem obscure rubicundum, spissum, sine ullo sero fudit. His sedata hæmoptysis, & non nisi mucus quidam restitante cruento coagulato permixtus per aliquot dies tussi rejectus est. Omittebantur ergo adstringentia, & ad præcavendum partim mali recursum, partim sopiendam tussim violentam, vesperi pilulae de styrace, & de die scopo resolvendi pulvis ex spermate ceti, lapidibus cancerorum, coralliis rubris & faccharo cando albo confectus porrigebantur: neque minus accedente leviori febricula vesperi pulvis e lapidibus cancerorum, conchis, antimonio diaphoretico, nitro & cinnabari nariva paratus propinabatur. Verum enim vero cum nihilo minus vehemens tussis, spirandi angustia, & largus sudor inhærerent, cura laetis caprini, cum asininum haud in promptu esset, in usum vocabatur. Assumpta nimirum primum potiuncula manna, per quatuor hebdomades æger mane & que ac post meridiem mensuram dimidiad lactis caprini cum infuso theiformi ex herba millefolii, marrubii albi, veronicae, floribus chamæmeli, feminæ anisi & scenici parato permixtam potavit, ex eoque portionem liquoris terræ foliatæ tartari adhibuit. Non minus sub epulis, quas larga comitabatur adpetentia, finitas autem pressio in ventriculi regione atque flatulentia excipiebat, essentiam corticum aurantiorum cum essentia cinamomi & quibusdam olei de Cedro guttulis commixtam usurpavit: pro potu ordinario decocto ex radice chinæ, farfaparillæ, scorzonerae, cinamomo, corticibus citri, nitro antimoniano & anisostellato concinato usus fuit; loco potionis man-

nata, quam aversari cœpit, omni septemana vesperi binos rhabarbari scrupulos cum mucilagine tragacanthi in formam pilularum redactos deglutivit, & postridie sex drachmas Mannæ in potu theisformi instar sacchari solutæ mane devoravit; ac denique quavis vespera pedes in pediluvia immisit.

Neque vero spem fecellit hæcce curatio; quippe qua finita præter tussim, quatenus mucus saliva permixtus parca quantitate rejiciebatur, & sudores nocturnos omnia evanuerant symptomata. Ad debellandas igitur has affectiones commendabat Vir quidam perillustris nasturtium; cuius succi, quantum ex binis manipulis herbae exprimitur, æger singulo mane haurire, tum olei amygdalarum dulcium, quantum cochlear unum capit, superingerere, & denique juseulum galinaceum sorbere, hancque curationem, per integrum mensem protrahere debebat. Vix autem per binas hebdomades ea usus erat, cum insignis dolor pungitus dorsum sub scapula sinistra prehenderet, cum tam violento præcordiorum spasmus, ut æger protinus suffocari videbatur. Fricabatur ergo locus affectus linteis calidis, inungebatur oleo chamomilla, adhibebantur pediluvia atque clystères; iisque consopiebatur spasmus. Abhinc æger T. profectus satis bene habuit, nisi quod tussi, qua parca pituitæ, ab indole materiae purulentæ longe alienæ quantitas excreatur, & sudoribus nocturnis adhuc solicitaretur.

At enim vero 5. Calend. Martii currentis anni cruentam iterum exsereare cœpit pituitam, & ad hanc usque diem per intervalla continuat: ipsa tussis adhuc est violenta, & ob muci tenacitatem sèpius ipsum movet vomitum. Exteriora membra horridulo sensu assidue perfunduntur, & sèpius horripilatio accedit: caput frequentius occupabat volaticus æstus cum dolore oculorum atque frontis gravativo; qui lancinans ac pungitivus in dorso sub costis spuriis, tanta sèpen numero urget vehementia, ut ne ambulare quidem tum queat. Ciborum est integra adpetentia; at post sumtes cibos flatus adfligunt

gunt insigniter: alvus quotidie suo fungitur officio, & satis quieto fruatur somno, nisi quod sudores nocturni eum saepius turbent. Urina mingitur rubicundior, cum albo, eoque copioso sedimento; pulsus naturali similis, & non nisi paulo celerior fertur, qualis a teneris observatus fuit: depascitur carnosa corporis substantia; viresque decrescent quotidianie. Ceterum latutus sinistrum magis laesum videtur: quippe quod non solum frequentior spasmus occupat, verum etiam si in eo decumbit, tussis fit vehementior. Nec denique ignorari oportet, ægroti patrem calculo labrasse, & anno ætatis sexagesimo quinto hectica febre perennium fuisse.

Adhibuit haec tenus æger lapides cancriorum cum succo citri saturatos, emulsiones nervinas, pro potu ordinario decocta ex hordeo, radice scorzonerae & pafulis minoribus concinnata; vesperi pilulas de styrace, vel pediluvia: externe loco affecto unguentum adplicuit ex unguento de althaea, axungia castorei, oleo anisi, fæniculi, cymini, chamæmeli & succini paratum, & superimposuit sacculos discutientes calidos. Non minus denique regulas viætus accurate observat; nisi forsan iracundiae aliquantulum indulget.

Quæcum ita sint, Tuum, Vir Excellentissime, pro funditus extirpando malo efflagitamus consilium, ac doceri aevemus: unde præsens adfectio originem traxerit? quibusnam debellanda sit remediis? etiam num futuro vere cura acidularum Selteranarum cum lacte sit adhibenda? & num denique dolores ossis sacri calculum renalem denunciant, vel hemorrhoidal dispositionem significant?

CONSULTATIO.

Postquam morbum, cuius cauſa consultus sum, probe perpendi mecum: illum non solum simplici cruxis spuitione, verum etiam insigni pulmonum labe, partim in obſtructione, partim corruptione vascułorū pulmonum substantiæ querenda absolvi deprehendo. Hanc eam ex violenta tussi, ablique notabilis

rejectione, & frequentiori potius vomitu stipata, virium decremento, largis sudoribus, urina rubicundiori, refrigeratione extremarum partium, astu volatico, & decubitu in latere sinistro difficultiori colligo, & omnino vereor, ne magis ingravelcant hæc symptomata, & in veram hecticam degenerent. Quod si autem hujus mali primam persequamur originem, ex corporis constitutione pariter ac multis in juventute toleratis morbis merito suspicari licet, integrum illius naturam debilitatam, & a teneris motibus inordinatis, spasmis, & frequentibus sanguinis ad superiores partes congeſtionibus admodum esse opportunam. Hoc confirmant delirium periodicum decimo quarto ætatis anno per septem anni quadrantes inhærens, pleuritides spuriae atque veræ, dolores pectoris spasmoidici, sputum cruentum, & tormenta ossis sacri lancinatoria: neque etiam minus augmentum languori corporis addidit tam saepius repetita junioribus annis venæſectio. Docuit enim me experientia, quod crebræ missiones sanguinis in malo hypochondriaco eximum quidem inferant symptomatum levamen: verumtamen adeo labefactent corpus, ut illud admodum imbecillum, & variis humorum commotionibus, ac congeſtionibus hemorrhagicis, maxime hemorrhoidalibus reddatur obnoxium. Huic vero corporis conditioni vehementius vitæ genus plane non quadrat: quare etiam itinera crebra sub aere frigido ac austero facta ægrotanti non minus nociva fuerunt, ac curatio per nasturtium instituta, quippe quod humorum commotiones magis adauxit. Contra vero nihil est, quod in medicatione abs te administrata reprehendere possim: eam enim omnino pulvere ex lapidibus cancriorum, succo citri imprægnatis, vel leniter nitrofo, emulsionibus versus noctem exhibendis, & decocto pro potu ordinario propinando continuandam esse judico. Quod ossis sacri dolores attinet, qui ex insigni plexus vasorum mesaraicorum spalmo enata, hemorrhorum æquabilem circuitum turbare valent, illis conduceat sequens emplastrum lo-

loco affecto imponendum: Recipe emplasti spermatis ranarum uncias tres, camphorae drachmam unam cum dimidia, nitri soluti drachmas duas, olei hyoscyami drachmas tres. M. f. l. a. emplastrum.

Ceterum toti malo præstantissimam opem pollicetur curatio per acidulas Selteneras, lacti asinino nuptas, adventante vere instituenda. Scilicet aquarum earum æqualem cum lacte portione mixtarum una cum dimidia mensura quotidie potatur, idque, interposita alvi per levans mannum vel rhabararinum subductione, per sex hebdomades continuatur. Ante vero, quam ad hanc accedamus curationem, operæ erit pretium, serum lactis dulce sequenti ratione in usum vocare. Lactis nimurum vaccini, recentis mensuræ binæ sub continua agitatione ad leniorem ignem ad pulveris ferme consistentiam decoquuntur; tum cum binis mensuris aquæ ex pane destillata permisceantur, ebulliant leviter & percolentur. Aqua vero panis destillata paratur, si panis domestici linteo inclusi duæ libræ, cum sex vel septem aquæ libris, & tantillo cornicicum aurantiorum ex vesica destillentur. Hujus itaque seri, quotidie recens parandi mane tepidi, post meridiem frigidis tertia mensuræ pars haurienda est: adjungendusque vesperi usus pulveris temperantis ex lapidum cancerorum drachmis duabus, & nitri granis decem parati. Ad compescendam denique ferinam veluti tussim commendo sequens electuarium drachmæ pondere quandoque cspidendum: Recipe olei amygdalarum dulcium recentis unciam semis, spermatis ceti drachmas duas, syrupi dialtheæ Fernelii unciam semis, extracti croci grana sex, olei nucisæ, ligni fasafras ana guttas quinque. M. f. electuarium. Hæc sunt, quæ proponenda habui, quorum effectum Deus reddat prosperum precor.

RELATIO.

Non alienum mihi videtur, Vir ille lustris, de eventu curationis quædam referre. Postquam enim æger com-

mendatis remediis uti inchoaverat, remiserant & tussis, & dorsi dolores: at invalescerat febris hectica cum vomitibus ac alvi fluxu bilioso stipata. Hinc omisso féri lactis dulcis usu, in idem, quod juvenis toleravit delirium, recidebat, eoque per 14. dies infestatus, diem obiit supremum. Secatum corpus monstrabat substantiam pulmonum, maxime sinistri lobi totam scirrhosam, & hinc inde putulenta refertam materia; ipsosque pulmones pleuræ, septo transverso ac pericardio adeo accretos, ut vix cultro separari potuerint. Arteriam pulmonalem polypus digitum longus, & calamum crassus obsidebat; reliqua viscera nihil alebant monstri, præter vesiculam selenam bile tenacissima repletam. Exinde vero adpareret, dolores dorsi intolerabiles a tensione diaphragmatis suam traxisse originem; quod pulmonibus accretum, illis tussi agitatis, pariter constrictum fuit, & inde dolorem vi tendinum ad lumbarem propagavit regionem. Hinc etiam factum esse credo, ut pulmonibus plane exulceratis, & facilior muci excreatio successerit, & tussis doloresque remiserint.

CASUS LXXIV.

De refractario pectoris catharro.

Illustrissima quædam Comitissa, annos LX. nata, corpore admodum obesa & phlegmatica multis jam annis, hyemali maxime ac autumnali tempestate variis affectibus catharralibus, raucedine, tussi sicca ferme suffocativa, cum purpura scorbutica & tumore pedum stipatis sollicitari suavit. Hæc symptomata congruis remediis adeo fuerunt mitigata, ut purpura pariter ac pedum tumor per aliquot annos haud redierit amplius; verum tamen, cum ante annum tempus aquas Sed lenses potasset, iterum abhinc gravi catharro, tussi sicca violenta, spandrì angustia, atque raucedine prehendebatur; iisdemque adhuc laborat ægreditudinibus. Pugnatum est contra eas omnia studio, iisque, quæ inferius allegantur,

me.

medicaminibus, quæ quidem sèpius male inducias tulisse videbantur, at illud accedente vel tempestate inimica, vel vespertina refrigeratione rursus recrude- sciebat, ac denique cum cruento sputo so- ciari cœperit. Quum ergo sicca illa & an- hela tussis, cum rauca voce, spiratione difficulti, fibilo & sono acuto, & pectoris spasmatica constrictione conjuncta, par- tim ab affectione hypochondriaca, par- tim a dyscrasia languinis scorbutica, quam tumor pedum ac purpura scorbutica con- firmabat; partim denique a pulmonum vitio, quod ex raucedine & tussis ab in- spiratione aeris frigidi exacerbatione ad- paret, natales suos mutuari videtur; & verebar, ne tandem in asthma siccum convulsivum, vel ipsam pulmonum exul- cerationem, vel apoplexiā terminen- tur; hisce præcavendis acidulas Selter- nas lacte commixtas pronuper comen- davi. Quibus cum ægra aures dare recu- faverit, tuum, Vir illustris, agitamus consilium, ac remedia malo convenien- tissima proponi togamus.

RECENSIO ADHIBITORUM REMEDIORUM.

Recipe radicum V. aperientium ana drachmas duas, cichorei, hellenii, li- quiritiæ ana drachmam unam, jalappa drachmas quatuor, summitatum centau- ri minoris manipulos duos, foliorum senne sine stipitibus unciam unam & se- mis, rhabarbari Alexandrini unciam se- mis, chrystillorum tartari drachmas sex, cinnamomi acuti drachmas duas, anisi stel- lati drachmam, croci orientalis scrupu- lum, corticum aurantiorum unciam se- mis. Conc. Cont. D. S. Nodus pecto- ralis cum mensura una & dimidia vi- rhenani infundendus.

Recipe specierum diatragacanth. frigi- darum drachmas duas, diaireos simili- cis, succini albi, florum sulphuris, sper- matis ceti recentis ana drachmam semis, extracti liquiritiæ scrupulos duos, cinna- baris rite paratæ scrupulum unum, mas- sa pilularum de cynoglossa grana VI. M. d. S. pulvis pectoralis, mane &

vesperi ex infuso Theebois sumendus.

Recipe olei amygdalatum dulcium re- center expressi, syropi capilli veneris ana unciam lemis, spermatis ceti, sacchari candi albi ana drachmas duas, extracti scabiosæ, veronicæ ana grana IV. d. S. linctus pectoralis.

Recipe conservæ veronicæ, tussilagi- nis, scordii, rosarum ana unciam semis, specierum diairidos drachmam, diatragacanthæ frigidarum drachmam unam & semis, extracti liquiritiæ drachmas duas, veronicæ, hellenii ana grana V. cinnabaris rite præparatæ scrupulum, syropi hyssopi, jujubarum una drachmas sex, oxymallis squillitici unciam. M. D. S. electuarium pectorale.

Recipe specierum diairidos drachmam semis, diatragacanthæ frigidarum drachmam, succini albi, florum sulphuris, cinnabaris præparatæ, extracti liquiri- tiæ ana scrupulum, enule grana V. nitri depurati grana XV. M. d. S. pulvis pecto- ralis mundificans.

Recipe antimonii diaphoretici, ma- tris perlarum, succini albi ana scrupulum, cinnabaris antimonii, lapidis bezoardi- ci orientalis ana scrupulum dimidium, ex- tracti veronicae grana II. foliorum aurí no. t. M. f. pulvis, div. in 3. p. S. Be- zoardicus & pectoralis putvis.

Recipe essentiæ catharralis drachmas, lignorum, elixir pectoralis ana drach- mam. M. D. S. essentia catharralis L. guttulis sumenda.

Recipe essentiæ catharralis drachmas duas, hellenii, liquiritiæ, gummi am- moniaci ana scrupulos duos, croci scrupu- lum. M. D. S. essentia resolvens.

Recipe antimonii diaphoretici, sper- matis ceti recentis, specierum diatragacan- thæ frigidarum, diaireos simplicis ana drachmani semis, cinnabaris nativæ præ- paratæ scrupulum, extracti hellenii gra- na IV. M. D. S. pulvis resolvens.

Recipe radicis liquiritiæ unciam, al- theæ, consolide majoris ana drachmas duas, herbe veronicae manipulum, che- refolii manipulum semis, passularum mi- norum unciam, caricarum pinguium nu- mero VI, seminis sceniculi scrupulum,

cro.

croci orientalis drachmam semis. C.C.
d. S. species pro infuso pectorali.

Recipe olei amygdalarum dulcium ,
syrupi capilli veneris , consolidat majoris
ana drachmas sex , sacchari candi albi
drachmam unam & semis , spermatis ce-
ti drachmam , extracti veronicae scrupu-
lum semis , glycyrrhiza scrupulum , elao-
sacchari balsami Peruviani scrupulum se-
nis , cinnabaris nativae præparatae gra-
na 15. m. terantur in mortario vitro di-
ligenter D. S. ballamus pectoralis.

Recipe conservæ russilaginis , costi ,
rosarum ana unciam semis , looch de far-
fara , oxytellis squillitici ana drachmas
tres , specierum diairidos , diatragacan-
thæ frigidarum ana drachmam unam &
semis , spermatis ceti recentis drachmam ,
extracti veronicae , liquiritia ana scrupu-
lum , enula scrupulum semis , syrupi ju-
jubarum , hyssopi q. S. M. D. S. Extra-
ctum pectorale balsamicum .

CONSULTATIO.

Affectiones præter naturam , que-
x illistrissimam Comitissam sollici-
tant , & nullis debellari potuerunt pecto-
ralibus medicinis , in refractario pectoris
catharro , violenta tosse , spirationis an-
gustia , raucedine , ac gravi anhelitu con-
sistere perspexi . Jam vero videtur mihi
corpus scorbutico scatere sero , sicut ex
purpura chronica elucescit : cui cum aqua-
rum Sedlicensium , forsan minus debito
ordine ac regimine adhibitarum usus ac-
cesserit , quæ falsoedine sua ventriculum
& partes nerveas admodum afficiunt ; &
præterea perillustris ægra vespertino tem-
pore sub aere frigidiori versari sueverit :
factum inde esse arbitror , ut impedita
salutari transpiratione , humores acres
ad partes interiores atque debiles fuerint
compensi . Tum autem ventriculum quo-
que ac intestina debilitata , & hæc flatu-
bus , illum sordibus imbuita esse credo ; &
hanc ventriculi atoniæ a nimio reme-
diorum dulcium , pectoralium , oleoso-
rum ac incrassantium usu potissimum ori-
ginem traxisse puto : unde facillime asth-
ma pituitosum & ipsam denique cache-

xiam suboriri , crebra deprehendi expe-
riencia . Optasse etiam , ut morbi hi-
storia additum fuisset , num perillustris
matrona sanguine turgeat ; anne venam
scandam præbere sueverit ? frequentissi-
mum enim est , ut in foeminis , quæ post
mensiom cessationem parco corporis mo-
tui , largis autem epulis indulgent , ma-
jor generetur humorum vitalium abun-
dantia , & inde quoque major ad catharra-
les pectoris affectus proclivitas . Quo ig-
tur a præsentibus malis vindicetur , & ab
asthmate vel hydrope præcaveatur illu-
strissima mulier , opera ante omnia erit
preium , ut partim humorum acrimonia
attemperetur , patrim præcæ vix a sor-
dibus deparentur atque corroborentur .
Huic scopo convenientissimas deprehendi
pilulas meas balsamicas polychrestas ; al-
ternis diebus numero 13. vel 15. vesperi
deglutiendas ; quibus si defecerint , se-
quentes substituenda : Recipe aloes rosa-
ta , myrræ electæ , succini ana drachi-
mam unam , extracti croci , aristolochie
ana scrupulum . M. f. L. a. pilulæ , ex
scrupulo uno no. 15. Deinceps mane po-
tandum suadeo hoc theiforme infusum .
Recipe herbae verocinæ , scordii ana ma-
nipulos duos , radicis liquiritia unciam ,
seminis foeniculi , anisi stellati ana drach-
mas duas . Conc. Cont. d. S. species Zum
Krauter Thee . Non minus egregium ex-
seret effectum Elixir pectorale ex essentiæ
liquiritia , croci , spiritu salis ammoniaci ,
tinctoria tartari ana uncia dimidia ,
olei anisi , ligni sassafras , macis ana gut-
tulis 15. paratum ; cujus L. getta ex ulti-
mo sub epulis haustu , hora quarta meri-
diiana , vel etiam vesperi , si omittantur
pilulæ , capienda sunt ; aut vesperi quan-
doque cum pulvere bezoardico diaphore-
ticæ alternandæ . Tum etiam necesse est ,
ut cerevisæ usus evitetur , & ejus loco pro-
ordinario potu sequens adhibeatur deco-
sum : Recipe radicis scorzonerae uncias
quatuor , chinzæ , sarsaparillæ ana uncias
duas , liquiritia unciam , cichorei un-
ciam semis , seminis foeniculi drachmas
duas . Conc. Cont. d. S. species , quarum
binæ unciae in tribus aquæ mensuris per
dimidiæ horam decoquantur . Fugiatue
de-

denique omne vinum, præter generosum Hungaricum; arceatur frigus, cibique acidi ac saliti evitantur. Et hæc sunt, quæ proponenda duxi: cognita enim morbi causa, promiscuum remediorum usum omittere, & ea dumtaxat adhibere suevi, quorum vires comprobavit experientia.

CASUS LXXV.

De Tussi pulmonali phthysica cum calore hælico, demum funesta.

QUatuordecim annorum puer, a teneris unguiculis corpore strictiori, tenuo ac debili, ingenio tamen vivido, & illibata sanitate prædictus fuit, nisi forte annis ætatis quinto, sexto & se primo tussi crebra ac narium hemorrhagias, nullis unquam adstringentibus tractatis, & sexto anno variolis benignioribus, mox evanescientibus laboraverit. Septimo ætatis anno, cum ordinarium cerevisiæ hordeaceæ potum, cum triticea commutaret; & animo alacrior & corpore robustior factus nullas amplius hemorrhagias toleravit; verum præter morbillos facillime superatos, absque ulla ægritudine per sex annos optime valuit. Fuit præterea studiorum amantissimus, moribusque egregius; nec unquam, more infantibus consueto, voracitati nimis indulxit. At enimvero novissimo abhinc anno, absque ulla caossa prævia, tumor scirrhosus, nucis juglandis magnitudine glandulas subaxillares in dextro latere obsidere coepit; qui cum nullis doloribus stiparetur, & pro intumescencia, quam vulgo vocant *Wachs Beulen* haberetur, nullis primum oppugnabatur remedis. Verum cum ingraviteret magis, adplieabantur externe varia emplastrum discutientia cum unguento mercuriali; interne dabantur tinctura antimonii acris, pulvere resolventes ex semine anisi, foeniculi, radice ari, antimonio crudo, tartaro vitriolato, Cinnamomo parati, atque laxantia ex pulvere jalappa & mercurio dulci concinnata: sed glandula manebat indurata. Hujus anni mense Februario

sub intensissimo frigore traha vescus, postridie vehementi corripiebatur tussi: contra quam infuso theiformi ex veronica, tussilagine, radice liquiritiæ & semine anisi parato pariter, ac elixirio pectorali Wedelii, & denique linetu ex oleo amygdalarum dulcium recenti, spermate ceti ac syrupo papaveris rhœados composto pugnabatur. Sed mitigata quidem tussis, non autem adeo sublata fuit, quia noctu inhæreret; quam nec pilulæ de cynoglossa interdum datae, nec interposita purgantia penitus sedare potuerunt. Adventante igitur vere serum lactis caprilli, cum herba bellidis, chærefolii, aquilegiae, taraxaci decocti adhibebatur, & conserva rosarum dabatur; neque vero his etiam depellebatur tussis. Ubi enim sub frigido versatus erat aere, illa violentior facta, noctu potissimum adstigebat insequente, omnemque turbabat somnum, cum corporis viriumque decremente. Hinc tabem pulmonalem suspicatus, me cum ægro ad acidulas Amalias contuli; probe conscientius, & aeris mutationem, & corporis motum sub itinere obtinendum, & ipsas acidulas malo ipsius fore convenientissimas. Potavit etiam eas cum tertia lactis caprini parte mixtas cum debito regimine per tres hebdomades; &, cum cutis brachiorum arida esset ac aspera, instar pellis anserum; ac adhuc glandularum subaxillarium urgebat intumescencia, balneis quoque harum aquarum tepidissimis ex consilio medicorum præsentium usus fuit. Verum enim, vero licet ex horum usu vires & corpus augerentur, & ager longe melius habere videretur; tussis tamen persistebat, & crepusculi potissimum tempore cum refectione tenuis pituitæ accedebat. Hinc in patriam profectus, puerum ibidem suisu medicorum per binas hebdomades acidulas Selteranis, laeti caprino mixtis, uti iussi; quas, cum ipsi conferre viderentur, domum reversus ad Septembrem usque hujus anni mensem, interpositis subinde laxantibus, potare debuit. At pertinax insistebat tussis, & mensibus Octobri, Novembrique cum pituitæ viscidæ refectione magis invalefiebat; pulsus fe-

ferebatur citior, carnosa corporis substantia consumebatur adeo, ut jam scelto videatur simillimus & hora quinta potissimum vespertina molesto in capite, manuumque volis ardore, pedum autem refrigeratione sollicitaretur. Novissimam hebdomadem sub continuo frigoris transigebat sensu, nec ullo foveri poterat calore; capite tamen manibusque estuantibus. Urinam hastenus mixxit citrinam, naturali paullo pallidiorem absque ulla cuticula hectica & sedimento: jam autem aurantii coloris cum copioso sedimento lateritio redditur. Ciborum etiam appetentia, hucusque sibi constans, jam imminui coepit; eosque assumtos spirandi excipit angustia: tussi saepius excitatur vomitus, eoque languor corporis magis augetur: alvus quotidie suo fungitur officio, nondum vero cita fuit; nec sudores adhuc adparuerunt hectici, nisi qui nonnunquam in capite a tussis violentia erumpunt. Neque etiam unquam sanguinem e pectori reddidit; quandoque tamen e naribus.

In hoc ergo rerum statu revocabantur in usum supra memorata & infusum theiforme & elixir pectorale: dabaturque pulvis ex lapidibus cancerorum, spermate ceti, & saccharo cando confessus; a quo & expectoratio facilior, & somnus reddebat quietior. Non minus bis quotidie aquam veronicę vinosam hausit, priusquam calor accedebat hecticus: hoc vero præsente circa meridiem & vesperam pulverem temperantem ex oculis cancerorum citratis, conchis præparatis & nitro paratum; sub epulis essentiam corticum aurantiorum cum essentia gentianæ rubra mixtam, & tussi remittente, mixturam extinctura tartari, & spiritu cornu cervi sumit. Sponte abstinuit porro a potu cerevisie triticeæ, Bruhan dicta; & pro potu ordinario decoctum ex hordeo, cornu cervi, liquiritia, aniso atque foeniculo paratum tepide haurire coepit, ac ab omni refrigeratione probe sibi cavet. Tantum autem abest, ut ab illis omnibus ullum perciperet levamen, ut vehementissima tussis omnem eriperet sonum: qui dato pilularum de cynoglos-

sa cum pulvere temperante unico alternis vesperris granulo aliquantulum restituebatur. Supervenit insuper haud ita pridem & illud symptomata, quo saepius narres & oculi copiosum plorarunt serum, & videtur ægro, ac si pituita e fauibus in pulmones delapsa tussim provocaret, capite & abdomen integris.

Quæ cum ita sint, & abdomen factu nunquam durum fuerit, nec adhuc est: vix crediderim, caussam mali in hypochondriis, aut atrophia ex induratione hepatis, vel glandularum abdominis habere. Neque etiam pulmonum exulcerationem ac veram tabem suspicari possum, quoniam nec cruentam, nec saniosam exscreavit æger materiam, nec pectoris doloribus ac difficultate anhelitus infestatur, nec rauca clangofaque voce, tabidis plenumque propria, laborat: & denique nec hereditariam labem admittere possum, cum parentum ejusque fratrum nullus eo malo detentus fuerit. Ceterum viatu utitur molliori, infuso theiformi cum lacte & sequenti pulvere in tabe ad hectica admodum laudato: Recipe musci pulmonalis, herbæ veronicæ, scordii ana manipulum unum, radicis liquoritiae unciam semis, radicis hellenii, semenis anisi, foeniculi ana drachmas duas, nucis moschatæ drachmam unam, macis drachmam semis, pulmonum vulpis feminæ exsiccatorum no. I. M. f. pulvis subtilis, adde saccharum ad pondus omnium. S. Bruct Pulver. Neque vero ullam tulit opem, quam nec balsamum pectorale Meibomii, tantis vulgo commendatum laudibus præstit. Quare cum periculum in mora videatur, peto Tuum salutare consilium, & scire cupio, quisnam præsens sit affectus; quæ caussa & origo? & quæ adhuc institui queat curatio?

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Tussim pulmonalem, jure phthisicam dicendam, quæ filiolum tuum, puerum bone indolis ac spei cum calore hectico excruciat, haud quidem ex vero ulcere seu abscessu pulmonum suboriri credo, quoniam exscreatio muci non adeo copio-

la observatur: sed potius ex tuberculis substantia pulmonalis scirrhosis proficisci existim; unde etiam omnia symptomata, tussis violenta, calor hecticus ac corporis consumptio natales suos mutuantur. Mali autem hujus remotiores causæ collocandæ videntur partim in aeris frigidioris inspiratione, præterita hyeme facta; partim in lymphæ spissitudine, quam tumor subaxillaris indicat: partim denique in sanguinea corporis temperie, teneraque vasorum & fibrarum constitutione, quam crebrius toleratae olim sanguinis pernares fluxiones comprobant, & inde suborta insigni ad affectus phthysicos dispositione atque proclivitate. Namque haud rara sunt observationes, quod sola aeris inimici ac frigidioris inspiratio, corpore potissimum calente facta morbos ejusmodi phthysicos cum continua & violenta tussi stipatos produxerit; ut taceam pleuritides veras ac spurias ab hac unica causa saepissime excitatas. Neque minus per multi prostant casus, juvenes 15. vel 18. annos natos ex tumoribus glandularum pone aures & in collo sitarum, externis remedii repressis aut imminutis, in diuturnam tussim ac hecnicos incidisse calores. Horum notabile exemplum mihi novissimo abhinc anno obtigit in juvene 18. annorum, tenerrimæ constitutionis ac vivacissimi ingenii. Hujus enim maxilla obsidebat tumor ingens ac durus, qui, impositis a chirурgo quodam variis externis remedii, imminutior quidem reddebat; diuturnam autem post se trahebat tussim cum calore heclico, ac virium jaetura stipatam ac demum lethalem. Exinde vero mihi videtur simillimum, quod sicuti hi tumores duri externas corporis glandulas obsideantur, illi quoque internas partes, maxime pulmones, occupare possint. Et hinc crebra, proh dolor! docet experientia, præstans pueros ex atrophicis ejusmodi ac phthysicis affectionibus, quæ tantum non semper obSTRUCTIONIBUS ac tumoribus glandularum nituntur, præmatura eripi morte. Hæc quoque eodem modo repuit filium meum natu minimum, qui constitutione tenera atque sanguinea præditus

cum post corporis incalescentiam frigido semet exposuisset aeri, ac frigidom portasset haustum, in molestum inciderat affectum, quo assumta œsophagum quidem libere ingrediebantur, ventriculum autem intrare haud poterant, quoniam procul dubio glandulæ, quedam vel intra vel extra gulam intumefactæ fuerant; abhinc autem atrophia correptus, demum in febrem continuam incidit, eaque exstinctus est. Inde vero didici, quantum dilecti filii obitus parentibus inferat dolorem; quem Deus abs Te avertat, precor. Quod autem præsentis mali curationem attinet; eam jam præstantissimis remediis fuisse administratam video: quæ sane, si ulcus quoddam obfederit pulmonum cavitatem, majorem tulissent opem, quam re tulerunt vera, cum tubercula potius vel vomice præsto esse videantur, quæ assiduis irritationibus nervosas afficiunt partes, ac liberum sangini in pulmones circuitum impediunt. Hisce in casibus efficacissimos deprehendi flores sulphuris cum antimonio diaphoretico, lapidibus cancerorum & croco permixtos; externe vero sequens emplastrum pectori ac dorso imponendum: Recipe myrræ electæ, ceræ flavæ ana unciam unam, pinguedinis humanae drachmas sex, spermatis ceti, therebinthinae ana unciam secmis, florum sulphuris drachmas duas, croci, camphoræ, olei anisi ana drachmam unam. M. f. l. a. emplastrum. Hæc vero medicamina in mali principio adhibere suevi; quæ num in præsenti filii tui ægritudine adhuc conferant, determinare vix potuerim. Commendarem potius serum lactis dulce largius & ad unam cum dimidia mensuram quotidie potandum; quod paratur, si lactis vaccini recentis mensura una super prunis sub continua agitacione ad sicciam decoquatur consistentiam; tum assisa aquæ simplicis mensura ebulliat; & demum, ut caseosa remaneat substantia, percoletur, serumque percolatum bibatur. Quum præterea hæc violenta tussis a pituita acri ad laryngis partes nerveas delapsa sustentari videatur, qua saepius integer thorax ad convulsivam proritur tussim: haud alienum erit,

erit, fauces decocto ex gelatina cornu cervi & radice liquiritiae parato saepius colluere; aut aqua florum lambuci, cum spirito vini gallici permixta gargarisare, quæ delescens lymphæ acrioris impedire valet. Pilularum de cynoglossa usui haud subscrivo; sed in horum locum unum vel duo pilularum de styrace granula vesperi propinare suevi, & denique commando infusum veronica theiforme cum floribus lactis & tumillo nitri sorbillandum.

Ulterior relatio.

Brevi post relatum mihi fuit, ægrum ex commendatis remediis bene habuisse, ac urinam reddere coepisse naturali similem; tussim autem in eodem persistere tenore: pulsum ferri celerem, & corpus magis magisque consumi: contra vero nondum nec alvi profluvium, nec pedum tumores, nec alia fonesta accessisse signa; sed exscretagem materiam adhuc salivalem, animumque sub spe recuperanda sanitatis erectum esse. Suasi igitur, ut laudatae curationi ulterius insisteretur, qua, si spes adhuc restitaret sanitatis, nullam fore putavi convenientiorem: deinde axungiam canis recentem cum decocto florum hyperici, summitatum millefolii, foliorum veronicæ, scordii & florum chamæmeli vulgaris ad saturatiorem consistentiam decoctam bis quotidie ea, quam cochlear dimidium capit, quantitate sumendam ordinavi, ac denique futuro mense Martio fore ut adpareat, quid monstri alat morbus, existimavi. Et accedit quoque, ut æger per quatuordecim dies summa anxietate divexus, iduum Februario expiraverit, cuius corpore aperto adparuit, tumorem subaxillarem multis continuationibus sub musculo pectorali ad sternum usque protractum suisce, & induratas glandulas incisas caseofam redditissime materiam. Neque minus in seccato pectore glandula thymus intumefacta, indurata, eademque caseofa substantia referta in conspectum veniebat, pulmones pariter caseosis tuberculis oblesisti, rigidi, duri, non collapsi, & multis

locis cum pleura observabantur concreti. Pericardium durius ac instar suillæ pellis spissum, sterno adhærebat firmiter, ipsum cor ad corporis reliqui proportionem iusto majus erat. Abdomine aperto glandulæ mesenterii haud discedebant a statu naturali; ubi autem illud lumborum vertebris adhærebat, tumor tunicaceus, caseosa faburra repletus, pugni magnitudine conspiciebatur. Hepar naturali majus, nullis nec tuberculis, nec tumoribus factum videbatur, nec figura ac consistentia a naturali abludebat ordine: nec denique in reliquis abdominis visceribus præternaturale quidquam adparebat.

C A S U S LXXVI.

*De tussi habituali cum panno ocu-
li, ex nativa succorum
impuritate.*

Viginti annorum virgo, temperamenti sanguineo-cholerici, corporis strictioris, animi sensibilioris, venis exilioribus prædita, & a prima infantia variis scorbuticis affectionibus obnoxia, non solum matre genita est, quæ primis gestationis mensibus, violencia & abortum minitante tussi laboravit; verum etiam nutricem habuit per totum lactationis tempus tussi sollicitatam. Ipsa primo biennio illibata valetudine & insigni corporis incremento gavisa, tertio demum anno de tussi, & maculis rubicundis, oculum sinistrum obscientibus, conqueri coepit. Haec magis invalescentes, & premente rodenteque dolore stipatae, oppugnabantur aqua quadam ophthalmica, penna oculo instillata: quæ vero cum ingentem oculi excitaret dolorem & rosionem, cum reliquorum extenorum adapplicatione omittebatur, & interna magis propinabantur. Verum non tantum macule in utroq; oculo majus mebant incrementum, & exulcerari demum cooperunt; verum etiam dolores accedebant tam immanes, ut aliquando vel ipsa epilepsia ipsis superveniret, per integrum nycthemeron alternantibus paroxysmis inherens, omnemque adpetitum profligans.

In

In hoc rerum statu medicus ordinarius fonticulum in dextro brachio excitari jussit; eoque effecit, ut rediret visio, & demum dolores quoque remitterent. Et cum sic optime haberet tenellula; accidit, ut ex improviso symptomate quodam corriperetur; quo illa, si confederat, nec surgere, nec pedibus inniti vallebat: sed & illud adipicito unguento nervino intra aliquot hebdomades debellabatur. Abhinc quintum sextumque etatis annum sub leviori oculorum dolore ac defluxione, & periodica tussicula satis bene transegit: at septimo anno inflamatio oculorum suppuratoria cum ardore & dolore adeo recrudescebat, ut praetormentis faciei inumbere deberet; & lacrumæ, si has plorabat, praetacrimonia faciem excoriarent. Inflictus iterum frustra fonticulus, sponte collapsus, nihil epis attulit, sed misera per tres menses eo malo excrucianta, tandem ope aquæ cujusdam ophthalmicæ, ab honesta matrona commendata, ab eo liberabatur, adeo ut pure conglutinata palpebrae aperirentur denuo, & in sinistro oculo pannus tenuis adpareret; tussis autem assidue inhæreret. Octo annos nata morbillos cum purpura alba & rubra complicatos incidit, sub quibus non solum vehementes toleravit vomitus, verum etiam lassus oculus suppuravit, suppuratusque nigrantem ploravit laniem. Desiccatis morbillis atque purpuræ supervenit in sinistro brachio efflorescentia cum insigni pruritu, at pulsulis tam foedis stipata, ut mater sphacelum verita, chirurgum ad vocaret, qui variis epithematibus foedam serpiginem depellebat, cuius adhuc negligia conspicuntur. Tum apertis palpebris oculus panno albo obductus & dextro longe minor adparuit. Contra hanc pelliculam variis pugnatum est remediis, maxime internis; & consolidato dextri brachii fonticulo alias in sinistro excitas; qui tamen nec oculi virtio, nec tussi perpetuae levamen afferebat, & proximo abhinc anno coaluit. Remansere ergo recentissi duo affectus ad hunc usque die, sub reliqua satis integra sanitate. Tussis ipsa, quæ olim verno ac autuminali dum-

taxat recidebat tempore, jam perpetua est; olim sicca, jam humida. Quamdiu lecto immoratur, ab ea immunis omnino deprehenditur; simulac autem surrexit, ea corripitur satis violenta, donec mucum in pectore viscidum excusserit: tum ab illa libera est ad horam usque vespertinam quintam. Ceterum adpetentia est integra; somnus tranquillus; respiratio, si per accilia scanderit loca, angustior; nullus astus volaticus, nulli capitum dolores; nulli sudores nocturni urgent, sed ad hos nulla est proclivitas. Menses rite fluunt, cruentaque fundunt insigni acrimonias imbutum; alvus olim obstructionibus obnoxia, jam quotidie fungitur officio. Rectæ vivendi rationi pertinaciter inhæret ægra; omnem frigidum aerem, corporis refrigerationem, cibos acidos, atque vinum, tuisim exasperans summo fugit studio. Tribus abhinc annis pariter, ac novissime clapsi Selteranas acidulas cum sero lactis caprini potavit, sed sine regimine; & denique observavit, alternis annis utrumque oculum rubore suffundi, eumque ex usu aquæ ophthalmicæ, quam ipsa ex albumine ovi, lapide calaminari & pulvere caryophyllorum, præparare suevit, protinus remittere.

CONSULTATIO.

Vitia, quæ patitur castissima virgo, nimurum & oculorum acris defluxio & tussis diurna, raro exemplo ab ipsa nativitate, & utero materno acquisita esse videatur: quæ cum jam inveterata in alteram veluti naturam degenerarint, communis medendi ratione haud extirpabuntur; sed pro sui curatione integræ humorum malæ depurationem & congruis remediis, & recto victoris genere instituendam exposcent. Quod si enim humores acres falsi scorbutici funditus exturbati, ac lymphatici maxime succi benigniores fuerint redditi: tussis pariter ac oculorum vitium sponte remittent. Neque enim dubito, fore ut adhuc viscera vitalia, maxime pulmones ab omni obstructione, induratione, vel scirrhis sint libera. Ut ergo a malo suo vindicetur, suadeo, ut ægra per

Hoffm. Consult. Med.

sex circiter hebdomades aquis Selteranis, & quidem primum solis, dein ultimis tribus septimanis cum lacte alino per mixtis utatur; earumque tepidarum singulo mane mensuram hauriat. Si inciderit mensum fluor, per tres dies a potu distarum aquarum abstinere, & deinceps ante inchoatam eam curationem pariter ac post eam finitam, nec non sub ea omnibus decem diebus sequent potiuncula corpus purgare oportet: Recipe manna electa unciam unam & semis, terre foliatae tartari scrupulos duos; coquuntur & solvantur leni calore in aqua veronicae uncis quinque, colatura addantur extra vii rhabarbari grana duodecim. M.d. Pro potu ordinario semper potare conveniet hoc decoctum: Recipe radicum altheæ, scorzonerae, glycyrrhizæ, cichorei, sceniculi ana uncias tres, corticis ligni saffras, semenis sceniculi ana drachmas duas. Conc. cont. d. S. Species, quarum binæ unciae in tribus aquæ mensuris per horam dimidiæ sunt decoquendæ: præstat etiam sub epulis aquas Selteranas, quarta vini generosi Rhenani parte mixtas habrire. Non minus porro ad temperandam humorum acrimoniam, consultum erit, alternis diebus vesperi ex decocto avenaceo sequentem assumere pulverem: Recipe lapidum cancrorum, pulveris glycyrrhizæ, boli armene ana drachmas duas, iridis florentinæ drachmam unam, florum sulphuris drachmam semis, olei sceniculi, macis, saffras guttas quatuor, M. f. pulvis, dividatur in duodecim partes. Conveniet ille utriusque affectui, quoniam uterque una cause, nimurum sero acri scorbutico debetur. Denique vero corpus ac maxime pedes in moderato perpetuoque conservare oportet calore; cibos acres, salitos, acidos sedulo evitare, alvique assidua lubricitati studere; cui scopo purgantia haud quadrant, sed potius clysteres domestici, vel pilulae meæ ballamicæ numero sex vel septem quandoque sumitæ facient fatus;

CASUS LXXVII.

De tussi diurna sine pulmonum labe;

Vix generosus, quadraginta octo annos natus, temperamenti phlegmatico-sanguinei, corporis robusti, humorumque pleni, a prima juventute fortiori corporis motui & sub itineribus, & venationibus indulgens, hinc crebris largisque sanguinis & naribus profluviis obnoxius, quotannis autem bis terve secundam præbere venam solitus, nullis omnino gravioribus succubuit morbis, præter dispositionem ad calculum & podagrum hereditariam. Hujus quidem nullos adhuc expertus insultus; ab illo tamen per septem jam annos varias toleravit molestias. Sed aliquot abhinc annis peculiari infestatus fuit febre, quam *ein Fuss-Fieber* vocavit: quoties nimirum cunque perfrigescabant pedes, dolor prehendebat primum calcaneum, & ab hoc auræ instar per dorsi spinam ad caput adspirabat, in ejusque acerbos terminabatur dolores. Inhaerebat hæc molestia per dimidiæ circiter, vel integræ horam; & redibat aliquoties de die: cui sapientis jungerbantur capitis defluxiones serosaæ, quæ per infundibulum ad fauces delapsæ formum turbabant, & tussim pariter ac coryzam inducebant. Insuper, quod notatum dignum est, quæcumque objecta utriusque oculorum non nisi dimidia adparebant. Postquam autem Pyrmontanas potare coepit acidulas; evanuerunt hæc molestias, capitisque defluxiones longe mitiores factæ fuerunt; sed calculi renalis excretio major. Quare præter pediluvia insistebatur usui earum aquarum; quarum intra septem circiter horas octo libras haurire suevit, inde tamen, non nisi bis terve alvum depositus; quæ alias fatis laxa fuit, & a lenissimarum pilularum dosi quater, quin sexies solvebatur. Præterea autem sub harum acidularum potu caput saper numero temulentum reddebat, ac si viño fartus esset: sub quo etiam ante aliquot annos accidit, ut mane expergefacto fauces coagulato cruento replete fuerint; quod sym-

symptoma abhinc saepius recidit: & meo quidem arbitrio hemorrhoidum ex palato profuentium nomen meretur. Neque enim ullis stipabatur molestiis haec sanguinis extravasatio; sed ex palato, ejusque sinistra magis parte prope uvulam absque omni dolore, & insigni levamine prorumperet videbatur.

Anno 1727. circa paschatos series incidit ager in violentam tussim, cum dorsi doloribus pungitivis, spasmodicisque, pectus vertus, magisque deorsum tendentibus, & anhelitus difficultate: verum datis remedii convenientibus, & evanescabant dolores, & remittebat aliquantulum tussis. Huic penitus ex stirpandæ cum Pyrmontane acidulæ nimis violentæ viderentur, Junio dicti aoni mense Selteranæ opponebantur; nec spem fefellent, nisi quod tussim nondum susulerint. Hac enim durante, calculi dolores aberant: qui cum autumno recrudescerent, tussim quidem cessatram credebat ager; illa tamen nihilominus persistebat paulo minor. Præterea sub intima temestate coryza, & auditus, maxime in dextro latere succedere ceperit difficultas; que crux per nares erumpente protinus levatur. Fluit autem e naribus saepenumero sanguis; etiamsi ter quotannis fecetur vena, ac semper octo cruxis extirpantur unciae. Novissimo abhinc anno loco Selteranorum iterum Pyrmontanas potavit aquas, que tussi nullam tulerunt opem, sed calculo dumtaxat quasdam induxerant industias. Ille vero nihil lecius recruduit iterum, & hucusque cum sabuli, & calcilorum rubicundorum excretione per intervalla adfligit. Redierat præterea octo abhinc diebus illud oculorum symptoma, quo objecta videbantur non nisi dimidia, rusa autem vena iterum evanuit. Sanguis detractus cuticula mucosa obductus fuit, sub qua coagulum serosum tenax, nullo rubore tintum adparuit inter reliquum cruxrem.

Quod vitæ genus, quo utitur agrotans, attinet: haud ignorari oportet, illum postquam hora quinta, sexta, vel septima matutina e lecto surrexit, quasdam vasecula infusi theiformis vel potius Coffee sol-

billare, Tabacumque, quem vocant Canaster, fumo reddere solere; deinceps jejunum officiis fungi, ac denique hora undecima eximia adpetentia prandere. Pro portu sub epulis cerevisiaz mensuræ quartam partem, vini Mosellani mensuram, ac binos cireiter haustus Hungarici vel Gallici assumere suevit. Abhinc corporis movendi causa pila ludere solet in mensa lusoria, quam vocant billard: tum hora quarta Tabacum iterum fumat, simulque unam circiter cerevisiaz mensuram bibit; vesperi hora septima coenæ indulget insigni pariter adpetitu, sub eaque iterum prater cerevisiam vini Mosellani mensuram haurit. Hora denique decima lectum concendet, supinusque dormit: sub quo decubitu saepius pituita ad fauces destillare, somnumq; turbare deprehenditur. Verum sub tam diurna tussi loco Mosellani vini Hungarico uti coepit; & demum ambulando, vel equitando corporis exercitio probe studet. Cæterum tussis vel ab aere frigido, vel victus errore insigniter exacerbatur; & vespertino potissimum tempore haud raro excitare solet vomitum.

Idcirco jam doceri avet: 1) Num haec diurna tussis a pulmonum vitio dependet; an funditus ex stirpaci queat; an ne periculosioribus malis viam sternere possit? 2) Unde oriatur oculorum ille adfectus, quo dimidia cernuntur objecta; quidve præfigiat? 3) Quodnam judicium & quæ prognosis ex coagulo mucoso, crux inexistente sit ferenda? 4) Qua ratione haec symptomata commode debellari, aut præcaveri possent? 5) Num adventante vere thermis vel acidulis, & quibusnam, vel Pyrmontanis vel Selteranis uti licet? & 6) quid depique circa diætam sit monendum.

C O N S I L I U M.

Variae sunt, quibus Generosissimum virum vexari, litteræ tuæ me docuerunt & gritudines; ut enim silentio præteream statum illius plethoricum, qui partim ex habitu corporis robusto, spongioso & turgido, partim crebris narium hemorrhagiis & olim & jam circa æquinoctia-

sæpius accedentibus, partim ex lauta vi-
nosaque diæta cluēscit; perspicio ipsum
jam per septem annos doloribus ex cal-
culo laborare, cui ex hæreditaria labe
obnoxius esse videtur. Deinde diuturna & annua tussi, cum pectoris pres-
fione, & pituitæ rejectione folicitari
ipsum legi; qua præsente antea calculi
dolores remiserunt, jam vero simul ur-
gent, tussi paullo mitiori. Tum adhuc
singulares duas, quibus infestatus est,
adfectiones percepit; quarum prima in
capitis dolore, vertigine, ac eo oculorum
adfectu, quo omnia dimidia ad-
parebant; altera in cuticula viscida san-
guinem & vena missum investiente, &
sub illo contento coagulo mucido, nu-
cem avellanam magno, constituerunt.
Nec denique minus intellexi, quæ re-
media hisce malis fuerint opposita; quo-
rum effectus cum voto nondum respon-
derit, meum imploratur jam consilium,
ac imprimis quædam proponuntur que-
stiones.

Ut ergo ad earum primam responde-
am; tussim equidem illam diuturnam
haud ex phthysie exulceratione vel læ-
sione pulmonum, sed potius vasorum ac
vesicularum, quæ pulmones constituant,
membranacearum nimia atonia profi-
ciens arbitror; qua sit, ut humores vi-
tales in eorum vasa ac bronchia majori
copia irruant, ibidem stagnent, eaque
ad stricuras ac commotiones tussicula-
ras proritent. Major autem ille humo-
rum ac pituitæ ad pulmones affluxus va-
rijs debetur cassis: primum enim æger
cibis nutrientibus, & multos humores
generantibus, iisque majori, quam ven-
triculus concoquere valeret, copia vesei vi-
detur, ex quibus deinde tam multi hu-
mores generantur, ut pro ea quantitate
transpiratio insensibilis non sit sufficiens,
maxime si ab aere humido vel frigido,
præsentia vespertino æhue magis im-
pediat. Tum quoque pedes forsitan
haud probe minuntur a frigore; ex
quorum sola refrigeratione non tantum
totius corporis perspiratio perturbari,
verum etiam humores ad loca debilia,
qua in nostro casu tenes potissimum

sunt atque pulmones, compelli possunt,
& frequentissime solent.

Quod deinceps attinet symptomata illud
oculorum, de quo in altera questione ex-
ponitur, illud haud raro observavi in ho-
minibus, ubi humores ex partibus exter-
nis frigore constrictis ad interiores atque
superiores fuerunt rapti. Haud enim
ignorari oportet, capacissimos arteriæ
carotidis, sanguinem ad caput vehentis,
ramos prope nervos opticos esse sitos: qui
cruore farti ac expansi hos compriment,
& æqualem fluidi nervæ in partes visioni
servientes influxum remorantur; unde
& vertigines, & visio læsa, qua objecta
adparent dimidia, proficiuntur. Hanc
vero jam remisisse affectionem gaudeo,
& inde nimium humorum ad caput im-
petum fuisse fractum colligo; qui solus
sufficere potest ad resolutionem nervi
optici, ac ipsam guttam serenam indu-
cendam.

Juxta tertiam autem questionem, mu-
cum in sanguine obvium a crudo ac ille-
gitimo chylo, læsa sanguificationis so-
bole, originem trahere arbitror: dum
enim ealoc nativus languet, ac vigor mo-
tuum vitalium destructus est; non rite de-
puratur chylus, sed crassior manet, talis-
que etiam sanguinem subintragit, eumque
reddit mucidiorem. Hi quoque viscidæ
mucosique fucci, si in pectore vel renibus
stagnaverint, ac in coagulum abierint,
calculosas progenerant concretiones.

Quæ cum ita sint, & uterque morbus,
nimirum & tussis humida, & calculi do-
lores, a stagnatione humorum crudorum
in pulmonibus pariter ac renibus relaxa-
tis dependeat; hæc vero stagnatio a ma-
jori eorundem humorum, quorum salutis
motuuntur: facile patet, omnem felicis
curationis viam ac scopum iis indicationi-
bus, ut nimirum transpiratio promovea-
tur, bonus chylus generetur, ac relaxa-
tis partibus debitus tonus ac robur resti-
tuatur, omnino absolvit. Et si candide
meam aperiam mentem; omnes hiscoopi-
recta ac pertinaci vivendi ratione longe
facilius impetrari poterunt, quam solis

multisque pharmacis ac chymicis medicamentibus.

Ante omnia igitur curandum est, ut corpus & maxime pedes in æquali conserventur calore, ac perpetua transpiratione; hinc nunquam nudi sint, sed & noctu tibialibus gossypinis induiti. Namque cum & pater ægrotantis podagra laboravit, & ipse æger a refrigeratione pedum, eorum quodam olim adflictus fuit affectu, quem vocavit *ein Fuss-fieber*: vero est simillimum, transpirationem in pedibus, spasmodica distensione constrictis, esse impeditam. Et si forsitan aliquando ipsa podagra vel haemorrhoidum fluore corripetur æger, quas tamen excretiones inferiorum pectorum refrigerationes remorari videntur: haud dubito, quin & pectoris & renorum affectiones si non penitus, attamen aliquantulum remiserint. Deinde vero Tabaci parcior usus, licet mane æque ac vesperi concedi queat; tamen meridiano tempore plane non quadrat, & vim digestivam magis labefactat. Non minus probat cavere oportet ægrum generosissimum, ne aeri liberiori ac frigidiori, mane vel vesperi, maxime vernali & autumnali tempore, semet exponat: ille enim poros corporis, ut ut vestibus induti, faciliter penetrat, aut per inspirationem attrahitur, & sic totum nervosum genus, maxime pulmones, afficit atque debilitat. Neque denique regulis exactæ dietæ convenientis est, sub epulis integrum mensuram Mosellani, & quosdam Hungarici vini potare haustus: sicut enim non omnē in hoc affectu potum vini denegaverim; attamen haud adeo largus esse debet, quippe quod sanguineam nimium commovet massam, eamque ad subeundum vascula minima, ideoque debitis excretionibus omnino reddit ineptam.

Quod vero deinceps ad ipsam curationem attinet, ipsi convenientissimæ erunt acidula. Has inter Selteranzæ, affectibus pulmonum atque calculosis admodum opportunæ, quidem observantur: sed vereor, ne in præsenti subiecto valde spongioso, multoque mucō abundante, hunc minus sufficienter subduxerint: quod licet à Pyrmontanis sperari possit, he tamen

Hoffm. Consult. Med.

ob copiosum, quod fovent, sulphur nec capiti nec pectori sunt amicæ. Quamobrem suadeo, ut æger primum per binos dies haustis aquis Sedlicensibus, tum per decem dies potet Selteranas, & has aquas ita quatuor vel quinque vicibus alternet: simul vero usum & Elixirii pectoralis, & pilularum balsamicarum quavis semel hebdomade interponat. Illud parati potest ex essentia corticum aurantiorum, pimpinelæ, gentianæ rubrae, tinturæ tartari, quibusdam olei de cedro & macis guttulis; & aliquot extracti croci granis: harum vero loco pilulæ meæ balsamicæ cum extracto croci permixtæ egregiam ferent opem. Nec ludetur opera, si æger thermis Carolinis, maxime molaribus, per tres vel quatuor hebdomades usus, balnea Tœplicensia per octo dies intraverit: quippe quæ remedia in illis affectibus deprehendi præstantissima. Et quo densius calculosæ ac mucidæ renum fordes subducantur, consultum erit, bis quavis hebdomade drachmam dimidiat pulveris et lapidum cancrorum, & terræ foliata tartari æquali pondere parati assumere. Quæ si rite observaverit generosissimus ægrotans, de felici eventu haud dubito.

C A S U S LXXXVIII.

E X H I B E N S C O N S I L I U M

In suspicione labis pulmonum ex tuberculæ scirrhofis.

Generosa mulier, 22. annorum, naturæ mediocris, corporis tenerior, magis stricti quam obesi, pallido vultu ac venis exilioribus prædita, vitæque addicta sedentaria, anno etatis decimo quinto primum menses experta fuit: qui tum semel erumpentes, iterumque per unum cum dimidio annum suppetessi, abhinc statim tempore redire sueverunt, ac mediocri quantitate per quatuor semper fixerunt dies. Præterea spirandi angustia obnoxia, & quandam febrem tertianam perpessa, tribus abhinc annis matri-

monii leges subiit, & protinus utero concepit. Duos menses grava, post prævium lenteſcentem calorem incidit in febrem continuam, vespertino potissimum tempore exacerbatam, & cum ardore maximo moleſtissimo, ingenti ſiti, capitis doloribus, affiduis vigiliis, anhelitus difficultate, fauiciumque inſigni æſtu ſtipitata. Hæc cum per quatuor inhæſiſſet hebdomades, parcus e vena in dextro brachio rufa detrahebatur ſanguis, colore admodum niger, & crux albante inflammatoria obductus: ulteriorem enim hujus effluxum animi defectio, qua corripiebatur, impedivit. Tum vero ſpasmus pectoris conſtrictio, diſſicilis spiratio, mentis defecções, puncturæ lateris ſinistra in regione cordis, hujs palpitatio-nes, praecordiorum anxieties, tuffis ſicca, & ſepiuſ totius corporis refrigeratio accedebant. Hæc ſymptomata demum ſub multis conatibus, puncturis pectoris, refrigerationibus, æſtu volatrico totius corporis, deliquis, ac omnium membrorum conſtrictionibus excipiebat excretio materie primum aterrime, ſpumosaque, deinceps livida, & ſtris permixta ſanguineis: ſub qua ardens ſensuſ os, fauces, & alperam arteriam obſidens, ad cordis uſque ſcrobiculum propagabatur, ac cuticulam oris internam excoriabat. Tribus post mensibus remiſit quidem hæc moleſta expectoratio: at diſſicilas spirandi per totum geſtationis tempus, cum perpetua alvi ſegnitie, clyſteribus ſublevanda, adſtigebat. Neque tamen minus partum feliciter enixa, cruentum uterinum quidem reddidit parciorem; neque vero lacteo, ut vocant, horrore, nee ulla mammarum moleſta infestata fuit. Binis a partu hebdomadibus autem post corporis refrigerationem, præviis cervicis, abdominalis, brachiorum, pedumque ſpasmus diſſicilis ſtricturis, æſtu, ac lipothymis corripiebatur iterum febre acuta irregulare: quippe quæ primum per integrum nycthemeron ex-crucians, dein per quatuor dies remittens, tum denuo per biduum inhærens, tandem in vertiginem, ſpirationis anguſtiam, lateris puncturas, & partium ſpasmus deſi-nebat. Accedebant inſuper ſub iplo puer-

perii tempore haemorrhoides ecceca: & tribus poſt illud mensibus, prævio ex infantis obitu morore ſupervenientibant tremor totius corporis, crebra mentis deliquia, gelidus corporis rigor, atque raucedo vocis: quæ poſtridie eructatio puitæ nigra, livida, ſtrisque cruentis intermixta, excipiebat; & poſt octo circiter hebdomades recidebat. Hinc mense Junio anni 1728. acidulae Selteranae, irregulari regimine potabantur, earumque dimidia lagana mane hauriebatur tepide; quæ expectorationem quidem imminabant; verum, utut acuatæ ſepiuſ uncia ſalis Sedlicensis, non moverunt alvum; ſed vertiginem, lateris puncturas, respirationem anhelam, quin & pedum inducerunt tumores. Neque etiam mirum: nam neque ante hanc curationem, neque ſub ea ipſa ulla dabantur laxantia, licet alvus ſemper fuerit obſtipata. Hinc tribus abhinc mensibus re cruduit iterum moleſta exſcreatio, mitioribus autem ſymptoma-ribus juncta, & denique ſub initium menſis Decembris dicti anni laterum punctura, artuum extremonrum torpor, atque tremor, capitis dolores, vertigines, raucedo, dolores pectoris, natum obſtructio, ac alvi ſegnitie acceſſerunt. Tuffi præte-re ſatiſ parva quantitate, quæ per integrum nycthemeron vix cochlear implet, matutino maxime tempore excutitur puita alba, ſpumosa, muco tenaci, li-vido vel rubicundo, & ſtris cruentis permixta, aquæ ſupernatans, nec facile ſolvenda. Quæ cum ita ſint, ſalutare anhe-lamus conſilium, ac doceri aveamus, qui-nam ſit præſens morbus, quæ illius ſedes ac origo, quæ mala præſagiat, an funditus exſtirpari poſſit, quibusnam oppugnandus, ac a majoribus malis præcavendus ſit remediis; & num laxantia vel ve-neſectiones adventante vere vel autumno in ulum vocare conferat?

C O N S I L I U M.

Morbum: quo generosa laborat mu-lier, iſpi pulmonum labi, ac præcipue tuberculis ſcirrhofisque in vesicula-ri, &

ni & vasculosa corundem substantia collectio-
nibus natales suos debere, & hinc quo-
que violenter tussis, singularis expectora-
tionis, ac spirandi difficultatis rationem
dependere arbitror. Hac vero labes ex
dispositio pulmonum ad recipiendam hu-
morum stagnationem arque obstructio-
nem jam ex graviditatis tempore, quo
pleuritide quadam sanguinolenta cruciata
fuit, inducta esse videtur. Neque minus
vel ex calore lenteſtente, motibusque fe-
brilibus eluēſcit, massam sanguineam in
noſtra ægrotā ſuccis impuris, ſcorbuticis,
quin & purpuraceis eſſe coinquiñatam: &
denique ipſam genere nervolo admodum
debili ac imbecillo gaudere, non ſolum
ex teneriori corporis textura ac habitu,
fed etiam eximis ad animi affectus, deli-
quias, & artuum dolores proclivitate ve-
ro fit ſimillimum. Quamobrem ſi felici
eurationis fine potiri velimus, cavendum
probe ab omnibus fortioribus remediis,
ne iis malum exacerbetur magis. Neque
ideo venæſectionum administrationi cal-
culum addere poſsum: niſi forte menſtrua
purgatio parciō, & pro ſanguinis abun-
dantia, quam ex pulsus magnitudine co-
gnolere licet, minus ſufficiens fuerit.
Tum enim adhibitis per aliquot dies pedi-
luviis, ſanguis triduo circiter ante men-
ſium eruptionem ex vena in pede tusa,
uncis quatuor detractus, omnino pollu-
cetur inſignem fructum. Præterea vero
omnes eurationis nervos eo oportet intendere,
ut nimius humorum impetus a pe-
ſtore detinetur; ne exinde ipſa pulmo-
num exulceratio, tabes, ac hecita febris
ſuboriantur. Hoc fine opera erit pre-
mium, alvi lubricitati ſtudere: eamque
minime purgantibus tentare, ſed potius
cibis emollientibus, acorem lenientibus,
ac blande laxantibus, veluti ſunt paſſulae
miiores ſub epulis quandoque capienda,
aut pruna, pomaque Borsdorffiensia cum
paſſulis decocta, ac vefperi aſſumenda,
moliri, vel etiam clyſteribus domesticis
ex decocto avenaceo, floribus chamæme-
lii, ſale & melle confectis blande ſubdu-
cere. Neque ludetur opera, ſi ſingulis
circiter decem vel quatuordecim diebus
devoretur potiuncula laxans, qualis eſt

hæc: Recipe manna electæ unciam, rha-
barbari electi ſerupulos duos, terræ fo-
liatae tarrari ſcrupulum: coque leni calore
in aquæ florum acacia uncis quatuor. M.
d. S. Laxier. Tranckeben auf einmahl.
Egregiam porro virtutem exferent pedi-
luvia tepidiora ex aqua flaviatili, ſu-
furi bus tritici, & tantillo cinerum clavella-
torum concinata, ſapius adhibenda: &
cum magna vi in potu ſita eſt, pra-
eflat per aliquod tempus ab omni cereviſia
abſtinere, & pro potu ordinario hoc de-
cocto, ſanguinem edulcorante, uti: Re-
cipe radicis chinæ, ſcorzonerae, ſarapa-
rilla, cornu cervi raspati ana uncias qua-
tuor, radicis glycyrrhize, ſcenituli, ci-
chorei ana unciam. M. c. d. S. Species,
quarum binæ unciae in tribus aquæ men-
ſuris per tres horæ quadrantes coquendæ
ſunt. Conferet pariter ad humorum acri-
moniam attemperandam alternis diebus
veſperi ſequentem aſſumere pulverem:
Recipe pulveris Marchionis, lapidum
cancrorum, antimonii diaphoretici an-
drachmam, nitri purissimi drachmam ſe-
mis, extracti croci grana ſex. M. f. pul-
vis, div. in ſex partes æquales. Mane in-
fuſum theiforme ex veronica & liquiritia
paratum potare convenit; & denique
corpus in æquali calore conſervare, mo-
derato exercitio movere, & ab omnibus
animi commotionibus cavere expediet.
Quod ſi acrimonia nimium vellicaverit
pectus, & tufſis violentior exſtitet; olei
amygdalarum dulcium, recentis eam
quam cochlear capit, quantitatem, cum
totidem ſyrupi capillaris permixtam
quandoque ſorbere, haud erit inutile;
& fi ventriculus tulerit, cum infuſo com-
mendato lac hauirae. Adventante deni-
que vere acidula Selteranæ cum lacte aſi-
nino ſub debito regimine potatae, egre-
gium ferent emolumentum. Placeat au-
tem Deo, hæc quæ ſcripsi, ſalutarem
adipſcantur finem..

CASUS LXXIX.

De Phthysi pulmonali faneſta.

Postquam ipsis Julii Calendis anni 1730. ad virum quendam celeberrimum accitus, ægritudinem illius investigavi; deprehendi ipsum tabescentia corporis, viriumque languore, calore depaſcente, leato, magis heclico laborare. Violentanimorum, noctu præsertim, folicitatur tuſſi, qua multo anxioque conatu pituitam e pulmonibus, nec mobilem, ut ex roncho ſibiloque pectoris adparebat, exſcreare debet, foedam lividamque. Ipſe ſentit in latere pectoris ſinistro preſſionem tenuiā, mucum reſoluentem; qui majori redditur copia, ſi lupinus decumbat: neque unquam ſanguinem ſpato redidit; niſi ante aliquot dies ſtrias cruentas muco commixtas. Adpetentia fruitur per quam exigua; ſomno turbulentio, a valida tuſſi magis turbato; vires dejecta penitus, ut nec in hypocauſto obambulare queat, pulſus celerior & languidus, capitis vero nulli dolores, urina redditur fatigato rubore tintata, turbida abſque ſedimento, alvus quotidie ſuo fungitur officio, ſitis exigua urget, & quædam fauicium ariditas; & denique animo eſt admodum ſenſibilis.

In hoc rerum ſtatu conſuluerat ante aliquot tempus D.D.S. qui pulmones jam ulerosos reputans, ægrum per decena dies aquis Selteranis uti; ab omni vino ac cereviſia abſtinere, & in horum locum decoctum ex radicis chinæ uncis quatuor, & paſſularum majorum uncis octo paratum porare jufferat: & ad tuſſim demulcendam ac pituitam in pectore hærentem reſolvendam, linctus ex ſyrupo altheæ Fernelii, de Eryſimo Lobelii, capillorum ueneris ordinaverat, nec non ad roborandum ventriculum propinaverat ſub epulis elæofaccharum, quod, uti judicare potui, olea deſtillata calidiora v. g. cinnamomi, caryophyllorum &c. habuerat. Imperaverat quoque pertinacem victus obſervationem, curamque lactis vaccini, uti & hoc in iuſculis cum vitellis ovi paratis fu-

mendum commendaverat. Cum autem ex hac curatione nullum morbo accederet allevamentum, ſed maius potius corporis ac virium decrementum, mea curæ ſe tradidit æger. Erat ille quadraginta annos natus, temperamenti ſanguineo-cholerici, corporis texturæ teneræ ac mediocris, ingeniique olim admodum vegeti. Inſuper a juventutis annis vino, ſpiritui vini, & Tabaci fumo ad abuſum indulſerat, & olim gonorrhœa, quæ, cum coniugium in juventute ipſi prohibitum fuifet, procul dubio a retentione & hinc orta corruptione ſeminis originem traxit, laboraverat. Neque minus multis catarralibus pectoris defluxionibus antea folicitatus fuīt; quæ nonnunquam obſtructæ gravitum in fronte dolorem produxerant, & non niſi excretione fruſtorum mucidorum & naribus facta ſolutæ fuerant. Ipſe quidem ſe nunquam paſſione hypochondriaca affectum fuiffe affirmat: verumtamen, cum conſiderem, quod alvus olim ſepiuſ obſtructa, concoctio ciborum admodum debilis, mente aliquot abhinc annis ſemper tristi ac ſollicita, & variis animi moeſoribus affectus fuerit, non poſſum, quin iplum omnino eo malo laboraſſe credam; cui diuturna tuſſis acceſſerat.

Quamobrem commendatam a D. Di curationem omnino adprobare haud potui, ſed potius lac alſinum, primum cum acidulis Selteranis mixtum, dein ſolum per binos circiter menses potare jufli. Pro potu ordinario commendavi decoctum ſequens: Recipe radicis ſcorzonerae, rasurae cornu cervi ana uncias quatuor, ſeminis ſceniculi unciam ſemis. Conc. Cont. d. S. species, quarum binæ unciae cum hordei manipulo in aqua tribus menſuris per tres horæ quadrantes decoquuntur. Selteranas enim aquas, quas cum quinta vini Rhenani parte mixtas eident ſcopo proposueram, æger ob vini fastidium porare recuſavit. Deinceps ad roborandum ventriculum propinavi hanc mixturam: Recipe effentiæ corticum aurantiorum drachmas tres, ſpiritus nitri dulcis drachmas ſex. M. d. S. mixtura cuius 80. guttulae ſub epulis ex commendo decocto аſſumenda ſunt.

Hans.

Hinc, accedente 8. Kal. Aug. asina, corpus purgavi pulvere ex mannae depuratae uncia, tremorisque tartari drachma confecto, & mane ex decocto avenaceo propinato; qui ter subduxit alvum. Tum 6. Kal. Aug. aquas Selteranas cum laetie asinino potare coepit, & quidem primum singulorum tepidorum quartam mensuræ partem; reliquis diebus mensuram dimidiad manu hauxit, ac hora meridiana quarta mensuræ dumtaxat quartam partem assumit. Bono etiam fiebat omne, ut, cum antea ob ciborum fastidium ac continuam tussim omnia reddiderit vomitu, jam tamen aquas illas lacte nuptas commode retinere potuerit: neque minus post earum per sex dies adhibitarum usum, sitis sedari, alvus lubrica fieri, & urina ab intensa rubidine in aurantium colorem absque sedimento, quod antea copiosum deponebatur, commutari coepit. At verocum tussis magis ingravesceret, omnemque ferme somnum eriperet; ad hanc demulcendam saepius exhibui hunc pulverem: Recipe spermatis ceti recentis, sacerchari candi albi ana unciam semis, pulveris croci orientalis scrupulos duos. M. f. pulvis subtilissimus.

Sexto Nonarum Augusti aversari coepit aquas minerales lacte permixtas; hinc illas minori quantitate potavit: externe vero naribus admovendum accepit hunc spiritum: Recipe aquæ apopleticæ drachmas tres, Anhaltinæ, spiritus anthos ana drachmas duas, liquoris volatilis oleosi Sylvii drachmam unam & semis, balsamivite Hoffmanni drachmam dimidiad, olei destillati lavendulae guttas decem. M. D.

Verum enim vero increascebat tussis magis magisque, ac noctem, quæ praecesserat 4. Nonar. Aug. plane reddebat insomnem: cui sopiendæ ordinavi hunc pulverem: Recipe margaritarum occidentalium preparatarum, specierum diatraganthes frigidarum recentium ana drachmam, nitri depurati grana 15. M. f. pulvis, div. in tres partes, quarum cuilibet ade massis pilularum de Syracusa grana tria. M. D. & hora octava vespertina singula ex emulsione exhibeatur. Nec spem fallere

videbatur hic pulvis; insequitam enim noctem æger placido, & nulla ferme tussi interrupto, transegerat somno; sed eo violentior illa rediit 3. Nonar. Aug. hora XI. meridiana, cum tam difficulti mucis screatu, ut metus adesset suffocationis. Hinc præter commendatos pulveres, gelatinam cornu cervi, flores lactis vesperi inter juscula sumendos; externe fauces aqua vino & saccharo permixta saepius colluendas, & ad roborandum fibrarum pulmonary tonum, cujus relaxationem pro causa exscreationis difficilis habebam, sequens emplastrum & pectori, & dorso inter scapulas admovendum curavi: Recipe pinguedinis humanæ recentis drachmas tres, spermatis ceti, therebinthina ana drachmas duas, myrræ electæ, ceræ flavæ ana unciam semis, florum sulphuris drachmam, olei anisi, camphora, croci orientalis ana drachmam semis. M. f. l. a. emplastrum, extendatur super duo linteas. Nec denique minus usum lactis jam duabus partibus cum una aquæ mixti continuari jussi.

Ipsis Nonis Augusti, & sequentibus diebus varia se monstravit urina; mox enim pallida & sedimento subtili, surfuraceo, instar albuminis ovi imbuta; mox coloris magis aurantii, & tum nullo sedimento conspicua erat: somnus quoque hisce diebus satis tranquillus mansit; nec ullus sudor colliquativus, nec diarrhoea adhuc accesserunt. Contra vero tussis continuat vehementissima, & ut libere dicam, sub hac curatione magis invaluit, licet mucus jam facilius resolvatur, ob viuum tamen summam prostrationem haud commode exscreari possit. Calor siccus hecticus eodem persistit tenore; & sub curatione aliquantulum alternare videtur, polsus paullo vegetior fertur; sed vires decipiuntur magis. Tensiva in sinistro latere pressio, quæ primum aderat, jam remisit, sicuti quoque tussis magis imminuta est: contra vero finito somno fauces sunt aridæ, & labia asperitate quadam, fissuras minante, occupantur, quanto sublevat inuncto amygdalarum oleo. Nec ignorari oportet, ægrum hoc tempore ab omnibus abstinere cibis, & solo lacte

cum aqua esse contentum; quoniam hoc retinere, illos autem protinus vomitu debet reddere. His omnibus 7. Iduum Augusti, raucedinis vox & fensus in pectori, ore, ac faucibus accessit cum deglutitionis impedimento: inspectæ fauces circa uulam adparebant leviter inflammatae, absque ullo tumore, ulceratione vel excoriatione, hinc dabatur sequens linctus: Recepte mucilaginis feminis psylli, radicis altheæ, gummi tragacanthi albi ana drachmam, olei amygdalarum recenter expressi, syropi violarum optimi ana unciam fémis, spermatis ceti recentis, sacchari candi albi ana drachmam, croci orientalis optimi serupulum. M. D. S. linctus, cuius quedam portio in ore probe voluta, deglutiatur sensim. Cæterum aversatur gelatinas, iuscula, flores lactis &c. nec assumit commendatum. Elixirium stomachicum, cum nullis vescatur cibis.

Jam igitur variis inductus rationibus decrevi, ægro solum lac. asinum, omisa aqua, propinare: nam 1.) brevi ante jam recensitam curationem ille solis Selterana acidulis usus inde percepit levamen; 2.) deinde persuasus sum, iis acidulis, hucusque cum lacte potis, vascula muco obstructa jam satis referata, ac humorum acrimoniam attemperatam esse; hinc quoque 3.) lac asinum feliciori eventu referata ea vascula ingredi, ac quæ adhuc restaret, acrimoniam obtundere posse: præcipue 4.) lac illud, dum subtili sua caseosa, vel magis mucilaginosa substantia, omnes humorum salinorum aculeos obtundere valet, tussi illi pertinaci atque raucedini eximiam latitudinem spero; eo magis cum 5.) lac asinum sufficienti polleat sero, nec ideo opus sit, ut magis diluatur aquis, iisque substantia caseosa dissolvatur. Non minus 6.) sapientius memoratas acidulas raucedinem æque ac tussim exacerbasse puto; easque tandem 7.) corpori calore hectico ac humorum acrimonia magis consumto minimi proficias; hinc lactis asinini solum usum admodum opportunum judico.

Verum enim vero cum ægrotus meis consiliis aures dare recusat, nec solo late vehementissimam tussim sublevatum

iri credit: tuum, Vit. illustris, anhelos consilium, ac doceri aveo, quæ in hoc rebelli malo ulterius sint adhibenda.

C O N S I L I U M.

L Egi diligenter, quæ mihi de valetudine adversa viri consultissimi prescripsisti: optasse autem, ut certam convalescentiæ spem polliceri possem. Credo enim, veram ac radicatam jam subfesse tabem pulmonalem; quam non solum ingens virium prostratio, & corporis contabescientia, verum etiam omnis fere adipitus dejectio, ac astus lento hecticusque testatam faciunt. Causa hujus mali omnino in pulmonum vitio hærente, & maxime in tuberculis seu vomicis, caseosa materia repletis, atque finistrum lobum obdidentibus, sita esse videtur; ex quibus etiam diurna, magis sicca, quam humida, omnemque somnum atque vires pessimum tussis originem susum mutatur. Notatu vero dignum est, hanc tussim a largiori lactis aqua Selterana permixti potu magis fuisse exacerbatam; cujus ratio hæc est: quandocunque ille liquor celerius ac copiosius per ductum thoracicum, ac dextrum cordis ventriculum in pulmones delatus, libero per minima horum vascula obstructa progressu destituitur; sit inde, ut tunicae bronchiales pariter ac pulmonum vesiculae magis infarciantur, vellicentur, & ad has violentas & tussiculosas proridentur concussores. Hinc etiam in ipsis casibus nec demulcentia, nec anodynæ remedia ullum praestant allevamentum. Neque enim habeo, quæ circa curationem, abs Te institutam monere possim; quippe quæ & morbo & ipsius causa, admodum fuit accommodata: nec etiam dubito, quin si dictam eam curationem sub mali principiis adhibuisset prior medicus, illa obstructions pulmonum referari potuissent; id quod omne curæ momentum absolvit.

Pessimum jam, quod nos male sperare jubet, symptoma est, aversatio ab omnibus cibis, etiam nutrientibus, & deinceps raucedo fauci; quippe quæ insignam lymphæ roscidæ atque nutritiæ in-

maf.

massa humorum defectum significat, il-
lamque potius vi motus intestini cali-
doris in serum acre excrementarium
commutatam esse indicat: quod si for-
san intestinorum canalem obsederit, &
alvi profluivum, & intensiorem excita-
bit calorem. Quare tecum sentio, ut
æger solo lacte alimento utatur, ita qui-
dem, ut illius binas aut tres circiter
uncias una vice singulis tribus horis assu-
mat. Præterea opera erit pretium, la-
teri sinistro, quod olim vehemens occu-
paverat dolor, hoc adplicare emplastrum:
Recipe emplasti de meliloto uncias duas,
florum sulphuris drachmas duas, cam-
phoræ, croci ana drachmam. M. f. l. a.
emplastrum d. Potu ordinario commen-
darem sequens decoctum: Recipe radicis
cichorei, scorzonerae ana uncias duas,
passularum minorum uncias sex: coqua-
tur dimidia pars in mensuris duabus aqua
communis per tres hora quadrantes:
decant. d. Nec inutile erit saccharum
rotatum, si ventriculus tulerit. Ceterum
consultum erit, hisce omnibus usum po-
tisionis analepticæ interponere, que sic
se habet: Recipe aque scorzonerae, ro-
tarum, primule veris, florum acacie,
liliorum convallium, cerasorum nigro-
rum ana uncias duas, florum naphe
unciam, matris perlarum, coralliorum
rubrorum preparatorum ana drachmam,
succii citri, syrapi acetosiratis citri ana
drachmas tres. M. d. Faux Deus, ut
egro contingat salutariter.

RELATIO.

NUnciatum porro fuit, egrum pri-
die Iduum Aug. alvi proflavium
ferosum, intensioremque incidisse calo-
rem; frustra adhibitis omnibus reme-
diis: abhinc vero viribus magis magis
que dejectis commendatam potionem
analepticam quidem sumisse; altero ve-
ro, post acceptum meum consilium die
animam expirasse placide.

CASUS LXXX.

De descensu pulmonum vivi infantis in
aquam post sectionem.

NOtissimum est in medicina forensi
experimentum, quod in perquiri-
endis infanticiis cum mortui secati-
que infantis pulmonibus institui solet.
Hos etenim vel in tota sua compage,
vel in frustra discisso, & in aqua pro-
jectos observamus, vel fundum petere,
vel aquæ supernatare. Si fundum petunt,
concludimus vulgo, pulmones aere non
dum fuisse expansos, hinc nec infantem
spirasse unquam, nec ideo vixisse extra
uterum: si vero super aqua fluctuant,
infantem vivum lucem aspexisse con-
cimus. Verum enimvero, quanquam
hec argumenta sufficienti funderunt ra-
tionem, & in perquirendis infanticiis in-
signem accendant lucem: magna tamen
cautione, ac prudenti circumspetione
opus est, ne illis fallamur. Multiplici
enim experientia, & crebris auctorum
observationibus constat pulmones vivi
infantis fundum petuisse; & super aqua
natasce, cum tamen infans mortuus fuie
exclusus. Hoc nimis plerumque sit,
si foetus jam in utero materno putre-
dinem subierit, eaque pulmones eorum
aqua specificè leviores reddantur: hoc
contingit in cuiuscumque etatis subjectis,
si suffocatione perierint: Quare etiam
sepius observavi, pulmones peripneumo-
nia defunditorum non solum admodum
inflatos ac duros fuisse, verum etiam
& totos & frustatim in aquas projectos
petuisse fundum. Nec obscura est ratio:
qui enim pulmonum inflammatione oc-
ciduntur, iis pulmones sanguine atro,
spisko, coagulato infarcti, eorumque vasa
partibus ac humoribus crassioribus ob-
structa, ac veluti indurata, ideoque pul-
mones insigniter ponderosi esse depre-
henduntur. Id quod mox allegandum
medicorum attestatum, de infante à
matre melancholica intra lectum suffo-
cato pluribus comprobavit.

AT.

ATTESTATUM MEDICORUM.

Postquam legalis inspectio infantis subito mortui Vitzeburgi requisita, & nostrum de tam subiranea morte judicium fuit desideratum: contulimus nos quoque ad locum illum, & externa signa, infan-tem multum cruxis naribus reddidisse, qui & faciem, & linteum, quibus implicatus erat, inquinaverat, deprehendimus. Deinceps latus corporis dextrum a bra-chio ad femur usque, sanguine suffusum, ac coeruleo colore imbutum conspeximus; & aperta illius regionis cute, musculus abdominis oblique descendens pariter ac intercostales musculi sanguine suffusi, ac atro induiti colore adparebant. Secato tho-race, & in ejus cavitate duo circiter co-chlearia feri sanguinolenti; & in pericar-dio ejusdem dimidiata partem reperimus. Pulmones magni, inflati, duri, & ab extravasato in iis crux ex bruno rubi-cundi videbantur, & in aquam projecti mox petebant fundum: reliqua autem vi-scera atque partes, quin ipsum caput ab omni labe ac violentia erant libera.

Quæ cum ita sint, & infans quatuor ante mortem horis adhuc illibata sanitate fuerit gavisus: vero est simillimum, eum violenta morte, ac procul dubio suffoca-tione fuisse extinctum. Hinc enim factum est, ut vi pulsus cordis & arteriarum crux vitalis majori copia in vasa pulmonum pulsus, deficiente inspiratione, cuius ope sanguinea pulmonum vasa comprimun-tur, hinc crux ex iis in sinistrum cordis thalamum protrudi solet, in iis substite-rit, & stagnaverit: sub qua mora serofus latex partim per dextram cordis auricu-lam perrupit, ac sic in pericardio collec-tus fuit; partim etiam ex poris fartorum cordis vasorum in ipsam thoracis cava-tatem penetravit. Tali ratione impeditus humorum circulus reliquis etiam sympto-matibus originem dedit, veluti fuerunt cruxis e naribus effluxio, & lateris dextri suffusio, sanguinisque in substratis mu-sculis extravasatio: dum enim succis vi-talibus transitus per quosdam canales ma-jores est denegatus, illi vi validi cordis

motus majori vi ac impetu in minora va-scula protruduntur, eaque facilime per-rumpunt, & in substantiam muscularum extravasantur.

C A S U S LXXXI.

De Vulnero pulmonum.

Requisitus, ut de M. L. morte post in-ficta ipsi a C. K. duo vulnera in-se-quuta mentem ac judicium meum expo-nam, deprehendi ex relatione medici at-que chirurgorum, M. L. binis sauciatus fuisse plagis, quarum una sub dextro hy-pocondrio inficta, panniculum adiposo-sum, musculosque abdominis & lumbo-rum penetravit, & cavum abdominis haud offendens, super peritonæo in lum-borum regione, latitudine trium a spina dorsi digitorum existit: altera in pectoris latere dextro inter tertiam costam facta, lobos pulmonum minores sauciatum, & in dorso inter sextam ac septimam costam exitu potita est. Et cum præterea in ipsa pectoris cavitate plus quam quatuor libræ cruxis extravasati adparuerunt, suspicio fuit, vasa sanguinea majora pulmonum simul fuisse læsa.

Quamobrem incidit quæstio: num hæc vulneratio per se sit lethalis? Primum quod attinet vulnus, quod in dextrum hypochondrium penetravit, illud tan-tum abest, ut lethale fuerit, ut potius haud adeo magni sit faciendum: omnis ergo lethalis eventus caussa in pectoris ac pulmonum sauciatione sita esse vide-tur. Hac vero ratione multa occurunt, quæ in denunciatione medici ac chirur-gorum fuere omissa, scitu tamen nec-esaria. Namque 1) vasa pulmonum læsa non indicantur nominatis; sed 2) probabili dumtaxat conjectura asseritur, quod majora esse debuerint, eo 3) lo-lummmodo arguento, quoniam a die vulnerationis ad obitum usque quatuor cruxis libræ in pectoris cavitatem fuc-runt extravasatae. Neque etiam 4) men-tio injicitur, quæ ratione læsus & arte-

medica & chirurgica fuerit tractatus; nec
5.) quæ symptomata læsionem exceper-
int, cum tamen ex Actis innoteat,
læsum in primo examine ob insignem
præcordiorum anxiætatem nihil valuisse
cloqui. Deinceps quoque 6.) non rela-
tum est, an vulnus intimam pulmonum
texturam penetraverit, anne dumtaxat
in interiore substiterit superficie; nec 7.)
defuncti ætas, temperamentum, aliaque
ad dijudicandam vulnerum lethalitatem
necessaria momenta sunt allegata. Nec
etiam 8.) exinde constat, an inflictæ pla-
gæ cruentum profluvium supervenerit,
sed illa dumtaxat punctum tenui gladio
facta asseritur; de quali exigua, tamen
periculosa fauciatione constat, quod cruo-
rem haud emitat, & ideo per accidens
lethalis fiat. Et denique 9.) silentio præ-
termittitur, an pulmones in corrupcio-
ne subierint; quod momentum, cum
quinta demum post vulnerationem die
mors succedit, omnino locum invenit.

Quatobrem, cum adeo manca ac mu-
tila sit relatio vulneris, hæc sunt, quæ
de illius lethalitate judicare licet. Non
omnia pulmonum vulnera esse lethalia,
præter quotidiam medicico-chirurgicam
experienciam, varia probatissimorum au-
ctorum attestantur suffragia. Hinc etiam
Welschius in rationali vulnerum letha-
lium judicio pag. 58. & 59. quid, inquit,
de vulnere pulmonum statuendum sit, se-
quitur scilicet substantiam eorum; quod
attinet vulnera ipsius, et si vasa pariter
minoræ lœsa sint, vulnusque penetret, pro
lethalibus non habeo. Quæ vero profunda
sunt, & substantia & vasa pulmonum
pariter majoribus insiguntur vulnera,
venæ puta arteriosæ, vel arteriæ venosæ,
ea ut plurimum lethalia esse certum est.

Huc quoque pertinent ea, quæ Gulden-
Klee Respons. 16. allegat: et si enim sub-
stantia pulmonum, imo & vasa ejus mi-
nora sine hominis internecione quandoq;
vulnerata esse constet; in majoribus ta-
men vena scilicet arteriosa, & arteria
venosa hoc non succedit. Idem confirmat
Dolens, dum in Encycl. chir. lib. 2. c. 6.
vulnus, inquit, penetrans per pulmones,
nisi majora vasa fuerint lœsa, spes est sa-

nationis. Porro Ruyshius Cent. 1. Obs.
anatom. chirurg. Obs. 53. ait: Non solum
hepar, verum etiam pulmo quandoque
preferre potest affectus sine vita dispen-
dio, modo ex arte tractentur.

Non minus Forestus Obs. chirurg. lib. 6.
Obs. 4. Scholio ex Fallopio hæc verba re-
censet: vulnera pulmonum per se mor-
tem inferunt ex æquo, & ex æquo etiam
possunt sanari: & denique Sennertus prax.
Medic. lib. 5. par. 4. C. 3. dicit: omnia
vulnera pulmonis lethalia non esse sæpe
docuit experientia, qua constat, multos
per thoracem totum & pulmones fuisse
perfossos, & nibilominus convalescisse. Et
ipse vidi exemplum in studiolo quodam
&c. Pulmonis vulnera lethalia non sunt,
in quibus saltem pulmonis substantia, non
magna vasa lœsa sunt, neque adeo ma-
gna sunt. Contra si vulnus pulmonis sit
magnum, & non solum substantia pul-
monis, sed & magna in eo vasa, venæ
scilicet arteriosæ & arteriæ venosæ insig-
nies rami vulnerentur, vulnera ea lethali-
a sunt: ut silentio prætermittam mul-
torum aliorum Medicorum, Bohnii,
Ammanni, Barrette, Munnick, Sebit-
zji, Suevi, &c. testimonia; ex quibus
adparet omnibus, non omnia pulmo-
num vulnera absolute esse lethalia.

Proinde etiam non paucis observationi-
bus medico-chirurgicis innoteat, quod
sæpius periculosa quoque pulmonum vul-
nera sanationem ad miserint, uti videre
licet in Fontano Obs. & curat. med. lib.
1. pag. 2. Platero Obs. pag. 735. 736.
Rhodius Cent. 2. Obs. Valeriolæ lib. 4. Obs.
10. Sennerti loc. cit. Glandorpis specul.
chirurg. 24. Zittmanni Med. Forens. cent.
1. Cap. II. 13. Foresto Lib. 6. Obs. chir-
urg. 4. Petro Fuhrmanno in Greg. Horstii
epist. Med. sectione 19. l. 1. Horstio lib. 3.
Obs. 2. Pechlomo hist. vuln. thorac. Bartho-
lino hist. anat. cent. 5. hist. 96. ubi dicit:
vulnerati pulmones curari possunt, nisi
majora vasa lœdantur. Conferantur por-
ro Scultetus in armam. chirurg. Obs. 43.
Hildanus Cent. 2. Obs. 32. cent. 1. epist.
52. Tulpius lib. 1. c. 17. M. N. C. dec. 1.
anno 3. Obs. 189. dec. 3. anno 1. Obs. 141.
Bohnus de officio medici duplice part. 1.
Cap.

*Cap. 2. p. 23. vulnerum lethaliū exam.
pag. 132. sequent. Gulden Klee cas. Med.
lib. 6. Cas. 39. Schenk Kiüs lib. 2. Obs. de
vulneribus pulmonum, Rolandus chirurg.
lib. 3. cap. 25. Nic. Massa, Fr. Arceus,
Fallopia, aliisque. Quamvis igitur ex hi-
fice casibus ac observationibus eluceat,
non lethalia omnia pulmonum esse vul-
nera, sed & periculosiora. Sæpius admit-
tere curationem: attamen cum Ammanno
Prax. *Vuln. lethal.* p. 281. adfirmare licet,
quod de vulneribus restitutorum nihil cer-
ti determinari possit, & hinc ex illis ca-
sibus docemur tantummodo, ut in diju-
dicandis pulmonum vulneribus caute pro-
cedamus.*

Quæ cum ita sint, & ad præsentem ca-
sum adplicantur: varia in hoc occurunt
momenta, quæ absolutæ hujus vulheris
lethalitati repugnant. Namque 1.) ea
cruoris quantitas, quæ in cavitate pecto-
ris extravasata adparuit, minime tanta
fuit, ut inde læsio majorum vasorum ju-
dicari queat: 2.) quæ si contigerit, &
repentina mors fuisset insequuta; & 3.)
longe major extravasati croris in con-
spectum venisser copia; 4.) Insuper etiam
satis commode fieri potuit, ut quatuor
illæ croris libræ intra quinque, quibus
adhuc vixit sauciatus, dies ex sola pul-
monum vulneratorum substantia succel-
lisse exstillerent. Deinceps 5.) ea pla-
ga sexquivali dumtaxat profunditate,
& quidem 6.) in minores pulmonum lo-
bos penetravit; in quibus majora vasa
haud reperiuntur: hinc quoque 7.) vul-
nera, quæ superficiem pulmonum offen-
dunt, haud tantum inferunt periculum,
quam quæ ipsam profundius occuparunt
substantiam. 8.) Tum quoque croris in-
tra pectus retenti impedita evacuatio vel
sola sufficit ad inducendum lethalem
eventum, teste crebra observatione; &
tandem 9.) ex plagæ descriptione non
patet curandi ratio, atque num ratio-
ne curæ vel regiminis error fuerit com-
missus. Nec denique 10.) determina-
tur, an vulnus mox collapsum fuerit,
an cruentem reddiderit, numne æger ore
eructaverit sanguinem. Ex quibus de-
num omnibus adhuc certum esse liquet,

vulnus non absolute lethale appellari
mereri.

CASSUS LXXXII.

*De vulnere diaphragmatis & hepatis
cum subsequuta morte, non
tamen absolute lethali.*

Cuidam studioso VIII. Kal. Decem-
bris anni præterlapsi inter certa-
men plaga cæsim infligeatur; quæ pe-
ctus, illæsis pulmonibꝫ, musculosam
septi transversi partem, prope sextam
costam, & hepar penetrabat, ac pri-
mum, partim ob læsa intercostalia vasa,
partim insignem sauciati vino farti crapu-
lam permultum; sequenti biduo autem
parum, & deinde nihil plane croris fudit.
Neque tamen minus, postquam edormi-
verat vinum, semel vomuerat, ac de ali-
quali spirandi conquestus erat difficulta-
te; in sequentibus diebus satis bene ha-
buit, adeo ut medici nihil mali suspicaren-
tur. Cum autem nec commendata remedia
rite adhiberet, nec regimen observaret
exactum, sed potius potui cerevisie triti-
ceæ frigido satis larga indulgeret quan-
titate: pridie Kal. Decemb. anhelitu dif-
ficili ac præcordiorum anxietate corripi-
coepit, cui demum eximus corporis lan-
guor accessit, ac ipsis Decembribꝫ Kal. ho-
ra sexta vespertina vitæ finem imposuit.
Post legalem corporis inspectionem, pul-
mones ac reliquæ partes internæ adpare-
bant illæsæ; septum saltem transversum
atque hepar vulnus penetravit latitudine
unciae dimidiæ; omentum ac superiore
intestina justo rubicundiora, & sub he-
pate juxta ventriculum binæ croris coagulati,
totidemque in pelvi unciae con-
spiciebantur; quemadmodum ex relatio-
ne medici atque chirurgi, sub Litt. A.
& B. pluribus adparebit.

Quum igitur defunctus octava demoni
post acceptam plagam die perierit, quæ-
sto incidit: num vulnus per se & absolu-
te lethale fuerit? anne vita vulnerati nisi
penitus conservari, tamen diutius pro-
trahi potuerit? numne porro vulnus per
se haud lethale septi transversi, a quo &
præ-

præcordiorum anxietas , & spirandi difficultas dependent , magis per accidens , diataque ac regimine minus accurato mortem acciverat ? Namque recentis binis dumtaxat symptomatisbus afflictus æger , ab iis per quatuor dies proflus immunis fuit : quæ vero post largum , frigidoris potus usum recruduerunt , & egrum suffocarunt . Denique etiam vero est simillimum , insequitam mortem magis a neglecto septi transversi , quam jecinoris vulnere fuisse subortam . Quamvis enim jecinoris ictus non minus perardua videatur : tamen quædam sunt momenta , qua in eam mortis caussam conjicere prohibent . Namque 1) rami venæ cavæ ac portæ , qui forsitan discissi sunt , satis exiles fuisse debuerunt , quoniam parcus crux , ejusque non nisi quatuor unciae intra ostio dierum spatium extularent , que nec virium jacturam , nec corporis languorem inducere valuerunt . Neque 2) huic sententiæ , quod nimirum minores dumtaxat lassi sint ramuli , adversatur experimentum sufflati ac per hiatum hepatis exsuntis aeris : siquidem vi legum mechanico - hydraulicarum necesse est , ut minorum ramulorum vasculosorum plures , eadem ratione permeabilitatis , quam perspirabilitatis seu capacitatis cum uno majori possideant proportionem , hinc illi tantumdem perspirent aeris , quam unus major : sicuti in vulneribus pulmonum , ubi minores asperæ arteriæ ramuli percussi sunt , videre licet . Quamvis autem 3) haec minorum ramulorum numero plurium , cum uno majori proportione extra vasculacionis humorum locum non inveniat , & sanguinis ex minoribus vasculis fluxus facilius sistatur , quam in majoribus : tamen 4) hoc momentum nostræ hypothesi eo magis favet , qua cum parciors crux quantitas effluxerit , legibus circulationis humorum hydraulico - mechanicis consentaneum putamus , quod minores dumtaxat lassi fuerint rami . Verum enim vero non equidem 5) negamus , quin crux talis extravasatus , si exitu per externam plagam destituitur , periculosa atque lethalia post se trahere soleat symptomata ; dum nimirum accidente cor-

ruptione in putruginem diffluere , ac sequi per alvum evacuari deprehenditur : verumtamen 6) ea in præsenti casu adfuisse , nec signa mala , dum vixit , supervenientia , nec instituta post mortem factio confirmant . Namque maculae præternaturales in omento atque intestinis repertæ , quæ a fero sanguinolento ex cruce circa eas partes extravasato separato , dictaque viscera penetrante producunt esse videntur , nec veram inflammationem , multo minus sphacelum intulerunt ; & forsitan aliis caussis , veluti immodico vini ac cerevisiæ potui , iracundia atque terrori , in acceptis ferendæ sunt : ut 7) taceam , colorem harum partium præternaturalem integrum demum post mortem nymhemero preterlapsò adparuisse . Denique vero 8) jecinoris vulnera , nisi percussa simul fuerint vasa maiora , ac hinc copiosus profundatur sanguis , licet etiam sint periculosa & tantum non insanabilia : attamen non tam repentinam inferre mortem , sed potius in lentam ulcerationem degenerare observantur ; qua ægroti diuturna sollicitantur valetudine .

Ex his itaque adparere existimo , defunctum non jecinoris percussi , sed potius septi transversi icti caussa , ex propria culpa sibi contraxisse mortem . Quum autem vulnera diaphragmatis leviora , ejusque musculola tantummodo inficta parti , minime quidem tanta sint , ut absolutam perniciem inferant ; attamen virtus curationis , regiminis atque diæta facillime funestum nancisci soleant evenitum : vero videtur simillimum , & consulti quoque quidam medici confirmant , fauciatum ex vulnere per se minus lethali , inordinata victus ratione exacerbato , proprio vitio periisse . Quod , ut eo clarius patescat , judicium medicum desideratur .

A.

RELATIO SECTIONIS.

Postquam studiosi vulnere heri perempti cadaver hodie cultro anatomico subiecti ; ipsam octo abhinc diebus inflatam plagam pollicis latitudine sub dextra

tra papilla obliquo, simul declivi versus cordis scrobiculum itinere profundius in pectus penetrasse deprehendi; uti ex annexa inferius vulneris renunciatione patescet.

Aperto abdome intestina superiora ac omentum colore ex atro rubicundo, acsi sanguine tincta essent, imbuta conspiciebantur; ac inter hepar, ubi ventriculo accumbit, ipsumque ventriculum eruoris coagulati, quantum duæ capiunt palmae, adparebat: cuius etiam notabilis portio & superiori posteriorique ventriculi parti, & concavæ hepatis regionem tam firmiter adhærebat, ut vix separari potuerit. Hoc cruento partim digitis, partim spongia, aqua calidiori imbuta, subtiliter absterso; plaga pollicem magna inferioris hepatis parti inficta, in quam digitus minimus intrudi poterat, conspectui se sistebat. Immisum ipsi instrumentum exploratorium per superiore & convexam hepatis partem rursus exhibat, ubi cum septo transverso connectitur; & hinc non solum in ea regione vulnus unicam dimidiā magnum; verum etiam septum illud pari iectu in musculosa sui parte, ubi sextæ costæ circiter adhæret, percussum denegebat. Quare detecto vulneris tractu adparebat, illud dicto modo sub dextra papilla inficium, inter quintam sextamque costam diaphragma atque convexam hepatis partem penetrasse & in concava exiisse. Ut autem viderem, quæ in hepate vasa sint lœsa; primum ramo venæ portæ mesenterico per tubulum aerem inflati jussi, qui protinus per utrumque hepatis hiatum erupit: tum ligata in pectori vena cava, in ejus truncum pariter immittebatur flatus, qui non minus per utrumque jecinoris vulnus cum spuma redibat: unde colligebam, maiores & venæ cavæ & venæ portæ ramos fuisse percussos. Præterea etiam in inferioris abdominis regione, ac sic dicta pelvi binæ circiter extravasati cruentus erant unciae. Neque vero talis in pectoris cavitate existebat; sed cor æque ac pulmones nullo laborabant vitio; nec lien, præter coagulatum cruentum, quicquam præternaturale exhibebat. Ven-

triculus ac intestina a lœsione libera, sed flatibus farta ac distensa, & obscuro tincta colore adparebant: quid? quod omentum, ubi ventriculum ac hepatis inferiorem attingit regionem, aliquantulum corruptum videbatur. Num itaque hæc vulneratio lethalis fuerit, anno cruento abdome extravasatus, maxime ille, qui inter hepar ac ventriculum tam tenax habet, per vulnus pectoris, diaphragmatis atque hepatis, expurgari iterum potuerit ac eliminari? arbitrio atque iudicio aliorum relinquendo medicorum. Ceterum adhuc in dextro brachio quædam leviores plagæ, una carpo, altera in antibrachio, tertia in brachio infictæ adparebant.

Neque etiam ignorari oportet, & altero & tertio post acceptum vulnus die cruentum adhuc large fluxisse ex illo; dein quidem cessasse, sauciatum vero adeo habuisse bene, ut non nisi de salute speraremus. Septima autem die recruduerunt & difficilis spiratio, & præcordiorum anxietas; tum accessit virium languor, qui octava morbi die magis magisque auctus, cum anima hora sexta veipertina expiravit.

B.

VULNERIS DENUNCIATIO.

Instituta sauciati studiosi inspectione deprehendi, vulnus illius tenui ense punctum factum, pollicis latitudine sub papilla dextra tractu obliquo deorsum inter costas versus scrobiculum cordis penetrasse, & instrumentum exploratorium profunditate quatuor circiter unciarum in pectoris cavitatem intrudi potuisse. Præterea laboravit æger summa præcordiorum anxietate ac anhelitu gravi, vulnusque languinem fudit. Neque vero ille ore feritur; claro indicio, ipsum pulmonem integrum, vasa vero intercostalia, & carnolam septi transversi substantiam lœsionesse adfecta. Quin quamvis æger melius habere videatur; illum tamen nondum extra omne periculum possum esse existimo.

RES.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

IN relatione vulneris, quo quidam studiosus percussus, & post aliquot dies peremitus est, principalis occurrit quaestio: num descripta in carnosam diaphragmatis partem atque hepar penetrans plaga per se, absolute, & sine concurso aliarum caustarum sit lethalis? Si consideremus vulnera transversi septi, inveniemus ex omnium fere scriptorum medico-sorensium consensu, quod quæ nec veam ipsius partem offendunt, jure pro absolute lethalibus habeantur; quoniam hæc pars non solum principale spirationis organum constituit, verum etiam in nerva substantia ista insignes thoracis spasmos excitat, qui partim ipsum spirandi negotium impedit, partim venam cavam septum illud perforantem valide compriment, hinc sanguinis ad cordis ventriculos remorantur progressum; & ideo congestionibus, ac extravasationibus cruentis in imo ventre aësam suppeditant. Contra vero vulnera, quæ lœdunt carnosam diaphra matis partem, licet pariter ob spasmos inter intervallo recurrentes, ut ut leviores p & hinc dependentem spirandi difficultatem, non omni vacante pericolo, tamen cum facilius in hac parte admittant consolidationem, minime sunt absolute lethalia, nisi forte vel nimis magna, vel parti nervæ admodum vicina, vel denique cum lœsione ramorum vasculorum paullo majorum slipata fuerint. Quum igitur ex relatione præsenti elucescit, defunctum in carnosa diaphragmatis parte istum, & per intervallo dumtaxat de spasmis & inde pendente difficultate & anxia spiratione conquestum, quarto, quinto, & sexto autem diebus ab iis symptomatibus omnino immunem fuisse, iliaque septimo demum die ex perverso regimine atque diæta sibi contraxisse iterum, ac inde periisse: vero est simillimum, hoc diaphragmatis vulnera minime pro causa mortis vel absolute lethali agnoscendum esse.

Quod igitur plagam hepatis inflictam attineri, haud ignorari oportet, ab omni Hoffm. Consult. Med.

bus in anatomia ac praxi forensi peritis medicis, ea tantummodo viscerum, maxime hepatis vulnera pro absolute lethalibus haberi, quæ simul majores vasorum sanguiferorum ramos perculserunt, & hinc enormem cruentis copiam in cavum abdominis plorarunt: quæ autem leviora sunt, & non nisi minores vasorum ramos lacerarunt, cum extravasatione cruentis parcioris, ea quidem periculosa sunt, non tamen subitaneam perniciem inferre deprehenduntur. Si ergo præsens vulnus, prout in sectionis relatione describitur, dispiciamus, in ea quidem relatum legimus, illud per concavam pariter ac convexam jecinoris partem penetrasse, tanto hiatu, ut ipsi digitus minimus intrudi poterit, at vero non accurate designatus est lœsionis locus, cum ille in media aut extremis jecinoris partibus fuerit &c. Hinc si perpendimes, plagam pollicis latitudine a dextra papilla, inter quartam & quintam costam inflictam, tractu obliquo deorsum versus cordis scrobiculum per diaphragma in hepar penetrasse: haud sine fundamento colligere licet, lobum jecinoris minorem & anteriorem, cuius haud adeo crassi, & ventriculo accumbentis in hac regione situs est, perculsum esse. Hæc autem sauciatio, cum non nisi minores vasorum in eo loco reperiatur ramuli, non potuit enorme secum ferre sanguinis profluvium; & ideo intra octo dierum spatium, quantum duabus capimus palmis, extillavit cruentis in imo ventris cavum; quæ quantitas quatuor circiter, vel quinque uncias expleret. Quamvis enim immisus in venam cavam atque portæ status per vulneris hiatum eruperit: non inde sequitur, majora vasa fuisse percussa, dum & minora ærem reddere valeant. Neque vero minus probe notandum est, vulnera hepatis longe citius atque facilius consolidari, quam quæ in aliis sunt partibus: non enim solum cruentus per hepar progrediens per se valde spissus & sero privatus observatur, verum etiam ob deficientem venæ, quæ arteria officio fungitur, pulsus minori impetu atque tardius provehitur; unde a crassis istis humoribus minores canales facillime

obturari, ac veluti conglutinari possunt. Quæ cum ita sint, facile adparet, nec hoc hepatis vulnus pro absolute lethali judicari posse.

Jam ergo ulterius recensetur, ventriculum ac intestina, colore obscuriori atrota, & omentum, ubi accumbit ventriculo, nigrum atque corruptum, & ideo ipsam inflammationem sphacelosam, tandem proximam & immediatam mortis caussam fuisse præsto: unde videri posset, ac si hæc corruptio sanguini extravasato in putredinem abeundi in acceptis ferenda sit. Verum enimvero attenta docet experientia, cruentem, si minori copia in cavitatem abdominis fuerit extravasatus, abire quidem omnino in putredinem; hanc longe leviorem, & magis successive contingere, ac non nisi febri tanta, viariumque dejectione stipari, maxime si remediis tam internis, quam externis distentientibus succurratur. Hoc adffirmant exempla eorum, qui absque læsione viscerum internorum & nobiliorum per totum corpus transfossi, aut in omento vel jeciorum leviter lauciati fuerunt; in quibus sanguinem in cavum abdominis effusum esse, omnino credendum est. Quamobrem cruentis extravasati quinque uncis, qui in defuncto in conspectum venerunt, inflammatio illa sphacelosa nullo jure adscribi potest. Eadem potius variis internis caussis suos debere natales credo; quas inter præter leviores ex læso diaphragmate spasmus, & cruentis coagulum ventriculo adhærens, collocari merentur sub accepto vulnera crapula, neglectum regimen, atque porus frigidæ cerevisiae: quæ in præsenti corporis atque partium imbecillitate, inducendæ inflammationi, & ex hac laboro sphacelo omnino sufficeront. Ex quibus recensis momentis, partim ambiguis clarissime patere credo, vulnus defuncto inflictum pro valde quidem periculo, non autem absolute perniciose esse habendum.

Judicium medico-chirurgicum privatum.

Postquam requisitus, ut judicium meum ad questionem: Num læso ex

inflicto ipsi vulnere, nisi diæta error accesserit, necessario fuisset moriendum & suppeditem, omnia momenta probe disquisivi: quantum quidem ex illis judicare licuit; vulnus illud minime absolute lethale renunciare possum. Quod enim attinet vulnus carnosæ diaphragmatis substantiæ, quæ longe minori sensibilitate guadet, quam quidem centrum illius tendineum; sicuti etiam spastmi leviores & mox remittentes indicant: illud, more plagi carnosarum partium consueto, omnino admittere solet curationem; quales observationes *Glandorpius specul.chir.obs.* 27. & *Hollerius in Hipp. Lib. 6. aph.* 18. allegant. Ut raseam, sapienthe hepar cum læsa diaphragmatis substantia carnosa coalescere, & hinc vulnus ad cicatricem producere. Quod si vero ulterius hepatis læsionem dispiciam; illud ex plaga versus cordis scrobiculæ tendente, in lobo suo minori sive anteriori, ubi ventriculo accumbit, percussum esse videtur. Cum autem hic lobus tenuis, minoribusque sanguineis vasis obseretur instructus; & sanguinis per hujus visceris vasa progressus ob eius spissiorem texturam admodum languidus reprehendantur: facilime fieri potuit, ut exigua illa læsio ab effluente glutinoso cruento, cuius quinque circiter extravasata fuerunt uncia, iterum consolidata fuerit. His cum accedant observationes ab *Hilduno Cent. II. obs. 37. Glandorpius L. c. obs. 33. & Foresto Lib. VI. obs. 3. allegata*, quod graviora etiam lobi majoris vulnera, in quibus majora vasa fuerunt læsa, curata sint: omni jure & praefenti hepatis fauicationi absolutam lethitatem denegari posse arbitror. Restant itaque dijudicanda, quæ post acceperam plagam accesserunt symptomata, anxietas præcordiorum scilicet, & gravis anhelitus; quæ tertio post vulnerationem die remiserunt; deinceps autem ingurgitatis cerevisiae triticeæ frigidæ quatuor mensoris recruduerunt, cum iniqua morte; postquam denique ventriculus, intestina, ac omentum siderata adparuerunt. Non equidem negari potest, quia sideratio harum partium proximam & necessariam mortis caussam constituerit: huic vero

vero hepatis & septi transversi lesiones remotiorem dum taxat suppeditarunt occasionem. Hæ enim ventriculum ac vicinas partes spasmus coripi effecerunt; quo consipito nihilominus remanserunt earum partium debilitates; quibus factum est, ut accidente vixit incongrua ratione, spasmodus recruduerit, ac statim humorum inflammatoriam, cum subsequente lethali sphacelo introducerit. Quod si enim hanc inflammationem ab ipso vulnere immediate derivare velles, facilius fuisset, ut ipsum diaphragma vel alia viscera eam subierint. Neque vero etiam hæ ventriculi, omenti, ac intestinorum sideratio crux in abdomen extravasato adscribi potest: tum enim non solum vesica urinaria & intestinum rectum, quibus etiam incubuit extravasatus humor, inflammationem sustinuerint; verum etiam putredinosus odor nares ferriisset; quod utrumque momentum minus adfuisse perhibetur. Multo minus hic effectus lethalis a tam pauca extravasati sanguinis quantitate profici potuit; quæ ope motus tonici per poros partium facile resorberi potuisset. Quamobrem concludo, vulnus & hepatis & diaphragmatis non per se, sed per accidens fuisse lethale.

CASUS LXXXIII.

De astmate, O' spasmo praecordiali a motu corporis.

Vir quidam septuagenarius, sanguineę constitutionis, quanto exercitio in juventute multis itineribus, aliisq; negotiis corpus commovere sueverat; tanto quoq; otio, vita sedentaria, multisque laboribus mentis stipata, rite magis provectioni indulgere coepit. Sub hoc vivendi generi vires corporis pariter ac animi semper manserunt integrae, bona ciborum appetentia, somnus quietus, ac satis regulare alvi officium; & insuper ad preservanda majora mala quorundam his venam prebuit fecundam. Neque tamen minus aliquot abhinc annis de dolore tensivo atque gravativo, ex scrobiculo cordis per sternum ascensente, ac praecordiorum angustate, spirandiq; difficultate stigato con-

queri coepit. In gravescunt hæc symptoma potissimum sub quounque corporis motu; si nimurum vel obambulet æger, vel scalas ascendat, vel etiam vestes induat; adeo, ut sepius penitus inter ipsum motum ab illo abstinerere teneatur: & hinc quietus, ab eo symptomate prorsus immunis sit. Neque minus post cibos flatulentos assimilatos, vel potam cerevisiam, insignis constrictio atque dolor circa ventriculum atque pectus percipitor, & non nisi eructatis rufulibus allevatur: quare etiam si haustum vini Rhenani, vel tantillum panis butyro illiti, vel etiam essentiam stomachicam mane assumiserit, optime habet. Huius ergo molestie præterito anno opposuit usum acidularum Egranarum; que licet paullo sublevaverint malum, illud tamen penitus haud expugnare valuerunt; quamobrem meum per litteras flagitavit consilium.

Optavi igitur, ut plura momenta scitu necessaria in hac morbi historia fuissent allegata; nimurum quomodo pulsus, maxime sub motu corporis, se habeat, an sit inæqualis & interruptus, an intermittens aut paullo durior, vel contractior? anne quoque tremor vel palpitatio cordis illum affectum comitari sueverit? &c. Nam crebra experientia constat, in subjectis plethoricis, vita sedentaria, sed largis, nutrientibus ac vinosis epulis indolentibus ob spilos humores, eorumque languore per cor & pulmones progressum, facilime in venis polyposas generari concretiones, ex quibus stricture pulmonum, vicinarumque partium nervolarum spasmodicae cum difficiли respiratione ac præcordiorum anxietate propullulant. Hoc eo facilius contingit, si sub motu corporis musculi praesertim brachiorum pedumq; commoveniuntur, & hinc æquabilis humorum copia eo magis versus praecordia compellitur. Quod si deinceps ventriculi vienam accelerit, & ille, vi concoctrice lata, a flatibus distenditur: inde liber septi transversi motus, & hinc æquabilis humorum per thoracem circuitus admodum impeditur.

Quod si itaque ægrotantis conditionem intueror, hanc adeo comparatam esse ex-

O' z per-

perscriptis judico, ut nisi coagula polyposa jam revera præcordia obsideant, etiamen in propinquuo esse credam. Quamvis enim in illius corpore plethorico aetate proiecto, ventriculus pariter labefactatus videatur; in illum tamen solum omnem maliciam collocare haud licet, maxime cum æger usu stomachicorum, status discutientium, atque vinorum generosorum ei jam prospexerit. Quamobrem ut a suo malo vindicetur, opera esset pretium, ut & ipsa consoliantur symptomata, & humorum circuitio adjuvetur. Quibus scopis obtinendis consultum fuit, ut ter vel quater quotannis larga cruxis ex vena in pede tusa detrahatur quantitas; quo humorum impetus a præcordiis divertatur, eaque ab inhærentibus liberentur symptomatibus. Mane potandum commendavi infusum theiforme ex herba vesnicæ, corticibus citri recentibus & cardamomo paratum; & tum caryophylla ad ventriculum roborandum suasi masti-canda. Non minus ad restaurandam vim digestivam sub epulis data fuit essentia Zedoaria & corticum aurantiorum cum spiritu nitri dulci, & spiritu salis ammoniaci vinoso, nec non aqua ex millefolio ac floribus chamæmeli cum cerevisia triticea destillata permixta. Eidem scopo proposui emplastrum stomachicum ex emplasti crustæ panis uncia una, olei nucisæ moschati drachmis duabus, balsami Peruviani drachma una, & olei caryophyllo-rum drachma dimidia confectum & ventriculo imponendum. Tum etiam valde horratus sum, ut alvi lubricitati succurratur, & huic fini commendavi usum pilularum balsamicarum, ad Becheri methodum parandarum, bis quavis hebdomade matutino tempore assumentarum; si pridie vesperi pulvis absorbens nitrosus ex solutione oculorum cancerorum, magnesia, nitro purificato, & tartaro vitriolato fuerit propinatus. Adventante denique vere haud alienum putavi, ut æger acidulis Egranis, conjunctis amanticantibus atque stomachicis medicaminibus utatur. Ceterum ad servandam rectam vivendi rationem, ut a largis epulis, maxime vespertinis, cibisque flatulentis, ac

concoctu difficultibus abstineat, corpus equitando vel curru vehendo sedulo moveat, & denique seposito omnis cerevisie atque vini usu, pro potu ordinario aqua cum cinnamomo decoctam potet, imperavi.

CASUS LXXXIV.

De Asthmate humido.

Illustrissimus atque excellentissimus quidam Dominus, LVIII. annorum, atque antea temperamenti sanguineocholerici, jam vero atrabiliori magis existens, vita sedentaria plurimum adductus, cui hæmorrhoides antea praesentes cessarunt, in primis noctu sub somno incurrit laboriosam, difficilem ac brevem spirationem, de qua etiam de die sub ascensu scalarum conqueritur. Huic se le jungit noctu sibilus vehementior, & sonus spumida quasi ebullitionis, tempore matutino vero concurrit tussis, quæ magnam quidem muci quantitatem excutit, sed sine magno levamine; cum congescio in pectori tanta sit, ut brevi mora prior muci quantitas denuo in pulmones deferatur. Præterito tempore æquinoctiali frigido & pluvioso hæc spirandi difficultas augebatur; per jusque se habuit illustrissimus æger; cum cessante magis adpetitu vires quoque deficere coepissent. Etsi autem has deinceps, intemperie aeris mutata, non solum mox denuo resumserit; sed etiam recensita symptomata satis molesta adhibitis decentibus remedii multum immunita fuerint: eo minus tamen penitus a medicamentis est abstrahendum, quo citius iis sepositis denuo augmentum capiunt recensitæ calamitates. Ex dictis patet, adesse asthma humidum, cum humorum tenacium in bronchialis hærentium notabili concursu se manifestans. Nec soli pectori proprium, sed & in hypochondriis sedem suam habens, ut adeo dyspnœa hypochondriaca simul jungatur; cuius effectus in partes pectoris redundant, ob nervorum recurrentium cum negotio respirationis connexionem.

de qua re notabile est Galeni de cane , his nervis interceptis asthmatico facto , experimentum per Lowerum in Actis Anglicanis repetitum . Porro malum hocce antea quidem fuit symptomaticum magis , cum tussi humidæ supervenerit ; jam autem idiopathicum evasit , atque chronicum . Ratione recurrentium accessionum est periodicum magis & nocturnum ; ratione gradus vero medium locum occupat inter dyspepsiam & orthopnem . Caussa hujus affectus continens atque immediata est materia mucido - viscidæ , circa pectus copiosius collecta . Caussa mediata proxima , sive antecedens & concomitans est flacciditas texturæ pulmonalis membranaceæ ; & nervorum pulmonalium , ex prægressis pectoris congestionibus suborta : unde paucis momentis talis humorum affluxus contigit ; quod fieri non posset , si nervi illi in debito tono servarentur .

Cum his caussis conspirat , atque mediatam proximiorem constituit activa humorum versus pectus congestio , evacuationi hæmoptycæ delinata , atque a suppressione hæmorrhoidum antea semel præsentium ortum docens : quæ evacuatio sanguinis suppressa caussam occasionalēm , sive mediatam remoram constituit ; quas inter porro referri meretur & tussis antea saepius præsens , & mutatio vitæ generis laboriosi in sedentarium , & mutatio subitanea aeris frigidioris cum calidiori . Ratione prognoseos sicuti in genere hic affectus pertinax magis existit , præsertim in annosis : ita in specie hic invalescens minatur suffocationes pectorales ; quin , si acri moniam concipiatur materia in bronchiis hærens , exulceratio & phytis sequi potest , nisi tempestive succurratur . Quemadmodum autem hac ratione prognoseos funestæ adducta sunt : ita ratione salutis secundum , asthma concurrente tussi facilius curari , quam eadem absente ; cum tussis , quando non adeo enormis est , materia excretionem aliquo modo promoveat . Hæmorrhoides asthmati supervenientes malum notabiliter saepius mitigant : id quod eo certius hic contingentes , cum affectus præsens ab eorum suppressione simul ortum trahat .

Hoffm , Consul , Med .

Jam si totam morbi historiam hic recensitam pecurramus , probeque nexum hujus mali cum adductis caussis ponderemus : statim patebit , viscidum in bronchiis pulmonum hærens ante omnia esse resolvendum , resolutum vero ex corpore excernendum . Hinc non sine ratione per tempus adhibita sunt tam resolventia ex vegetabilibus blandioribus , huic affectui appropriatis , aliisque gommatibus potentioribus parata , quam laxantia . Neque enim contrarius inde observatus est effectus , cum sub eorum medicaminum usu liberior spiratio sub somno accesserit . Quare non mirum , illustrissimum ægrotantem , usu laudatorum remediorum celsante , statim priora symptomata denuo incurrisse , cum caussa antecedens superius recensita nondum fuerit sublata . Nam licet per annum materiam mucido - viscidam circa pectus collectam resolvamus , resolutamque educamus ; malum tamen semper recrudesceret , paucissima etiam mora ; nisi causam antecedentem , nempe flacciditatem pulmonum , ob quam paucis momentis tantus fit humorum affluxus , tollamus , atque nervos in suum tonum restituamus . Hoc autem impetrabimus , si congestiones atque decubitus humorum ad partem affectam inhibeamus . Quibus remediis hic opus sit , superiores caussæ nobis indicant , cum primo intuitu pateat , illa ea esse , quæ & motum humorum aliorum , in primis vero ad partes remotas derivent , & fibrarum decentem stricturam promoteant . Sanguinis ergo ob vitam sedentariam accumulata quantitas eo magis indicat soi depletionem , cum excellentissimus æger huic non solum assuetus sit ; sed eadem instituta etiam strictura fibrarum relaxatarum , sicut ipse tonus partium promoveatur . Hinc post æquinoctium vernale venælectio ad aliquot uncias celebrata est in pede , & ob hanc caussam , quod tali ratione humorum affluxus ad partes summe remotas derivetur . His ergo ita secundum ordinem adhibitis post venæctionem institutam non modo multo melius se habuit illustris , æger : sed & sanguis emissus tam ratione consistentia ,

pavi mixturam ex gummi ammoniaco in aceto squillitico soluto, aqua veronicae, hyssopi, asthmatica, nitro depurato, syrupo capillorum veneris, & de erysmo Lobelii concinnata; & hinc per aliquod tempus præter anhelam spirationem, maxime sub ascensu scalarum molestam, non habui, de quo conquererer. Mense vero Novembri, cum noctu sub largo sudore ac crebra anhelatione evigilarem & surgerem: eodem paroxysmo cum pectoris anxietate, sibili, ac gravi anhelitu stipato infestabar; ab eoque per quinque horas inhærente, adplicato clyster, & data priori mixtura favente divina gratia iterum liberabar. Eadem molestia paulo levioribus symptomatibus mense Januario currentis anni post liberaliorem cœnam eadem hora matutina tertia recrudesceret, pristinis profligata præsidis. Aliquot abhinc hebdomadibus ex vena in brachio tusa optimus ac floridus effluit sanguis: & posthac sèpius descripta accessio bis adhuc semper levior, eandemque servans horam, recidebat. Tum a coena penitus abstinere cœpi, & ejus loco assumptis aliquot vini Rhenani vel Mosellani haustibus, Tabacum fumare ac cerevisiam potare suevi. Abhinc licet pectoris adfectio haud amplius redierit; tamen alia successit ferme molestior. Quotidie enim hora vespertina septima, tanquam concoctionis tempore, quo alias cena uti suevi, præviis cordis palpitatione, extermorum, ac maxime digitorum refrigeratione, & denique largo corporis ac præcipue capitis sudore, ructus insigni anxietate præcordia occupant, & non nisi summa vi atque molestia erumpunt: quibus excretis, satis bene habeo. Per alvum autem nulli unquam redditur flatus. Quid? quod hæc ructuosa molestia præter vespertinum, quod servat, tempus, novissime binis vicibus media nocte præviis levi sudore, cordis palpitatione, ac celeriori pulsu, redierit, meque per integrum horam eruciaverit; donec iis eructatis ab omni molestia liber eram. Neque minus interdiu hi ructus quandoque erumpunt, sed leviores & non tantis, ut priores, stipati symptomatibus. Inter ipsum pa-

roxysmum insignem ventriculi ardorem percipiebam antea atque acrimoniam; sed sumto bis quotidie pulvere ex matris perlarum præparatæ, lapidum cancerorum præparatorum, antimonii diaphoretici ana drachma una & olei ligni sal-safras, ac cinnamomi guttis tribus concocto, & in tres doses diviso, remisit ea adfectio. Alvus, quæ a teneris soluta esse suevit, jam segnior, & nonnisi datis purgantibus vel laxantibus redditur. Sèpius subito accedunt cordis palpitations, quibus durantibus pulsus est intermittens. Ceterum quamvis pertinaciter observem vietus rationem, omniesque cibos flatulentos ac nocivos fugiam, nec illos unquam ad plenam satietatem assumam; quamvis etiam moderato corpus moveam exercitio; & pro potu ordinario vino generoso & cerevisia utar, quoniam intermissa cerevisia alvus fit magis adstricta: nihil tamen minus omni vespera reddit molestum malum. Sub hoc abdomen quidem contabescit; & totum corpus flaccescit; sed vires sunt integræ, & vultus sanorum simillimus ac vivacissimus. Mane veronicam in infuso potare suevi; alvo solvenda ex fusu medici sèpius capiebam pilulas ex mercurio dulci concoctas; vesperi mixturam ex essentia absynthii compositæ, liquoris terræ foliatæ tartari ana uncia semis, elixir proprietatis uncia una paratam ex vino sumebam; & ad roborandum stomachum varias essentias cardamomi, costi veri, piperis longi, gentianæ, millefolii &c. adhibebam; quibus omnibus nullam operam ferentibus, medicus meus mali causam in ventriculi atonia collocat.

C O N S I L I U M.

EX iis, quæ milia de adversa generosissimi viri valetudine sunt prescripta, facile collegi, illam omnino nomen asthmatis flatulenti mereri; quod testantibus crebris ructibus a ventriculi atonia, & hinc suborta illius expansione flatulenta, septum transversum moleste afficiente, natales suos mutuantur. Quum autem morbi, qui ex sola ventriculi atonia, & flatibus in illo

illo retentis dependent, convenientibus carminativis, nervinis & stomachum reborantibus facilissime curari solent; & praesens, exhibito nequicquam horum usus per integrum jam inhæsit annum: necesse omnino est, ut hujus rusticorum ventriculi inflationis præter illius imbecillitatem, adhuc plures subsint causæ. Has inter potissimum referendus est difficultas humorum vitalium per viscera abdominis, maxime hepatis, mesenterii & lievis circuitus: hunc enim in hominibus ætate proiectioribus, sanguineæ temperaturæ, lautæ vinolæque diætæ ac vitæ sedentaria indulgentibus, animique commotionibus obnoxii frequentissimum deprehendimus. Exinde, maxime si nulla adsit ad fluxum hemorrhoidalem proclivitas, nec corpus sufficienter movetur, nec sanguis e pedibus regulariter detrahitur, multi morbi hypochondriaci, spasmodici, flatulenti & asthmatici propulsulant. Namque dum sanguis, per imum ventrem ægre progrediens, in vasis tuicarum intestinalium stagnans, eas distendit; inferiora intestina spasmatica convelluntur strictura; qua non solum flatus, constricto inferius exitu, ad superiora repelluntur, sed & crux ad ventriculum pariter ac pectus atque caput regurgitat majori quidem copia, quam quæ a venis revehi potest. Quamobrem ad tollendos funditus, qui ex tali causa proficiscuntur, morbos, necesse est, ut hypochondriorum ratio habeatur, & stagnantes in illis humores resolvantur atque discutiantur. Hoc fine, non præstantius est aquis mineralibus subsidium; quas inter vel thermæ Carolinarum molares, vel acidulæ Egranæ sub debito regimine, cœli mutatione ac convenienti diæta ad 18. laganas potæ reliquis palmam præcipiunt. Deinceps etiam conveniet, potum mutare, ac in ejus locum aquas Selteranas, binis partibus cum una vini rheani generosi mixtas adhibere: pediluvii temperatis & fere quotidie uti; ac denique quater quotannis languinem ex vena, non in brachio, sed pede cundenda detrahere. Quod pharmaca attiner; ab illis calidioribus atque purgantibus probe ca-

vere oportet; quippe quæ tonum ventriculi atque intestinorum admodum labefaciant. Alvum magis clysteribus carminativis & emollientibus moliri prestat; quæ etiam sponte suo fungetur officio, quando calor internus, & acrimonia humorum atque ventriculi fuerint attempata. Huic vero scopo egregie faciet satis pulvis sequens, pondere drachmæ unius & brevi ante epulas, & vesperi ex aqua cerasorum nigrorum capiendus: Recipe lapidum cancrorum unciam, tartari vi-triolati, nitri purificati, succini præparati ana drachmas duas, seminis cymini drachmam unam & semis, macis, cardamomi ana drachmam. M. f. pulvis d. Hæc remedia sicuti ante potum acidularum, ita & hoc absoluto in usum vocanda; quæ cum acidulis istic, nisi jam polyposa concretio in pulmonibus vel corde præsto sit, quin malum penitus sint extirpatura, nullus dubito.

RELATIO.

NEC spem fefellit hæc curatio; si quidem ab illa, maxime acidulis Egranis, æger asthmatis sui insigne reportavit levamen; & observata dein reæta vivendi ratione, ad hanc usque diem sanus vivit.

CASUS LXXXVI.

De Asthmate flatulento.

Intellexi ex communicato mecum casu, virum quendam illustrissimum per aliquot annos gravi solicitari ægritudine, quæ asthmatis flatulenti atque spasmodici nomen summo tuetur jure. Nominis potissimum, raro de die gravi ac anxiø anhelitu, difficile spiratione adeo corripitur, ut fere suffocari videatur: ipse vero paroxysmus per unam dumtaxat, alteramve horæ quadrantem durat, ac copiosa muci viscidæ per vomitum rejectione semper terminatur; & denique hyemali magis, quam alia tempestate adlitgit. Hujus si causam dispiciam, illam in pulmonibus copiolo, stagnante,

que

quæ sanguine furtam sitam esse, & inde liberum humorum ex uno cordis in alterum ventriculum transitum impediri arbitror. Quandoque enim vasa pulmonum sanguinea a stagnante humore nimium distenduntur, atque dilatantur: aer nec inspirari, nec exspirari libere potest, & hinc suffocationis metus proficitur. Verum enimvero ad indagandas caussas remotiores, quæ malo præsenti viam straverunt, tria potissimum notanda occurunt momenta. Namque primum haud ignorari oportet, ægrum insigni humorum abundantia turgidum, cibis vesci nutrientibus, copioso vino uti, vitæ indulgere sedentariæ, nec aliud sanguinis profluvium tolerasse, nec venam secundam præbuisse: unde omnino ingentem succorum abundantiam quantitatem sibi contrahere debuit. Deinceps notari meretur, ægrum multis flatulentis agitari sueuisse. Quando vero cunque flatus, qui ex vitiata digestione, ac inde relictis in ventriculo solidibus mucidis atque tenacibus, noctu præsertim, vi caloris in halitusos vapores resolutis, originem trahunt, ventriculum nimium distendunt: si inde, ut & diaphragmatis liber motus, & pulmonum expansio, & hinc æquabilis humorum per has partes impediatur circulatio. Quamobrem tam ipsum asthmatum, quam præsertim paroxysmi illius & in nostro ægro a flatulenta ventriculi distensione eo magis derivari debent; cum eructatis istis vaporibus statim remittat spirandi difficultas. Nec denique leve huic malo generando addidit momentum materia acris tartarea, quæ olim juncturis partium inhaerens, arthritidem ac podagrum excitavit, jam vero intra massam sanguinem restare videtur. Namque crebra compertum habeo experientia, arthriticam hancce materiam, si vel in massa sanguinea oberrans haud debite foras protrudatur; vel ab externis partibus intro repellatur, tantum non semper nervosas pulmonum obsidere partes, earumque spastmodicas distensiones, anhelitu gravi ac spiratione angusta stipitas excitare; easdem vero protinus evanescere molestias, si articulatis recruduerit morbus.

Quom itaque ex præsenti casu intellexi, generosissimum ægrum sex abhinc annis dolore atque tumore digitorum, & exteri pedis circa illius malleolos laborasse, ut Podagra affectus videretur: non dubito, fore ut a præsenti pectoris affectione penitus liberetur, si veram incidenter Podagram.

Quod igitur prognosin attinet, facillimum omnino est, ut nisi tempestivæ ferantur suppetiae, molestum aliquando atque periculosum suborietur asthema convulsivum. Etenim in hisce morbis temporis diuturnitate ex stagnante, & magis coagulato cruento in corde pariter atque pulmonibus polypose concretiones generari solent: quæ, dum in dies majora sumunt incrementa, liberum denique & ad vitam conservandam summe necessarium humorum circulum remorantur; & hinc inducendo asthmati convulsivo & præfocanti, aut plane pectoris hydropi perquam sunt opportune.

Quare si a tali malo vindicari cupit per illostris æger, eo summo niti oportet studio, ut remotis primum caussis, ipsa mitigentur symptomata. Quibus scopis obtinendis, necesse ante omnia est, ut imminatur humorum abundantia, ac impediatur, quo minus increbescat, ipsumque magis adaugeat morbum: hinc bis ad minimum quotannis, nempe vere & autumno vena in pedibus est lecanda. Neque minus longe feliciori successu curatio potiretur, si hæmorrhoidalis exercitio, vel sponte naturæ vel arte promoveri posset; quo fine, si tumor vel dolor in ano adparerit, hirudinum adPLICATIO ingentem pollicetur fructum.

Tum quoque operæ erit pretium, coenam penitus abstinere, & corpus sedulo movere, quod & ambulando & equitando & curru vehendo sub tempestate terrena vel horis matutinis, vel vespertinis post absolutam digestionem optime fieri. Ad vitæ enim pariter ac sanitatis conservationem, viatu tenui ac parco, moderato corporis exercitio & usu aquarum mineralium non præstantiora deprehendontur sublidia, quippe quæ partim debitam humorum fluxilitatem conservant, partim

Talutares excretiones, maxime quæ per cutim sunt, egregie promovent, & ideo ad præcavendos morbos sunt convenientissima.

Quibus momentis probe observatis, restat, ut nimia flatum generatio inhibeat, & hinc ventriculo suum restituatur robur: quare consulo, ut sub epulis 40. guttulae essentia, ex corticibus aurantiorum recentiorum cum tinctura tartari præparata, ex aqua hauriantur; & bene saturatae & quavis hebdomade vel mane vel vesperi 20. mearum pilularum balsamicarum capiantur; quæ & vim digestivam adjuvant, & fatus discutunt, & corrumptos humores leviter subducunt. Ex eodem fundamento, alternis diebus, vel breviante prandium, vel facta digestione hora quinta vespertina drachma dimidia salis nostri apertitivi sumenda est; quippe quod fatus discutit, bilis acrimoniam attenuat, humorum orgasmum mitigat, & excretiones per alvum ac urinam insigne promovet. Quo tandem materia arthritica ad externos inviteretur artus, & humores, nocturno potissimum tempore in pectore coacervati, ad inferiores partes deriventur: suadeo, ut æger quavis vespера cubitum iturus in pediluvia, ex sola aqua parata, pedes immittat. Et hæc sunt, quæ proponenda duxi; quæ quin salutari potitura sint eventu, haud dubito.

C A S U S LXXXVII.

De Asthma flatulento cum colica.

Vir quidam quinquagenarius, temperamenti sanguineo-cholerici, plethoricus, vinosis potibus a juventute deditus, & a teneris alvi pigritia obnixius, quam vix ternis diebus reddere suavit, nec ullis morbis solicitatus unquam, nisi febre tertiana ante sexenium tolerata, & abhinc singulo æquinoctio venatione in pede adfuetus, per quindecim jam annos non solum gutta rosacea, verno maxime tempore, ac luna plena exacerbata; verum etiam per octennium insigni manuum laboravit tremore. Is jam per sex hebdomades molesta colica ac alvi

obstructione absque intervallis fere sollicitatus fuit; & non tantum vagos in abdomen dolores percepit, sed quoque tantam spirandi difficultatem sustinuit, ut saepius ipsum erecta dum taxat cervice spiritum trahere oportuerit: horum vero omnia post erumpentes ruetus insigne senserit levamen. Pulsus ceterum naturali fertur similis; & urina, quæ durante paroxysmo obscure rubicunda mingitur, post aliquot horarum moram rubrum, illudque copiosum deponit sedimentum, quibus omnibus denique crebri conatus vomendi superveniunt. In hoc rerum statu, sanguine protinus sub morbi initium e vena in pede tusa detracto, injecti sunt saepius clysteres, deinde pulveres digestivi, aperitivi ac antispasmodici, quæ quidem alvi lubricitatem, ac malo quoddam induxerunt industrias, illud autem funditus expugnare non valuerunt, quin frequenter recruduerit. Quare cum vereatur æger, ne plane iliaca accedat passio: tum, Vir illustris, anhelat consilium.

CONSULTATIO.

Postquam præmissam morbi historiam sedulo mecum perpendi, ægrum insigne ventriculi ac intestinorum atonia, & hinc subortis earum partium flatulentis distensionibus infestari deprehendi: quæ ventriculum occupantes molestam anhelationem, intestina autem obsidentes colicos induxerunt dolores. In hisce casibus, hepatico potissimum vitio quoddam labore, crebra me docuit experientia: in quo cum sanguinis circuitus justo tardior existat atque languidior, humores non solum vitales in tunicis ventriculi ac intestinorum stagnantes, carum partium distensionibus cassam suppeditant: verum maxime bilis haud rite separatur, nec sufficienter in intestinum effunditur duodenum. Neque ideo præstantiora in iis morbis deprehendi remedia, quam amara & temperate balsamica: quæ inter eminet Elixirum ex extracto centaurii minoris, cardui benedicti, millefolii, cro-

croco, myrrha electa & lixivio alcalino paratum; & bis quotidie 8o. guttis propriatum, quod alvi quoque succurrit segniter. Idem Elixirum cum spiritu vini phlegmatico extractum, & quatuor partibus cum una tinctura martis Zwælfseri permixtum, in colicis, atque asthmaticis affectibus, insque diurnis, egregium praestat usum. Nec minori fructu adhibetur sal aperitivum ex lapidibus cancerorum, arcano duplicato atque nitro, cum tantillo olei de Cedro vel chamæmeli veri paratum. Tum quoque frequentem pediluviorum, & venæ sectionis in pede usum commendō, & mane denique potandum suadeo infusum theiforme ex herba melissæ, veronica, floribus chamæmeli vulgaris, semine scenicali & anisi stellata cinnatum.

CASUS LXXXVIII.

De Asthmate spasmatico flatulento.

Vir cœlebs obesus, 46. annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, jam dudum difficulti spirationi obnoxius, quinque abhinc septimanis ex improviso media nocte ingentes in regione musculi psoas sentire cœpit dolores, qui ad pubem progredientes frigidulo dorso sensu, alvi obstructione, & orgasmo sanguinis stipati admodum sœvierunt. Consultus hinc quidam medicus, calculum renum subesse ratus, exhibet ipsi absorbentia antispasmodica, cum nitrosis ac tartaro vitriolato; decoctum ex radice scorzonera & rafura cornu cervi paratum, atque clysteres injici curat. Ex his resiperunt omnia symptomata, & multæ fordes acres atque saline, nullus autem calculus, cum urina sunt redditæ: verum in aliâ æger incidit molestiam, quæ sic se habet. Simulacrum aliquantulum commoverit, aut caput in terram inclinaverit, maxime summis epulis; protinus insigni præcordiorum anxietate, cordis palpitatione, vehementi æstu, ac respiratione difficulti corrumpitur: noctu intra lectum præ nimio æstu ac anxietate commorari nequit; hinc sœpius surgens, melius habet, neque mi-

nus post alvi, vel flatuum excretionem exitium percepit levamen. Ciborum insuper exigua appetentia est, urina rubiconda cum multo sedimento rubro. Ipsa paroxysmo jungitur commotio spasmodica circa ventriculi regionem, acti quidquam in illo agitaretur; abhinc ad caput protrahitur cum copioso sudore. Ceterum perpetuus dolor gravatus occupat ventriculum; & ardor, licet intensissimus, nullam tamen sitim habet comitem: nec tolerare valet decocta ac infusa aquosa, quippe quæ sensum stomachi gravatum adaugent; alvus autem quotidie suo fungitur officio; & denique nullus nec ardor, nec cardialgicus ventriculi dolor affigit.

Accitus ego, omissa jam bis a priori medico instituta venæ sectione, propinavi pulverem ex lapidibus cancerorum, tartaro vitriolato, antimonio diaphoretico, & cinnabari nativa confectum, mane haustum laxantem ex rhabarbaro, polypadio, tremore tartari, semine scenicali & manna calabrina concinnatum dedi: ad promovendam digestionem mixturam ex essentia carminativa Wedelii, rhabarbari, corticum aurantiiorum, zedoaria & spiritu nitri dulci paratam exhibui, & denique pediluvia ex plantis emollientibus sœpius adhibenda ordinavi. Quæ remedia, licet quoddam levamen, non tamen perfectam mali solutionem præstiteront, & cum æger vereatur, ne illud adhuc gravius recrudescat, salutare flagitat consilium.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Docuerunt me tux litteræ, virum quendam, superato ante aliquot hebdomades affectu quodam nephriticò, post hæc in asthma spasmatico flatulento satis grave incidisse. Hoc autem natales suos concremento polypo, cordi, vel vasi cuidam cordis inhærenti, & subjectis obesis, vitæ sedentariæ, largis epulis, ac animi sollicitudinibus obnoxii satis familiari, debere, exinde potissimum colligo; quoniam æger post motum corporis, ejusque situm in lecto horizonta-

lem pariter , ac alvo existente adstricta , & intestinis flatibus expansis insigni eorū dis palpitatione ac præcordiorum anxietate corripitur . Quando enim cunque crux ad dextrum cordis ventriculum congeritur , eoque jam polypo farcto haud debite per arteriam pulmonalem propellit : stagnat in corde , illud distendit , & ad validam sui constrictionem prorūtat , unde & cordis palpitations & præcordiorum anxietates proficiscuntur . Hæc vero symptomata ventriculo flatibus distenso magis exacerbantur ; dum exinde & liber septi transversi motus , & ideo sanguinis æqualis per vasa cordis ac pulmonum transitus admodum impediri solet : quare etiam pulsus sub tali paroxysmo procul dubio feretur inæqualis & intermittens . Talis autem morbus curatu est difficillimus ; cui etiam manus haud libenter admovere soleo , quoniam tantum abest , ut felici potiamur eventu , ut potius malum haud raro in hydrope asciten , vel pectoralem transeat , & cum suffocatione plerumque terminetur .

Quod si vero ipse polypus adhuc præsto haud fuerit , & gravis illa anhelatio solis ventriculi flatibus sustineatur : spes adhuc convalescentiae restat , cui impetrandæ , ut alvus servetur libera , & tonus ventriculi pariter ac intestinorum corroboretur , necesse est . Sub ipso igitur paroxysmo clysterem carminativum protinus adpli- care convenit ; qualis est sequens : Recipere florum chamæmeli vulgaris manipulos duos , summittatum centaurii minoris pugillos quatuor , seminum quatvor carminativorum majorum ana drachmam : coque in aquæ communis libra una cum dimidia ; colaturæ adde olei chamæmeli cocti , syropi dialtheæ Fernelii ana unciam unam & semis , salis gemmæ drachmas tres . M . f. enema . Extra paroxysmum operæ erit pretium , vesperi drachmam salis nostri aperitivi ex haustu aquæ frigidæ assumere ; mane alternis diebus pilularum mearum 12. deglutire , & tribus circiter ab epulis horis 6o. guttas essentiæ carminativæ adhibere , qua sic se habet : Recipe essentiæ carminativæ Wedelii unciam , spiritus de tribus , nitri dulcis ana

drachmas duas . M. d.S. Blehungf. Essentz . Denique vero accuratam diastam obser- vare oportet ægrotum ; in qua omnes sa- litos , flatulentos , ac concoctu difficiliores cibos , omnemque corporis refrigerationem probe vitare , potum eligere levior- rem , ac denique ter quotannis sanguinem e vena in pede incisa detrahere expediet . Hæc sunt , quæ proponenda duxi , quæ Deus reddat salutaria precor .

C A S U S LXXXIX .

Narcissus , vir 38. annorum , tempe- ramenti cholerico-sanguinei , tri- bus circiter abhinc mensibus Francofur- tum ad Viadrum profectus , sub itinere febre multo vomitu stipata corripitur : a qua datis a quodam medico potiunculis diaphoreticis & temperantibus liberatus , sub discessu de crebris in latere dextro puncturis conqueri coepit . Redux , & per sex circiter dies domi commoratus , Stetinum , quinque milliaribus a loco , in quo degebatur , distans nave aperta profici- sci decrevit . Conscendit quoque illam ho- ra vespertina sexta levi indutus amictu , & non solum suborta mox tempestate plu- viosa , verum etiam aere ac cœlo per totam noctem inclementi atque horrido in- signiter refrixit . Accedens Stetinum , & ibiduo ibidem sub illibata sanitate com- moratus , tum de insigni præcordiorum anxietate & omnium artuum lassitudine conqueri coepit . Hinc protinus domum reversus , mox corripitur prævio horrore brevi , astu insigni , cum ingenti anhe- latione , acsi suffocari vellat , aliisque symptomatibus stipata ; qua in sequenti nocte magis invalefcebant , cum puncturi- ris sinistri lateris . Quare vena in dextro pede statim incisa , mox evanuerunt di- ate puncturae : sed cum reliqua sympto- mata non solum insisterent , verum etiam dysuria pariter ac flatulentia accederet : medicum absentem accersi curat æger , qui congruis medicaminibus novissimas binas affectiones profligavit quidem ; at constrictionem pectoris asthmaticam de- bel-

bellare haud potuit. Hic ager ex imperio medici ad locum, ubi hic degebatur, per septem millaria in curru testo devehitur: quo pertingens, denuo puncturis praecordiorum, ac violenta tussi agitari coepit. Hac enim noctu praesertim adficit, omnemque somnum eripit; tanta quidem vehementia, ut, ubi ingrui, ager letum deserere, ac erecta cervice violenter tussire teneatur: cum nulla plane mucosi refectione, & potius copiosissimo sudore. Contra huc mala nulla, quae e re erant, prelaudatus medicus omisit remedia; sed nec tussim mitigare, nec hinc turbatum somnum conciliare potuit. Tum eosensu illius medici peregre abeuntis, alius D. Reimati auxilium implorabatur, qui tussim ferinam, prævia refrigeratione ab humore tenui, acri, & salfo a capite ad fauces & pectus delabente subortam ratus, eam minime nec volatilibus, nec anodynis; sed potius expectorantibus, emollientibus, refolventibus & consolidantibus oppugnari debere putavit. Hinc ordinavit pulveres, pectorales ex spermatis ceti uncia, dimidia, seminis Angelicæ drachma dimidia, satchari Canariensis uncia una cum dimidia, olei destillati anisi gottis decem concinnatos. Nec sine egregio fructu, & pectoris levamine dedi potiunculam mannatam ex manna electæ uncia una & semis, solutæ in aquæ florum sambuci & acacia ana. uncis duabus cum dimidia, & olei anisi gottis quanto permixta, confectam; & denique pectori dorsoque hoc imponi jussit. emplastrum: Recipe myrrha electæ, ceræ flavy ana. unciam unam, pinguedinis humanae drachmas sex, spermatis ceti, thefebinthinae ana. unciam dimidiæ, florum sulphuris drachmas duas, croci, camphore, olei anisi ana drachmam unam. M. f. l. a. emplastrum. Ex his remedii eximum tussis levamen deportavit ager: sed redeunte priori post tres dies medico, cum ab hoc iterum acceperit medicinas, ingrauescere rursus coepit malum. Tussis enim aridissima, nocte dieque eadem vehementia adficit; & sex abhinc hebdo, madibus tumor pedum accessit; qui quo majora sumebat increm enta, eo mitior

erat tussis; cum autem jam imminui videatur, tussis iterum exacerbata est. Ceterum ciborum integra fruitur aptentia; bona digestione; pulsus ordinario, & sub tussi paulo citatori, & alvo aper ta. Quum autem tussiculosa molestia adhuc urgeat, salubre anhelat consilium, & doceri potissimum aet, quo laboret morbo? quæ ejus causa? anne medicatio haec tenus instituta sit conveniens, & quæ alia in usum vocanda? Nec denique ignorare oportet, ægrum Tabaci, vinarum calidorum, ac crapularum fuisse amantissimum, ac fortiori corporis motu induluisse; ut hinc & crux vitalis acrimonia quadam imbutus, & viscera vita lia obstructa videantur. Et quod notandum est, jam intra spatium duorum mensium centum & sexaginta formulæ medicamentorum ipsi sunt præscriptæ, quas etiam omnes assumunt.

CONSIGILII MEDICUM.

QUAMQUAM ægritudo, quæ Virum Spectatissimum immaniter tractat, ex litteris satis copiose mihi sit prescripta: optassem tamen, ut his additum fuisset, quanam ager primum laboravit febre, num acuta, numne intermitte, aut quosidiana, aut tertiana, quæ symptomata toleraverit, quæ remedia adhibuerit? anne dolorem, cuius mentione fit, pungitivum in pectori, an hepatis, an hypogastrica regione perceperit? num sit plethoricus, & fluxui hemorrhoidal obnoxius? an venam secandam præbere sueverit, anne potius neglexerit? num cruda usus dieta, scorbuticam sibi met contraxerit dyscrasiam? & num denique sub præsentis mali accessione pulsus fuerit intermittens, an inæqualis, & qualis urina &c. Interim quantum ex prescriptis symptomatibus judicare licet? ager spasmodico atque flatulento infestari videretur asthmaticus, sub quo, impedito humorum vitalium ex dextro in sinistrum cordis ventriculatum transitu, & per pulmonum vasa progressu, sanguis in dextro cordis thalamo subsistit, stagnat, illum distendit, & hinc præcordiorum anxietatem.

tem pariter ac spirationis difficultatem inducit. Huic autem malo binas potissimum subesse credo causas, nimirum partim concretionem membranaceam ac polyposam, in cordis ventriculo vel vasis pulmonalibus generari inchoatam; partim tuberculā quædam duriora, in vesiculosā pulmonū substantia ab hujus obstruzione suborta, ex quibus tussis nimis ariditas est derivanda. Harum si primam dispiciam originem; eam in magna corporis refrigeratione post toleratam febrem facta ac inde prohibita transpiratione sitam esse arbiter. Namque cum humores, a febri- li saburra per liberam transpirationem nondum penitus depurati, attamen ab extremis partibus ad cor & pectus magno impetu compulsi, ibidem stagnationes subierunt: produxerunt primum anxietatem praecordiorum, & dolorem in latere thoracis dextro pressorum, quæ symptomata, derivato per venæ sectiones ad inferiores partes cruento, mox remiserunt. Verum cum deinceps infarctui ac stagnationi earum partium ulterius discutienda haud studuerit æger, ac insuper quædam illarum regionum atonia relieta fuerit: major omnino ad illas humorum affluxus invaluit, & exinde procul dubio prima rudimenta & polypi & tuberculorum in pulmonibus scirrhosorum posita fuerunt. Hæc enim non solum ipsius tussis pertinacia, verum etiam accedentes pedum tumores attestantur, qui asthmatis spasmatico, ex polyposis concretionibus enato, plerumque supervenire solent.

Ceterum institutæ hactenus curationis nolo esse arbiter; interim nimia farrago ac varietas propinotorum remediorum mihi haud arrideret. Hæc enim tam promiscua & sapientia heterogenea medicamina partim solidarum partium, maxime ventriculi robur atque tonum destruunt, partim fluidarum temperatam texturam pervertunt, atque ideo plus damni inferunt, quam emolumenti. Si libere dicam, quæ sentiam; medendi methodus, quam habuit D. Reimarus, longe mihi videtur convenientior, quam qua usus est medicus ordinarius. Quicquid sit, ego certe spem integræ sanitatis haberi posse valde

diffido, cum partim causa morbi in partibus solidis jam altiores egerit radices, & perarduum sit, polyposa concrementa, aut scirrhosa tubercula penitus discutere; partim ob debilitatos pulmones insignis humorum ad illos contingat affluxus, de quo timeo, ne catharrum aliquando inducat præfocantem; partim denique tumores pedum jam accesserint, quæ in asthmate plerumque vel hydrope pectoris vel ascitem minari solent. Quod si autem ob ætatem juniores, ac adeptentia integratatem, adhuc quædam curationis spes supersit, fore ut sequenti ratione eam impetrare liceat credo. Nimirum si quædam ad hemorrhoides adparuerit proclivitas, prævia fomentatione hirudines anno admovendas hortor; & pro potu ordinariori Selteranas acidulas vel hoc decoctum commendō: Recipe radicis chinæ, sarsaparillæ anauncias duas, corticem ligni salasafras drachmas tres, herbare cardui benedicti manipulos duos. Conc. Cont. irrorantur cum olei tartari per deliquium uncia dimidia. d. S. species, quarum binæ unciae in quatuor aquæ mensuris per integrum horam in vase probe clauso decoquuntur. Cum autem præterea, licet integer sit adperitus, tamen ob multum remediorum dulcium anodynorum sum vim ventriculi digestivam aliquantulum laſam else, ac flatus in illo generari suspicere: haud alienum erit, sub epulis ex ultimi haustu vel ballami mei viræ guttas 10. vel Elixirii vilceralis guttas sexaginta ægro propinare; & ad derivandos a pectori humores, quavis vespéra sex vel septem pilularum maiorum balsamicarum exhibere. Et si denique anhelatio nimium invaluerit; liquoris mei anodynæ viginti guttae ut ex aqua veronica sumantur, ac mane quatuor præscripti decocti vascula calide sorbillentur, consulo. Hæc sunt, quæ longa experientia edocet, in tam gravi mali proponenda duxi: quæ, si adhuc illa reconvalescentia spes soveri poterit, quin voto sint responsura, nullus dubito.

C A S U S X C.

De Asthmate spasmodico convulsivo.

POstquam anno 1713. ineunte au-
tumno, peregre factus triticeam
cerevisiam potaveram, & inde sub ne-
bulosa tempestate reversus, iter octo
milliarium una die equo confeceram :
in sequente nocte tanta corripiebar anhe-
latione, ut pra&e anxietate præcordiorum,
ac spirandi difficultate lecto im-
morari haud potuerim. Hinc accitus
D. D. L. ordinatis pediluvii, & datis
essentia ac infuso pectorali intra aliquot
dies malum profigavit. Sed vix elaps
semestri, recruduit illud longe atrocius,
& quidem magis per intervalla, ut sa-
pius per aliquot hebdomades, quin &
menses ab eo immunis fuerim; licet
multos consuluerim medicos, multa ad-
hibuerim medicamina, & saepius mox
in brachio, mox pede venam runden-
dam præbuerim. Sic ad hoc usque tem-
pus milere adfligor hac molestia; qua-
tamen haud raro hausto unico infusi
calidioris vasculo, aut moto aliquantum
vel equo vel obambulatione corpo-
re, remittere solita est, postquam mu-
cum solutum libere exscreare potui: hoc
enim excreto protinus libera gaudeo spi-
ratione. Neque tamen minus, licet
ventriculus admodum videatur languidus,
satis integra fruoradpetentia: nec
ab illo tempore graviores toleravimor-
bos, nisi ante novem annos intermit-
tentem, & ante septem continuam
biliosam febrem. Præterea alvo segni,
& vix omnibus tribus, quin & sex die-
bus soluta, nec non crebra flatulentia
solllicito; quam pectoris vitium saepius
exacerbare credo: hinc etiam remedia
salina, antispasmodica, precipitantia,
ac carminativa egregium mihi ferunt
levamen. Contra vero omnia vina aci-
dula, & omnia acida ac salita edulia
mihi admodum infensa deprehendo:
dulcia autem vina, maxime Hungari-
cum moderate sumptum & confortando
stomachum, & aperiendo alvum insigni-

ter conferunt. Non minus alvo solvenda
inserviunt quædam vascula potus succola-
da, vel Coffee, vel etiam Thce mane as-
sumta: sed herba Thee copiosius & cre-
brius adhibita, progenerat acrimoniam,
debilitat stomachum, ac imminuit adpe-
titum; herba Theebois frequentius ufur-
pata caußatur æstum præternaturalem;
at potus succolada roborat ventriculum,
alvum solvit, ac mitigat dolores dorsi ac
lumborum, qui violentam anhelationem
saepius comitari solent. Quare etiam ho-
scæ potus alternativum sumere suvi, ne
forsitan natura uni vel alteri adsœscat.

Ut adhuc pauca de asthmate meo mo-
lesto addam: haud ignorari oportet, il-
lad jam per unum cum dimidio annum
haud tanta quidem me exagitasse vehe-
mentia, quam quidem antea; novissimo
autem mense atrocius iterum infestasse.
Nimirum ipse paroxysmus noctu potissimum,
hora circiter tercia vel quarta so-
let ingruere cum anxietate præcordiorum
ac angustia spirationis, tum experges-
sus largo sudore ac nimio languore pro-
sternor, qui alias sub somno non accedit.
Simul ac vero vel instituto leviori corpo-
ris motu, vel sumptis remedii convenienti-
bus solvitur mucus pectus occupans, ut
exscreari possit, tum ab omni liber sum
molestia. Neque etiam minus vehe-
mentem illam spirationis difficultatem insi-
gnes comitantur dorsi, lumborum, ac
omnium fere nervorum dolores; qui jam
jam ob morbi diuturnitatem, extra pa-
roxysmum quoque me cruciare ceperunt.
Præterea malum semper stipatur molestis
flatulenta atque alvi obstructione: qua-
tamen, si ingens fuerit asthma, vi rese-
ratur cum excrementis lubricis, sed ad-
modum acribus. Ceterum omnem frigi-
dum, humidumque maxime vesperti-
num aerem, animi affectus graviores,
& fortiorum corporis motum, maxime
ambulando valde mihi adversari depre-
hendo; hoc enim in veheuentem sudo-
rem, ac insignem humorum conjici-
ebullitionem; quid? quod exinde olim,
cum ad spasmaticas dissensiones pronus
essem, haud raro tantum dextræ manus,
atque femorum incidi spasmum, ut im-
mo.

mobilis stare , nec ulterius progreedi poterim .

De praesenti liber sum ab asthmate , & non nisi dictis dorso doloribus agitor , somno suor placido , & exigua ciborum adpetentia , sed cum verear , ne recidat malum , tuum imploro consilium , ac ab illo vindicari anhelo .

CONSULTATIO.

Ex iis , quæ de tua valetudine adversa mihi prescripsisti , probe ponderatis , conjeti Te asthmate spasmodico convulsivo laborare ; quod nocturno praesertim tempore , maxime hyeme per intervalla ingruit , & post insequutum pituitæ screatum remittit . Hujus autem caussam in dyscrasiam humorum scorbutica collocandam esse credo ; quæ partim ex obstruktione ductuum biliosorum in jecinore ; partim reliquarum excretionum suppressione , ac sanguinis in imo ventre stagnatione suam traxit originem . Hæc enim succorum acrimonia , accedente præprimis transpirationis per aerem frigidioris repressione , aut animi commotione , nervosis corporis partibus , maxime septo transverso , & nervis pneumoniacis incabit , hoc vellicat , & hinc præcordiorum anxietates , spirandi impedimentum , gelidumque corporis inducit sudorem . Licet enim hæc molestia post exscreatum mucum remittere soleat : haud tamen inde hic mucus pro causa mali est agnoscendus ; sed id dumtaxat exinde colligere licet , quod spasmodica bronchiorum constrictio fuerit mitigata .

Quod si ergo ab isto malo liberari cupis ; ante omnia eo erit respiciendum , ut a criminia humorum attemperetur , eorumque æquabilis per omnia viscera restituatur circuitus , & denique spasmodica consopia tur strictura . Hisce vero scopis obtinendis non præstantius mihi thermis Carolinis , maxime molaribus , suppetit præsidium ; quo etiam vir generosissimus de D. eodem & longe graviori infestatus affectu intra binos annos pristinæ restitutus fuit sanitati . Quare etiam atque etiam horrort , ut cum ipsis aquis sub finem Au Hoffm. Consult. Med.

gusticurationem , quam vocant autumnalem , instituas , hisque per tres circiter hebdomades potis , balneis Tœplicensis bus per decem dies utaris . Quod si tibi arriserit , tum te docebo modum illas portandi . Interim non ludi operam credo , si hac estate acidulas Selteranas adhibueris , earumque tepidarum singulo mane integrum hauseris lagernam per tres circiter hebdomades . Ante usum autem eorum non minus , ac illo finito , nec non bis sub ipso potu alvum moliri oportet ; quod pilularum mearum 15. vesperi sumatis , & postridie drachma salis mei aperi tivi ex haustu acidularum istarum devora ta optime præstabis .

Deinceps operæ fore pretium existimo , ut bis quotannis ex vena circa æquinoctia in pede tusa sex vel septem cruoris uncias detrahi cures ; & evitata omni cerevisia , sequens pro potu ordinario adhibeas decoctum : Recipe radicis scorzonera uncias quatuor , altheæ , peoniæ , sar sapharilla , chinæ ana uncias duas , cichorei , liquoris rasiuræ ligni sassafras ana unciam unam . Conc. mixta d.S. Species , quarum binæ unciae in tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes coquendæ sunt . Ex eodem decocto sumta bis vel ter quavis hebdomade pulveris mei bezoardici vesperi dosis egregiam feret opem . Nec deniq; minus liquoris mei anodynæ 20. guttaræ in & extra paroxysmum bis quotidie vesperi ex allegato decocto ; mane ex infuso Theiformi capere conveniet , quod sic se habet : Recipe herba veronica manipulum unum , summitatum millefolii , florum tiliæ , chamæmeli vulgaris , sambuci ana pugillos quatuor , seminis anethi , foeniculi ana drachmas duas . Conc. cont. d. S. Species zum Krauter-Thee . Intra paroxysmum autem alvum clystere protinus solvere expediet .

C A S U S X C I .

De Asthmae spasmodico & hypochondriaco .

D ivini verbi minister , annorum 49. statuæ longioris , se strictioris , tem pe-

peramenti melancholico-cholerici, patre genitus arthriticus, & arthritide intra corpus retrograda (a) anno etatis quadragesimo tertio defuncto, animoque satis infusibili, & ad commotiones admodum proclivi præditus, in sua juventute sèpius (b) ad vigesimum usque etatis annum sanguinem e naribus sundere suevit, & tum, licet sub dura educatione variis obnoxius fuerit totius corporis refrigerationibus, (c) sub illibata vixit sanitate. Postquam autem cessantibus his hæmorrhagiis, nec venæsectionibus, nec scarificationibus ventilata fuit humorum abundantia, male habere cepit, & primum anno etatis vigesimo sexto, cum vix per unum annum duxisset uxorem, febre acuta, & proximo abhinc anno arthritide est infestatus; quæ tum per aliquot septimanas inhærens, (d) posthæc singulo vere recruduit (e). Hanc sèpius præcedere solitæ sunt efflorescentiæ herpeticæ (f), aut potius scabies siccæ, pruriens & ardens artuum extermorum; quæ erumpente arthritide sponte evanuerunt. Adhibitis ergo variis multisque remediis, venæsectione, scarificatione, acidulis Pyrmontanis, ac inflito brachio fonticulo arthritide æque ac scabies remisit. (g) Illa cum ultima vice tensivo ac gravativo in intestini circiter duodenii regione dolore, ac alvi obstructione fuisset stipata, visum ægro fuit, ac si arthritis per dorsum spinam ad cervicem ascenderit. (h) Abhinc obtusum pressionis in occipite percepit sensum, qui admisso aere frigidiori longe fit acutior: & præterea materia mucida atque tenax per infundibulum ad fauces delabi, ac saliva sèpius frigida ac glutinosa esse cœpit. Neque minus, cessante arthritide, perfecta sanitatem nunquam est potitus, licet suos medicorum sufficienti motu corpus exercuerit, diatam observaverit accuratam, post sumtos calidiores potus Thee vel Coffee, aut epulas ad avertendam ventriculi pressionem vinum moderate assumere sueverit. Tandem tribus abhinc annis spiratio angustia (i) maxime sub ambulatione, aut ascenso per loca acclivia esse cœpit, & per intervalla levior graviorque fuit; nunquam autem

penitus remisit. Hanc molestiam nunquam nec pituitæ rejectio, nec sibilus in pectori exceptit: sed tussis nonnunquam siccæ accessit. Potæ ante biennium acidulæ Pyrmontanæ tantum abest, ut huic malo tulerint suppetias, (k) ut potius aliquando acciderit, quod, cum æger post assumtos vesperi cibos pinguiores insigni excandesceret iracundia, postridie vehementi vomitu, ac suffocativa ferme corriperetur angustia; & ab hoc paroxysmo mox liberatus sub illo potu de continua nausea, ac constrictione pectoris conquereretur; hinc ab ulteriori illarum usi abstinuit.

Tandem vero præteriti anni tempore meæ curæ se tradidit ægrotus, quem cum ex ventriculi imbecillitate ac flatulentis hypochondriacom judicarem, præter consuetam venæsectionem infuso vinoso ex amaris, aperientibus, stomachicis atque laxantibus parato tractavi. Remiserunt inde omnes ferme molestiæ, sed respirationis vitium in eodem mansit tenore; & aliquot abhinc hebdomadibus post prævias varias solicitudines atque incertores, admodum increvit. (l) Nec ullum ex instituta venæsectione, & datis laxantibus, uti antea, resultavit levamen; & potius malum hoc tempore atrocius sic se habet: ægrum dormiturum, vel nonnunquam per unam alteramve horam somno fruitum corripit spirandi angustia; sub qua omnia veluti constricta videntur, & ipse vel sedendo aerem attrahere, vel plane surgendo & obambulando spiritum anhelare debet: ipsa vero exspiratio nullo laborat vitio. Hic paroxysmus proximis abhinc diebus hora vespertina quinta vel sexta ingruit, & paullatim ingravescens ad medianam usque noctem inhæret; subsequuto tum, quanquam turbulento somno. Stipatur ille præterea sudore faciei gelido, extermorum refrigeratione, & venarum alias sanguine maxime turgentium, aliquali subfidentia: nec minus jungitur tussis primum siccæ, mox humida. Mucus, quem matutino maxime excreare solet tempore, nec multum viscidus, nec pravi, sed albantis coloris, nec adeo copiosus est. Neque etiam anhe-

fatio illa atq; tussis penitus intermittunt; sed de die dumtaxat remittunt, ac vespere iterum cum molestissima tussi exacerbantur: non minus sub humiliori decubitu, aut si lateri sinistro incumbit, fortius ambulat, aut diutius sermonem protrahit, exasperantur, ac novissime leviori stipantur raucedine. Porro sub ipso paroxysmo observatur palpitatio ac tremor cordis; pulsus arteriarum fertur assidue parvus, durus, inordinatus, vel intermittens, vel tremulus: (m) quid? quod aliquando digitum subterfugerit, & proximo post venæselectionem die magnus fuerit cum spiratione anxia elevatis alis.

Ceterum haud ignorari oportet, agro planum esse pectus, ac prominentes scapulas, ipsumque inclinato pectore & intedere, & sedere sueisse. Regio epigastrica a scrobiculo cordis ad umbilicum ferre usque nec inflata, nec tumida, sed tensa est, & pressa fortiter dolet; in qua videtur agro, ac si palus hæreret, (n) qui impediret respirationem: ibidemque sub tussi renis quidam sentitur, cum pulsatili ac palpitorio ejusdem regionis dolore. Hanc molestiam æger, qui totum morbum a debilitato derivat ventriculo, statibus adscribit, quos sub decubitu in sinistro latere ad pectus ascendere, illudque male afficere affirmat: cum autem cum cordis palpitatione atque tremore accuratam observet temporis rationem, cumque illis exacte respondeat; illam potius eandem cum his agnoscere caußam existimo. Nihilominus ex hac sibi imaginata causa, ructus vi quadam explodere aninitur; qui eructati levamen misero ferunt, suamque magis confirmant opinionem: postquam autem coactam hanc eructationem interdixi, flatus illi non nisi sumto potu, vel sub paroxysmo, vel sub ambulatione erumpere fuerunt sponte, cum nullo mali allevamento. Porro sub graviori paroxysmo nausea quadam corripitur æger, nullo nec vomendi conatu, nec ipso vomitu, nec copiosiori saliva affluxu stipata: alius (o) naturaliter gaudet successu, & quotidie semel vel bis redditur, nec urgenti statu, nec borborygmi; quod si autem forsitan pigra evadat, spi-

rationem magis reddit difficilem. Integra ciborum fruitur adpetentia; neque ullo præternaturali, vel acido vel falso sapore os afficitur, urina mingitur rubicunda, rubrum sedimentum & crystallos tartarea ad latera matulae deponens. (p) Languor corporis eo magis crescit, quo magis somnus ab interpolato anhelitu turbatur: hic quoque sibi prius est naturalis, nunquam sine anxia spiratione, & plerumque multis jactitationibus corporis ac vigiliis stipatus. Nec ignorari oportet, agrum jam diu cum terrore e somno saepius suscitar; sub hoc autem affectu uxor observavit, quod, antequam evigilet, valida cordis percipiatur palpitatione, post quam ille semet inquietus jactare incipit. Vigil absque ulla molestia in horizontali situ cubare potest, dormiens vero capite magis elevato decumbere tenetur. Porro vultus est ex livido pallidus, (q) oculi vivaces, sed tristes, animus in mortorem ac excandescientiam admodum pronus.

Neque ullum malo infert levamen vietus pertinax observatio; quid? quod contra adpetitum (r) a cena jam abstinere prorsus debeat, cum somnus inde reddatur magis inquietior. Post institutam nuper venæselectionem tumor aliqualis pedes occupare videbatur; qui autem mox evanescens, novissimo biduo iterum adpareret cœpit. Hæmorrhoidibus nec cœcis, nec fluentibus, nec imi ventris torminibus unquam fuit obnoxius; multi sermones, maxime quos ex suggestu facit, non minus ac meditationes, quas die saturni instituere solet, anhectionem exacerbant; quare dicto die pilulas Francofurtes adsumere suevit. Post omnem corporis & refrigerationem & exæstuationem insigniter invalescit spirandi angustia: non minus haec majora sumit incrementa cum majori virium jactura ex usu vini, laxantium, quin & clysterum. Non conducunt stomachica, ac balsamica: contra vero majori cum fructu propinantr pulveres antispasmodici, cinnabarini, nitrosa, & externe linimentum antispasmodicum ad pectus & costas spurias adPLICatum. Melius etiam:

habet ex obambulatione, quam decubitu. Urina novissime pauca redditur quantitate, cum parum bibat; at multi sub gravi somno fluunt sudores. Ipse denique nonnunquam veluti flammam pectus ascendere asserit. Quæ cum ita sint, Tuum anhelat consilium, & doce ri cupit, quonam infestetur morbo? quæ illius causa? quæ curatio; ac num aquæ minerales, vel Pyrmontanæ, vel Selter ranæ ipsi futuræ sint salubres?

Epicrisis.

Quum in hoc casu multæ occurrant notatu dignæ observationes, quæ ad illustrandam affectuum spasmadicorum rationalem pathologiam egredie faciunt: haud alienum putavi, quædam ex illo notabiliora momenta penitus explicare. Ipse itaque morbus ad affectus spasmatico-asthmaticos, quorum loboles cachexia esse solet, referri mereatur. De hoc itaque notetur:

(a) *Ægrum a parente arthritico, arthrite retrograda peremto, fuisse genitum.* Quoniam igitur natura arthritidis in spasko nervosarum partium circa articulos potissimum consistit, facile adparet, nostrum a nativitate genus nervosum admodum debile & ad spaskos atque motus irregulares valde proclive obtinuisse.

(b) *Ipsum eximia sensibilitate, & ad mœvores ac iracundias proclivitate pollere.* Ita est: namque animi affectus a dispositione generis nervosi ac fibrosi maxime dependent: & hinc attenta & crebra docet experientia, in omnibus affectibus, ubi nervosæ partes spaskis ac stricturis regularibus agitantur, mentem ad terrorem, timorem, excandescentiam atque solicitudinem absque nulla vel levissima causa esse facillimam: hanc vero sensibilitatem protinus cessare, si distensiones partium internarum ac nervosarum remiserint. Hinc in ipsis paroxysmis mens est longe sensibilior; & inde denique arctissimum, quod corporis motus, & animi affectus intercedit, commercium uculenter adparet.

(c) *Ægrum a juventute ad annum etatis vigesimum sepius sanguinem e naribus reddidisse cum insigni fructu.* Excretionis sanguinis per naribus, quæ in infantia fit, certum inæqualitatis circuitus humorum, a spasmatica distentione & generis nervosi debilitate natales mutuantis, præbet indicium: & huic evacuationi obnoxii in juventutis annis plerumque spuro sanguineo, aut tabe pulmonum; ætate autem proiectiore, nisi accedat hemorrhoidalis fluor, aut humores venæfectinibus evanescunt, haud raro asthmatis, arthriticis vel podagrericis cruciari solent affectibus.

(d) *Hinc cessante narium hemorrhagia, nec alio modo ventilatis humoribus, æger male habere cœpit, & præter continuam febrim, arthritidem incidit vagam.* Quando enim cunque corpus quoddam spasko obnoxium est, omnes motus atque functiones vitales inordinate succidunt. Fiunt nimis hinc inde stagnationes ac congestiones humorum, maxime si hi abundaverint; & imminountur motus secretorii, & excretorii, præprimis qui per cutim salutari consilio contingunt: inde vero generatur impuritas humorum salsa, sulphurea, acris, quæ & febris & dolorum arthriticorum pabulum existit, atque nutrimentum.

(e) *Singulo vere redierunt motus arthritici.* Constans confirmat observatio, omnes morbos spasmaticæ indolis, veluti sunt arthritides, asthmata convulsiva, febres phreneticae, paroxysmi hypochondriaci, melancholici, maniaci, affectus rheumatici, pleuritides spuriae &c. circa vernale potissimum recrudescere æquinoctium; maxime si tempestivis venæfectionibus, aut congruis evacuantibus haud præveniantur. Hoc enim tempore turgescunt ac commoventur humores; fluidi nervi influxus in partes musculosas atq; nerveas fit copiosior; hinc motus intenduntur, ac irregulares iterum excitantur.

(f) *Præcesserunt arthritidem afflorescentia herpetica & rodentes manuum;* quibus evanescuntibus successit arthritis. Ex hoc momento clarissime patet, causam dolorum atque spaskorum arthriticorum esse

esse serum impurum, salinum, ac ferme causticum: quod per habitum corporis foras propulsum, internas partes nervosas relinquit, easque ab omni spastmo liberas esse finit; idem vero intra corpus remanens incumbit diëtis partibus, & ilias ad stricturas proritat.

(g) *Instituta venæsectione pariter ac scarificatione, inficto fonticulo, & posis Pyrmontanis acidulis remiserunt & sca- bies, & arthriticæ accessiones.* Ratio in aprico est: namque iis subsidiis abundanta humorum imminuta, & per acidulas excretiones per omnia emunctoria fuere adjuta, hinc universa humorum massa de- purata.

(h) *Observavit ager, acsi arthritis per spinam dorsi ad cervicem ascenderit, ibi demque firmas egerit radices.* Nimirum in omnibus spasmaticis ac convulsivis affectibus, medullæ spinali, sensibilissimis ac nervosis admodum membranis investita, multosque nervos emittenti singulare debetur animadversio; quippe quæ principalem motuum spasmaticorum sedem constituit, unde hi per omnes corporis partes distribuantur. Hoc eo clarius confirmatur exemplo rigoris, qui in febribus occurrit intermittentibus, paroxysmorum hypochondriaco-spasmaticorum, ac omnium ferme hemorrhagiarum: ubi primum observantur dorsi, & maxime circa lumbos dolores; artus externi refrigerant; humoresque ad interiora, cor potissimum & pectus compelluntur, & varia inducent symptomata. Quare etiam vero videtur simillimum, quod in praesenti casu materia arthritica caustica ad membranas medullæ spinalis superioris decubuerit, & hinc partim externas capitum partes, maxime occipitis musculos, partim internos fau- cium musculos spastis adfecerit.

(i) *Tribus abhinc annis spiratio angu- sior esse caput, cum trassi sita, que magis magisque invaluit.* Frequentissimum est, affectibus arthriticis atque podagrīs re- mittentibus, vel retro pulsis plane suc- cedere morbos asthmaticos. Arthriticum enim serum ad partes septi transversi ner- vosas, tunicas bronchiorum nerves, & muscularum intercostalium membranas

Hoffm. Consult. Med.

devolvitur; quas convellendo non solum spirationem impedit, verum etiam libe- rum sanguinis per pulmones & cordis ventriculos remoratur circuitum: unde non solum functiones naturales insigniter turbantur, sed & ipsa viscerum lesio me- tuenda est.

(k) *Post aquarum Pyrmontanarum, licei tepide potarum usum effectus asthmatico spasmaticus adeo increvit, ut ager suf- focari fere videretur.* Non enim ignorari oportet, aquas minerales in asthmate spasmatico graviori, maxime sub illius paroxysmo aut cautiissime aut plane non adhibendas esse. Namq; ut taceam, spasmatica in hisce morbis stricturas liberum earum aquarum per vas a sanguinea impedi- re transitum, ac hinc facilime hydropem pectoris inducere posse: constat minerales, maxime Pyrmontanas aquas principium pattim martiale adstringens, partim spiritu osm aereo-athereo-elasticum fo- vere, ideoque omnes motus potenter excitare. Quamobrem sicuti in tempera- mentis languidis, & ubi progressus humo- rum est torpidior, divinam fere exferunt operam: ita in motuum intensione majus damnum inferre solent.

(l) *Hac hyeme post excandescens iam præcordiorum anxietas majus sumitum incre- mentum.* Neque etiam mirum; nihil enim in affectibus spasmaticis, ex virtute nervo- sarum partium subortis, majorem pare- re potest noxam, quam corporis refrige- ratio, & animi effectus; qui cane pejus & angue sunt evitandi.

(m) *Tribus novissimis septimanis af- fectus spasmaticus atque asthmaticus, ver- sus nocturnum maxime tempus, admodum suit exacerbatus: nimirum pectus valde constringitur, artus extremitate refrigerant, ve- ne subsident, tussis urget sita atque molesta, cordis palpitatio, pulsus durus, in aqua- lis, parvus & intermittens.* Omnia hec symptomata spastis debentur, partim qui præcordia occupant, partim qui cor & tunicas arteriarum nervo-musculosas obsident, ideoq; motum cordis & arteria- rum alterant. In hoc autem rerum statu facillime in ventricalis & canalibus cordis generari solet polypus: namque dum

cruor in corde , ejusque vasis stagnat , valido cordis motu fit , ut partes solidescentes sanguinis comprimantur , ac polyposum forment concrementum ; fluidiores autem per poros auricularum cordis in pericardium veluti percolentur , & mora temporis ex hac lymphæ secessione ac extravasatione hydrops pectoris suboriri potest .

(n) *Videtur ægro , acsi in regione epigastrica fructum quoddam instar pali efficiatum , quod impediret spirationem liberam . In asthmate spasmodico ventriculos atque superiora intestina plerunque simul solent esse constricta . Quandounque igitur orificia ventriculi spasmus sunt occlusa flatus , exire nescii , in eo cumulantur , eundem distendunt , hinc descensum septi transversi impediunt , & respirationem reddunt difficultem , adeo ut sub inspirationis actu renis quidam in iis sentiantur regionibus , & explosionis per apertum fistulum ventriculi orificio roctibus , aerem liberrime atrahere liceat .*

(o) *Alvi successor est naturalis , nec siipatur multis flatulentis . Ex hoc symptomate elucescit , spasmos superiores dum taxat regiones , pectus , ventriculum atque transversum obledisse septum ; & ab his libera intestina , bono sane præsagio , naturali adhuc pollere tono atque robore .*

(p) *Urina redditur rubicunda , & crystallos tartareaos ad latera matulae deponit . Hinc patet , insignis adhuc humorum impuritatem , intemperiem , & dyscrasiam falsam , sulphuream , scorbuticamque esse præsto ; qua novum continuumque stricturis spasmodicis suppeditat pabulum .*

(q) *Vultus est exlivido pallidus . Hic indicat cachexiam imminentem ; que si hepatitis , cuius officium est fordes sulphureo-salino-alcalinas a massa sanguinea separare , obstructio forsitan accesserit , facile in tumores cedematosos , ac ipsum hydropem ascitem transire potest .*

(r) *Cœna agrotanti multas progenerat molestias . Nam propter spasmos primarum viarum vis digestiva vitiatur , flatusque generantur , qui præcordio ,*

rum anxietates magis adaugent .

(s) *A pulveribus antispasmodicis levamen percepit æger , contra vero ab omnibus calidioribus remedii , vino , quin & laxantibus majus sentit virium decrementum . Neque etiam mirum : Cum enim totus morbus cum omnibus ipsius symptomatis in spasmodicis tunicarum nervorum constrictionibus , & hinc impedito transitu humorum per pectus suam traxit originem ; mox liquet , omnia remedia , quæ vel fluidorum commotionem excitant , vel solidorum motum adaugent , nociva esse : quæ autem relaxant ac blande demulcent , veluti sunt diaphoretica fixa atque nitrosa , egregias omnino edere debere virtutes .*

CONSLIUM.

EX pœmpta epicrisi satis perspicet æger , quo laboret morbo , & quæ ilius sit causa : restat ergo , ut curandi rationem addam . Verum enimvero hujus felicem eventum obtineri posse , tantum non despero ; cum malum inveteratum non in fluidis tantum , sed & in solidis partibus altas egisse radices , extra omne existit dubium . Non tamen ideo plane deserere oportet ægrotum , sed eo potius summis annis viribus , ut saltem aliquod ipsi feratur levamen , ac majora mala , veluti sunt hydrops & aridura partium superiorum , arceantur . Quos ut consequamur scopos , internum aquarum mineralium usum prorsus interdico , & illas magis externe in balnearum forma adhibenda suadeo ; quas inter balnea Teplicensis , Ama- siana , & Wisbadensia reliquis palmam præripiunt . Quod si autem iis uti haud placuerit , consulo , ut per quatuor circiter hebdomades , bis quotidie , mane scilicet , ac vesperi usurpentur balnea artificialia , ex aqua fluviali , floribus chameeli , & triticeis furfuribus sacculo inclusis coocionata . Hæc temperata ac tepidiora dum taxat æger ingrediatur , iisque , iiii ; capite probe munito , ne vapor illud feriat , per dimidiad horam umbilico tenus insideat ; tum lectum concendet , in eoq ; aliquot sequentis infusi hauriat vascula . Recipe herba

salviae, betonicae, veronicae ana manipulum unum, florum chamæmeli, summitatum millefolii ana manipulum dimidium, seminis foeniculi drachmas duas: asperge olei tartari per deliquium guttas 30. Conc. Cont. D.

Præterea laudo usum lactis asinini, duabus partibus cum una aquarum Selteranarum permixti: cuius tepidioris binas libras mane pariter, ac hora vespertina quinta assuumat: simul vero omnes acidos, salitos, ac concoctu difficiliores cibos evitet, vinum fugiat, & pro potu ordinario sequenti utatur decocto: Recipe radicis scorzonerae, rafuræ cornu cervi ana uncias tres, radicis cichorei, pœoniae ana unciam unam, seminis foenicoli, anisi stellati ana drachmas tres. Conc. Cont. D. S. species, quarum binæ uncie in tribus aquæ mensuris per horam dimidiæ coquantur. Quæ si arriserint, suaderem, ut per septem dies æger primum potaret lac commendatum cum acidulis: deinceps septem dies balneis transigeret; & hæc ita invicem alternaret aliquoties. Alvo segni vel passulis rhabarbarinis, vel, si stomachus tulerit, manna in lacte soluta succurreretur commode: & ante omnia rectæ vivendi rationi incumbere, hinc corpus sub serena tempestate modice movere, ab omnibus mentis affectibus, meditationibus, sermonibus &c. abstinere oportet. Denique vero pulverem meum bezoardicum cum nitro mixtum, & liquorem anodynū mineralē valde commendo; quoniam hæc bina remedia in ejusmodi affectibus semper deprehendi præstantissima.

C A S U S - XCII.

De Astmate spasmodico cum tumore testis sinistri.

Persona serenissima 51. annorum, temperamenti sanguineo-melancholici, statura mediocris, habitus pinguioris, ac robusti corporis, octodecim abhinc annis de tensivo pectoris sinistri dolore, ac angusta spiratione conqueri cœpit. Hæc symptomata postquam satis diu durave-

runt, post usum denique aquarum Amasanarum remiserunt quidem, & æger illibata gavisus est sanitatem: verumtamen sub fortiori corporis motu adhuc urget spirandi angustia, & singulo insuper vere vehementiore tussi, eaque humida sollicitari suevit. Elapsò novissime autumno increvit anhelitus difficilis sine tussi, sed cordis palpitatione stipatus, & ad hanc usque diem tanta adfligit vehementia, ut inter eundum pariter atque sedendum absque ulla data caussa cor vehementer pulsare incipiat, adeo ut adstantes hunc motum ipsi videre queant. Imminente paroxysmo inspiratio ægro videtur frigidior; atque fauces cum linguae apice sunt frigidæ: tum sequitur accessio, quæ de die mox sepius, mox rarius supervenit. Præmissis observatum fuit, mane potissimum hora quinta, qua evigilat æger, comprehensionem pectoris, spirandi difficultatem, cordis palpitationem cum largo sudore accedere, tum postquam surrexit, cordis motum admodum augeri; post sumptum cibum aut haustum vini, jentaculum, prandium, coenam remittere, deinceps recrudescente iterum. Vesperi nocturnoq; tempore omnia exacerbantur, & per totam noctem continua est pectoris pressio, ac renifus veluti quidam, qui pulmonum expansionem prohibet: quibus demum accedit flatulentia, malum exasperans, illudque explosis ructibus levans.

Ceterum æger per duodecim jam annos singula æstate hæmorrhoidum satis largum fluorem, celo dies inharentem, tollerare suebat: adperitum gaudet integro, sonino placido, pro potu ordinario uituro vel Mosellano vel Burgundiaco, & decocto ex radice salsaparillæ, chinæ & cinnamomo parato: alvus quotidie bis vel ter suo fungitur officio, & ipse corpus suum vel ambulando vel equitando sedulo movet. Vena circa utrumque æquinoctium in pede tunditur, & qui novissime detractus fuit crux, admodum fibrosus adparuit; iisdem temporibus, vere nimurum & autumno ineuntibus, per sex semper dies decoctum antiscorbuticum ex herbis atque radicibus potare, ac omni æstate aquis Amasanis haud sine fructu

uti fuerit. Præterea nullas adhibet medicinas, nisi pulverem præcipitantem, tuasque nonnunquam balsamicas pilulas, non sine levamine. His denique molestiis ante septennium accessit tumor testiculi sinistri, qui cum novissimo abhinc biennio ad pugni magnitudinem increvit, & durus sit absque doloribus: serenissimum ægrum adhuc magis reddit sollicitum. Quare tuum consilium scire cupit, & doceri potissimum avert, quo laboret morbo? quibus ille tollendus sit remediis? & quomodo testis tumor tractandus?

CONSULTATIO.

ACCEPI litteras, quibus adversa serenissimi Principis describitur valentudo: de qua ut mentem meam exponam, & primæ questio[n]i: quisnam sit, quo laborat, morbus? faciam satis: non dubito, quin illum asthmatis convulsivi seu spasmودici nomine insigniam; quod in spasmودica tam septi transversi, quam membranarum nerveo-fibrosarum, quæ bronchia ac vesiculas pulmonum constituant, & deniq[ue] in partium vicinarum, glottagi atq[ue] faucium constrictione consistit. Quando enim cunque organa spiracioni inservientia, veluti sunt pulmones ac dia-phragma, violenter constricta debitam subire expansionem interdicuntur: sit inde, ut æquabilis humorum ex uno cordis ventriculo in alterum circuitus, eorumque per vasa coronaria ac ipsam cordis substantiam progressus impediatur, hinc systole atque diastole cordis vitietur, & denique non solum præcordiorum anxietates, pectoris compressiones, ac spiracionis difficultates; verum etiam ob spasmum ad vicinas partes protensum, refrigeratio linguae atque faucium inducantur. Quod si vero ulterius disquiram, quænam horum pectoralium spasmorum causa sit: hanc in polypo vel sinistri cordis ventriculi, vel arteriæ magnæ concremento, quod teste cadaverum his morbis perennitorum sectione, frequentior asthmatis convulsivi caussa esse solet, quærendam esse, vero mihi videtur similius.

Multa enim sunt, quæ hoc cre-

dere jubent, momenta: nimirum primum tensivus ille ac premens in pectore sinistro sensus, acsi quicquam hæreret ibidem, quod prohiberet spirationem; deinceps hujus sensationis diurnitas, quæ per secundum jam annos cum anhelitu gravi inhaesit: tum cordis conjuncta palpitatio, quæ tantum non semper cordis polypos imitari solet. Quod si enim affluxus per venam pulmonalem cruor, in sinistro cordis sinu haud amplum satis semet expandendi inveniat spatium: distendit ille violenter cor æque ac vasa illius, maxime arteriosa, hinc inducit convulsivum cordis motum, sive palpitationem. Interim cum pulmones ab humoribus, per arteriam pulmonalem assidue in illos compulsi, se non sufficienter liberare possunt, enascuntur exinde spiracionis simul impedimenta. Non minus quoque justam polypum suspicandi occasionem præbet illud momentum, quo præcordiorum anxietas ac pectoris compressio a multa sermocinatione, vel ascensu per scalas magis exacerbantur; quoniam hisce cauſis major ac velocior crux per cor & pulmones fit circulatio. Hinc quoque in praesenti morbo, ejusque paroxysmo pulsus fore inæqualem ac intermittentem, polypo laborantibus familiarem, omnino credo. Porro etiam, ut polypi præsentiam suspicet, fecit habitus corporis obesus & sanguine plenus, quo serenissimum gaudere ægrum legi: in hisce eam subjectis facilimum est, ut post assumptum corpore calente frigidorem potum, vel etiam pota calidiora vina, valde acids, veluti Rhenanum est, polyposa generentur, & augeantur concrementa. Et denique non leve pro demonstrando polypo est argumentum, crux ex vena misus fibrosus; qui ad conglutinationem polyposam admodum est opportunus. Hac vero symptomata, quod in serenissimo Principe post sumtos cibos vel potus remittant, saepius observavi in asthmate convulsivo infestatis subjectis; cuius momenti ratio in ventriculo querenda est. Hic etenim, tanquam nervosa admodum, & cum reliquo nervoso genera re insigni consensu gaudens pars, si va-

cuus

euus a cibis est, ob eundem consensum pariter constringitur spasmos; hinc malum pectoris, ac spirationis vitium magis adauget: quando vero assumis cibis vel potibus ille repletur, fit major humectatio, relaxatio, ac expansio tunicarum; hinc remittit spasmus ventriculi, & per consensum etiam pectoris. Ex iisdem denique stricturis, vi consensus ad intestina propagatis, horumque motum peristalticum labefactantibus, generantur flatus; qui hinc inde in flexuris intestinalibus subsistentes, pectoris molestiam magis exacerbant.

Quod itaque attinet hujus mali curationem; illam penitus assequi, admodum erit difficile. Non enim solum polypose id indicant concretiones, quæ ægerime resolvi possunt; verum etiam mali diuturnitas, quas irregulares ac violentihi motus in habitum ferme ac alteram degenerarunt naturam. Quamobrem hidumtaxat superfluit curationis scopi; ut præpediamus majus mali incrementum, & arceamus metuendum pectoris hydrozem, suffocationem, vel cachexiam cum lido faciei colore, aridura superioris & tumore inferioris corporis stipatam; quæ vitia plerumque nostrum affectum sequi solent. Hisce scopis obtainendis haud alienum fuisset thermis Carolinis, maxime molaribus, & post hæc balneis Tœplicensibus tempestive uti: haud enim rara sunt exempla, hypochondriacos, hemorrhoidarios, asthmate laborantes his subsidiis perfecte fuisse sanatos. Ceterum major reconvalescentia spes affulget, si nullus adhuc præsto fuerit polypus; id quod ex pulsu æquali & minus intermitte cognoscetur. Quare omne curationis momentum absolvi credo, si genus nervosum corroborare, spasmaticas ventriculi pariter ac pectoris stricturas consopire, & liberum humorum per viscera abdominis, maxime pulmones circulum promovere annitamur.

Quos ut consequamur fines; operæ erit pretium, ante singulum novilinium binas cucurbitulas femoribus, totidemque furis cum scarificatione admovere: has enim securioris usus esse quam venæse,

tionem deprehendi; quoniam nimia, quæ per hanc emittitur, crux copia nervosæ partes magis debilitat, & ad subeundos spasmos magis reddit idoneas. Deinceps, nisi tumor occupaverit pedes, egregiam pollicentur opem pediluvia temperata, atque tepidissima, qualia continua aquæ calidæ affusione conservari possunt. Parantur illa ex aqua flaviatili, cinerum clavellatorum uncia circiter una & floribus chamæmeli: & omni vespera adhibentur ita, ut ad suras usq; pedes per horam dimidiam iis immittantur. Hæc enim excellentem vim humores a pectori ad inferiores partes derivandi possident; cum in hisce morbis plerumque pedes frigidi, & urina pallida esse soleant: & eo præstantiorem exferent virtutem, si forsitan subfuerit retrupilio materiaæ arthriticæ vel podagræ, quæ sèpius partibus nervosis spirationi inservientibus incumbere, ideoque difficultatem spirandi inducere deprehenditur. Præterea suadeo, ut serenissimus æger omnem fugiat cerevisiam, & pro potu ordinario utatur decocto ex radice salsaparillæ, cortice ligni sassafras & corticibus citri vel aurantiorum parato: sub epulis autem vinum Mosellanum bibat, quoniam vinum rubrum, quod vocant Pontac, & Burgundiacum in his affectibus minus est opportunum.

Inter pharmaca hortor, ut brevi ante epulas sequentis pulveris dosis ex aqua cerasorum nigrorum assumatur: Recipe lapidum cancerorum, nitri purificati, solutionis oculorum cancri, tartari vitriolati ana drachmani unam. M. f. pulvis div. in octo partes: & præterea alternis diebus vesperi hæ deglutiantur pilulæ: Recipe extracti summittatum millefolii, florum chamæmeli, pulveris chinæ ana drachmas duas, extracti centaurii minoris drachmam unam, extracti bellebori nigri, pulveris caryophyllorum, cinnabaris nativæ præparatæ ana drachmam semis, croci, castorei ana grana decem. M. f. l. a. pilulæ ex drachma dimidia no. XX. Circa vivendi rationem evitare oportet omnes cibos flatulentos, concoctu difficiles, salitos, acidos, nec alios nimis

nimirum avide ingurgitare , arcere frigus , humidumque aerem , ac ab omnibus mentis affectibus probe cavere .

Si denique juxta tertiam questionem testiculi tumorem dispiciam ; illum cum jam inveteratus sit , omnem remediorum vim elusurum credo . Quod si autem recentes sint ejusmodi tumores , eos sæpen numero fomentis calidis , ac emplastro de ranis cum mercurio Vigoribus , cum emplastro de meliloto , ac diachylo , cum gummatibus permixto , discussos vidi ac profligatos . Fomentatio nimirum ter quotidie sequenti instituitur ratione . Æger insidet sellæ perforatae , cui in patina quadam superpositum sit decoctum ex semine lini , floribus chamælii , liliorum alborum & rapis confectum : hujus vapor admittendus est ano atque pudendis , & ut ille continuus sit , decocto allegato saepius injiciantur candentes lateres . Sic fomentato scroto imponitur commendatum emplastrum . Nescio autem , num spirandi angustia permiserit hanc fomentationem : quæ ceteroquin non solum testis tumor , verum etiam ipsis spasmis relaxandis insignem feret opem .

RELATIO.

HÆC medicamina a Serenissimo Principe rite usurpata egregium prætiterunt levamen : siquidem post pedilovia potissimum podagra in pedibus erupit , hæmorrhoides fluere cœperunt per quatuor hebdomades , & hinc cordis palpitatio ac spiratio difficilis admodum remiserunt , ut æger absque molestia scalas scandere potuerit . Verum cum adhuc compressionis ac tensionis in pectore sensus inhæreret , suasi , ut commendatis insistetur remediis , ac præterea elixirium alcalinum temperatum amarum , cum tinctura tartari esentia corticum aurantiorum remixtum , sub epulis adhiberetur .

CASUS XCIII.

De cura Asthmatis spasmodici & hydroperam instituta.

Notatu sane est dignissima , quæ mecum communicata fuit , morbi historia , qui virum quendam illustrem infestavit , ac penitus tandem e medio sustulit . Ille nimis LII. annos natus , gibbosus , debilioris constitutionis , cibisque concoctu difficultioribus absque masticatione vesci suetus , a prima ferme infantia & crebro salivæ effluxu , & sequentibus catharris sollicitatus fuit . Et quamvis per viginti jam annos singularis mensibus fluor hæmorrhoidum , per binos vel quatuor semper dies inhærens , accesserit : attamen hoc tempore frequentes podagras , chiragræque insultus , & anno 1711. icterum nigrum toleravit . Mense anni 1722. Augusto , cum per tres hebdomades podagras tormentis excruciatus , ab eaque nondum penitus liberatus , iter aliquot milliarium sub aere humido , ac inimico institeret , diætæque indulgeret irregulari : nihilominus a doloribus factus est successive immunis ; sed proximo abhinc semestri uterque pedum , altera manus , atque facies intumescere cœperunt . Consultus medicus , hæc symptomata , a retrocedente podagra derivans , hanc pediloviis , hirudinibus adPLICatis , & admotis plantis pedum cucurbitulis revocare intendit . Verum haud ita multo post vesperi ex improviso de compressione , ac tensione pectoris , tussi sicca , & insigni languore torius corporis conqueri cœperit æger , noctemque translegit turbulentam . Postridie , cum assumto prandio liberaliori in horto obambularet , subitaneo quodam affectu veluti suffocativo corripiebatur , sub quo ægre trahebat spiritum , labia expallescabant , vultus rubebat , pulsus rebatur debilis & intermittens , oculi adparebant concavi , gelidus sudor perfundebat corpus , vomebat , manus atque facies leviter convellebantur , ac ipsa quasi mortis ligna accedebant per tres dies in-

harentia. Adhibitis ergo remediis maxime confortantibus, melius quidem habere videbatur; at cum corporis urgeret languor, alter vocatus medicus præter medicamina, a priori commendata, ordinavit aliquot croci martis grana, & infusum, ex herbis amaricantibus ac lymatura martis paratum, bis quotidie capiendum dedit. Sed & his nequicquam proficiens, tertius accitus medicus, aquam in abdomine extravasatam contineri putavit, & ideo aquæ laxativæ Viennensis uncias duas cum uno arcani duplicati scrupulo exhibuit, quæ novies alvum movit, & præterea quoddam pulveres absorbentes propinavit. His per triduum usurpati, ejusdem aquæ laxativæ unciae tres cum dimidia, & una manna porrigebantur: unde iterum novies subducebatur alvus, ac abdomen subsidebat aliquantulum. Quarto Id. Junii, postquam exhibiti erant pulveres absorbentes salini, denuo accepit purgans ex cromosis tartari, radicis jalappæ ana granis 15. Scammonii sulphurati granis duobus & salis absynthii scrupulo uno paratum: ex quo undecies depositus alvum. XV. Cal. Junii repetebatur haud sine levamine aqua laxativa cum manna; & postridie ab extero medico commendabantur hydragoga, ac in illis gummi guttae: cuius etiam X. grana in pilularum formam redacta, frustra contradicente medico ordinario, quotidie per quinque dies dabantur; sequenti autem octiduo ad tredecim quotidie exhibebantur grana: quæ quidem alvum potenter solverunt, sed inextinguibilem induxerunt sitem. Tum ab eodem medico commendatum lac asinum per quinque dies, interposita alternis diebus ex millepedibus potionē potabatur: ex quo in ardorem præternaturalem, capitis dolores & faucium aciditatem incidebat illustris æger. Pridie Non. Aug. tredecim pilularum hydragogarum granis iterum adsumptis, sequentibus XII. diebus continuatur potus lactis asini: XIV. Cal. Sept. sumebat easdem pilulas hydragogas, eodemque die de convulsiva pectoris compressione conquerebatur, & in illud transisse podagram credebat,

XII. & XI. Cal. Sept. præter lac sèpius memoratum vorare debebat electuarium ex gummi ammoniaco, millepedibus, antimonio diaphoretico, extracto absynthii & centaurii minoris, syrupo & conserva absynthii confectum. X. & IX. Calend. præter idem lac exhibebantur rursus pilulae hydragogæ & reliquis hujus mensis diebus usus lactis protrahebatur: quarum tribus ultimis pessime habere cepit ægrotans, noctes habuit insomnes, ingenti siti ac faucium ariditate torquebatur, vomituriebat & denique ipsam litteriam incidebat. Hinc finita lactis curatione, ad curam cum viperis instituendam descendebatur. Nimirum somta ipsiis Septembribus Calendis Rhabarbari drachma dimidia, & inde alvo quinques soluta, vomituque concitato, sequentibus novem diebus quotidie pulvis viperarum cum absorbente mixtus dabatur; ex quibus non nisi nausea, crebri vomitus, ac ingentia imi ventris tormenta suborbebantur. Quarto Id. Sept. adhibuit rhabarbari scrupulos duos cum salis Epsoniensis drachmis quinque: unde quinques alvum depositis, & abdomen magis intumuit; postridie pulvis viperarum, pridie Iduum pilulae supra recensitæ hydragogæ granis XIV. & uncia salis Epsoniensis dabuntur, vomitum concitantes, & alvum quater moventes. Tum repetebatur pulvis viperarum, sed XVII. Calend. Octobris intumescebat venter, rubebat facies, arteriarum pulsus erat languidus, ac æger suffocari ferme videbatur. Quare XVI. Calend. propinabatur laxans ex aquæ laxativæ uncis tribus, & dimidia, manna, syropi de spina cervina ana uncia, arcani duplicati uncia dimidia concinnatum: quod duodecies alvum movit, ingentia ventris tormenta, vomitus, ac incredibilem excitavit languorem. Nec detumuit abdomen, licet XV. XIV. & XIII. Calend. Oct. pulvis viperarum repeteretur, & XII. Cal. pulvere laxante ex rhabarbaro, resina Jalappæ & scammonio sulphurato ingens aquæ per novem sedes subducetur quantitas. Nibili tamen minus reliquis hujus mensis diebus, mox supra allegatum electuarium

rium, mox juscula viperarum, mox pul-
veres laxantes infelici semper effectu ad-
hibebantur.

Sub auspiciis mensis Octobris devenie-
bat medicus absoluta viperarum cura, ad
usum Tincturæ cujusdam solis; cuius ar-
cana erat compositio. Dabatur ea per to-
tum mensem, interpositis modo pilulis,
quæ continebant gummi guttae, modo
manna cum tartaro solubili, modo clyste-
ribus, sed tantum abest, ut levamen seque-
retur, ut potius præter omnium symptom-
atum exacerbationem continua vomiti-
tio, ac nonnunquam animi deliquia
accederent. Hinc pridie Calendar. No-
vembri exhibebatur secretum pro hydro-
pe, quod intra nycthemeron ter sumtum
insignem præcordiorum anxietatem, assi-
duam nauream, copiosos sudores excita-
bat: quibus, cum clysteres cum therebin-
tina mixti opponerentur, mentis defectio-
nes, continua ad vomendum proclivitas,
salivæ fluxio, pulsus debilis ac perpetua
superveniebant vigilia; atque ad diem
IV. Nonar. Nov. persistebant. Tum III.
Nonar. subducta per injectum clysterem
aterrima faburra, melius paullo habuit:
ipsis Nonis melancholicæ cogitationes
mentem cruciabant; quibus postridie paul-
lulum remittentibus, quinto Iduum da-
batur infusum laxans ex hellebori nigri,
& seminis aisi ana uncia una, herba ab-
synthii manipulo dimidio, cum vini Mo-
sellani uncii tribus & aquæ fontanæ libra
infundendum: quod bis quotidie pondere
IV. unciarum sumst. IV. Iduum pilu-
larum ex gummi guttae hydragogarum
XV. grana iterum propinabantur; quæ
quidem largam subducebant aquarum co-
piam, æger autem male habere coepit,
noctem habebat insomnem, & mane ve-
ternum incidebat. Neque tamen minus
III. Iduum repeatabantur XIIII. grana di-
clarum pilularum, ex quibus major red-
debat vomendi conatus, pulsus celer
ac suppressus, calor intensus & sitis ac-
cedebat; quid? quod postridie omnia
ruerent in deterius, & quamvis ad-
huc mane mixtura confortans, circa
meridiem juscum viperarum porrige-
rentur, tamen hora octava vespertina

illustris æger suffocatus expiravit ani-
mam.

Secatum postridie defuncti corpus, in
imo ventre, plus quam decem aquæ men-
suras continebat; hepar erat flaccidum,
colore fuscum, & ne quidem vestigium
præsentis felleæ vesiculæ ostendebat: con-
tra vero cholidochus ductus adeo erat
constrictus, ut vix stylum admitteret.
Ventriculus pariter flaccidus, ab uno o-
rificio ad alterum inflammatus, obscu-
re rubicundus, venisque sanguine far-
tis præditus adparebat: eadem erat fa-
cies intestinorum, statibus insuper ultra
modum distensorum. Pancreas tantum
non totum ab ulcere consumptum; & in re-
ne sinistro fere putrido calculus magnitu-
dine amygdalæ in conspectum veniebat.
Pulmones parvi, flacci ac veluti exar-
facti videbantur; spina dorsi figuram lit-
teræ S. repræsentabat, sed reliqua deni-
que viscera, cor septum transversum, me-
senterium, caput & cerebrum nihil mon-
strabant præternaturale. Hac igitur præ-
missa morbi & mortis historia, quæstio in-
cidit: num institutæ medicationes juxta
regulas artis & rationales indicationes fue-
rint administratae? anne potius alia me-
dendi ratione vita defuncti adhuc conser-
vari potuisse? Quamvis autem haud
iverim inficias, me in hisce casibus, in
quibus sèpè unus medicus alterius fa-
mæ quid detrahere cupit, & qui demum
contemptum artis pariunt, malle suspende-
re meum judicium: verumtamen cum &
illustris defunctus, & concurrentes medi-
ci mihi sint ignoti; & præterea hic casus
multos forsitan cautius mercari docuerit;
haud potui, quin, quæ sentiam, libere
eloquar.

Multa ergo occurrunt momenta, qui-
bus calculum meum addere non possum;
& præprimis censendus mihi videtur ia-
tempstivus ac nimium copiosus purgan-
tium drasticorum, maxime gummi gut-
tae per totum morbi decursum adhibiti u-
sus. Namque 1) hoc gummi inter pur-
gantia validiora, quæ ex principio viru-
lento, motibus vitalibus admodum in-
fenso agunt, esse collocandum, non so-
lum unanimis omnium medicorum con-

sensus adfirmat, verum etiam ex symptomatibus, quæ X. vel XV. granis datum excitavit, satis elucescit: siquidem membranas ventriculi ac intestinorum nerveas potenter vellicavit, nauseam, vomitus, alvinas dejectiones, languorem corporis, tussim, astum præternaturalem, & animi deliquia induxit. Neque etiam mirum: nam 2) juxta Bontii librum de medicina Indorum hoc gummi est succus esula Indicæ concretus; & de esulis generatim constat, quod foveant succum lacteum, virtutis valde corrosivæ, inflammatoriæ & vesicas excitantis. Hinc quoque 3) hoc purgans, majori quantitate sumptum, omnes vitales motus pervertere, ac ipsam mortem inferre potest: quemadmodum M.N.C.dec.I. anno VIII. obs. 82. recensent calum de hydro-
pico, qui adhibita hujus gummi drachma dimidia, $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ vehementer purgatus, animi incidit defæctiones cum insequuta morte. 4) Certum enim est, quod omnia ejusmodi draſtica purgantia sua natura non tantum partibus corporis nostri subtilioribus, motum & impietum facientibus inimica valde sint, verum etiam solidas partes, maxime ventriculi & intestinorum nerveas potenter adſciant, & illas vi principii, quod foveat, sulphurei, ad violentos & irregulares motus proritent. Eo clarius adparat, hoc purgans in nostro caſu, maxime tam larga copia propinatum, admodum fuſſe necivum, & agrotantis constitutio consideretur. Fuit enim ille gibbosus, jam LII. annos natos, tenerioris habitus, catharris obnoxios, jam dum hypochondriacus, arthriticus ac hemorrhoidarius: in quibus subjectis genus nervolum plerumque debile, & in spasmus pariter ac toniam valde pronum observatur; circulus vero humorum per viscera abdominis, maxime hepar, languidus; & deinde tonus primarum viarum labefactatus deprehenditur. Deinceps vero si praesentis morbi originem perscruter, cachecticum illum atque hydro-
picum affectionem minime, more laepius confueto, ex defœtu sanguinis, vel obstruclis ac induratis visceribus, vel deni-

que polyposis concrementis natales mutuasse; sed potius ex fluxu hæmorrhoidalí suppresso pariter ac materia arthritico-podagrīca retenta ac repulsa, & hinc subortis asthmate spasmatico atque oppressione pectoris propullulasse deprehendo. Nihil enim in praxi medica obſervatur frequentius, quam quod suppressionem ac repulsionem dictorum motuum atque excretionum spasmatica partium nervosarum, ventriculi, intestinorum, diaphragmatis atque pulmonalium bronchiorum strictræ, hinc spiratio angusta, anxia, difficultis, imi ventris tormenta, flatulentiae, collectio multarum fodiū, & denique pedum ac abdominis tumores, cachecticus color, & superiorum corporis partium ariduræ preſo inequantur pede. Nam asthma spasmaticum in violenta septi transversi conſtrictione consistere, notum est; neque minus porro Anatomia docet, illius parti nerveotendinosæ adnexum esse jecur, atque, impedito diaphragmatis a spastro, quo agitatur, ascensu atque descensu, non ſolum ſanguinis quoque per hepar ac vicina viscera impediri progressum; verum etiam venam cavam valide compri-
mi ac coarctari. Inde demum crux ab extremis partibus, ac abdominis visceribus, jecinore, ſplene, ventriculo, intestinis atque mesenterio per venam cavam ad cor refluxus retardatur, ac in dictarum partium vasis stagnare cogitur. Sub hac porro ſanguinis stagnatione ferroſa colluvies partim extravasatur in porosam partium ſubstantiam; partim eo majori copia vasa lymphatica ingrediuntur, ea replet, diffundit, perrumpit, in cavitatem abdominis profluit, & hinc hydro-
pem, tali ratione ex asthmate spasmatico derivandum producit. Eadem vero ſcena in nostro defunctorum fuit acta; namque primum de spirandi difficultate, ac spasmaticis praecordiorum strictris conqueſtus, mox in ipsum incidit hydro-
pem. Hinc eo clarus elucescit, purgantia draſtica, tam larga doſi, tamque frequenter uſorpata nullum omnino hocce in morbo inveniſſe locum: cum illa ſubstantia ſubtili, volatili, acri, ac fere cor-
roſi.

rosiva partes nerveas totius corporis violenter vellicarunt, ideoque spasmos adauerunt, liberum humorum progressum eo magis retardarunt, hinc ad vitam conservandam summe necessarias utilium humorum secretiones, & inutilium excretiones sufflaminarunt, & maiores humorum congestiones atque stagnationes induxerunt. Hæc proh dolor! infelix eorum in defuncto nostro effectus satis confirmat: quippe qui sub continua ac vehementi alvi dejectione magis intumuit, pejoribusque implicatus fuit symptomatis. Non minus ab ingentibus abdominis spasmis dependet tam arcta ductus cholidochi constrictio, post mortem reperta.

Non equidem negari potest, dari multa in praxi medicorum exempla, quod in hydrope datum purgans vehementius v.g. elaterium, extractum esulæ, quin & gummi guttae &c. copiosiori quoquedosi egregium ediderit effectum, & aquas in porosa partium substantia, & visceribus stagnantes large subduxerit. Verum enimvero haud ignorari oportet, hunc effectum non nisi 1) in corporibus robustis, 2) visceribus adhuc integris, neque obstrutis, neque induratis, 3) si ieri congestio haud a spasmis generata ac sustentata fuerit, & 4) in leucophlegmatia sive anasarca tantummodo, ubi totum intumuit-abdomen; non vero in ascite, in qua superioribus partibus aridis, inferiores sunt tumidae, dumtaxat insequi. Et deinceps in hisce casibus hæc cathartica drastica, nec in malo principio, nec nimis frequenter propinari debet: sed prius humores præparare ac fluxiles reddere, & post purgantia robotantibus uti oportet. Quare illorum usus ad presentem casum minime adipicari potest; ubi aquosus tumor magis a strictura partium nervosarum, a materia arthritica ipsis incumbente producta. Spasmodica subortus, & æger hypochondriacus fuit, uti ex avidiori appetitu, sputatione & flatulentia adpareat. Riverius, dum de cura hydropis loquitur, & purgantium meminit, in hæc erumpit verba. In purgantium administratione observandum

est, omnia purgantia fortiora non esse frequentius usurpanda, uti docet Galenus Lib. IX. de locis, quia corpus debilitant, ut postea major aquarum proventus exoriatur, ideoque roborantia & aperientia, frequentius quam purgantia erunt prescribenda: & experientia nos docet, evacuationem in hoc morbo, que fit per urinam, melius succedere ea, que fit per atrum. Purgationum vice clysteres injici possunt, quibus flatus discutiuntur, aqua educuntur, & venter immunitur. Quamobrem meo quidem arbitrio longe felicius successisset negotium, si suao medici ordinarii eo tempore, quo defunctus in horo asthma præcordiorum inciderat, eomunes curationis scopi fuissent intenti, ut materia arthritica foras propulsa, spasmodus nervosarum partium confopitus, ac hemorrhoidalis fluor revocatus fuisset. Hos vero fines impetrare licuisset, tam congruo vivendi genere, quam convenientibus remedii, diaphoreticis cum cinnabari & castoreo, pilulis balsamicis ad mentem Becheri paratis, pediluvii, venæfectione in pede, hirudinum applicatione, & sufficienti motu corporis.

Neque etiam subscrivere possum usui lactis alpinini, qui per totum mensem Augustum, interpositis purgantibus, maxime gummi guttae protractus fuit: Quavis enim hocce lac, decenter usurpatum, in phthisi, atrophia, arthritide, atque podagra haud levem præstare opem deprehendatur: attamen in præsenti casu, ubi tonus ventriculi ac intestinorum per crebra purgantia magis labefactus, & ad has partes insignis vitiosorum humorum saburra invitata fuit, ac denique ipsa cachexia jam invaluit, minime faustum ac salutarem ex illius uso eventum sperare licuit.

Porto quod attinet curationem, que per mensem Septembrem, cum viperis, ac interpositis pariter purgantibus institora fuit: illa sane majorem excitasset usum, si sub morbi principio mense Julio fuisset administrata. Namque crebra constat experientia, viperas & in pulvere & decocto das virtutem possidere, antispasmodicam, acres humores attem-

perare, transpirationem promovere, ideoque massam sanguineam ab omnibus purgare sordibus.

De effectu autem tinturæ solaris positivum ferre iudicium, eo minus valeo, cum illius compositio mihi sit incognita. Interim haud ignorari oportet, nullam adhuc repertam fuisse tinturam solarem, quæ revera continuit aurum solutum; quin si uul fuerit aliquantulum corrosiva; talemque maxima cautione adhibendam esse. Contra vero, quæ non est corrosiva, nullum omnino continet aurum; sed hoc ea, qua sumtum fuit, quantitate ex residuo separari potest, & ejusmodi tinturæ virtus vel monstruo aurum solventi, vel aliis ingredientibus debetur. Quæ ergo in nostro casu adhibita fuit tintura, videtur se re fuisse corrosiva, quoniam sub ejus usu omnia symptomata majus sumerunt incrementum. Ceterum, si libere dicam, quæ sentio: verosimilimum mihi est, quod curatio in perillestri ægro consulto tam pomposis fuerit instituta remediis, quæ insignem undique sovent applausum; quo post insequatam mortem in vulgo propagari posset, omnia ac pretiosissima in usum vocata esse subsidia.

Quicquid sit, optasse saltem, ut novissima curatio cautius fuerit instituta; & secretum illud antihydropicum omissum esset, quod procul dubio corrodens fuit ac mercuriale; siquidem exinde pessime habuit æger, copiosius salivam reddidit, ac per anum materiam teterrimam, sanguinis extravasati progeniem excrevit. Et hanc satis mirari possum, quod, postquam defunctus ex tam violenti remedii omnibus destitutus fuit viribus, ipsi adhuc vehementiora purgantia, & quidem infusum helleborinum pariter ac 16. grana gummi guttae sint propinata. Hæc enim medicamina, eo tempore, eaque ratione adhibita sola suffecerunt, lethalem ventriculi ac intestinorum inducere inflammationem: quæ cum post mortem cum ingenti harum partium inflatione, more hydropticis alias minus consueto, reperta fuerit, ex dictis omnino derivanda est remediis; de quibus omni jure prædicare licet, quod mortem acceleraverint.

C A S U S X C I V .

*De Asthmate spasmodico a potu O^r vs.
et post iram sumto, O^r inde adhibitiis incongruis medicamen-
tis orto.*

Vix annum ætatis agens 30. constitutionis sanguineæ, vegetæ, habitus corporis spongiosi, & succulenti, post vehementissimam ab ira commotionem, & corporis & artuum tremorem, mox caput cibum in convivio, & præterea potu vini liberaliori ventriculom replet. Hinc noctem habuit valde inquietam cum strictris anxiis præcordiorum junctam; nisusque vomendi continuus erat, & universi corporis languor. His symptomatis per aliquot dies hærentibus supervenient porro ciborum inadpetentia, pulsus debilis & celer, tabes, febris lenta; sed oris adelest siccitas, & humidi adpetentia; color faciei, cum albo oculorum flavelcit, urina mingitur pauca, sed colore fusca, rubicunda, brunna, valde saturata; alvus est dura, tensaque, difficilius stercus & flatus reddit. Quare plures in consilium vocavit medicos, qui præscripserunt copiosa & varii generis remedia aperientia, emetica, amarcantia, stomachica, carminativa; obstructionem hepatis horum malorum cauſam esse rati, & stomachum valde imbecillum, debilitatum, & viscida saburra repletum; sed omnia incessum dabantur. Perdurarunt hæ potius molestia per tres menses; quorum ultimo accessit ingens asthma spasmodicum, quod nocturno tempore ita adfixit ægrum, ut non in lecto comorari, sed per aliquot horas in conclavi obambulare, & fenestras aperiendo spiritum haurire debuerit. Corpus erat valde tenue, viribus & sanguine consumptum, alyus valde clausa; & in taliterum statu meum petiit consilium.

Sanatus etiam est sub divino auxilio felicissime 1) liquore anodynō nostro minerali, 2) uul pulveris præcipitantis nitrofi, 3) infuso theiformi ex floribus chamaemeli vulgaris & romanæ, summitatibus millefolii, floribus salviæ, verbenaæ, ve-

ronicæ & semine sceniculi præparato; & frequenti usu pediluviorum ex sola aqua dulci paratorum. Postea usus est elixirio balsamico temperato viscerali, quod confici curamus ex extracto rhabarbari & herbarum amaricantium; gummatibus resino-balsamicis temperatis; quæ cunctæ dissolvuntur in lixivio tenui salis tartari: clysteribus quoque emollientibus sub initio alvum constrictam solvimus; iisque remediis ad mensem usurpatis pristinam restituimus sanitatem.

Epicrisis.

Hic morbus difficultibus complicatus symptomatibus & diuturnior non recte a medicis tractatus fuit, quoniam caußam & originem mali non rite pervestigarunt. Plurimi medicorum hac versantur in opinione, humorum maxime in morbis peccare virtus, copiam, crassitatem, vel saltam vel acrem erodentem qualitatem, & inde fieri infarctus, obstructions valorum, stagnationes & rotationes partium; minime vero attendunt, a solo motu solidorum vehementer vitiatæ ac inverso, sine præcedente omni noxa humorum, mirifice totam functionem animalium œconomiam perturbari posse. Inde fit, ut cauſa humorum non recte cognita ac perspecta huic removenda idonea nec invenire, nec opponere sciant subsidia. Exemplum nobis præbet præsens morbi historia, cum vir ille perferre anteā sanus ex solo animi affectu vehementiori, & cibo potuque largiori statim superingesto incidit in grave & diuturnum malum. Medici non attendentes caußam, pugnabant contra hoc malum medicamentis, quæ ad tollenda humorum virtus alias non inepta sunt, nimis salibus aperitivis, decoctis quoque ex aperientibus, amaris, laxantibus, purgantibus, emeticis, venefactione, vesicatoris, carminativis, stomachicis, & id genus pluribus, sed penitus supervacaneo labore; cum omnia hæc symptomata unice a spastica constringione generis nervosi, & imprimis ventriculi, maxime pylori, & ductuum biliariorum, septi

transversi, ac intestinorum originem suam traxerunt, & postea etiam ex imprudenti remediorum adlicatione magis sustentata & aucta fuerunt. Unde mirum non est, ægrum non potuisse convalescere. Dici enim vix potest, quanta noxa & pernicies repente in destruendo functionum naturalium ordine nasci possit a solo graviori animi affectu, ira vel terrore; si quis mox post eum capit cibum vel potum, multo magis, si hisce nimium repleat corpus. Quotidiana ita eo confirmamur experientia, graves & lethales inde provenire afflictiones. Nam ea est omnis affectus natura, & conditio, ut vehementer in sistema partium nervosarum operetur, motus systoles & diaystoles equabiles penitus pervertendo. Hinc fit, ut non modo progressus & circulus humorum, sed & inde dependentes motus se- & excretorii vitium contrahant, & per consensum afficiantur: quid? quod omnia in corpore humano tum sint perturbata, sub quo statu utique pessimum est, cibo vel potu onerare naturam. Neque enim digestio, concoctio, & excretion, quæ requiruntur ad cibum & potum naturæ nostræ amicum reddendum, recte fieri possunt. Inde vero cruditates, stagnationes sordium in primis viis subordinantur, & vera materialis cauſa morbi, quæ jam imbecille nervorum genus magis adfligit prognitur. Ex quo etiam facile reddi potest ratio, curante paroxysmum intermittentis febris cibus sumptus ingenti sit detimento; & potus fontium medicatorum paullo copiosius assumptus post omnem affectum animi interdicendus sit. Præterea ex curatione hujus morbis a nobis facta id in usum pectoris depromi potest, sola stridula spastica & iheritiam passionem, & asthma diuturnum fieri posse; & hac sublata per efficacia & probatissima antispasmodica, inter quæ merito eminent liquor noster anodynus mineralis, pulvres nitrosi, pediluvia & clystères ex charomilla confecti, ejusmodi morbos curari posse.

Norandum denique hoc loco est quam maxime, in ejusmodi morbis, qui nascuntur

tur vel soventur a vehementi strictura nervosarum partium, ab iracundia, uti v.g. in cardialgia, ictero, asthmate convulsivo, conatu ad vomendum, alvi strictura &c. purgantia fortiora, & emetica venenum esse mortiferum.

C A S U S X C V .

De Empyemate feliciter curato.

JUvenis generosus 17. annorum, tolerata febre acuta, cum æstu atque doloribus in latere sinistro stipata, incidit in diarrhoeam & purpuram albam cum summa virium prostratione, tussi sicca, sudoribus nocturnis & tumoribus œdema- tosis pedum sociatam. Hinc a loco, ubi commorabatur, domum per septem miliaria morti ferme vicinus deportabatur, curæ cujusdam medici tradebatur; ejusque opera frustra usus, ad me confugiebat. Deprehendi ægrum gibbosum, viribus plane destitutum, & sinistro pectori tu morem quendam: ex quo materiam purulentam in pectoris cavitate fluctuari suscipiebatur. Quare applicui emplastrum de meliloto cum spermate ceti: ex quo maturatus ille tandem lanceola incidebatur, & plorabat insignem materiae purulentæ quantitatem cum egregio egrotantis levamine. Ex hac porro apertura aer spirabat, perque eam instrumentum exploratorium per quatuordecim uncias in pectoris cavitatem adigi poterat. Elapsis octo diebus, duorum ab hac incisione digitorum latitudine, altera sponte adparuit apertura, pariter in pectoris cavitatem penetrans. Sed postquam interne decoctum ex sarsaparilla mane & vesperi bibendum dabatur; & primum injiciebatur simul, deinceps vero mixtura balsamica ex essentia succini, myrræ, aloës & balsamo de Peru injectio facta erat; æger intra annum dimidium perfecte convaluit.

C A S U S X C V I .

De Rheumatismo pulmonali.

GEnerosus vir, 30. jam septem annos natus, præter variolas in prima in Hoffm. Consult. Med.

fantia facilime superatas, illibata semper gavisus fuit sanitatem. Decimo tertio æta- tis anno foedam incidit scabiem, cum turpi pedum exulceratione; ex qua pariter post satis longum tempus liberatus, optime va- luit; & nonnisi quandoque pustulas in dorso inter scapulas toleravit, molestum infe- rentes pruritum. Hinc juvenis septemde- cim annorum inter Gallos nomen dedit militiae; & protinus quibusdam bellicis ex- peditionibus partim versus Romanum imperium, partim versus Belgum factis in- terfuit. Sub his belli laboribus præter den- tium dolores sæpius adfligentes satis bene habuit: anno 1708. autem, dum in Belgio Gallico ad urbem Condee degeret, tertiana simplici & duplici, in vicem alternanti- bus solicitatus est; ab eaque satis emaciatus, per diuturni corticis chinæ usum convaluit. At exinde sæpius colli dolori- bus, phlogosi ac febre erratica infestatus, si- mulque aliqualem maciem ac catharralem corporis dispositionem passus fuit: que ta- men omnia haud impedierunt, quo minus quandam præ se tulerit sanitatis speciem. Tandem anno 1725. febre acuta, a medi- co pro pleuripneumonia habita, prehen- sus, & ab illius principio ad statum usque delirus, denique non nisi largis, iisque repe- titis venæ sectionibus in tantum fuit restitu- tus, ut nihilominus quidam capitidis dolo- res reitterint; qui denique diurna ac con- venienti profligati sunt medicatione. At- tamen relicta fuit macies, tussis sicca, atque pectoris oppressio. His ergo symptomati- bus opponebantur juscule medicata ex cancris siccatis, & appropriatis herbis con- fectam; &, cum felici haud desituerentur effectu, per integrum continuabantur triennium. Quum vero tandem quædam ventriculi accedere videretur debilitatio: alter consultus medicus hoc remedii genus dissulsa, & anno 1729. curam lactis asi- nini commendavit. Hæc vernali tempo- re instituta, egregie prodesse videbatur; per autumnum vero sub adversa tempe- state prosequuta, varias excitavit mole- stias. Quare hac quoque missa, increbuit tussis sicca; corpus macilentius redditum, variisque a capite ad pectus defluxionibus obnoxium fuit, cum crebris phlogosibus.

Q

Hilce

Hisce autem malis tantum abest, ut regulari cura obviam iretur, ut potius hinc inde vagum arripere tur subsidium.

Hinc tandem & ego sub auspiciis præcedentis anni 1732. in consilium vocatus, sequentem rerum deprehendi faciem: æger statuæ longioris, habitus macilentioris, temperamento ad melancholiæ proclivis, & ad iracundiam facillimi, tussi inter humidam & sicciam media, quasi convulsiva, non solum de die, sed & noctu somnum turbante infestabatur; appetitu fruebatur irregulari, viribusque ferme exhaustus, tum temporis præscriptis a medico ordinario infusis theiformibus & absorbentibus utebatur. Suspicabar phthyseos hypochondriacæ initium cum scirrhosa pulmonum dispositione; & ex crebris catharrhalibus ad fauces & pectus defluxionibus, seri acrimoniam subesse judicabam: hinc etiam contra aliorum opinionem, si præscriptis aures daret, felicem curationis eventum policebar. Eo fine loco Majalis curæ, serum lactis dulce, cujus præparationem ac usum ex scriptis Illustris Hoffmanni didiceram, ordinavi. Namque tres illius libras quotidie mane assuebat æger, & inde egregio cum fructu, & ablque ullo virium decremento ter quaterve quotidie alvum deponebat; appetitu ac lumno per quadraginta dies satis integro gaudebat, equo corpus movebat quotidie, ac optime habebat. Licet etiam sub hac curatione ex terrore ob inopinatum filii unici ab alto casum suborto, motus febries incurrit: illi tamen dato analeptico mox remittentes, non nisi leviores tussiculam, cum pauca pituitæ rejectione reliquerunt. Ab hinc finita lactis portatione, proponebam acidulas Selteranas; quarum primum una cum tribus lactis aluminis partibus mixtrum, deinceps æquali combinatarum pondere tres quatuorve singulo mane potabantur librae. Eadem aquæ cum vino sociatae potus quoque ordinarii loco sub epulis inserviebant; donec 28. earum lagena fuissent exhaustæ. Sub hac medicatione æger quotidie vel ambulando, vel equo vehendo sub cœlo sereno corpus movebat; ceterum egregio fruebatur adpe-

titu, nullamque præter levissimam tuſsim, statim tempore hora tertia matutina recurrentem tolerabat molestiam. Neque vero ullum huic curationi interposui laxans, quoniam alvus æque ac alia excretiones insigni succedebant fructu sponte, & primæ viæ sub seri lactis usu satis purgatæ videbantur; nec alia dabam remedia, nec ipsum Elixirum viscerale balsamicum Excellentiss. Hoffmanni propinbam, cum æger illud sibi nimis æstuosum putaret. Sic vero finita utraque curatione appetitus vigebat optime, corpus augebatur, vires redibant, tuſisque plane evanescerat; & licet adventante hyeme recruduerit, adhibitis tamen pectoralibus & laxante mannato cessabat iterum. Circa æquinoctium autumnale, cum æger sanguine abundare mihi videretur, veniam in pede secari curaveram; ex quo ipse, tum temporis athletice sanus nullam percepit molestiam. Nec enim antea, nisi summa necessitate coactus, veniam iundendam præbuerat, sed potius per aliquot annos ab ea operatione abstinerat; & referebat, cruentem, olim e vena missum, semper crusta inflammatoria fuisse investitum. Ceterum hac hyeme sub sedulo corporis exercitio, præter levissimam quandoque tuſsim, valuit integræ; nec a febre catharrali, que sub hujus anni auspiciis ob humidam ac nebulosam tempestatem cum variis, iisque gravioribus hic locorum grassabatur symptomatis, corripiebatur. Verum enim vero ante quatuordecim dies de iustante colli dolore, & appetitus immunitatione conqueri cœpit, & hinc laxans medium, sibi semper amicum, desideravit, quod etiam ex temperatis aperientibus, & pectoralibus demulcentibus confeatum per biduum cum felici sumbit successu. Altero die, cum cœlum esset serenum, meridianis horis equo profectus ibidem ad vesperam usque in conclavi valde calefacto commorabatur, & post solis occasum domum reversus male habere cœpit. Postridie magno interfuit sy nedrio, & deinceps inter convivium luctu chartæ lusoria ad vesperam usque tempus consumpsit. En autem sub hoc ipso lusa

primum frigus dextrum capitis latus occupabat, collum obrigescebat, auresque dolore prehendebantur insigni; tum refrigeriebat spina dorsi, & denique tremulus horror totum concutiebat corpus. Hinc in lectum deportatus, mox lenem percepit æstum, cui protinus leve ac brevius jungebatur delirium. Sed datis demulcentibus, absorbentibus atque diaphoreticis, lenis eruppebat sudor, & morbus intra triduum solvebatur. Abhinc ergo sat is quidem bene habet; sed dolor collis adhuc muscit, adpetentia cum somno haud rite sibi constat, & tussis excretione punita stipata adhuc adfligit..

CONSULTATIO.

Postquam morbum, cuius cauſa consultus sum, cum omnibus symptomatis atque momentis sedulo perpendi; illum veræ phthyleos nomen adhuc minime mereri exinde conjicio, cum nec ulceratio, nec scirrhositas, nec occulte vomicae aut tubercula quædam in pulmonibus se exferant. Libera enim adhuc est spiratio, tussis interdum plane evanescit, nec purulenta sequitur materia, nec febris lenita jungitur. Hanc potius tussim rheumatico-scorbuticam dici debere existimo; quæ a colluvie & congestione seri impuri acrioris in vasis & canalibus bronchiorum orta, a transpiratione vero per frigidum humidumq; vere & autumno aerem prohibita, & a diæta erroribus magis sustentata, & denique ab accidente mala digestione, ac fortibus animi commotionibus adhuc magis adaucta fuit. Nec leviori documento, quod massa humorum vitalium multis scorbuticis scateat sordibus, sunt ipsæ molestia, ægrum tam diu, tamq; graviter excruciantes: quæ sane temporis mora, nisi tempestiva feratur medela, facillime in atrophiam cum febre lenta atq; hecūca transire possunt. Quod si vero primam horum malorum originem perscruter, illam meo quidem arbitrio ex venerationibus, quæ in juventutis annis bisterve ad minimum instituenda foissent, tum temporis neglectis derivandam esse censeo; quippe quæ juvenes ab affectibus

tam acutis, quam longis optime præservare valent. Forsitan etiam nec febres tertiana, aliæque ab ægro toleratae haud rite fuerunt personatae; & hinc viscerum-separatorum abdominis, glandularumque meseraicarum malam reliquerunt constitutionem: quo factum esse potuit, ut humores acres impuri magis augmentati increverint. Exinde vero adparet, medicum illum, qui haec tenus ægrotantis valetudini remediis diluentibus, demulcentibus, lacte asinino, sero lactis, aquis medicatis &c. prospexeront, & corporis commendarunt motum, morbum, illiosq; cauſas egregie perspexisse. Quare restat dumtaxat, ut paucis complectar, qua ratione instanti vere ulterior medela ferri debeat. Hinc ante omnia necessarium duco, ut quamprimum fieri potest, ex vena in pede tusa octo cruxis emittantur unciae, idque singulis octo mensibus repetatur. Hoc prælertim tempore æger in vicetu, potu, aliisq; rebus non naturalibus probe sibi caveat, cibos concoctu difficiles fugiat, aerem frigidum humidumque arceat, & ab omnibus mentis affectibus sedulo abstineat. Deinceps per quinque vel sex hebdomades serum lactis adhuc potari suadeo; quod sic paratur. Lactis vaccini aut caprilli sex librae medicæ igni admoveantur lenissimo, ut parum ebulliant; tum addito citri succo, quantum bina capiunt cochlearia, iterum ebulliant, donec coaguletur; hinc percoletur, & addator oculorum cancri præparatorum drachma: quæ invicem probe agitantur, ut aciditas infringatur; & denique syropi papaveris rhæados uncia una immisceatur: ex quomane calide bibat æger, reliquum sub prandio hauriat frigidum. Non minus inter hanc medicationem singulis quatuor diebus lene laxans rhabarbarinum sumatur, quod sic paretur: Conteratur una cum dimidia rhabarbari uncia, affundantur ferventis aquæ unciae octo, ebulliant leviter, percolentur cum libra una passularum Corinthiacarum bene mundatarum; addantur faciliari albi candi unciae tres; evaporentur leniter in patina stannea ad humiditatis consumtionem, & denique addatur cinnamomi drachma una. Hujos

enim laxantis uncia una cum dimidia mane assumatur, & vel juscum, vel infusum theiforme, vel serum lactis calide superbibatur: quod & sub initium, & finem curationis assumatur. Cæterum uti semper, ita præcipue sub hac curatione accurata observetur diæta: corpus ante prandium moderate moveatur; sub epulis loco vini rhœnani vinum de Tinto, cuius octava mensuræ pars cum una Hungarici permixta sit, potetur. Non minus egregiam pollicentur opem juscula ex carnis gallinarum, vitulorum, chærefolio, radice cicchorei, nasturtio & tantillo macis confecta. Reliqua medicamina parum efficient, & in iis non nisi sequentem pulverem ab ægro cubitum ituro sumendum suadeo: Recipe lapidum cancrorum, pulveris marchionis ana drachmam unam, succini præparati unciam dimidiad, pulveris cascarillæ, salis absynthii ana grana quindecim. M. f. pulvis, div. in 3. partes. Potui ordinario convenientissima est aqua; eaque fontana, pura, levisque; quæ si durior fuerit, sic attemperetur: Amygdalarum dulcium uncia dimidia contundatur in mortario, infundantur aquæ quatuor librae, coletur, bibaturque. Nec alienæ erunt vel aqua cum pane similagineo, ac cornu cervi usito decocta, vel acidulæ Selteranæ vino Mosellano nuptæ. Externe sequens emplastrum longo usu habeo comprobatum: Recipe myrræ electæ, bdelliæ, succini, mastichis ana unciam dimidiad, axungiae humanae, ceræ, minii ana uncias quatuor, saponis veneti, camphora ana drachmam unam & dimidiad. M. f. emplastrum, quod peftori, collo & spinæ dorsi imponatur. Nec denique contra tussim, si vehementior fuerit, contemnendum effectum præstant pilulæ de styrace, septem granis cum totidem alcephanginorum mixtæ & vesperi exhibitæ. Quæ omnia si cum recto vivendi genere per aliquot tempus usurpaverit æger, de felici eventu nullus dubito.

Nec spem fecellit hæc medicatio: siquidem post aliquot menses mihi nunciatum est, generolum ægrum a commendatis remediis insigniter sublevatum, & per-

fectæ tantum non sanitati fuisse restitutum.

C A S U S X C V I I .

De pleuritide spuria ac vera feliciter persanata.

VIR illustris quinquagenarius litteratus, corporis paullo firmioris, vietui duriori magis, quam molliori affectus, ob nimiam in studiis, lectionibus & meditationibus, etiam mox a pastu, intemperantiam, & ob vitam motus valde expertem, ingentem universo corpori & præfertim capiti atque ventriculo contraxit debilitatem; quam quotidiano, moderato tamen vini generoli potu emendare per aliquot annos tentavit. Tantum autem abest, ut illud obtinuerit, ut potius inde sibi accerserit purpuram scorbuticam; quæ ipsum mox leviter, mox graviter infestavit, & lecto affixit variis stipata symptomatibus: quæ inter illud notari meretur, quod partes extreæ manus, pedes, narres, ipsumque scrotum glaciali quasi corripiuntur frigore, fervidissima licet estate. Purpura vero ad corporis superficiem exeunte, calorem naturalem hæc partes recipiunt. Cum superiori vere sati graviter & acute purpurae morbo laboraverit, & feliciter convaluerit: ad eradicandum & funditus extirpandum ex massa sanguinea hocce vitium commendavi ipsi ulsum fontis Selterani, quem etiam per mensem bibt ægregio cum levamine, & virium restauratione. Inde etiam adpetitus ciborum evasit longe fortior. Nihilominus cum leviter vescitus, in horto sole occidente, auræ paullo humidiori & frigidiori ambulando corpus exponeret, incidit in novum morbum. Nimirum postridie vesperi vehementer universum corpus percutit frigus, per horæ spatium & ultra durans, quod mox excepit maxima præcordiorum anxietas cum vomendi conatu, inquietudine, & dolore dextri lateris acuto, spirandi difficultate juncto: quæ symptomata ipsum per totam noctem detinuerunt graviter. Ego mox venam

fecæ

Tecari, & ex affecti lateris parte sanguinis circiter quinq; vel sex uncias détrahi jussi; ac pulveris bezoardici cum aliquot granis nitri mixti aliquot doles, singulo triduo unam sumendas ordinavi, superbibendo aliquot infusi Theebois vascula: inde copiole sudavit per totum corpus. Præterea lateri dolenti adplicandam curavi vesicam bovinam, ultra dimidium decocto ex floribus fimbrii, meliloti, verbasci, chamaemeli officinalis, millefolii, semine anethi, croco & laete vaccino repletam. Effectum etiam est hisce remedii, ut non modo dolor ab initio satis acutus cum spirandi difficultate, sed & acris febrilis calor cum omnibus symptomatibus intra duos dies ex toto sublata fuerint; adeo ut ager lectum deseruerit; & postridie cibum largiorem cum potu sumserit. Verum enim vero circa noctem ex improviso summa præcordiorum anxietas. Sine prævio frigore cum febrili ardore, conatu vomendi, spirandi summa angustia, tussi valida, sed sicca, & dolore lateris antea affecti revertebantur: quæ cuncta symptomata ab initio speciem febris intermittentis præ se ferebant, sed cum sine remissione & intermissione durarent, & sputum tertio die cruentum accederet, cum expectoratione valde difficili: adparuit, ex nocta pleuritide, quæ antea tantum membranag costas cingenti nerveæ, quæ pleura dicitur, insidebat, jam redditam fuisse veram, quæ in ipsa pulmonum substantia sedem suam habet fixam; sicuti indicabat sputum cruentum cum valde difficile spiratione & dolore magis interno, qui antea potius fuit externus. Alvus firmiter clausa, & præcordia flatibus turgida anxietates augebant.

Ego ad removendum hunc difficilem & gravem affectum nihil convenientius reperi, quam præscribere mixturam, quæ ex aqua cardui benedicti, florum fimbrii, acaciae, scorzonerae, acetodestillato, lapidibus cancrorum & diacordio Fractiorii, addito syrupo papaveris albi erat composita, qualem multoties in ejusmodi morbis utilissimam notavi. Deinde pulvere usus est diaphoretico & antispalmodico, qui conficiebatur ex cornu cervi

Hoffm. Consult. Med.

philosophice preparato, lapidibus cancrorum, cerossa antimonii, mandibulis lucii pisces, addito nitri pauxillo, & cinabaris nativæ: quem crebrius cum decocto avenaceo amygdalino sumsit. Ante vero, quam adhibuisset hacce medicamina, cylstere emolliente ad discutiendos flatus & solvendam alvum usus est: interne vero ad removendas præcordiorum anxietates, a flatibus ventriculum distendentibus obortas, sumsit liquoris mei anodynæ mineralis guttas XXX. cum aliquot guttis liquoris bezoardici Boffii. Continuavit sputum ex fusco nigroque calore sanguinolentum per quinque & ultra dies; & cum expectoratio valde esset gravis, operam dedi, ut hanc faciliorem redderem crebriori uso Electuarii, quod julepo solarum cum æqua portione olei amygdalarum dulcium recentissimi mixto, additis guttis aliquot elixirii nostri pectoralis confici curo; quod per plures dies sumsit egregio cum effectu. Præscripti quoque insulam theiforme aliquoties inter diem sumendum, ex herba veronicae, scordii, floribus bellidis, chamaemeli vulgaris, summatum millefolii, radice quiritiæ, semine foeniculi: quibus remedii intra septimum diem feliciter sanatus est, paulatim evanescentibus gravibus illis symptomatibus. Nihilominus intra tres dies cum somnus & appetitus ciborum redierint, ut e lecto etiam surgere, & studiis rursus vacare potuerit; purpura iterum adparuit cum ingenti pruritu, & universum corpus, maxime partes inferiores, pedes, crura & dorsum occupavit: adeo, ut numquam antea tanta copia eruperit in corporis superficie; sed tamen cum somno propter pruritum paulo inquieto, sine tamen languore, & sine pulsus ac urinæ mutatione.

Epicrisis.

IN hac proposita morbi historia plura sunt adnotatione digna. 1) quod pleuritis spuria, quæ nonnisi erysipelas muscularum intercostalium & pleuræ est, a perfrigeratione corporis & cruditatibus

Q. 3 pri.

primarum viarum cito possit suboriri, cum frigore præcedente satis vehementi, inclinatione ad vomendum, calore acri præternaturali; non secus ac erysipelas iisdem symptomatibus invadit: atque intra duos dies felicissime in hoc corpore, congruis remediis, venæctione, diaphoreticis sublata fuit. Dubio procul, quoniam illustris vir ante aliquot septimanas curam cum fontibus Selteranis, quos per mensem & ultra bibit, finivit; unde sanguis redditus, quod ex venæctione adparuit, fluidior, ut firmorem stasin in membranis nervosis concipere vix potuerit.

2.) Perquam notatu dignum est in hac historia, quod curatam spuriam pleuritidem secundo post die pleuritis vera experit, & hæc ipsa cum inflatione ventriculi, summa præcordiorum anxietate, alvo adstricta propter vixum mox post morbum paullo pleniorum oborta fuerit. Saepius namque observavi, quod vera pleuritis ortum suum ac initium sumat ex virtute primarum viarum, si illæ flatibus, vel spasmis sunt obsestæ. Non semel notavi, colicam flatulentam & convulsivam, quæ aliquor diebus affixit, consequutam fusisse pleuritidem veram & peripneumoniam. Nec deficit ratio: nam propter flatus & spasmos liber sanguinis transitus per abdominis impeditur viscera; atque adeo cum impetu & copia per arterias ruit crux ad ipsos pulmones, eorumque minima capillaria vasa; qui spissior ibi subsistens inflammationem parit. Accedit hoc maxime in plethoricis, quorum in venis copiosus & tenaci glutine refertus sanguis continetur.

3.) Discussa inflammatione hic morbus fuit brevis, & intra septimum diem convenientibus remediis propter sanguinis fluiditatem profligatus. Nam instar generalis regulæ practicæ hæc tenenda est, quod quo tenacior sanguis, & ejus serositas est, eo gravius omnis inflammationis & maxime pleuritidis periculum est, & contra.

4.) Denique etiam notandum hoc loco venit, quod discussio pleuritico affectu aliquot dies post purpura universum corpus obfessum fuerit, sine tamen virium jactura.

C A S U S X C V I I I .

De Pleuritide.

Fœmina 54. annorum nocte, prædentibus aquilonibus ventis, qui excepérant humidos australes diu spirantes, corripitur dolore sinistri lateris, spirandi difficultate & quodam horrore, subsequitur mox pulsus celer & frequens cum calore præternaturali. Accedit altero die tussis vehemens, aspera, & sputum ejicitur sanguine tintum, cum symptomatum exacerbatione. Hinc judicatum fuit subesse pleuritidem, cui remedia diaphoretica ac discutientia opponebantur. Tertia die valde conquerebatur de dolore sub costis nostris lateris sinistri: quare externe applicabatur spiritus vini camphoratus, cum essentia croci & balsamo peruviano mixtus, qui non tantum lateri thoracis sinistro, sed & costis & hypochondrio sinistro forinsecus fuit admotus. Interea tussis continuabat vehemens cum ejecitione pituitæ crassæ; noctes erant insomnes, & sudor fluebat largior. Dati igitur nitrosi & resolventes pulveres, quibus mitigatus est æstus, & facilior redditia spirandi angustia: externe vero ad dolorem, qui valde adfligebat, compescendum, unguentum ex oleo hyoscyami, amphora, & oleo carvi adplicatum: unde omnis in thorace remisit dolor, & somnus fuit quietior. Sed post somnum pessime se habuit, æstus invaserit intensior, magna virium prostratio, insignis pectoris oppletio, at vero difficiilius illius expectoratio; adeo, ut adstantes rem fore conclamatam crederent. Omissò igitur unguento, externe applicabatur iterum spiritus vini, camphora probe saturatus; interne dabatur pulvis ex lapidibus cancerorum solutis, nitro, camphora mixtus, & singulis quatuor horis cum aqua scordii propinatus. Hinc dolor redit, æger sudavit, & excretio materię pituitosę liberior facta est, ita ut optima spes reconvalescendi apparuerit, quæ etiam die septimo, largiori sudore sequuto, implebatur. Interim agrota de dolore hypo-

pochondrii sinistri, qui ad umbilicum usq; pertingebat, gravativo, nonnunquam pungitivo conqueri cepit; qui cum corporis debilitate, urina rubicunda cum sedimento, pectori vero salvo ac integro, frustra adhibitis clysteribus, carminativis, aliisque per tres adhuc inhalatis hebdomades. Tandem denique per alvi profluviū sublatus est, quo quotidie septies quin & decies alvum depositus, eam excrementis non modo odo-
ris foetidissimi, sed & materia purulenta, & quandoque sanguineis grumis permixtis. Quare ordinabantur pulveres ex nitro, myrrha, antimonio diaphoretico, croco parati; decoctum ex veronica, seordio & he-
dera terrestri confectum; oleum amygdalarum dulcium cum junculo quotidie su-
mendum; externe inungebatur axungia
taxi, cum oleo nuciis, chamaemeli atq;
carvi maritata; & his, sedato alvi fluxu,
doloribusque sopitis ægra convaluit.

Epicrisis.

PRÆSENS effectus est Pleuritis: in quo notetur primum, quod ægra post unguentum pejus habuerit. Nec obscura est ratio: dum enim per ista anodyna spasmus cum dolore sistitur; hinc robore atque tono fibrarum, quo excutitur materia, dejecto, expectoratio inhibetur: manet nihilominus perpetuus humorum ad pectus afflu-
xus, sed nulla subsequitur ejactio. Ex quo discimus, oleum hyoscyami, & reliqua anodyna, licet valde urgeat dolor, non esse ex-
hibenda, præsertim in personis annosis. Majori vero securitate ea postulumus usurpare in juvenibus: hinc etiam patet somnus pleuritide laborantibus non esse suadendum, quia sic materiae præpeditur ejactio.

2) *Ægra conqueritur de dolore hypochondrii sinistri, qui ad umbilicum pertingit.* Ratio hujus symptomatis hęc esse videtur: dum sanguis per pectoris partem sinistram non bene circulatur, stagnat in liene & me-
senterio: hinc dolor gravatus, quandoque pungitivus percipitur, & propter affec-
tum mesenterium ad umbilicum usque protenditur. Hic vero stagnans sanguis tan-
dem degenerat in pus, quod per vasa me-
senterica intrat intestina, & per ea elimina-

tur. Inde discimus, quid sit, quando austores scribunt de empyemate thoracis per anum ejecto; quod nonnulli per poros dia-
phragmatis, quos transiret empyema, fieri falso afferunt. Posse autem contingere sta-
gnationem sanguinis, si in una parte illius circulatio est impedita, testatur Meckren, qui observavit, ex convulsione capitis sub-
sequutam fuisse inflammationem hepatis.

C A S U S XCIX.

De Phthys ex hemoptysi.

FOEMINA jam agens annum etatis vi-
gesimum septimum, a sex jam annis
tussi humida, expectoratione materię co-
piosa crassa stipata sollicitata, & de alvi
adstrictione, doloribus sinistri, quandoque
erato dextri lateris tensivis diu conquesta;
ex improviso tribus abhinc annis sanguinem
cum tussi rejecit copiosum. Medicus
vocatus ad hunc fluxum compescendum
præscriptis polveres stypticos, quibus he-
moptysis sedata fuit, nec amplius redit:
subsequura autem est spiratio difficilis, &
largus mensium fluor accessit; sed remi-
serunt dolores gravativos cum hypochon-
driorum inflationibus. Jam annus agitur,
ex quo magnam materiae purulentæ visci-
dæ spuere copit copiam; corpus externa-
macie conficitur & debilitatur; pulsus post
pastum, & circa noctem valde citatus
fertur; parum comedit. Quod autem no-
tabile est, per medium ferme annum cre-
berrime ejicit cum sputo calculos duros &
albicantes in larga satis copia; & denique
jam fruitur alvo molli ac fluida.

Epicrisis.

QUANTUM detrimentum ad illos, qui bono naturae instituto, copiosis san-
guinis excretionibus sunt adfueti,
ex intempestiva illarum per styptica sop-
pressione redundet, vel hic calus docet.
Hęc enim femina, quę hypochondriorum
vitio, & obstructionibus circa regionem
hypogastricam laborabat: ex sanguinis
motu præpedito lentoque, quia tunc san-
guis alias exequendi vias querit (nam ha-
mo-

moptysis s̄epe ab obstructo quodam visceri oritur), tandem experta est hæmoptysin , dum sanguis circa pulmones con- gestus fuerat . Hanc si continuasset na- tura , motus sanguinis fuisset compo- situs . At ubi hæc hæmoptysis parum pru- denter sublata fuit , nihil erat certius phthysi ; cum sic constrictis pulmonibus , & motu sanguinis inverso , stagnatio pariter ac infarctus humorum subor- tur . Quum vero sanguis ipse in nostra ægrotante , quæ malo laboravit hypo- chondriaco , viscidus & acidus , dein transitus bilis interceptus , & ideo illius cum sanguine commixtio interturbata fuit : inde sanguis viscidior magis reditus , ad generationem calculorum in pulmonibus post sublatam hæmoptysin , quæ sine prævia spasmatica constrictio- ne fieri nequit , multum contribuit . Quod vero in pulmonibus calculi reperti fuerint , non mirandum ; quippe qui in omnibus fere corporis partibus occurre- re solent .

Vitanda cane pejus & angue est tin- etura , antiphthysica . Gramanni , quæ magis procurat phthysin & maturat ; quod etiam faciunt liquores martiales , hæmatites , saturni , croci martis , opia- ta , austera , adstringentia , frigida , quæ omnia , ut & acida , malum hoc valde augent . Cura hujus morbi potius in eo consistit , ut 1) per expectorantia ma- terie purulentæ ejusq[ue] promoveatur , & 2) ipsa pulmonum consolidatio re- stituatur . Prius ut e-voto succederet , aliquantulum spero ; posterius non ab- solute polliceor . Exhibeat itaque medi- cus decocta & infusa herbarum , ut che- refolii , scordii , veronicæ , glycyrrhize , ut & decocta folius hederæ , terrestris , quæ ex pectorationem humorum promo- vent , & humores servant fluxiles . Con- venit etiam lac asinum aqua probe di- lutum , non coctum , si nimis alvus est aperta , cui addi potest parum fac- chari . Præterea quoque prodest arca- num duplicatum , quod abstergit , ob- structiones tollit ; non minus mater per- larum , nitrum , antimonium diaphore- ticum , antihecticum Poterii , quæ ver-

sus noctem , ubi æstus est auctior , sunt exhibenda . Non minus re sunt oleum anisi , nucifæ , foeniculi , macis , uti & essentia ex tinctura tartari , croco , oleo destillato anisi , macis parata ; quæ tem- pore prandii ad guttas XX. vel XXX. propinetur . Nux moschata cum saccacho in tussi præstans est remedium ; spi- ritus salis & acida tussim promovent , & dulcia denique tonum ventriculi de- struunt , & viscidam relinquunt fabu- ram .

C A S U S C.

De tuberculis pulmonum .

JUENIS 24. annorum , corporis ro- bustioris , pectoris demissi , humeros- que gerens altos , multis abhinc an- nis difficilem expertus respirationem , vocemque semper raucam toleravit . Profectus aliquando in Belgium , duro- que ibidem piscium marinorum , & car- nium fumo induratarum viatu utens , ventriculi aliquoties gravativum exinde sensit dolorem . Hunc frequenter corri- gere tentavit & concoctionem adjuvare usu spiritus vini Franconici , quem paulo largius inter epulas hausit . Verum enimvero accidente autumno incidit in tussim , spirandi angustiam & difficultatem , pungitivos in pectore dolores , & ingentem totius corporis lassitudinem : non minus dolores circa lumbos acutis- simos , & in artubus pungitivos sensit , ut medici , vagam subesse anthritidem credentes , venæsectionem ordinarent , & reliquam venæsectionem ad dyscra- siam humorum scorbuticam dirigerent subigendam . Reversus in patriam illudem symptomatisbus , sed longe atro- cioribus , afficiebatur : crescbat enim tussis mirum in modum , & erat vehe- mentissima , per integrum s̄epenumero adfigens noctem ; adeo ut ferme suffo- cari videretur . Quod autem notabile- erat , nihil pituitæ vel purulentæ mate- riæ rejoiebat ; sed tussis aridissima erat , pulsus semper celer & frequens , appe- titus nullus , urina rubicunda , nox sine somno & perpetua spirandi difficultas .

Nec

Neque minus post usum salium volatilium, ac infusi veronicæ gravissima fuit reddita; nec ullæ opem ferebant medicinæ, sive fuerint nitrosæ, sive decocta pectoralia, sive myrrhata, sulphurata, sperma ceti, sive electuaria pectoralia &c. Optime autem conquivit tussis post data anodyna: tunc enim sonitus erat quietior, fudores largiores & calor remittebant; sed virium debilitas inde increscere videbatur. Ex quibus judicavi procul dubio tubercula scirrhosa pulmones obcedisse, bronchia semper stimulantia, & sanguinis cum impetu ad pectus delatæ refluxum impedientia; que cum nec emolliri, nec resolvi potuerint, mors tandem, ultima rerum linea, supervenit..

EPICRISIS.

Reste monet Hippocrates, multiplo confirmatus experientia, eos, qui altos gerunt humeros, ad asthma, aliosque pectoris affectus inclinare: quod & in hoc casu accidit, ut juvenis iste ad phthysin primum dispositus, mox exinde pulmonum incurrit scirrhesciam, & tumores nascerentur sive tubercula.

Hanc dispositionem foverunt cum vita ratio, tum regio, quam petuit: illa erat crassa admodum & insalutaris, dum præter cibos mali nutrimenti, spiritu vini Franconico inter cibos usus est, qui sanitati minime confert, quia chylum statim præcipitat, & in coagulum compingit, & maxime illis, qui ad scorbuticam inclinant dyscrasianis, minus conveniens, quia iamdum humorum laboranti crassitie. Regio, quam petuit, ab aere vappido repleta fuit, qui sanguinis mixturam, crasin atque motum non parum turbare valet. Ita præcipue pulmonum tubercula possunt protrudere; quibus dum sanguinis circuitus pervertitur, eique reatora injicitur, partim tussis, dum natura id, quod sibi molestum est, ejicere laborat, partim angustia & difficultas spirandi fiunt; ita ut ob lentiorem sanguinis progres-

sionem lassitudo corporis, & ob vesicularum pulmonalium distensionem pungitivi dolores conjungantur. Quod vero lumborum dolores orti fuerint, haud ignorari oportet, quod illi dyscrasia scorbutica laborantibus familiares; quoniam & sanguinis tardior motus, tumetiam concurrrens salina intemperies membranas pungit, vellicat & irritat. In itinere autem æger melius habuit, eo quod motu tali motus sanguinis quodammodo liberior redditur: simulac vero requievit, symptomata invaluebunt.

In curatione eo quidem respiciendum fuerat, ut pulmonum tubercula emollientur ac resolventerentur, que autem omnem eludit operam. Inter illa emollientia & resolventia sunt variae radices & herbae v. g. fieri potest: decoctum ex radice chinæ, passulis, rasura ligni sassafras, carduo benedicto, veronica, scabiosa, scordio, floribus sambuci, radice Angelicæ (ut ut enim hæc sit alexipharmacæ & calida; tamen in decocto diffusa ejus virtus sanguinem non adeo commovere potest) herba malve, altheæ, radice enulæ &c. Non minus pulveres parari possunt, ex lacte sulphuris, antimonio diaphoretico, antihætico Poterii &c. Conveniunt porro terra foliata tartari, solutio oculorum cancrorum, crocus, myrrha in substantia comella. Quæstio autem incidit, num venælectio locum habere possit? Nihil omnino obstat, si modo sanguis fuerit præparatus. Sed omnia salia volatile oleosa non nisi preservative locum habent: nam alias post horum & calidorum usum malum & tussis invalluit: ex quo sanguis major in copia ad pulmones vectus, ibique haud inveniens liberum transgressum, angustiam atque difficultatem spirationis adauxit. Cum autem nullæ in hoc ægro spes tubercula resolvendi superestet; hinc ad delinendum affectum blanda anodyna, uti crocus cum aqua papaveris rhædoss &c. adhibita fuerunt..

APPENDIX,

EXHIBENS

Judicia & Responsa Medica, an purgans ex resina jalappa & mercurio dulci lactentibus infantiibus sit propinandum.

Puerulus unicus, parentibus carissimus, tres anni quadrantes natus, primo etatis semestri, absque ulla aegritudine sanus vixit ac incolmis, ubera rite traxit, placide dormivit, alyi excretiones habuit liberas, & vegeto semper, vivacique floruit ingenio. At vero mense Decembri inquietus esse, continue clamare, faciei calore urit, ac ore spumam crebrius reddere cœpit, ut medicus dentitionem suspicaretur. Hinc ordinavit tenellulo pulveres purgantes, quorum singulus grana duo mercurii dulcis, & resinæ jalappæ præparata, i. e. resinæ jalappæ partibus binis & tribus amygdalarum dulcium confectæ granum habebat. Horum uno assumto, infans vomuit, & decies alvum depositus: quare reliquorum usus fuit intermissus. Ab hinc vero male habere cœpit; dum præsertim spiratio anhela accedere, ipse saepius suffocari, ac crebriori digitorum convulsione corripit observabatur. Sexto demum Iduum Maji vehementi inquietudine, anxietate ac spastico prehendebatur; contra quæ a priori medico ordinata fuit hæc compositio: Recipe resinæ jalappæ præparata grana sex, sacchari candi pulveris lati grana 12, mercurii dulcis grana 15. M. f. pulvis in sex partes dividendum. Harum binas assumitas, crebræ alvi dejectiones, ac dictorum symptomatum major ferme exceptis exacerbatio; adeo, ut adstantes convulsiones veriti, tenellulo propinarent pulveres quosdam antiepilepticos. Neque tamen minus 11. Kalend. Junii ipla erupit epilepsia cum horrendis convolutionibus; quæ multis remediis antiepilepticis & internis & externis, mysteribus, & pulvere purgante ex mer-

curiis dulcis duobus granis, & unico resine jalappæ confecto, qui repetebatur V. Kalend. cum uno dumtaxat mercurii dulcis grano, oppugnabantur. Et postquam 6. & 5. Kalend. ex his remedii exacerbari videbatur epilepsia; ea tamen, 4. & 3. Kalend. evacuata per alvum copiosa, facta, ac mali coloris faburra, paululum remisit. Verum enimvero cum Nonis Iunii recrudescerent motus epileptici atque convulsivi, præter clysterem, 8. Iduum & infanti & nutrici quandoque data est hæc potio: Recipe resinæ jalappæ granum quinque, dissolve in uno ovi vitello recenti, adde aquæ chamæmeli romani unciam unam & leonis, syrapi rosarum solutivi drachmas tres. M. D. ex qua large alvum depositus, simulque mansit inquietus. Circa diem tertium Iduum Junii non solum crebrius alvi profluviū accessit; verum etiam tam angusta supervenit spiratio, ut suffocari omnino videretur puerulus, & rauca voce peculiarem edidit sonitum. Quamobrem dati interne sunt pulveres adstringentes, externe stomacho impositum ceratum theriacale: ex quibus bene habere cœpit, nullaque a 14. Kalend. Junii, ad 5. usque Iduum accedit medicamina.

Has interim molestias partim a difficultate dentitionis, bini enim sub illis dentes, iisque maxillares, in mandibula superiori eruperant, partim ab impuro nutrictis, hanc ob caussam abactæ, lacte derivarunt. Cum vero nihilominus 5. Iduum Julii male iterum habuisset infans iterum exhibitus est pulvis ex tribus mercurii dulcis granis, & uno resinæ jalappæ confectus, sed ipse a III. Iduum ad 5. diem ante Kalendas Augusti, æstu, inquietudine.

dine, tussi, roncho pectoris misere sollicitatus, ante memoratum anxium s̄apius edidit sonitum. Hac contra symptomata varia pectoralia, veluti fuerunt loch sanguin & expertum, lac sulphuris cum saccharo albo in sexdupla dosi, & electuarium ex oleo amygdalarum dulcium, spermate ceti & saccharo Canariensi paratum &c. exhibebantur; intra ultimum quatriuum pulveres laxantes ex mercurii dulcis granis duobus cum dimidio & uno resinæ jalappæ præparata bis dabantur; ac duo linctus pectorales propinabantur, quorum unus syrupi da manna solutivi unciam semis, pulveris jalappæ scrupulum unum, aquæ veronicæ drachmas duas; alter syrupi de manna solutivi unciam unam, jalappæ grana 12. & aquæ veronicæ drachmam unam habebat. Tum 5. Calendarum Augusti violenta erupit epilepsia, & per tres dies absque remissione, cum perpetua dicti anxi sonitus ex pectori explosione, alvo soluta, tetrilque excrementis vehementer inhalat: donec denique prius Calend. Augusti ipsa mors insequenter. Hoc tempore multis remediis ante epilepticis, internis pariter ac externis, clysteribus ad sedandam diarrhoeam pulvere theriacali, aliisque, quorum intra triduum viginti duo numerabantur, remediis pugnatum fuerat. Altero denique post mortem die, bini in superiori maxilla observabantur dentes, erosionem minantes, atque fauces aphthis & pustulis inflammatoris obfessæ deprehendebantur.

Neque vero ignorari oportet, defuncti fratrem binis abhinc annis, eadem ætate, iisdemque symptomatisbus infestatum, iisdemque remediis tractatum periisse; quippe cui & præservandi & curandi fine sapientiæ & laxantes pulveres modo recensiti, & alia remedia cum jalappa commixta propinata fuerant. Quamobrem, dum adhuc viveret hic puerulus, ab alio medico hæc curandi ratio in dubium vocata est: quippe qui tam acria, irritantia, atque purgantia, copiosa quantitate & crebro data, in tam tenero subiecto, quod & natura sensibilissimum, ad spasmoidicos ac convulsivos motus proclive, & ob difficultem dentium eruptionem

doloribus, ac violentis generis nervosi distensionibus obnoxium fuit, minime proficia, sed summe potius nociva judicavit. Hinc etiam, vi conscientiæ permotus hic medicus, cui pariter ac priori defuncti cura erat tradita, ad quasdam quæstiones medicorum celebriorum flagitavit responsa ac judicia; eo dumtaxat fine, ut prior medicus, frequenter, sed frustra ne latenter infantibus tam acria propinaret purgantia, commonefactus, convincetur, hanc medendi rationem & arti medicæ & conscientiæ omnino repugnare.

RESPONSUM WITTENBERGENSE.

Propositæ nobis fuerunt quædam quæstiones, ut de iis, quid sentiremus, responderemus; quarum quinque potissimum occurrerunt nobis; vimurum 1) num infant, tres anni quadrantes nato, dentitioni difficili obnoxio; & ex lacte corrupto dejectionibus alvi viridescentibus cruciato, hinc anxietatibus, spasmis, & epilepticis correpto motibus, purgans ex tribus mercurii dulcis granis & uno resinæ jalappæ præparatum, tuto & cum fructu prælertim repetitis vicibus, propriari potuerit?

2) Anne consultius fuisset, in locum mercurii dulcis, ac resinæ jalappæ, lenius laxans vel folum, vel cum pulvere absorbente antispasmodico commixtum exhibere?

3) Utrum rationes hanc in caussam allegatae cerebrinæ sint, anne potius vera atque solidæ.

4) Num ex ullo probato scriptore medico probari queat, mercurium tribus granis, cum purgante mixtum in tam tenera ætate fuisse propinatum? &

5) Anne denique ex s̄apius repetito hoc laxante, mox insequuti epileptici motus debeant derivari?

Quamobrem, omnibus perlustratis diligentia collegiali probe momentis, ad primam quæstionem positivam magis dare responsum potuissemus, si allegatus fui.

fuisse effetus, quem recensitum purgans in eo tenellulo semper edidit. Neque tamen minus, si ætatem subjecti tenerimam, anxietates, spasmos epilepticos, dejectiones alvi virides, dentitionem difficilem, reliqua symptomata, & sèpius repetitum purgantis usum consideremus, non possumus, quin hunc ausum nimis temerarium declaremus.

Melius factum fuisse putamus, si in taliterum statu & mercurius dulcis & resina jalappæ omitta fuisset; eo magis, cum longe tertia prostant purgantia, quæ in infantibus cunctis evacuandi scopis faciunt satis. Præsertim autem in nostro subjecto longe convenientius fuisse, clysteribus ac blandioribus laxantibus, cum absorbentibus mixtis acrimoniam primarum viarum temperare & leniter eliminare. Quod si enim in ipsis multæ fortes acidæ, atque bilis, ut vocant, æruginosa hospitentur, quas in nostro subjecto dejectiones virides, & reliqua significant symptomata: mercurius dulcis propinatus cum iis combinatur, hinc stimulationem magis adauget, ac periculosa concitat symptomata.

Neque ideo juxta questionem tertiam adductæ rationes pro cerebrinis habendæ sunt: omnis enim curationis fundamentum in ratiocinio medici situm esse oportet: quod cum omnes scriptores medici præfixum sibi habuerint, maxime in remediorum mercurialium exhibitione; ne-
mo eorum nobis adhuc innotuit, qui in recensitæ ætatis subjectis, ac allegatis ægritudinibus ea dosi propinavit mercurium dulcem, ut quidem in præsenti casu factum esse legimus.

Quæ eum ita sint, & mercurius in ea portione, ætate, ac symptomatibus haud tuto exhiberi posse videatur: nec adeo a veritatis specie ab ludit assertum, ex illius usu in sequutos motus epilepticos nisi excitatos, saltem magis adauertos fuisse ac sustentatos.

RESPONSUM JENENSE.

EX propositis nobis questionibus, ut de iis mentem nostram exponemus, prima est:

Num infanti, tres anni quadrantes nato, dentitioni difficulti obnoxio, & ex latæ corrupto dejectionibus alvi viridibus cruciato, hinc anxietatibus, spasmis & epilepticis correpto motibus, purgans ex tribus mercurii dulcis granis, & uno resinx jalappæ confectum, tuto & cum frumento, repetitis præsertim vicibus propinari potuerit? Si respondere ad hanc debemus, haud ignorari oportet, in omnibus hisce dubiis casibus, leges medendi, & quoad indicationes, & quoad indicata esse respiciendas. Cum vero in præsenti casu & dentitione difficultis, absque alvi obstruktione ac æstu febrili, & dejectio copiosior minime indicent evacuantia, sed potius temperantia ac roborantia: facile patet, eorum usum haud fuisse congruum. Namque licet etiam indicata fuerint evacuantia; attamen hoc scopo mercurialis & resina jalappæ minus tuto sunt propinata. Quamobrem alteram & tertiam questionem:

Anne consutius fuisse, mercurium dulcem & resinam jalappæ omittere, & in horum locum lenius laxans vel solum, vel cum pulvere absorbente & antispasmodico v. g. Marchionis mixtum propinare? omnino adfirmamus, & operæ magis pretium fuisse creditum, in tam tenera ætate alvum blandioribus molliri laxantibus, veluti sunt rhubarbarum electrum, pulvis mechoacannæ, vel ipsa cinnabaris nativa. Neque etiam extra omne possum est dubium, num mercurius dulcis rite & juxta leges artis fuerit præparatus? Et licet etiam lympha vilicida peccaverit, cui mercurialis sulphure puriori non cicurata optime opitulantur: tamen huic dietis lenioribus laxantibus, in nostro quidem casu, suppetiat ferri potuissent eo tutiores.

Non equidem, ad quartam replicantes questionem, inficias ire possumus, quin quidam authores infantibus bimolis mercurium propinaverint dulcem; veluti adparet apud Riverium atque Rhodium: quod autem ille in eodem casu, eadem ætate, iisque symptomatibus stipato usurpatus sit, nusquam relatum legimus. Et si denique consideremus ultimam questionem:

Anre

Anne subsequuti motus epileptici ab usu dicti purgantis crebriori sint derivandi? eo certius omnino affirmativam ferre possemus sententiam, si certi essemus, quod mercurius minus legitime fuerit præparatus. Jam autem cum non solum dentitio difficilis, quæ sola, teste experientia, hæc symptomata producere valet, verum etiam aliquid spasmодici fuerit præsto ante usum sæpius citati purgantis: non omnino convolutionum causam in solum hoc collocare possumus, nisi forte nimis copiose subduxerit aluum, & hinc virium prostrationem, ac ipsam concitaverit mortem.

RESPONSUM LIPSIENSE.

Ad communicatum nobiscum casum, & propositas in ipso quæstiones, quas ex antecedentibus repete, sententiam nostram explicaturi, ad eorum pri-mam respondemus, quod mercurius dulcis in præsenti subjecto, recensitis sym-promatibus adfecto, dicta dosi tani sæpius repetita haud tuto potuerit propinari; cum ille cum primarum viarum faburra permixtus hanc reddit acriorem, & ad inducendos affectus spasmódicos magis idoneam. Hinc 2) fuisse utique conve-nientius, omittere hoc remedium, & aliis magis appropriatis, maxime clyste-ribus uti. Atque 3) ideo hanc in cau-sam allegatæ rationes minime cerebrinæ habendæ sunt: 4) siquidem varij qui-dem scriptores medici, uti Riverius ac Ettmullerus, Harris &c. mercurium dul-cem in affectibus infantum commendant, sub illis vero, quæ in præsenti casu juncta fuerunt, momentis istum a nemine laudatum deprehendimus. Num autem hoc remedium in sequuta symptomata epileptica induxit, vel saltem susten-taverit, haud certo asserere audemus.

JUDICIUM MEDICUM.

Subjectus fuit meo judicio casus qui-dam satis arduus, cum quibusdam quæstionibus, quarum tres sequentes po-tissimæ sunt;

1) Num ad infantes sex vel novem menses natos purgandos laxante ex mer-curii dulcis binis vel tribus granis cum uno resinæ jalappæ præparatae, i. e. ex tribus amygdalarum dulcium partibus & una resinæ dictæ compositæ parato, ruto & absque omnis periculi metu uti liceat?

2) Præprimis num illud infanti tene-ro, qui sensibilioris constitutionis, quin-to jam ætatis mense ob dentium eruptio-nem symptomata epileptica, spasmatica pectoris, suffocativa, digitorum rigorem toleravit, jam vero & lac corruptum, aliasque in primis viis sordes fovet, & iterum ex difficulti dentitione spasmis, anxietatibus, inquietudine, dejectionibus viridibus solicitatur, tam intra quam ex-tra paroxysmum tuto exhiberi possit? &

3) Anne denique tam illud purgans, quam etiam alia ex pulvere jalappæ para-ta, & crebro nimis propinata in dentitio-nis difficultis negotio plus damni induxe-rint, quam emolumenti?

Quæ ut eo clarius explicitur, necesse est, ut indeolem atque naturam earum no-tionum rite intelligamus, de quibus vel adfirmare vel negare quidpiam volumus. Quum igitur mercurius dulcis, & resina jalappæ, nec non hujus pulvis nostra po-tissimum subjiciantur considerationi: di-spicienda nobis est 1) natura ac essentia harum medicinarum; deinde 2) per-scrutanda dispositio corporis in infante tam teneræ ætatis; nec non indeoles la-eti corrupti, porro dentitionis difficultis idea suppeditanda, & 3) denique inqui-rendum, quid sibi velint notiones inse-curi, noxi & periculosi.

§. I. Quod ergo naturam ac indeolem mercurii dulcis attinet, sciendum est, il-lum parari ex mercurio sublimato, tan-quam penetrantissimo animantium vene-no, & modica dumtaxat portione perni-ciem mortemque inferente, & mercurio vivo, qui quidem nullum constituit ve-nenum, sed externe illitus, nisi conve-niens accesserit diaeta, periculosa infert symptomata. Ex his ergo binis vehemen-tioribus subjectis lege artis inter se com-mixtis, resultat tertium, nimirum mer-curius dulcis; qui, licet non semper; omni-

omnibusque circumstantiis tuto possit usurpari, tamen respectu ingredientium, ac aliorum medicaminum mercurialium, caute atque provide adhibitus a medicis pro tuto, securè & non formidando habetur remedio. Notari hoc loco merentur, quæ doctus ac celebris Italorum Medicus Ramazzini tr. de morbis articulicis pag. 28. refert, dum, Mercurius dulcis, inquit, remedium non adeo metuendum; caute tamen opus est usu; equo enim indomito, per similis est; quoties in manus imperitas inciderit. Et paullo post: adeo suspecta sunt beneficia, quæ ab hoste tam infido ac versipelle proveniunt, ut de medicorum mercurio apud dici possint, quæ de suo commentus est poetarum princeps: animas ille evocat orco pallentes, alias ad tristia tartara mittit, dat somnos, redimitque, & lumina nocte resignat. Neque minus Welschius, si decad. 3. curat. 1. pag. 113. de mercurio dulci agit, hæc bene monet: Quamvis omnium optima hydrargyri preparatio & securissima plerisque putetur, attamen ne sic quidem, aut alia quacunque ratione preparatum, malignitatem suam plane exuere, eti vel aurum addatur, quin ad ingenium, nequissimamque suam redeat, notavimus. Conf. Wachnitzi, medici Servestani diss. de mercurio dulci pulversato ad grana 15. ab adolescenti 15. annorum assumto, & sexto die inde mortuo.

No. 2. Mercurius dulcis, justa quantitate assumptus, ea pollet efficacia, ut ob glandularum, quam inducit, stricturam, lympham propellat, & salivæ copiosorem fluxum, sive salivationem excitet: quare etiam luem venereum, aliosque ex lymphæ coagulo, & glandularum obstructionibus subortos morbos sèpius feliciter expugnare deprehenditur. Neque minus certa portione propinatus vellicat intestina, aliquo modo alvum dicit, sed flatulentias progenerat, atque tormina. Nec etiam levem spondet operam, si in infantibus, non quidem tenuioris stricture, sed juxta Ettmullerum in valetudinaria infantili par. 41. habitioribus paululum, & ubi ablactati fuerunt,

vermis infestatis provide, & tot granis, quot annos sunt nati, exhibeatur.

No. 3. Notandum vero est, quod idem mercurius dictos effectus, veluti sunt salivatio, tormina, anxietates, & longe deteriora symptomata eo facilius atque citius excitet, si parcissima licet dosum salibus cuiuscumque generis, maxime ammoniacalibus & alcalinis probe fuerit commixtus atque subactus. Quemadmodum enim mercurius vivus per saluum admixtionem corrosivus redditur ac quasi venenatus: ita quoque idem dulcificatus, si denuo salibus permisceatur, virtute iterum potitur acri, corrosiva, licet mitiori, quam quidem possidet mercurius sublimatus.

No. 4. Hinc etiam crebra docet experientia, quod in iis, quorum ventriculus ac intestina, aut ipsa lymphas soribus acribus, salsis, biliosis, sulphureisque scatent, veluti sunt scorbuto, passione hypochondriaca, hysterica, podagra, arthritide &c. laborantes, parca etiam dosi exhibitus mercurius dulcis facilime salivationem, nervorum debilitatem, tormina, præcordiorum anxieties, pectoris spasmos & inducat & magis foveat & exacerbet. Hæc enim subiecta in recensitis molestias jam prona deprehenduntur; ideoque hujus remedii usum utique contraindican.

No. 5. Neque etiam ullum, præter aurum fulminans, reperitur medicamen, quod tam diu inhæreat intestinis, & successu demum temporis propter gravitatem, qua firmiter plicis ventriculi ac intestinorum impingitur, effectum suum exaserat, quam quidem mercurius dulcis, maxime in polvere sumtus: id quod vel ex salivatione, quam nimis tarde excitat, eluescit.

No. 6. Et denique haud ignorari oportet, medicamina ex mineralibus atque metallis parata, hinc etiam mercurium dulcem, non nisi liquida vel soluta in nostram agere machinam. Hæc solutio extra nostrum corpus menstruis appropriatis, in corpore autem lymphas salivali, & in statu præternaturali, acrimonia salina, acri, in primis viis hærente, peragiatur.

tur. Sicuti vero in hoc ultimo casu succorum præternaturalium indeoles admodum varia existit: ita etiam mineralium eorum remediorum valde diversus, hinc incertus observatur effectus; sicutid crebra experientia in usu mercurii vitæ, auri fulminantis, limatura martis, antiheretici Poterii, omniumque ex mercurio præparatorum medicaminum luculenter demonstrat.

¶ II. Sic ergo perlustrata mercurii dulcis natura, necesse est, ut perscrutemur indeolem resinæ & radicis jalappæ. Primo quidem nullum est purgans, quod tanta celeritate alvum moveat, quam dicta illa resina: quæ pariter ac radix jalappæ sal acre subtilissimum sovet, atque vi illius tunicas ventriculi ac intestinorum nerveas vehementer stimulat. Hinc quoque sapientius contingit, ut hujus remedii nimius usus, aut potius abusus tormenta, spasmos, quin & periculosas dictarum partium producat inflammations: quam jalappæ vim inflammatoriam præcipue Wepferus tr. de cicuta aquatica multis in cane instituti experimentis solide demonstrat; & ideo Pechlinus obs. 65. pag. 369. vim resinæ jalappæ in pulvere vocat impetuosorem.

No. 2. Deinde vero ea est resinæ jalappæ indeoles, ut vi substantiæ, quam sovet, resinosa in calore facile coaguletur, hinc plicis intestinorum firmiter adhaerescat, & ideo continua irritatione vehementia intestinorum tormenta, paroxysmes, convulsiones, vomitus, & hypercathartes moveat, mitius si in forma essentiæ vel emulsionis exhibeat. Inde referunt M. N. C. dec. II. anno VII. obs. 162. quod foemina generosa biduo post assumptam jalappa resinam, preter dolores fere intolerabiles, & copiosissimas alvi excretiones, passa fuerit convulsiones epilepticas, aliquot septimanas durantes, ut vix morti eripi potuerit. Idem alias gratiosissimum purgans, resina nimirum jalappa soluta in quinta essentia Mathioli vel elixirii citri, alteri cuidam tormenta creavit miseranda, & quidem sine ulla fecum excretione purgatoria, verum tertio tandem die sola per alvum

excreta resina in globum compacta & incrassata. Plures observationes de noxia resinæ jalappæ, aliorumque acriorum purgantium efficacia reperies in diss. mea de purgantibus fortioribus e medicina ejiciendis.

No. 3. Dicta vero resinæ jalappæ in pulvere efficacia longe citior atque vehementior deprehenditur, si ipsi scrupulum unum arcani duplicati, aut tartari vitriolati, & tantillum antimonii diaphoretici admiscueris: hinc etim Pechlinus refert, quod duo resinæ jalappæ grana cum drachma dimidia tremoris tartari mixta vigesies alvum duxerint. Unde omni jure colligi poterit, quod in subjectis, quæ multas salinas in primis viis sovent fordes, mercurius dulcis haud secus, ac resina jalappæ non solum vehementius operari, sed & hypercathartes excitare valeat.

No. 4. Neque etiam ignorari oportet, experientiam docere, quod mercurius dulcis cum resina jalappæ, aut alio purgante extracto permixtus, & vel in pulveris, vel pilularum forma datus, non solum vehementer alvum moveat, sed etiam stimulum alvi ad excretionem, per aliquot dies inharentem post se relinquat. Unde iterum merito conjicere licet, mercurium dulcem cum purgante non protinus e corpore exturbari, sed propter gravitatem suam diutius intestinis immorari.

No. 5. Dosis jalappæ quod attinet, de hac Cl. D. Wedelius disp. de jalappa sic scribit: Qui rarioris sunt texturæ, ventriculi villos habent teneros & delicatos, humoribusque acribus bilioſis abundant, cautijs & delicatijs sunt tractandi; unde his grana sex, vel ad summum scrupulos semis pulveris jalappæ sufficerint; qualia exempla tota in praxi occurrentia plura allegari possent, si id opus foret.

No. 6. Inde denique omnes, quibus valetudo curæ cordique est, probe sibi caveant ab acrioribus hisce remediis; &, si opus fuerit, alvum potius per alimenta humectantia, velleniter stimulantia, vel laxantia moliantur. Qui enim præservandi dumtaxat fine crebris utuntur purgantibus, telle experientia, non nisi ven.

ventriculi ac intestinorum imbecillitatem, flatulentiam, ac insignem ad colicas sibi contrahunt proclivitatem. Hinc etiam Hippocrates Lib. IV. aph. 16. purgationem ius periculosa judecat, qui sunt integra valetudine: quoniam, teste eo dem sect. 2. aph. 36. iana habentes corpora, dum medicamentis purgantur, cito exsolvuntur. Namque omnia acriora purgantia, simulque Jalappæ, vi principi cujusdam caustici inflammatorii operantur; hinc destruunt tonum ventriculi & intestinorum, & inde dependentem motum eorum peristalticum: in cuius debito vigore totum digestionis, chyli secretionis, & alvinæ excretionis negotium, maxime in infantibus situm est ac absolvitur. Ex eodem quoque fundamento contingit, ut post horum purgantium usum major plerumque ad alvi obstructions, spasmos & flatulentias insequatur proclivitas: quid? quod crebra compertum habeam experientia, quod ex solo, eoque repetito horum purgantium usu malum spasmatico-flatulentum, quod vocant hypochondriacum, suboriatur.

§. III. Sed ordo nostræ tractationis posulat, ut perscrutemur conditionem ac indolem infantum, sex vel novem mensurarum, adhuc lactentium, sensibili ac tenera textura præditorum, & ex difficultate dentitionis spasmis, convulsionibus, aliisque gravioribus obnoxiorum symptomatibus.

No. 1. Quare notari meretur, omnes membranolas, maxime ventriculi ac intestinorum partes in ejusmodi infantibus admodum nerveas, subtileas, & ad spasmodicas stricutas esse facillimas: quemadmodum inter alia symptomata, ex vermium colluvie propullulantia, uti sunt tormina ventris, inquietudines, pavores, convulsiones, epilepsiz, luculenter demonstrant. Quin cum ex dicta primarum viarum irritatione saepius convulsiones, & asthmaticas incurvant suffocationes: facile adparet, omnia purgantia, quoniam dictas nerveas, in spasmum pronus, partes vehementer vellicant, infantibus admodum esse inimica. Et hanc primarum viarum sensibilitatem, vel il-

lud etiam comprobatum dat momentum, quo teneri infantes ex purgante nutricti dato, cuius acres particulae cum lacte transiunt in illos, copiofastolerare deprehenduntur alvi dejections. Ex eadem ventriculi sensibilitate infantes non possunt tolerare cibos acriosos atque sapidos; sed juxta ipsius naturæ ductum liquefierato, blando, dulci, veluti lac existit, nutriendi sunt. Ipsi vero infantes ratione teneritudinis, sensibilitatis, atque proclivitatis ad spasmos insigne disperitant.

No. 2. Deinde nec ignorari oportet, cur & quomodo lac in nutritiis corrumpatur. Hoc nimurum contingit, si illæ cibis incongruis, aut valde nutrientibus vescantur, motu vero corporis sufficienti destituantur, hinc impedita transpiratione partes acres, sulphureas, excrementitas in corpore suo ac lacte retineant. Tale ergo spissum, & impuris sordibus imbutum lac, si in ventriculum infantis pertingat, ac diutius ipsi inhæreat, reddit magis acre ac acidum, & accedente ipsa bile, corrosivam indolem, ac viridescentem nanciscitur colorem. Hinc fæces, que lac illud acefscens & corruptum continent, tam acres atque corrosivæ deprehenduntur, ut saepius instar spiritus vitrioli linea corrodant; nec a canibus, qui alias infantum excrementis libenter vescuntur, assumentur. Illo autem corrupto lacte teneræ primarum viarum membranæ spasmodice constringuntur; & inde tormina, flatulentia, anxieties, spirandi angustiaz, spasti & ipsæ convulsiones suboriuntur.

No. 3. Quod denique dentitionem attinet difficultem; sciendum est, inter dentes caninos potissimum esse, qui teste Casprio Baubino theatr. anat. L. 3. c. 6. nervos ac vasa sanguifera conspectiora possident, quam reliqui dentes, & hinc sub perruptionem majores etiam procreant dolores. Generatim enim omnes dentes, maxime numero plures si simul perfrumpant gingivas; harum substantiam nervosam admodum vellicant, ac ingeres earum pariunt dolores; qui cum adultos exemplo odontalgiae immaniter tra-

tractant, eo magis teneros infantes graviter afficiunt, & per consensum in motus totius generis nervosi admodum irregulares terminantur. Inde suboriuntur enim febres, epilepsia, inquietudines, spirationes difficiles, anxietates, alvi obstrunctiones, nec non & profluvia, pavores in somno, aliaque satis fontica symptomata.

§. IV. Sed restat tandem, ut quid in medicina insecurum, noxiū, ac periculōsum significet, paucis explicemus.

No. 1. Insecurum itaque remedium appellatur, quod quidem minime ex sua essentia necessario atque semper damnum infert; attamen pro varia ventriculi, fibrarum nervearum, humorum, ipsiusque morbi dispositione, noxam utique excitare valet. Tali ratione omnia activiora medicamina, nec non mercurialia, vitriolacea, venena, saturnina &c. non semper tuto potiuntur effectu: quoniam pro diversa partium solidarum atque fluidarum constitutione mox bonam, mox perniciosa exserunt virtutem. Hinc remedium insecurum non quidem semper & absolute existit noxiū; verumtamen saepius noxiū fieri potest, & ideo summa cautione usurpandum est.

No. 2. At vero noxiū illud est, quod actu caustam morbi atque symptomata adauget & exacerbat; quemadmodum opiate in paralyſi, affectibus soporosis, atonia & imbecillitate ventriculi semper comprehenduntur noxia.

No. 3. Periculosa denique ea dicuntur medicamina, quae in morbis acutis, ubi anceps est eventus, vires ad superandum morbum necessarias pessimunt, & caufam morbi adaugent; qualia sunt vomitoria atque purgantia fortiora in internis inflammationibus circa morbi statum exhibita.

§. V. Quibus prælibatis, facilior jam erit propositarum supra questionum soluio. Quod si enim primum queritur: Num infantibus lactentibus, nondum integrum annum natis, sensibilibus, purgandi fine, mercurius dulcis cum resina jalapæ permixtus tuto, & absque ullo exhiberi possit periculo? respondeo, illius

Hoffm. Consult. Med.

usum omnino & insecurum, & non si ne periculo esse. Namque juxta §. no. 1. omnes membranose in hisce infantibus partes, maxime ventriculi ac intestinorum tunicae admodum teneræ, sensibiles, & ad spasmos proclives sunt: quum autem omnia purgantia sint nimis acris ac irritantia, & intestina admodum vellacantia, simulque totum nervorum genus ad irregulares excitare valet commotiones; facile adparet, ea in infantibus esse periculosa. Deinde ex §. I. n. 6. patet, mercurium dulcem non nisi solutum in corpus operari; solvitur autem non nisi per salia, & sic simul redditur acris & corrosivus. Hinc adparet ulterius, quod cum in primis infantum viis multæ saepius sint salinæ fordes, iis mercurius dulcis persæpe reddatur corrosivus, & noxius: quare etiam celebris Academie Aldorfinae Professor, Johannes Mauritius Hoffmannus in Actis Laborat. Chym. Process. 153. pag. 137. Dosis mercurii dulcis, inquit, pro infantibus equidem a non nullis antoribus designatur grani I. vel II. pendere cum latte, sed non satis tu-to. Quod attinet resinam jalappæ, illa non solum juxta §. 2. no. 1. acrimoniam fo-vet subtilem ac fere causticam, verum etiam accidente calore intra corpus coagulatur, plicis intestinorum adhæscit, & cum ab affluis humoribus haud facile solvatur, continuo stimulo vellicat teneras illas atque sensibiles partes, jam per se ad stricturas spastmodicas pronas, & hinc denique spasmos ac omnia ex illis propul-lantia magis exacerbat symptomata. Neque porro minus ex §. 2. n. 2. elue-scit, omnia purgantia, maxime jalapam, tonum ventriculi ac intestinorum, a cuius vigore alvi quoque dependet fuc-cellus, in ligniter labefactare, ac alvum adstrictam relinquere: quo respectu eo magis nocent in infantibus, quorum sa-nitas in debita alvi excretione potissimum consistit. Quæ cum ita sint, & hoc pur-gans in dicta corporis & fibrarum consti-tutione noxam inferre possit; illud juxta §. 4. n. 1. etiam insecurum existit: in cuius locum, re exigente leniora laxantia, veluti sunt pulvis vel extractum rhabar-

bari, syrups de manna rhabarb. cum temperantibus ac antispasmodicis combinata longe feliciori ac tutiori effectu usurpari possunt. Prout enim *Riverius L. V. p. 1. sect. 2. inst. bene monet; pueri, multo magis infantes, benigniora tantum ferre possunt purgantia.*

Hinc quoque juxta secundam quæstionem purgans allegatum in infante dictæ ætatis, teneræ constitutionis, quinto jam ætatis mense ob dentitionis negotium symptomatibus epilepticis, suffocativis, spasmodicis pectoris, rigoreque digitorum infestato, jam vero a lacte corrupto ventriculum ipsius & primas vias occupante, & conjuncta dentitionis difficultate, a spasmis, anxietate, inquietudine ac viridibus dejectionibus divexato, tam intra, quam extra paroxysnum, nec utile, nec securum existit. Namque illud 1) in infante tam tenero ac sensibili vi allegatarum superius caussarum, partes in spasmos jam pronas magis irritat atque vellicat; 2) deinde fibra partium solidarum ex dentitionis difficultate, dolore ac febre jam tensæ, & inde irritatum totum genus nervosum, juxta §. 3. n. 3. levissima quoque de caussa, multo magis acri & irritante ejusmodi purgantium stimulo vehementius stimulantur, hinc spasmis magis exacerbantur. 3) Accedunt & illa momenta, quod mercurius dulcis non solum juxta §. 2. n. 4. propter gravitatem suam in teneris ventriculi ac intestinorum plicis, etiam post præstitum purgantem effectum diutius commorari soleat; verum etiam admixtione acrimoniae ex lacte corrupto in ventriculo subortæ (quæ secundum §. 3. no. 1. sola ad vellicandas primarum viarum tunicas, & inducenda earum partium termina, anxietates, spasmos ac epilepsiam sufficit) & contentorum in illa saluum vi §. 1. n. 3. & 4. corrosivam nanciscitur indolem; cuius ope graves membranarum partium distensiones magis adauget, ac hinc malum reddit deterius. Neque vero commemorabo, quod teste *Wolffio in obs. chirurg. pag. 179.* mercurius dulcis in pulvere datus ad partem in gingivis, vel alibi in ore hærere & molesta symptomata concitare valeat. Idem con-

firmat *Sennertus*, dum *Libi de consensu & dissensu chymicorum cap. 18.* dicit. Medicus quidam, cum mercurium dulcem rite præparatum, sine noxa aliis exhibatum, ipse usurpasset, in gravissimum incidit morbum: gingivæ enim, fauces & lingua intumere, ac nigredinem contrarere, ut per integrum mensum nihil cibi solidi assumere, imo nec iuscum cochleari sorbere potuerit ob supervenientem salivationem &c. Quamvis autem opponi posset, quod purgans hoc lac corruptum, tanquam peccantem ac irritantem materiam uno impetu proscriptare corpore; ac hinc omnino utile aliquo modo videatur: attamen nec ignorari oportet, hæc acris purgantia, teste crebra experientia, irritare quidem, vellicare, ac vehementer constringere glandulas intestinalium, & contentas in illis fluidiores partes vi expellere, sed crassiores in intestinalis facies si prius relinquere. Et quid opus est, his fortioribus uti purgantibus, cum materia illa peccans longe tutoribus ac blandioribus eliminari possit laxantibus? Namque tutoria semper præferenda sunt infidis & incipitibus remediis, præsertim in perlornis illustribus, quibus secundum *Galenum* tutissima semper admovenda sunt remedia.

Quod denique tertiam attrinet quæstionem: an in dentitione difficiili & allegatum purgans, & alia purgantia ex resina & pulvere jalappæ parata, & si prius reppita noxam inferre queant? non possum, quin purgantia repetita & continuata in hisce circumstantiis omnino noxia pronunciem. Namque 1) nihil est, quod acrida purgantia indicet, cum dolores ejusmodi, ex irritatione, aut, ut cum veteribus loquar, inanitione suborientes, minime purgantibus, sed potius blandis sedativis, diaphoreticis ac discutientibus sint adgradendi. 2) Eo magis fugienda in tali statu sunt purgantia, cum omnes dolores, quos repletiones vel stagnationes humorum non produxerunt, ab iis magis exacerbentur. Nam natura doloris consistit in vehementi partium membranarum constriictione: purgantia vero acridora irritatione ac constrictione tunicarum intestinalium,

lum operantur, & benignum humidiū, quod tensas a dolore fibras blande relaxare debet, simul ejiciunt. Hinc naturalis est consequentia, dolores augeri purgantibus, & symptomata graviorum dolorum, veluti sunt lipothyriae, febres, vigiliae, inquietudines, ac convulsiones &c. eo facilius induci illis ac excitari.

3) Tum notari meretur, omnem serre dolorem stipari febricula, pulsu citatori, ac siti: omnis vero immoderata evacuatio, teste experientia & Avicenna febrem accedit. Hinc ratio peti debet, quod in sanis etiam personis post usum purgantis fortioris symptomata febrilia, pulsus frequens, tensio hypochondriorum, sitis, urina rubra &c. deprehendantur; & ex eodem fundamento Harderus obs. 69. scribit: Notavimus sane, dejectiones cerebrimas a purgante ortas cum siti; ex extracto catholici cum mercurio dulci in pilulas formati assumtione frequentissime ipsi dejecimus cum subsequeente febre syno-cha.

4) Deinceps quoque soli dolores, etiam in adultis convulsiones proritare possunt, id quod ex colica, dolore nephritico, quin & dentium, & innumereis aliis ab Hildano Cent. 3. obs. 100. allegatis exemplis luculenter adpareat; quanto magis illae in infantibus timenda sunt, cum constet, eos plerumque vel ex ventris tormentibus, vel dentitionis doloribus convelli. 5) Neque porro minus ipsa purgantia convulsiones producere posse, multis comprobari posset exemplis, maxime de helleboritis &c. Inde eorum usus eo magis in infantibus est evitandus, qui urgente dentitionis dolore per se ad convulsiones proni sunt. Quare Hippocrates commendat, ut nutricibus potius exhibeantur purgantia; & quanta in iis feligendis opus sit cautione, docet Ballonius, dum epid. Lib. I. p. 27. scribit: scammoniata nutricibus data aliquando convulsiones efficiunt. 6) Denique vero dicta purgantia serum laudabile, in tam teneris infantibus admodum necessaria.

rium, simul exturbant, viresque deiciunt, adeo, ut ii, quibus ex crebribus alvi defecitionibus vires consumtae sunt, tandem succumbant: conf. Primeroius de morbis puerorum P. H. p. 58. Ex quibus demum omnibus satis luculenter adparet, in dentitione difficiili acris, & quidem repetita purgantia esse noxia; id quod etiam Riverius confirmat, Instit. Med. 5. L. p. 1. sect. 2. dicens: purgatione vires aliquatenus infringuntur, ideo si valde labefactatae fuerint, non est tentanda purgatio, ne ab illa plane dejiciantur.

Quamvis ergo haud absolute pronunciare vellem, quod iosequuta mors in praesenti casu incongruae curationi sit adscribenda; verumtamen cum experientia doceat, multos infantes epilepsia, a difficulti dentitione suborta, petire; necesse est, ut quilibet verus medicus eo respiciat summo studio, ne in dubiis ejusmodi morbis remedia insecura, & ipsam morbi caussam exacerbaria propinet, maxime in subjectis, quorum conservatio praे aliis curæ cordique nobis esse debet.

Neque vero tandem ignorari oportet, sed quotidiana experientia, & unanimis medicorum consensu adffirmant, quod in lactentibus tenerisque infantibus, ob partium sensibilitatem ad convulsiones pronis, tempore dentitionis melius sit, a multis, maxime commoventibus remediiis plane abstinere; & potius alvum clysteribus demulcentibus, oleosis, abstersivis moliri, ac pulveribus precipitantibus, sedativis, antepilepticis, cinnabarinis ex aquis appropriatis uti, & reliqua naturæ relinquere; quæ remediis saepius & singula ferme hora propinatis ad vehementiores excitatur motus.

Qui ulterius cognoscere cupit, purgantia acris ac mercurialia teneris infantibus summe periculosa esse ac noxa; consultat Medicinam meam rationalem Tom. 2. c. 5. de medicamentis vim veneni habentibus; & Cap. 6. de noxa mercurialium.

S E C T I O III.

D E M O R B I S
I M I V E N T R I S.

C A S U S I.

De occulto abscessu Musculorum Hypochondrii sinistri.

Judæorum magister quidam præclare doctus, 38. annorum, cum totus hic usque ad studia incubuissest, multisque meditationibus ac librorum lectionibus partim sedendo, partim corpore stante, sed valde semper incurvato, indulsisset: accidit, ut sex abhinc hebdomadibus, in hypochondrio sinistro sub costis spuriis tensivum sentire ceperit dolorem. Hic brevi tempore adeo increvit, ut lecto penitus adfigeretur, aut saltē non nisi corpore ad dolens latus incurvato obambulare potuerit; erectus stare nequiverit. Obnoxius porro alvi obstructioni, eam vix singulis sex diebus deponere suevit: quo factum, ut retenti flatus adauxerint magis dolorem. Lotium reddit iusta quantitate, nec fabulo, nec ullo sedimento conspicuum; adipetus vero ciborum prostratus plane; liquidorum parum assument; a calore tamen præternaturali immunis est: contra viribus privatur magis magisque, nec ullo nocte, paucō de die fruitur somno. Præterea observarunt adstantes, ipsum noctu quandoque sermonem sine ordine facere, adeo ut mentis quedam, mox iterum evanescens, subesse videatur alienatio. Cæterum melancholicum se habet, semperque taciturnus non nisi ad quæsita responderet, sappios indignabundus. Accitus ergo Medicus, dolorem hypochondrii pro nephriticō reputans, propinavit interne pariter ac externe re-

media contra calculum: & ægrum balneum ingredi, affectum locum unguentis, emplastris, cataplasmatisbus soveri, ac clysteres injici jussit. Sed irrita fuerunt onnia; dolor potius continuus ac fixus in eodem permanit loco; & externe nec tumorem refert, nec inflammationem. Hinc non potuimus calculum suspicari amplius; nec dolorem illum malo ischiadicō imputare, cum hoc dictam regionem haud soleat occupare; nec flatibus unicam causam adscribere, licet exacerbent malum; nec denique ullæ sunt notæ, quæ apostema indicarent. Quare præsens Medicus aliorum celebriorum flagitat consilium, & doceri avert, num forsitan præsentem molestiam a passione hypochondriaca cum pituita tenaci & viscida, dicto loco infixa, derivare liceat; aut quæ alia sub sit causa? & quæ medendi ratio?

Resolutio celebris medici.

Quod si ægritudinem, qua quidam Judæorum magister solicitatur, mecum perpendam: ipsum temperamenti siccii ac melancholici esse credo; cuius ratione cum procul dubioibilis sit siccata ac acris, & præterea accesserit vita sedentaria cum corpore incurvato; vero utique est simillimum, hisce caussis non solum ciborum digestionem foisse depravatam, verum etiam faburam exinde resultantem in intestino collo, ejusque flexura supra valvulam substitisse. Hancce enim faburram ab intermixta bile fere piceam, & dicto loco firmiter impastam partim hypochondriacum

rum obstructionem, flatulentiam & di-
eti loci inflationem produxisse, partim
humoribus nutritiis aditum præcludisse
arbitror: & ideo, cum caussa supra al-
legatam coli valvulam hæreat, non mi-
tor, clysterum vim eo haud penetrasse,
nec hinc ullum accessisse ægro levamen.
Quare malum pro colica a faburra ex ma-
le digestis cibis sensim collecta, & inter-
mixta atra bile indurata producta habeo:
de qua vescor, ne diuturniori mora to-
tius corporis consumtionem inducat &
contabescentiam.

Ab illo igitur ut vindicetur æger, o-
peræ fore pretium credo, ut evitatis o-
mnibus calidioribus ac purgantibus me-
diciinis, alvus per aliquot successive dies
leniori laxante ex manna, oleo amygdalarum
dulcium, & saccharo Thome solvatur,
& hac ratione indurata ster-
cora emollientur: tum vero a tertio ad
octavum usque diem quotidie dosis ptisa-
na laxativa Viennensis exhibeatur. Non
minus serum lactis caprini cum uncia cre-
moris tartari circa meridiem propina-
tum; & vesperi datus pulvis digestivus
ex chrystallis tartari, nitro, & sale E-
psomensi egregiam ferent operam. Pro
potu ordinario inserviat aqua pura cum
tartaro crudo, nitro, saccharo, aniso,
& flavedine citri decocta. Porro suadeo,
ut æger sèpius descendat in balnea tepi-
da; ac præter dictam ptisanam laxati-
vam quotidie clysterem ex sero laðis,
Therebinthina, vitellis ovi, electuario
benedicto, & unguento clysmatico pa-
ratum sibi injici curet. Ceterum absti-
nendum est ab omnibus externis epithé-
matibus; & non nisi juscilis herbaceis,
gallinaceis, avenaceis, & mucilagine
hordei vescendum.

CONSILIUM.

Dolorem illum tensivum in hypo-
chondrio sinistro sub costis spuriis,
qui celebrem Judæorum magistrum per
sex hebdomades tanta cruciavit vehe-
mentia, ut non potuerit erectus stare,
sed vel continuo decumbere, vel incurva-
tus incedere debuerit, minime pro coli-

Hoffm. Consult. Med.

co dolore a flatibus orto habendum esse,
eundem potius in externis corporis inte-
gumentis sedem suam habere arbitror.
Namque dolor in uno loco fixus, & per
sex hebdomades continuus inhæsit: nec
præterea aliis symptomatibus, colicæ
spasmodicæ vel flatulentæ familiaribus,
veluti sunt vomitus, extremon refri-
gerationes, præcordiorum anxietates,
vertigo, capitum dolores, stipatus fuit.
Neque vero & illi sententia subscrive-
re possum, qua caussa illius doloris a bi-
le acrispissa intracoli, vel potius ceci in-
testini canalem supra valvulam impacta
derivatur: siquidem ex anatomia con-
stat, colon cum valvula sua pariter ac
cœcum juxta os ileum dextri lateris esse
situm: in præsenti vero casu dolor in
sinistro hypochondrio sub spuriis percipi-
tur costis. Quare cum nec calculi prostant
signa, occultum in exterioribus integu-
mentis suspicor apostema. Quamvis e-
nim externe nullus adpareat adhuc tu-
mor, cuius proventus ab adlicatione
spirituorum impeditus fuit: ille ta-
men admotis emplastris ac cataplasma-
tibus emollientibus mox veniet in con-
spectum, Namque haud raro observavi,
in externis musculosis, maxime abdo-
minis partibus sèpius atrocam, conti-
nuum, ac diuturnum fuisse dolorem, qui
haud prius demulceri potuit, quam donec
adplacatis emollientibus in abscessum
transfierit. Proficiscitur autem talis dolor,
ab humore extravasato, membranis mu-
scularum abdominis incumbente, & ner-
vosas illius partes vellicante: id quod
eo magis confirmatur, cum æger ere-
ctus incedere nequit, sed ad dolens latus
incurvari tenetur. Quum itaque omnia
carminativa, laxantia, enemata, anti-
nephritica, externa ac interna discutien-
tia haec tenus frustra fuerint adhibita:
consulo, ut epithema ex melle, farina
hordeacea, cepis tostis, caricis & cro-
cco invicem tritis paratum calide ad affec-
tum locum adplacet, in coque per a-
liquot dies detineatur. Neque vero lu-
detur opera, si simul interne alvus se-
gnis oleo amygdalarum dulcium, cum
manna & cremore tartari solvatur non-

nunquam pulvis temperans, & diaphoreticus cinnabarinus capiatur; & pro potu ordinario decoctum scorzonerae, salsaparillae & seminis foeniculi adhibeat. Ex horum usu si forsitan tumor adparuerit, ille perita manu tempestive erit aperiens, ne ulcerosa materia profundius serpat, & tum ulcus mundificantibus juxta leges artis tractandu[m] est.

APPENDIX.

Nec spem fefellit haec curatio: postquam enim æger affecto loco cataplasmata & emplastra emollientia applicauerat: adparuit tumor a sinistro hypochondrio versus dorsi spinam inter integumenta progressus, qui sensim major ac rubicundior factus, tandemque apertus, prima vice quartam circiter mensuræ partem de pure foetido fudit, deinceps ejusdem largam adhuc ploravit quantitatem. Cum autem injectionibus balsamicis ac vulnerariis hic abscessus debite fuisset tractatus; ille intra tres hecmodates rite coaluit, & æger perfecte convaluit.

CASUS II.

De Apostemate Musculorum abdominis et dorsi ex tumore Glandularum inguinialium orto.

Viginti quatuor annorum studiosus, temperamenti melancholico-sanguinei, habitus corporis strictioris, multis per totam vitam infestatus fuit ægritudinibus. Has inter novem abhinc annis in malum hypochondriacum incidit; illud autem observato recto vivendi genere, & datis congruis medicinis in prima, ut dicunt, herba suffocavit. Novissime quoque dysenteria laboravit; sed & ab illa intra octiduum convaluit. Tum nostram adiit academiam, & mox insigni flatulentia torqueri coepit, quam consultus medicus essentia circum aurantiorum, & pilulis quibusdam, alvum tamen haud solventibus, oppugnavit, externe abdomen oleo chamæ-

meli cocto inungi, ac elysteres injici jussit. His vero haud in usum vocatis, cum a prioribus remediis quoddam sentiret levamen, mox in publicum iterum prodit. At eadem vespera domum reverlus, prævio horrore tanta pedum rigiditate prehenditur, ut vix incedere valuerit; & denique insignis dolor atque tumor os ischionis sinistrum occupat attacku durissimus. Hic scilicet dictæ primum regioni, & inguini, digiti dumtaxat latitudine inhærens, brevi tempore magis increvit, & tandem abdomen simul, ac pudendorum regionem, palmæ magnitudine obfedit: dolor autem ab affecto loco per totum dorsum, & integrum sinistrum pedem, ad plantam usque, dextro immuni, extendebatur; & in extremo pede insigni ardore ripatus erat, adeo, ut ipsi nec inniti, nec contactum ferre potuerit æger. Præterea urgebant flatus, urinaque parca quantitate, & guttatum tantummodo mingebatur intenze rubicunda, cum albo, turbido, sabulosoque sedimento: quæ symptomata, adhibitis frustra permultis remediis, magis augebantur.

Accitus ego IV. Iduum Januarii, malum habui pro ischiadicō, & sequenti usus sum medicatione. Alternis nimis diebus vesperi harum quindecim dedi pilularum: Recipe extracti fumariz, absynthii, gummi ammoniaci, mercurii dulcis, cinnabaris factitiae ana drachmam semis, resinae jalappæ grana quindecim: f. l. a. pilula, div. in 3. doses. Mane viginti guttas liquoris anodynij Hoffmanni ex sequenti propinavi decoq: Recipe radicis salsaparilla, chinæ ana unciam semis, herba veronicae manipulos duos, seminis foeniculi drachmas tres, conc. cont. d. l. species pro decocto. Ex his percepit quidem æger aliquale dolorum suorum levamen: at cum alvus esset obstructa, clysterem ex herbis antispasmodicis & emollientibus, summo cum fructu curavi adPLICANDUM. Tomori discutiendo ordinavi cataplasmata ex herbis emollientibus paratum; quod cum omni destitueretur effectu,

ad

ad dolores sopiaendos, & urinæ fluxum promovendum præscripsi interne tincturam tartari cum spiritu nitri dulci LX. guttis sumendam; externe spiritum arthriticum lumbricorum cum camphora tumor adPLICANDUM; & denique singulo mane ac vesperi dosin pulveris præcipitantis exhibui: ex quibus, mitigatis aliquantulum symptomatibus, lotium rite fluere cœpit.

Verum enim vero X. Kalend. Februarii vesperi ex improviso ingenti dolore, æstu volatico, præcordiorum anxietate, pulsu celeri ac duro corripiebatur, hincque per integrum torquebatur diem. Hinc, cum intolerabilis in inguine esset dolor, imposui isti loco emplastrum oxyroceum cum pice & sulphure: ex quo primum austus dolor, mox iterum remisit aliquantulum. Postridie hora quarta vespertina recidit febris cum præcordiorum anxietate: sed datis & pulvere præcipitante, & pilulis polychrestis VIII. Kalend. remisit. Interim VII. Kalend. dolor ad lumbos magis extendebatur, & urina deponebat sedimentum farinaceum. Repetebatur iterum pulveris præcipitantis nitrosi usus, simulque dabatur tinctura antimonii a. cris. Postridie mollior erat tumor; urina manebat turbida, & IV. Kalend. Febr. sabulum demittebat: at eum alvus simul esset fegnis, injecto clystere eam solvi, simulque dolores aliquantulum mitigavi. Sed nihilo scius pridie Kalend. Februarii pessime habuit æger: ab adPLICATO iterum emplastro oxyroceo immanes sensit dolores; tumor ad membrum virile extensus comparuit; urina reddebat rubicunda absque sedimento, pulsus ferebatur celer & durus; flatusque urgebant cum summa anxietate. Hæc omnia augebantur Kalendis Februarii, tumor vero in apice evadebat mollior, adeo ut illum cum chirurgo W. pro apostemate habentes aperiremus, & exinde ultra binas mensuras puris lividi, odoris fetidissimi instar putrui ovorum detrahheremus; quod demum cruxis putridi, moleculis pinguibus intermixti integra mensura

cum insigni foctore sequebatur. Hinc cum ingentem virium languorem incidisset, præscripsi hanc analepticam potiunculam: Recipe aquæ rosarum, cerasorum nigrorum, florum acaciae, cionamomi sine vino ana unciam unam & semis, pulveris bezoardici Hoffmanni unciam semis, syrapi acetositatis citri uncias tres. M. D. S. mixtura, cujus singularis binis horis, quantum vasculum caput, adsumatur, & haustus vini Rhenani superingeratur. Sed eadem vespera recruduit febris, noctemque reddidit inquietam cum aliquali delirio.

Quarto nonarum Februarii vulnus plorabat mensuram circiter materia lividae, cruore ac moleculis pinguibus remixata, pariter foeditissimæ: unde abscessum mesenterii suspicabar. Pulsus erat celer ac debilis, urina oleaginosa cum copioso sedimento: insistebam usui mixturæ dictæ. Circa horam quartam meridianam deligatum denuo vulnus fundebat cruentum primum coagulatum, & saniem fetidissimam: urina reddebat intense rubicunda, turbida, & demum pinguis, ac nigra adparebat cum sabulo sedimento: redibat quoque nocturna febris, cum pulsu celeri ac debili: ac ciborum adhuc quedam restabat adpetentia, & aliqualis somnus.

Tertio nonarum Februarii melius habebat, somno & adpetitu fruebatur integro, urinam reddebat citrinam cum ardore urethræ; & vulnus bis deligatum plorabat coagulati cruxis, quantum quatuor capiebant manus, & parum puris. Pridie nonarum idem erat rerum status; & fanies magis albicans videbatur: velperi vero sub altera deligatione iterum magis nigra adparebat, quantitate octo unciarum excreta, & compressa superius regione umbilicali majori fluebat copia. Iplis nonis gryleo colore imbuta fanies satis large effluxit, imminui vero videbatur foctor: quare sequens præscripsi decoctum: Recipe radicis scorzonerae, liquoritiae ana unciam semis, herbe pyrolæ, veronicæ, hederae terrestris ana manipulos duos, seminis anisi, tæniculus ana drachmas duas. conc. cont. D. S.

Species cum IV. aquæ mensuris decoquendæ. Dedi porro pulverem bezoardicu[m] Hoffmanni, & sub epulis ejusdem Elixirium balsamicum. Sed sub seunda deligatione in animi deliquium incidit; quod hora nona rediit, & noctem reliquit insomnem. Postridie quoque pejus habebat, vires dejectæ, adpetitus prostratus, somnus nullus, pulsus celer & debilis, urina flavi coloris eum ardore, ac floccis albis conspicua erat: alvus accedebat obstructa, flatulentia, tussis siccæ, præcordiorum anxietas cum gelido sudore. Ulcus vesperi deligatum tenuem fundebat ichorem, minus fetidum; & urinam largum obsidebat sedimentum, instar lintei carpaticum cuticula; cuius dimidiæ unciam binæ urinæ continebant unciae. Hinc dedi pilulas polychrestas; ex quibus septimo Iduum Februarii ingentia primum imi ventris tormenta incidebat, quæ vero subsequitis tribus sedibus remittebant. Redibant etiam somnus & adpetitus, & evanescabant ardor urethræ sub lotii missione: ipsum autem lotium retinebat sedimentum copiosum ac totum erat limosum, vultus denique binas reddebat uncias puris tenebissimi, instar muci narium, minus tamen fetentis.

Eadem rerum facies s. Iduum adparabat, & pus male olere cœpit; insequia nocte ichoris tenuis quatuor circiter effluebant unciae; qui vero sub deligatione postridie facta iterum spissior & magis gryseus reddebatur. Æger ipse habebat optime; egregio fruebatur adpetitu; urina nec cuticulam, nec supernatantem monstrabat pinguedinem, sed copiosum adhuc fovebat sedimentum. Propinavi igitur hanc laxantem potionem: Recipe manna calabrinæ unciam unam, tartari erudi drachmas duas, solve in aquæ florum acaciae uncias duabus. M.D. Hæc postridie alvum bis solvit: cum autem deligaretur vultus, illud ultra dimidiæ mensuram materiæ gryseæ, viridisque instar chymi ploravit, cui intermixtae erant tres circiter cruoris fetidissimi, pinguibus moleculis combi-

nati unciae. Neque ob insequentem cruoris copiosorem effluxum, chirurgus ulcus penitus explorare poterat, nisi quod deprehenderet, illud sursum juxta os ischion versus abdomen ascendere. Sub altera deligatione ejusdem puris ultra octo unciae reddebantur; & æger se ulcus juxta os ischion ad dorsi vertebrae penetrans percipere affirmabat. Neque tamen minus bono somno, ac integra ciborum fruebatur adpetitus: pulsus erat aliquantulum celer atque debilis, & aliqualis adhuc sudor cum præcordiorum anxietate. Quarto idum deprehendebatur languidior; sed postridie iterum vegetior; & cum hisce diebus cibos duriores, ac concoctu difficiliores assumisset; pridie Iduum de adpetitus prostratione, ac sensu pressionis in ventriculi regione conquestus, multum vomitu reddidit mucum; vulnere autem pus fundebat paucum, albicans, cum nullo foctore. Adplicato itaque enemante, ipsis Februarii Idibus longe melius habebat: mane ex ulcere idem pus albicans; versus vesperam autem sanies iterum viridis, livida, foetidissima larga quantitate effluebat, cui erant intermixta frustula obscuriora, odore excrementis simili nares ferientia: æger quoque pejus habuit, debilis fuit, pulsus celerior ferebatur, urina intensa rubedine tincta, ac ferme flammæa reddebatur, cum sinceri sanguinis molecula, pistum magna, permixta; & ipse flatulentis, ac imi ventris tormentibus infestabatur.

Verum enimvero sequentibus diebus iterum vigore cœpit; & vultus plorabat pus coctum, album sine foctore. Quare 14. Calend. Martii flatibus & aliis obstructioni obviam irurus, sequens præscriptu decoctum: Recipe radicis cichorei, enule ana unciam semis, herba veronica, millefolii, pyrolæ, hederæ terrestris ana manipulos duos, radicis polypadii, tamarindorum, foliorum senæ absque stipitibus ana unciam unam, rhabarbari optimi drachmas tres, cornum citri recentium, aurantiorum ana drachmas duas, passularum minorum unciam.

eiam unam, tartari crudi unciam ſemis, conc. cont. D.S. Species, cum binis aquæ, & dimidia vini mensuris de-coquenda.

Abhinc ulcere reddebat materia mox cocta purulenta, mox faniſta foetida, modo larga, modo parca quantitate: ipſe tamen æger bene habebat, integro fruebatur adpetitu, & a sudoribus nocturnis quoque liber evadebat. Nihilo tamen minus, cum VII. Kalend. Martii faniſta iterum livida, instar ſebi ex vulnere excerneretur, consultus Illustris Hoffmannus oculos cancerorum interne dari, & ſupra defcripto decocto conſolidam ſaracenicam addi jufſit. Quibus usurpati, puris effluxus ſenſim imminutior fuit factus, vulnus coaluit, & æger intra aliquot ſeptimanias perſete reſtitutus fuit ſanitati.

JUDICIUM DE HOC CASU.

Communicatus mecum fuit hic caſus, ut quæ de eo ſentiam, exponerem. Quem cum probe mecum perpendiſsem, deprehendo, affectum primum in tumore glandularum inguinalium lateris ſiniftri conſtitit: qui ad ſupputationem tendens, cum haud tempeſtiva inciſione fuerit apertus, putrida intus eſt genera-ta materia. Haec vero non ſolum abdo-minis muſculos, nec non gluteos & dorſi, quin & vafa languinea conſumſit, & hinc iſigniores formavit cavitates; ve-rum etiam diuturna mora ac stagnatione putrida, foetens ac livida evalit, & lar-ga effluxit quantitate. Et cum denique partim ab acri materia corroſa fuerint, partim improvida inciſione forſitan laſa vafa ſanguifera; non mirum, si vulnus cruorem coagulatum atq; putridum cum faniſte quandoque ploraverit. Huic quo-que materiæ putridæ ac foetidissimæ, & hinc ſubortis doloribus in acceptis ferenda ſunt huic ulcerationi complicata ſymptomata, veluti fuerunt horror, æstu inter-nus, virium & corporis conſumſio, urina flammea, rubicunda, cum largo ſedimento &c.

Affectum autem hunc ſub mali princi-

pio revera fuiffe tumorem glandularum inguinalium, non ſolum ex loco affecto, qui fuit in flexura femoris, in qua glandulae inguinales ſitæ ſunt, adparet; ve-rum etiam a dolore valde pungente, ibi-dem pronato conjicere licet. Eorundem enim tumorum, niſi ex impura vene-re producti fuerint, primi natales ſæpius ex colicis imi ventris doloribus ac flatibus ſunt derivandi; a quibus cum vafa iliaca in iis partibus comprimuntur, & hinc li-ber humorum circulus per illas aliquantulum impeditur: enaſcit inde ſanguinis ac humorum ſtaſis, in tumorem abiens ac ulcerationem. Neq; etiam raro obſer-vavi, a diarrhoea nimis adſtrigente me-dicina ſuppreſſa ejusmodi tumores fuiffe ſubortos; dum nimirum natura febrili ac critico veluti quodam motu materiam acrem ex abdome in maſſam ſanguineam, & ex hac ad dictas glandulas, ea-rumque ductus ſenſibiles compulit: id quod in febre eryſipela etiam, & ea-dem ratione in praefenti contigit affe-ctu. Verum cum medicus hoc malum pro iſchiadicō primum habuit, hinc acriora purgantia ac calidiora emplaſtra ex pice & oxycrœco adplicavit; emollientia ve-ro atque maturantia omisit, nec ſatis tempeſtive tumorem incidi curavit; haud ſane mirum, ſi tam cacoetheum quaſi exortum fuit apostema. Id autem admiratio-ne dignum eſt, quod ex eo vulnere, in hoc lujecto, quod admodum fuit macilentum, & ſceleto ferme simile, tanta humoris putridi, foetidissimi, qua XXV. libras excedit, quantitas eſ-fluere potuerit. Et hinc ſimul eluēſcit, quod externalum partium lœſiones ac ul-cerosæ corruptiones, utut ſint vehemen-tiſſime, ſi modo interna viſcera ſalva fuerint & integra, haud facile ipsam œconomia vitali infeſtant destructionem atque mortem.

Appendix.

DUM hæc litteris conſigno, occurrit mihi caſus, priori haud diſſimilis, quem cum notatu dignum judico, etiam hic adneſtendum eſſe puto. Fœmina ni-mi-
rum

rum 34. annorum plethorica , habitus succi pleni atque spongiosi , inciderat formam sub ipso mensium fluore in vehementem terrorem , quo suppressis protinus mensibus , insigni & duos pugnos magno glandularum inguinalium tumore corripiebatur . Hunc ut depelleret , varias per quinque hebdomadas adhibuit medicinas domesticas ; sed frustra : tumor enim redebatur magis durus ; accedebant dolores dorsi & ossis sacri , & quotidie augebantur , pedes intumescebant , corpus consumebatur , ac adeptentia ciborum magis magisque dejiciebatur . Hinc medicum consulit , qui usurpati primum , sed frustra discutientibus , camphoratis ac spirituosis , tandem adplicat cataplasmata & emplastra emollientia ; & his emollitum tumorem , pus ipsi inesse ratus , lanceola incidit . Effluit autem loco puris , ichor sanguinolentus , putridus ac fetidissimus ad mensuræ ferme quantitatatem : quo quidem ipse tumor imminuitur , in confiniis autem durus manet , & continuo plorat saniem ejusmodi magis sanguinem , quam purulentam . Haud vero ignorari oportet , huncce tumorem tempore mensium magis elevari , & sub-horum fluorem cruentum aquosum , sed admodum foecentem plorare . Quare medico meum tandem imploranti consilium , suasi , ut adhibitis per aliquot dies laxantibus , decoctum vulnerarium per ostium circumferent potaretur ; deinceps iterum laxantia repeterentur , & sic cum decocto illo alternatim exhiberentur , vulneri autem spiritus vini haud adeo rectificatus injiceretur , illudque externe emplastro diachyllo muniretur . Quibus etiam post aliquot tempus ægra convaluit .

Hicce vero tumor ab apertione vasorum iliacorum exteriorum circa glandulas : inguinales originem suam traxisse videtur ; quæ represso sub mensium fluore per terroris vehementiam cruore primu m dilatata , expansaque , mox dilacerata effuderunt sanguinem , ac tumor iuic sanguineum tam cito generando occasione m præbueront : extravasatum vero serum sanguineum temporis demum mora in corruptionem abiit . Unde ad-

paret ratio , qua tumores sanguinei gerantur , & quomodo ab abscessibus distinguui debeat .

C A S U S III.

De Ventriculi , Intestinorum , & parium genitalium , nec non vesicae & ureterum strictura spasmodica , cum insigni generis nervosi debilitate .

VIR litteratus , 38. annorum , statuta macilentioris , vitam quidem semper egit sedentariam , victum autem observavit valde regularem ; nullis potus excessibus indulxit , nec cibos fibimet incongruos , acidos , pingues , salitos , fumo induratos , saccharo conditos , laetitia , poma assumit , nec unquam Tabaci usui adiusevit . Neque tamen minus ad præcavendum sub tali vita genere hypochondriacum malum a medicis ipsi olim commendatum fuit , ut potu herbæ Theebois largius uteretur , & quotidie tres cerevisiæ mensuras potaret . Et cum præterea crebris animi commotionibus , & bilis forsitan in ventriculum effusionibus fuisset obnoxius ; ac denique medicamina partim absorbentia cum nitro & cancerorum lapidibus , partim spirituosa & antiscorbutica , v.g. essentiam pini , largius assumere fuerit : incidit demum in symptomata hypochondriaca , quæ pressione in regione ventriculi , ejusque orificii posterioris , doloribus ad dorsum & sepalas extensis , flatulentia ac tortinibus intestinorum sese exferant potissimum . Tum ab omni herba Theebois potu abstinere , studiis post epulas vacare , vita genere ab animi affectibus magis libero uti , & ad ventriculum roborandum vino largius indulgere coepit : quibus effecit quidem , ut remitterent paullo recensita symptomata ; cum autem sub epulis binas cerevisiæ mensuras potare , & potui fabarum Coffee crebrius indulgere continuaret , nulla vero purgantia adhiberet , & pauca medicamina , maxime cinnabarinum antimoniū usurpareret , inhærebat adhuc quedam molestia . Namque ventriculi debilitas

extremorum corporis frigus , atque capit ad omnes labores torpor adeo excruciantem ægrum , ut si paulo largius epulis indulserit , aut pinguis comedenter , protinus ventriculi pressione ac intestinorum corriperetur terminibus . Postquam autem cerevisiam parcus bibere , vinum largius , numquam tamen ad excessum adhibere , cœna parciori uti , & si quoque molestiis ventriculi infestaretur , has sola fame expugnare coepit : inde non solum ab omnibus liber evasit symptomatibus , verum etiam majorem mentis alacritatem , & floridiorem vultus colorem recuperavit . Neque etiam leve ex purgantibus non nunquam , sed rarissime datis percepit levamen . Nihilo tamen minus , quotiescumque conviviis interfuerit , ibidemque varios cibos assumserit , aut potibus vinosis calidioribus aliquantulum indulserit , non tantum incidit ventriculi molestias gravativas ac inflativas : sed etiam peculiari spasmo corripitur , qui in musculis , nervis ac furis pedum tensionis sensu incipiens , abhinc per omnes corporis extremitates , brachia , pedesque incerto circuitu vagatur , & denique per digitorum articulos , gravi dictarum partium pruriitu stipatus evanescit . Præterea alvi senectis solicitatur ; quæ tantum abest , ut potu Coffee , prout imaginatur sibi ægrotans , sublevetur ; ut ille potius exinde vehementiori adipisu potiatur , ventriculi pressionibus afficiatur , & insomnis reddatur . Quare consilium anhelat , qua potissimum ratione ab his passionibus liber evadere , & absque molestia conviviis interesse queat ?

Deinceps autem adhuc est affectus , quo graviter afficitur ægrotans . Hic nimirum sedecim abhinc annis , ex præjudicio , ac si nihil semenis post ejus excretionem restare deberet , post spontaneam ac naturalem aliquam illius emissionem , magna vi , quicquid forte resisterit , ex primere conatus , urinam mox reddidit , Hinc , licet nunquam concubitum celebraverit , in continenti tamen tensivos in glande atque præputio percepit dolores , absque ulia externa lassione . Quanquam vero hoc malum sponte remiserit ; atta-

men post hæc per intervalla , & maxime post usum potuum vinosorum aliquoties redit . Et quum forsitan sub itinere vinum adustum adsampisset ; abhinc gravius malum incidit . Post naturalem videbit seminis ejaculationem tendentem glandis , ac si flatibus distenderetur , dolorem , & puncturam exteriori præputii cute percipit ; cui , si urinam mox reddit , jungitur stranguræ quædam species ; & hanc excipiunt pustulæ ac lancingiones inter crura prope pudenda obviæ , ac denique ardoris sensus circa exitum spinæ dorsi , & utriusque renis regionem , ad lumbos usque protensus : quid ? quod largiorem semenis excretionem sapientis capitis dolores insequi observantur . Non minus si forsitan ab aspectu objectorum libidinosorum penis erectio seborta , nulla vero semenis excretio insequuta , & ager brevi post curru vectus fuerit , videtur ipsi , ac si semen eructare vellet , & tum primum in urethra , abhinc circa crurum commissuras , ad lumbos usque & ad utriusque renis regionem , & denique ad spinam dorsi protensum quandam obtuse doloris sensum percepit . Hic sensus non prius remittit , quam donec in sequentibus diebus largiorem assumserit cibum : quod si vero a cœna abstinuerit , sequitur sub somno satis copiola semenis excretio , & tunc ab omni fere immunis est dolore . Reducto pronuper præputio in medio glandis observatum fuit tuberculum , nummi minimi magnitudine , cœruleum instar vasculi intumefacti ; & externa cutis sanguine aliquantulum lussusa videtur cum dolore . Contra hæc mala ante decennium consultus medicus varia ordinavit medicamina ; quæ vero tantum abest , ut illa subleverint , ut ea potius exacerbaverint . Neque ideo haec tenus de ineundo matrimonio consilium cepit : de quo vero cum jam cogitare incipiat , Tuum prius , Vir illustris , de extirpando hocce male flagitat consilium .

EPICRISIS CUM CONSILIO.

Utrumque morbi genus, quo ægrotus solicitatur, & cuius cauſa conſultus ſum, prium habet fundamentum in generis nervosi debilitate, qua præterim ventriculus, partes genitales, vefica ac ureteres, tanquam nervosæ ac valde ſenſibiles partes, ad ſubēndos motus irregulaires ſpasmodicos admodum ſunt proclivia. Exinde autem vero eft ſimillimum agrum a teneris, & forſitan per hæreditatem, admodum ſenſibili ac tenera corporis conſtitutione fuiffe prädictum: cui cum accederent animi commotiones, vita ſedentaria, & remediorum purgantium, ac calidiorum crebrior uſus; non mirum, ſi recenſita, aliquid nervosæ partes inſigniter debilitatæ, ac ad ſpasmodicas ſtrictoras prioritatæ fuerint. Huc denique haud parum contriuit nimis frequens ſeminis emiſſio: & chyli minus laudabilis generatio, quæ deſtructo ventriculi tono in acceptis ferenda eft. Et ex hiſce etiam cauſis omnia propullolant ſymptomata, nimirum ventriculi debilitas, atque preſſio cibos largiores vel pingues excipiens, tormina intestinorum, capitis languor, & minor ad ſtudia promptitudo, frigus extremerorum, maxime pedum, & denique ſpasmus externarum partium, iſporumque digitorum. Quid autem partium genitalium, & vicinarum affectum attinet, quo interdom tensio & dolor in membro virili, stranguria, lumborumque atque renum ardor percipitur, cum involuntario ſeminis proſluvio: hæc omnia ſymptomata humoribus acribus atque per relaxata affectarum partium vafa ad eas copiosius compulſis natales ſuos debere, vel ex pufculis, femora nonnumquam obſidentibus, adparet. Ab hiſ ergo malis ut vindicetur æger, operæ erit pretium, ut loco pótus ordinarii, decoctum ſanguinem purificans potet: quod tale eſſe potest: Recipe radicis chinæ, ſcorzonera, ſarlaparilla ana uncias tres; ſeminis foeniculi, nitri antimoniat, corticis ligni ſassafras ana drachmas tres, herbæ cardui benedicti manipulum u-

nom. M.C. C. D. S. Species, quarum binæ unciae cum tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes in vase clauſo decoquendæ ſunt. Hoc vero decoctum & frigidum per diem, & mane calidum loco potus Theebois ſorbillari potest. Deinceps non ludetur opera, ſi æger quavis vefpera cubitum iturus pedes ad ſuras uſque in pediluvia tepidiora, qua ex aqua fluvialiti, furfuribus triticeis ſacculo in cluſis, floribus chamæmeli, & cinerum clavellatorum uncia circiter dimidia parata ſint, immittat, ac per integrum detineat horam: hæc enī & ſpasmus conſopiunt, & humorum circuitum & quabilem reddunt. Et quo humorum temperetur acrimonia, alvus ac transpiratio promoveatur, & internus demulceatur ardor: conſulitum erit, quavis vefpera pulveris mei bezoardici drachmam ex allegato alluſere decocto.

Alterum ſpeciatim malum, atque tuberculum inter glandem & præputium conſpicuum quod attinet: illud pariter ab humorum impuritate proficieſit, ac minime multo ac promiscuo topicorum uſu traſtandum eft; quippe quæ malum ſepiuſ exacerbare ſolent. Sufficienſi ipſi ſepiuſ intra linteola applicare cataplama ex laſte, in cujus mensura una florū ſambuci manipulus, & croci drachma decoquantur, paratum. Quæ remedia per quatuordecim dies uſurpatā niſi desideratam tulerint opem, ulteriore morbi relationem mihi expeto.

C A S U S IV.

De Ventriculi affectu Spasmodico chronicō vehementiori.

Ver generofus 27. annorum, tempeſtamenti cholericō-melancholici, a teneris ferme multis in vini ac Tabaci abuſu excessibus, & excandescentię nimium indulgens, per tres jam annos variis obnoxios fuit ægritudinibus: quas dum multis quidem, omnibus autem tumultuaris oppugnavit curationibus, priuianam nondum recuperare valuit sanitatem. Quare ante quatriuum circiter denuo mala

luso

suo infestatus, meum quoque flagitavit consilium. Accedens agrum molella cardialgia cum dolore lancinante & tensivo, a cordis scrobiculo ad mammam usque & scapulam sinistram pergente, & difficili spiratione solicitari deprehendi: pulsus erat æqualis, quandoque intermittens; urina tenuis ac citrina. Datis protinus carminativis atque nervinis remisit equidem paroxysmus; sed circa medium noctem iterum recruduit. Obsidebat nimis pressionis sensus regionem splenis: quem protinus sequebatur motus spasmodicus circa cordis scrobiculum & mammam sinistram, qui ad laryngem extensus spirationem impedit: tum quoque oculi caligine obducabantur, cum mentis alienatione, & tintitu auris sinistre, &, quod notatu dignum est, per totum paroxysmum penis rugebat erectus. Quare ego malum a cruditatibus pituitoso-acidis, in primis viis herentibus, ortum fuisse ratus, propinavi absorbentia, cum stomachicis ac nervinis mixta: ex quibus æger tertio post die convaluit. Quum autem restitutus ille firmiter persuasum sibi habet, semet apoplexia aut catharri suffocativi specie laborasse; nec ullis a sua sententia deflecti potest rationibus: sequentes proponendas duxi questiones, quas ut benevolē resolvias, est quod vehementer rogo. Primum enim doceri aveo, anne hic affectus potius fuerit hypochondriacus, quam insultus apoplecticus, aut catharrus suffocatus? 2) numine funditus extirpari possit, quibusve hunc scopum assequi licet remediis? 3) utrum sit impossibile, tales accessiones a cruditatibus pituitosis acidisque primarum viarum suboriri? 4) Anne ad obtainendam valetudinem necessarium sit, pertinacem observare vitum? & num 5) denique corum sententia subscribi queat, qui malum a phthisi, aut plane fascino derivare voluerunt?

CONSULTATIO.

ACcepitis tuis litteris, in quibus ad versam valetudinem viri cuiusdam generosi descripsisti, & de illa quinque

mihi proposuisti questiones: omnia bene perlustravi momenta; & ad primam questionem, morbum illius minime apoplepticum, vel catharrum suffocatum pronunciare possum, cum signa horum affectuum pathognomonica nullibi recensita reperiā. Videtur ille potius fuisse gravis ventriculi spasmus, nervos octavi postillimum paris occupans, & hinc eas partes, quibus illud nervorum parsuculos impertitur, in sinistro maxime latere in consensum rapiens. Quare etiam sensus ille pressionis, quocum incepit paroxysmus, minime in splene querendus est; quippe quod viscus ex meris sanguineis vasculis constat, & ideo ob paucas, quas habet, nerveas atque muculosas membranas, minus sensibile deprehenditur. Vera potius sedes ac domicilium veluti morbi in ventriculo latet, qui magis versus sinistrum hypochondrium situs est, & ob valde membranaceam ac nerveam structuram insignem cum nervosis universi corporis partibus sovet communionem; hinc etiam sedes hypochondriaci mali, ac spasmodicorum, qua illud comitantur, passionum falso attribuitur sieni, cum magis in ventriculo hereat, a cujus flatulenta inflatione plurima hypochondriacorum dependent symptomata. In praesenti autem malo minime inflatio ventriculi, sed potius gravis illius spasmus subesse videtur; qui partim ex insigni ad iracundiam proclivitate, partim potuum spirituorum abuso natales suos mutuantur.

Quod autem alteram attinet questionem, num morbus ille penitus extirpari queat, & quæ huic scopo prosint medicamina? non omnino possum, quin curacionem hujus mali fore perarduam pronun-ciem: quoniam ille jam diu duravit, ac in habitum veluti degeneravit; porro in continuis animi commotionibus sustentatur; non minus vires corporis jam insigniter prostratae videntur; unde nee vegetus adpetitus, nec bona digestio locum invenire potest. Nec denique sine ratione suspicor atque vereor, ne scirrotas atque exulceratio ventriculi, nisi jam acta sit præsto, tamen certe immineat.

N.

Neque tamen ideo prorsus est desperandum, maxime cum ætas adhuc sit junior; hinc ad instituendam rite curationem, suadeo, ut singulo mane quædam vascula hujus infusi hauriantur: Recipe herbae basilici, betonicæ, melissæ, veronicae, salviae, florum chamæmeli vulgaris ana manipulum unum, seminis foeniculi, anisi stellati ana drachmas duas. C.C. D.S. Species Zum Krauter-Thee. Deinceps operæ erit pretium, quavis vespera 20. pilularum antispasmodicarum deglutire, quæ sic se habent: Recipe extracti florum chamomillæ, millefolii, salviae, cardui benedicti, mithridati ana drachmam unam, croci, pulveris castorei ana scrupulum unum. M. F. pilulæ ex scrupulo uno numero 10. Hisce singulo triduo interponi potest usus pilularum Becheri, quarum sedecim vespere, & tum viginti antispasmodicarum circa meridiem sumendas sunt. Neque minus consultum erit, bis terve quotidie decem vel quindecim pulveris antispasmodici grana ex aqua destillata florum chamæmeli assumere; cuius hæc est compositio: Recipe pulv. veris marchionis, antimonii diaphemretici, lapidum cancerorum ana drachmam unam, cinnabaris nativæ præparatæ, nitri depurati ana drachmam semis, extracti castorei liquidi guttas octo. M. F. pulvis, cuius dosis est scrup. unus. Nec levem præstabit opem liquor meus anodynus mineralis: quibus denique creber pediluviorum, & alvo pigra clysterum usus accedit, necesse est.

Ut autem ad tertiam quoque respondam questionem; ex superioribus patet, caussam mali principalem in vitio solidarum potissimum partium hærente, & quidem in perverso motu, ac spastica constrictione ventriculi aliarumque nervarum partium. Neque tamen ideo negari potest, quin faburra quædam acidæ, viscidæ ac biliosa ventriculi & intestini duodeni, seu causa materialis malum illud soveat atque sustentet. Quando enim cumque peristalsis ventriculi ac intestinorum lœsa fuit ac destruxta; alimenta nec intime solvi, nec debita chy-

li, succorumque utilium secretio, nea inutilium expulso fieri potest: hinc omnino restant in canale intestinorum excrementa inutilia, quæ diuturniori mora majorem contrahunt acrimoniam, & spasmos magis exacerbant.

Juxta quartam porro quæsitionem omnino necesse est, ut æger, si a malo suo vindicari cupiat, recto vivendi ordinis insitiat, maxime omnem ad exandescientiam occasionem sedulo evitet; poros vinosos, calidores, atque Tabacum probe fugiat; omne frigus arceat, nec denique cerevisia utatur. Hęc enim hisce morbis plane non est conveniens, & majori fructu ejus in locum decoctum ex casura cornu cervi cum corticibus citri recentibus; aut juscum avenaceum cum vitellis ovi ac floribus chamæmeli paratum substituetur. Et denique vix opus est, ut ad quintam respondam quæsitionem: dolendum potius est, quod ii morbi, quorum causa cognitu difficilior, & curatio ardua est, mox a fascino deriventur; sicuti cum affectibus spasmodicis, qui fixam in genere nervoso obtinuerunt sedem, vulgo quidem fieri assulet.

Relatio.

E Lapsis tribus mensibus relatum mihi est, ægrum adeo sensibilem factum esse, ut ferme quotidie ira exarserit, & animi affectibus nimium indolerit; hinc ipsum incidisse in ingentem hypochondrii sinistri dolorem, cum aliud nausea, vomitu, ac præcordiorum anxietate; & denique hectico calore consumptum periisse. Secatum posthac corpus ventriculum exhibuit admodum parvum, ejusque tunicas valde crassas, induratæ, & materia putrida repletas.

C A S U S V.

De Ventriculi spasma hypochondriaco.

V IR annos natus triginta quinque; temperamenti sanguineo-cholericus, a pri-

mis juventutis annis ad trigesimum fere saepius & large sanguinem e naribus fundere solitus, ceterum sanus vixit, nisi quod perpetua ferme laboraverit scabie. Olim quoque tertiana infestatus febre, omnes medicinas eludente, tandem ope cojusdam sacerdotis per specificum, quod hic possidebat, convaluit. Seabies vero licet quatuordecim abhinc annis drafticis purgantibus, sudoriferis, scarificatione ac externa inunctione a chirurgo quodam exhibitis repulsa fuerit, quotannis tamen circa autumnum feedis recruduit pustulis, & ad vernam usque inhæsit tempestatem. Huic quoque saepius accesserunt maculae, instar lichenum, quæ molesto stipata pruritu dorsum potissimum atque manus ogenparunt, & ineunte vere insimul disperuerunt. Et denique proximis hisce annis spasmus utriusque pedis supervenit, qui hosce noctu potissimum prehendit, & ad abdomen usque retraxit. Hic demum anno 1727. mense Martio in veram mutatus est podagrum, quæ pedis primum pollicem, mox totam plantam acerbo invasit dolore, & per quatuor saevit menses. Consultus ergo chirurgus, præter varia unguenta atque topica extrinsecus admota, ægrum per quatuordecim dies infusum purgans vinosum potare iussit: quod postquam alvo violentius subducta, vires ferme prostraverat, id quidem effectit, ut evanuerit podagra; molestia vero tensio, & creber subsultus pedum restiterunt. Verum enimvero mense Junio 1730. rediit iterum podagra; quæ tamen pertinaci victus observatio ne, ac bono regimine, brevi cessavit tempore.

Præter hasce molestias per quatuordecim jam annos graviori infestatur malo. Dum enim eo tempore inimica ac horrida tempestate itinere fungeretur; ex improviso gravi corripitur pectoris dolore, qui a cordis scrobiculo per pectus ad laryngem usque protensus, spirationem reddit difficultem, ac copiosa saliva ex faucibus extretione stipatur. Hæc deinceps molestia quotidie mox post epulas recidit, & per tres inhæsit horas: quam aliquantulum mitigate potuit æger sum-

to sub paroxysmo vini adulti haustu. Tali ratione per tres hebdomades adficiens, tandem observata recta vivendi ratione liberatus, ac per quinque annos ab eo malo immunis fuit. His elapsis illo iterum nonnunquam, licet mitiori infestati, & denique proximo biennio, quod primos podagræ insultus toleravit, atrociori, & fere quotidie ab epulis corripit. Jungitur etiam insignis salivæ effluxus cum anxiogulæ spasmo; nulla ramen nausea, nec vomendi conatu stipatus; cessante vero paroxysmo, cessat quoque salivatio, & relinquit tenacem in trachea mucum, quem laborioso conatu demum exscreare debet. Tum optime habet ægrotus; appetentia ciborum fruitur integra, cui tamen haud liberalius indulgere debet, nisi atrociori malo adfigi velit. Ipse cæterum affectus gravi abdominis flatulentia stipatur, quæ illo remittente, protinus etiam remittit. Alvis quoque olim pigra atque segnis esse suevit: jam vero sub podagræ tortura, rite suo fungitur officio. Urina mingitur rubicunda, atque copiosum mucidum, rubicundum deponit sedimentum.

Quod attinet ægroti constitutionem, ille olim Baccho pariter atque veneri aliquantulum indolis; humoribus abundant, colore vultus florido gaudet, atque copiosis, exilioribus tamen instructus est venis. Neque tamen minus a venælectiōibus abhorret insigniter; eamque non nisi ter administrari curavit: primum nempe duodecim abhinc annis, cum febricula quadam cum vomitu, languore corporis, ac doris lancinationibus stipata adfigeretus, ex vena incisa protinus convaluit; deinde hoc anno ad præcavendam podagram bis circa utrumque æquinoctium veniam in brachio secundam præbuit. Mater illius pertinaci ventriculi spasmo diu labravit, fratres colicis obnoxii fuerunt doloribus, eorumque alter tanta olim infestabatur colica ac alvi obstructione, ut medici iliacam veriti passionem, morbum pro deplorato haberint. Dixtam quantum potest, observare annititur exactam: saepius autem vi muneris, quodam-

ambit, refrigerationibus semet exponere tenetur. Proclivis non minus est ad ira-
eundiam; decoctum autem ex radice sar-
saparillæ, scorzonerae, rasura cornu cer-
vi, radice cicchorei & semine scenicali
confectum, & in locum cerevisiae, ibidem
locorum crassæ, atque fecculenta pro po-
tu ordinario commendatum potare recu-
favit, cum exinde ventriculum debilitari
ac nauses corripi putet.

Hicce ergo variis ac diuturnis molestiis
nullam adhuc eongruam æger opposuit
curationem, maxime cum consultus bre-
vi abhinc tempore medicus, malum pro
deplorato habuerit, illudque non nisi Eli-
xirio quodam stomachico, atque trifoli-
lio fibrino in forma infusi theiformis,
sed frustra tractaverit. Invalescit autem
jam affectus, & sic meum quoque implo-
ratum est auxilium. Ponderatis igitur
omnibus morbi momentis, eundem & in
solidis & fluidis hærere partibus putavi,
& hanc de ipso mihi formavi ideam. Æ-
grum videlicet, matre motibus spasmus
dicis atque hystericas obnoxia natum, &
ideo hæreditario quasi jure admodum sen-
sibilem, ac ad violentas partium nervo-
sorum stricturas proclivem, sovere in
corpore suo humores multis impuris ac
seorbeticis sordibus imbutos, & tolerata
podagra, & contumacissima significat
seabes. Variæ autem sunt causæ, quæ
gerendæ huic dyscrasiae viam straverunt.
Namque cum olim sanguinis abundantia
per narum hæmorrhagias ventilata, post
trigesimum vero annum nec per hæmor-
roides, nec regulares venææctiones de-
pleta fuit: non fieri potuit, quin accu-
mulatis nimis humoribus æquabilis eo-
rum circuitus perturbatus, ac salutaris
imminuta fuerit transpiratio. His cum
accederet alvi segnities, quid mirum, si
retentæ undique sordes sanguineam mas-
fam admodum inquinaverint, quæ vio-
lentorum motuum causæ, salutari natu-
ræ conatu partim per cutim atque sca-
biem excretæ, partim ad pedes in poda-
gra depositæ fuerunt. Quum igitur sicuti
omnes succi vitales, ita & gastrica lym-
pha acore quodam ac aciditate laborat:
facile patet, cur hec jejunum ventricu-

lum vellicando, fortiorem excitet adpe-
titum; illo autem cibis replete, horum
majorem motum fermentativum indu-
cat. Inde dependent obvii sub paroxys-
mo in abdome flatus, qui ventriculo
incarcerati, hunc partim ad spastmodicas
stricturas proritant, partim nimium di-
stendent. Sic adparet ratio paroxysmi,
ac inflationis ventriculi, quæ sumptis epu-
lis incidit: hac vero cum & diaphrag-
matis descensus impeditur, & pulmonum
expansioni remora injicitur; clarum inde
fit, cur sub eo paroxysmo spiratio simul
fit angusta. Unicum autem illud copio-
sissimæ sputationis symptoma haud satis
mirari possum: quamvis enim hypochon-
driacos plerumque sputatores esse probe
sciam; nullos tamen tanto veluti flumi-
ne salivam reddere observavi. Quare
glandulas salivales vel summa atonia af-
fici; vel insigni spastmo a ventriculo vi-
nervorum consensu propagato constringi,
& ideo salivam summo impetu ex-
pelli arbitror. Quæ cum mecum perpen-
dissem, ipsum malum antispasmodicis ac
nervinis aggressus sum remedii. Mane
nimis post exhibitas liquoris mineralis
Hoffmanni, cum quinta balsami vitæ
parte remixti 40. guttulas, dedi infusum
theiforme ex herba veronicæ, melissa,
salvia, summitatibus millefolii, flori-
bus chamæmeli vulgaris, semine scenicali
& aniso stellato confectum, & quin-
que vasculis potandum. Neque minus
sæpius vel solum liquorem anodynum,
vel cum essentia corticum aurantiorum
remixtum propinavi; & vesperi exhibui
pulverem ex pulvere marchionis, lapi-
dum cancerorum, cornu cervi sine igne
parato, antimonio diaphoretico, nitro
deparato, cinnabari nativa, & extracto
castorei concinnatum; atque subinde pe-
diluvia, quæ habebant aquam puram,
flores chamæmeli ac furfures triticeos,
commendavi tepidiora. Ut porro pri-
mas vias a sordibus repurgarem crudis
ac corruptis, singulo octiduo vesperi de-
di pilulas balsamicas, in Med. consult.
Tom. II. pag. 80. descriptas, hisque po-
stridie adjunxi drachmam unam cum di-
midia salis Sedlicensis.

Hicce

Hicce subsidiis cum primum pertinax hic affectus mitigari videretur, ac s^epius per aliquot dies remitteret, attamen semper rediit vehementior. Quamobrem sagitamus Illustris Hoffmanni consilium, ac doceri avenus, 1) anne hoc malum funditus extirpari queat? 2) num curationi obtinenda magis prospic thermæ & acidula, quam pharmaca? & 3) quænam præsidia post potum thermarum in usum sint vocanda.

CONSULTATIO.

Postquam communicatum mecum sum animo probe volutavi; ægrum atroci ventriculi spastico hypochondriaco, summis potissimum epulis cum magna p^ræcordiorum anxietate, rustibus molestis, ac copiosissima sputatione invadente labore deprehendi. Hunc primam originem ex insigni nervosi generis imbecillitate contraxisse, extra omne positum est dubium; quam non tantum ex hæreditaria dispositione, verum etiam inordinato vietu, excessu in potibus, venere, animi affectibus, corporis refrigeratione, scabiei, podagræ & febris incongrua curatione, atque remediis repellentibus aque ac purgantibus sibi met contraxit. Hisce enim caussis non solum massa sanguinis ac lymphæ corrupta, multisque leorbuticis impuritatibus imbuta est; sed eadem humorum acrimonia, nervosis ventricoli ac intestinorum partibus incumbens, illas vellicavit, & ad spasmodicas proritavit constrictiones. Inde vero labefactata est ciborum digestio, alvis obstructa, & statuum exertioni obex positus; qui ad superiora intestina atque ventriculum regurgitantes, malum exacerbarunt. Et his denique omnibus maius augmentum addidit intermissa ob ægroti abhorre-scentiam venælectio: qua humorum abundantia, olim per narium hemorrhagias imminuta, plus invaluit & accumulata est. In tali vero rerum statu, cum tota ferme cœconomia vitalis videatur perturbata, perarduum omnino est, malum funditus extirpare. Quæ adhuc restaret salutis spes, præter pertinacem vietus ob-

Hoffm. Consult. Med.

servationem, omnis in congruo thermæ rum Carolinarum usu sita est; quibus in allevandis hicce morbis nihil deprehenditur præstantius. Quum autem præsens autumnale tempus huic curationi minus est opportunum; consultum erit, convenientibus medicinis corpus ad illam sequenti vere instituendam rite præparare. Cui scopo obtinendo, eo jam omnes intendere oportet nervos, ut ventriculo suum restituatur robur, digestio promovetur, humorum acrimonia attempetur, & per alvum blande educatur. Hinc operæ erit pretium, sub epulis pariter ac hora vespertina quinta, 40. guttas sequentis Elixirii ex aqua vino permixta assumere: Recipe essentia gentianæ rubræ, pimpinella alba, corticum aurantiorum, cascariæ, corticis chinæ, liquoris anodyni mineralis ana unciam dimidiam, olei de cedro, macis ana guttas X. M. D. Alvi libertati conservandæ per quam oportunas commendo pilulas balsamicas aut meas, aut Sthahlianæ, ab ægroti cubitum ituro numero 11. cum lapidibus cancrorum & nitro devorandas. Mane potare conveniet infusum tineiforme ex herba veronicæ, summitatibus millefolii, floribus chamæmeli vulgaris, papaveris rhæados, ac femine fœniculi compositum. Præterea a pedibus præcipue atque ventriculo omne arcere oportet frigas: quo fine ventriculus fæculis ciliis foveari, aut sequenti linimento nonnunquam inungi potest: Recipe aquæ Anhæltinæ uncias duas, essentia nucis drachmas duas, balsami peruviani drachmam, camphoræ grana 12. olei lavendulæ guttas 20. M. D. Neque minus crebris urendum est pediluvis; & foret optandum, si his revocari posset podagra. His vero si accesserit exacta diæta, & potus loco adhibitum fuerit vinum Mosellananum atque secundaria cerevisia, de felici eventu nullus dubito.

C A S U S VI.

*De usu Carolinarum & Tœplicensium
in affectu ventriculi spastico
inflativo.*

EX missis ad me litteris, quibus ele-
ganter præscripta personæ serenissi-
mæ ægritudo, & quæstio: num ipsi tol-
lenda Carolinarum internum, & Tœplic-
ensem aquarum externus usus futurus sit
proficuus? proposita fuit; facile intelli-
go, omnia, quibus male habetur, sym-
ptomata, veluti sunt pectoris compres-
sio, hypochondriorum tensio, æstus vo-
laticus, ac totius corporis languor, non
nisi tensiæ & spasmodicæ ventriculi in-
flationi natales suos debere. Inde enim
fit, ut partim diaphragmatis motus ac li-
bera spiratio impeditur; partim succi vi-
tales ad caput atque pectus, maxime
sumptis epulis copiosius compellantur.
Quod si vero dictæ ventriculi inflationis
originem perquiram: illam non tantum
cruditatibus primarum viarum acidis at-
que viscidis, ex mala diæta subortis; ve-
rum etiam difficiliori sanguinis per hepa-
tis viscus transitui deberi, vero est simili-
limum. Hinc enim venæ ventriculi, ob
impeditum cruris regressum, hoc admo-
dum infaciuntur; & inde spasmodica
orificio ventriculi constrictio induci-
tur, ideoque flatus retinentur. Huic ve-
ro sanguinis in hepate stagnationi ansam
dederunt serenissimæ mulieris vita seden-
taria, sanguineum temperamentum &
plethora constitutio; quæ ex mensum
adhuc continuato fluore elucescit; qui ta-
men vi legum naturæ ac ætatis jam cessa-
re deberet.

Quod igitur Carolinarum thermarum
usum attinet, illum hisce ægritudinibus
omnino admodum opportunum judico.
Hæ enim aquæ copiosum non solum al-
calinum, verum etiam neutrum sal, at-
que terram alcalinam leniter martialem
fovent; & ideo præclaræ virtute humo-
res tenaces ac viscidos resolvendi, acidos
attemperandi, eosque vi salis medii per
alvum eliminandi possent, atque hinc al-

vum octies vel decies, sine ulla virium pro-
stratione, sed potius ventriculi roboratione
ne ac adpetitus excitatione movere so-
lent. Sedecim jam vicibus frequentavi
hosce fontes, eorumque maxime in hy-
pochondriacis, cacheoticis, ac viscerum
infarctu laborantibus egregiam ac fere di-
vinam deprehendi efficaciam: quare et-
iam illorum virtutem in præsenti ægrotia
fore spero præstantissimam. Eo magis hoc
polliceri possum, cum mihi jam constet
exemplum principis cujusdam serenissimi,
sensibilissimi atque tenerissimi, qui
ex inordinata diæta tantam inciderat ven-
triculi inflationem, ut hyemali potissimum
tempore mox a prandio insigni præ-
cordiorum compressione, spirandi angus-
tia, & totius corporis languore correptus
lectum petere debuerit; in quo probe ca-
lefactus & sudore perfusus post tres qua-
tuorve horas, ab eo paroxymo liberaba-
tur: postquam autem thermis Carolini-
ter fuerat usus, ab hac molesta ægritudi-
ne penitus fuit restitutus.

Harum ergo mineralium aquarum
usum valdopere commando; qui, ut eo
felicius cedat, sequenti ratione instituen-
dus erit. Primum enim necesse est, ut Se-
renissima mulier, quæ licet menstruo ad-
huc gaudet fluore, tamen ob sedentariam
vitam, copiosiori sanguine turgere
videtur, mox sanguinem ex vena in pe-
detusa sibi detrahi curet: eodemque præ-
fertim tempore corpus probe moveat,
tempestate frigidam ac austriorem fu-
giat, cibos incongruos evitet, simulque
stomachicis utatur medicinis. Quod si ve-
ro sanguine nimium turserit, ac capaci-
tibus vasis instructa fuerit: opera erit
pretium, accidente vere triduo circiter
ante discessum ad thermas, sanguinem
denuo, & quatuor dumtaxat unciarum
pondere detrahere. Sic enim præcaven-
tur humorum ebullitiones, quæ sub iti-
nere plethoricis contingere solent; & ipsa-
rum thermarum, imminuta plethora,
longe felicior erit operatio. Deinceps
simulac pertigerit serenissima ægra ad
thermas illas; per aliquot dies ab usu ea-
rum abstinere debet; & tum aquas mola-
res in usum vocare. Hæ enim sunt subtilio-
res,

res, quam ordinarii fontes den Brudel vocant; hinc facilius minima corporis vascula transgrediuntur, nec torporem inducunt, nec tumorem pedum. Quare ad ipsum fontem per infundibulum lagænis lapideis, quales vehendis acidulis Egranis vel Tonstadiensisbus inserviunt, excipiendæ sunt, ne spiritu osum eorum principium evaporet: & tum in aquas fontis ordinarii immittendæ, ut iterum incalcent. Earum aquarum 12. circiter vasculis curæ initium fieri potest, & successive ad 20. ascendere licet: ita tamen, ut, si alvus quinquies vel sexies subducatur, ea aquarum dosis sit sufficiens, in eaque subfisi debeat. Tali ratione aggredienda & tribus intervallis absolvenda erit curatio: adeout ante illam sumantur vesperi undecim pilularum balsamicarum, ad meam, vel Schalii, vel Becheri methodum paratarum, & postridie inchoetur potus aquarum, in quarum primo vasculo uncia dimidia salis Anglicani, aut Sedlicensis capienda est. Tum per septem dies protracto thermarum potu, biduo illis erit supersedendum; deinceps sumis iterum pilulis, per sex dies aquæ bibendas; & denique post intervallum duarum dierum, deglutitis denuo pilulis, ultima vice per quinque dies potationi carum thermarum inhærendum erit.

Quod autem externum Carolinarum in balneis usum attinet; de eo, cum serenissimæ personæ constitutio ac partium solidarum conditio mihi haud adeo innoverit, nihil certum adfirmare possum. Quorum enim nervosum genus admodum sensibile est, & partes internæ nervæ atque membranæ ad spasmodicas constrictiones pronæ, iis nocent hæc balnea: contra vero corporibus spongiosis, vasis exilioribus præditis, & ad pedum intumescentiam proclivibus, ingens pollicentur emolumentum. Quamobrem descendendum semel in illa suadeo, & si profecerint, inhærendum usui eorum: quod si vero minus responderint votis, præstansissimam virtutem in confortando corpore, illiusque imbecillitate sublevanda præstabant temperata balnea Tæplicensia, per novem dies adhibita; si & ante, &

post, & inter eorum usum aquæ Sedlicenses fuerint potæ.

Nihil cæterum de victus ratione, sub potatione Carolinarum instituenda addam; quippe quæ in ultimo capite partis tertiae scriptorum meorum diæticorum fusius est explicata. Id tantum adhuc monendum duxi, ut inter potus cerevisia Schnebergensis, & vinum Rhenanum vetus, generosumque feligantur; coena sit parcior; & denique vesperi nunquam ultra nonam horam in libero aere versetur serenissima, ne exinde salutaris prohibetur transpiratio. Porro vero necesse est, ut absoluta curatione restitantes in abdome fordes aquosæ eliminentur; quo scopo vehementiora purgantia minime inserviunt, quæ majus plerumque pariunt incommode. Præstantissimam potius operam manna exseret, quæ faburram primarum viarum uberrime edueet, neque tamen intestinorum tonum destruet. Usurpari nimirum poterit in hacce formula: Recipe manna electæ uncias duas cum dimidia, cremoris tartari drachmam unam & semis, rhabarbari Alexandrinæ drachmam dimidiad: coque & solve leni calore in aquæ florum acaciae unciis sex, colaturæ adde olei de Cedro Italico guttas tres. M. D. S. potio laxans manu assumenda. Nec denique ignorari oportet, sub ipso aquarum potu ventriculo confortando egregie convenire essentias stomachicas; vel ante, vel post epulas. 40. vel 50. guttulis sumendas; qualis ex essentia gentianæ saturata, centaurii minoris, corticum aurantiorum recentium, tintura tartari, & quibusdam olei de cedar guttulis parari potest. Et hæc sunt, quæ circa propositam quæstionem, & in salutem serenissimæ ægrotantis respondenda duxi: quæ summus languorum nostrorum medicus reddat salutaria, ex animo precor.

Nunciatum abhinc est, mulierem serenissimam, mense Mayo ad fontes Carolinos profectam, iisque & interne & externe rite ulam fuisse: unde etiam exoptatissimam reportavit valetudinem.

CASUS VII.

*De ventriculi inflatione cardialgica
cum Hemicrania.*

Triginta novem annos nata genera-
tio, mulier, temperaturæ melan-
cholicæ, habitus corporis carnosus, sta-
tura mediorum, alvo pigræ obnoxia,
postquam per aliquot annos mensium im-
minuto ac inordinato fluore, nec non
cœcis interdum laboravit hemorrhoidi-
bus, passa quoque hoc tempore est hypo-
chondriacas atque scorbuticas affectiones.
Maxime circa æquinoctium ingruere sue-
verunt obtusi dolores, sinistrum primum
occupantes, & ex hoc ad dextrum ex-
currentes hypochondrium: quibus tussi-
cula quedam siccæ, nullum tamen spi-
rationi adferens impedimentum; hor-
ror ac subsequens æstus, oris siccitas
absque tamen siti, crebri ructus, & af-
fidius ardoris, dolorisque in regione os-
sis sacri sensus sapientiæ junguntur.
Datis congruis medicinis remiserunt qui
dem nonnunquam hæ molestiae, at brevi
post iterum recruderunt, & præsertim
Januario præfentis anni mense graviori-
bus siipata symptomatibus invaserunt.
Accedebant videlicet gravis dextri capi-
tis hemicrania, glandularum colli intu-
mescens, ac ingens dolor ad pectus &
scapulas usque protensus, capitisque in-
ducens torporem, insignes pectoris an-
gustias, acuti circa cordis scrobiculum
dolores, respirationem impeditentes,
ventriculumque insigniter distendentes;
vehementes in sinistro hypochondrio sub-
costis spuriis lancinationes, eximus lan-
guor, febris vaga scorbutica, atque cor-
poris quedam consumptio. Hæc ipsi hæ-
reditario, veluti jure videtur propria; &
notabile est, fororem ipsius febre hectica
periisse. Consultus ego asthma hypo-
chondriaco-scorbuticum atque convulsi-
um subesse ratus, ordinavi remedia an-
tisplenetica carminativa, cum nervinis
ac martiabibus, leniora laxantia, ac ve-
nam in salvatella sinistri pedis tundi cura-
vi; unde etiam malum aliquale admisit

levamen. Verum enimvero cum ob vi-
scerum atoniam, vasorum angustiam &
exilitatem, humorum tenacitatem, non-
dum rite succederent naturales excretio-
nes: accidit, ut mense Martio malum
atrocis rediret, cum vehementissimo
pungitivo in splenis regione dolore, &
molestissimo ventriculi ardore, ad pha-
ryngem usque propagato. Suspicabar er-
go lienis abscessum, & hinc præstantissi-
ma propinabam remedia: sed medio Mar-
tii hora secunda nocturna præter omnium
opinionem incidit ægra in vehementem
horrorem, qui pectus dumtaxat, abdo-
men, & femora occupans, reliquas cor-
poris partes reliquit immunes. Hunc ex-
cepérunt calor febrilis, imi ventris tor-
mina, & ardor ventriculi, totiusque gu-
la; vires prosternebantur, & salutis tem-
peratæ sapor cum dolore adficiebat linguam: tum
sequebantur binæ, eæque copiosissimæ
alvi dejectiones, urinaque reddebat
tenuis, absque interni caloris nota. Po-
stridie lotium adparebat coctum; sed
alvus per triduum manebat obstipata: æ-
gra tamen melius habebat, & quotidie
hora quinta vespertina paroxysmo, per
tres circiter horas inhærente, corripie-
batur. Hinc exhibui potionem purgan-
tem, que septies alvum movit, & per
vomitum eduxit tenacem mucum, sa-
poris vitriolacei, dentes obtundentem.
Inde excitatus adpetitus fuit, & ægra
optime habuit, quin & paroxysmus,
tertio die recurrens, multo levior adpa-
ruit. Hunc vero sequebatur iterum alvi
segnities, cum flatuum retentione: qua-
re potionem carminativam, antispas-
modicam, ac absorbentem haud sine fru-
cta exhibui. Neque tamen minus ma-
lum nondum penitus est sublatum; siqui-
dem jam non solùm hypochondrii sini-
stri, verum etiam capitis atroces urgent
dolores, pectus simul in consensum tra-
hentes; infestant quoque calores interni,
angustia circa cordis scrobiculum, oris sic-
citas; paroxysmi olim per aliquot dies
intermittentes, jam quotidie, licet le-
viiores recurrunt; vires, & carnosæ substanc-
tia magis magisque consumuntur; urina
mingitur tenuis, pallida, & pituitosum
deponit.

deponit sedimentum; alvus, more ipsi consueto & ferme connato vix omni reditum triduo; status retenti vexant. Intem adpetitus, penitus olim prostratus, redire aliquantulum videtur; ægra ceterum ad hæmorrhoides coecas admodum est proclivis, & diætæ regulas accurate observat, nisi quod desidi fine motu vitæ nimium indulget.

C O N S I L I U M.

Duplex est, quo generosa mulier laborat, morbus, nimirum gravis inflatio cardialgica in epigastrica regione; & pertinax hemicrania, a priori potissimum sustentata malo. Cardialgici doloris symptomata sunt prestatius ac ardens dolor circa cordis scrobiculum, sub quo dextrum ventriculi orificium situm est, inflatio ventriculi, ac si penitus præcluderetur, summa præcordiorum angustia, constriætio faucium, æstus volaticus, nausea, ructus, spiratio brevis. Ab hemicrania autem dependent crebri, assidue dolores, qui a capite ad humeros & brachia extenduntur, sudores faciei gelidi, refrigerationis in capite sensus, siccitas oris & falsus sapor: quibus demum omnibus adpetitus prostratio, digestionis languor, virium decrementum, urina tenuis, ac alvi obstrutio, tanquam molesti junguntur comites. At vero primos omnium horum symptomatum natales mensium inordinato fluori deberi, extra omne positum esse credo dubium. Namque dum uterinus crux parcius evacuatur, ille non solum in ipsis uteri venis subsistit; sed etiam vi connexionis arctissimæ intra intestini recti vascula stagnat. Hinc coecas producit hæmorrhoides, atque nerveas intestini hujus, ac vicinarum regionum partes ad spastmodicas proritat stricturas; quibus alvus occluditur, flatuum excretioni obex ponitur, & denique ardoris sensatio in osse sacro pariter ac intestino recto infertur. Quum ergo & humoribus & flatibus liber per inferiora denegatur exitus, utriusque comprimuntur magis ad superiora; & sic

Hoffm, Consult, Med.

distendendo ventriculum ac colon intestinum, dolores illos pariunt, quos ægra in sinistro percipit hypochondrio, nec non pectoris compressionem, præcordiorum anxietates, spirandi difficultatem, & cetera inducunt symptomata. Quæ licet sæpius remiserint, & jamjam adhibitis congruis remedii leviora videantur; attamen cum adhuc inhærent, & inde digestio labefactetur, chylus minus legitimus generetur, ac denique universa humorum massa inquinetur; justus omnino metus est, ne cacheistica constitutio, & phthysica exinde suboriatur dispositio. Quare ut ab illis vindicetur malis, non opportunius commendare scio subsidium, quam thermas, quæ in Carolinis securiunt, molares, sub exacta vietis ratione per quatuor hebdomades adhibendas: quas in revocando mensum fluxu, crebra experientia deprehendi præstantissimas. Ut autem ad hanc curationem corpus ipsi redatur opportunum, necesse est, ut præter rectum vivendi genus, ea quoque in usum vocentur subsidia, quæ nervosum genus, maxime ventriculum corroborent, ciborum digestionem promoveant, ac salutarium extretionum adjuvent successum. Quo fine operæ erit pretium, protinus ex vena in pede tusa septem cruxis detrahere uncias; vesperi crebris pediluvii, ex aqua fluviatili & surfuribus tritici parati uti; ac alvum segnem elysteribus domesticis, ex juscule avenaceo, cumino, oleo chamæmeli, sale ac melle confectis sæpius moliri. Inter pharmaca commendo, ut bis vel ter quotidie, præsertim mane ac vesperi vaculum, quo potus Thee sorbillari solet, sequenti potionē plenum hauriatur: Recipe decocti scorzonerae, cornu cervi ana mensuram, aquæ menthæ crispa mensuram dimidiam, pulveris marchionis, lapidum cancerum ana drachmas duas, nitri depurati drachmam, liquoris anodynæ mineralis unciam dimidiam. M. D. Sopiendis porro capitis doloribus conveniet cacupha, sequenti ratione paranda: Recipe radicis iridos florentinæ unciam, floraçis calamitæ, benzoës, succini præparati,

caryophyllorum aromaticorum ana dra-
chmas duas; florum lavendulae, rosalum,
chamomilla romanæ ana pugillos qua-
tuor. M. F. pulvis ad cucupham. Præ-
rea loco potus ordinarii, cum insigni fru-
ctu adhiberi poterit decoctum sequens: Re-
cipe radicis farfaparille, rasura cornu cer-
vi ana uncias quatuor, radicis chinæ, scor-
zonerae, liquoritæ ana uncias duas, ci-
chorei, semenis scenici ana unciam. C.
C. D. S. Species, quarum bina uncia in
tribus aquæ mensuris decoquendæ sunt.
Inter diætam denique proderunt jusculta
cum radice cichorei, spinachia, acetosa,
charæ folio, asparago, nasturtio &c. de-
cocta, sappiosque adhibita. Quibus si mo-
rem gesserit generosa mulier, de felici cu-
rationis eventu nullus dubito.

Relatio.

Brevi post relatum mihi est, ægram
summis, quas commendavi, medici-
nis insigne symptomatum suorum percep-
isse levamen, & per integrum ostium optimè habuisse: his autem lapsis, pristi-
nas recruduisse affectiones. Nimurum ar-
dores, dolores ac compressiones in cordis
scrobiculo sèpius ipsam invadere, & per
dimidiam, quin integrum immaniter tra-
ctare horam; his remittentibus tensivos
artuum dumtaxat superiorum cruciatus,
sensationem refrigerationis, capitis tor-
porem, ejusque in parte potissimum dex-
tra atroces dolores ad medium usque ossis
humeri regionem protensos, atque hos
sinistrum etiam pectoris latus, cum subse-
quente ventriculi imbecillitate occupan-
tes succedere: & his denique quandam
ossis sacri supervenire atoniam, maxime
si e sella surgere anniteretur. Quamobrem
meam ulterius imploravit opem, atque
doceri desideravit, num præscriptis me-
dicinis, atque pediluvii diutius inhærente,
venam in pede, ante anni quadrantem in-
cissam, iterum secandam præbere debe-
ret, & hisce subsidii absque Carolinarum
uso pristinæ sanitati restituiri posset?

Ad hæc responsum dedi venam in pede
omnino secandam, & septem cruxis de-
trahendas esse uncias; & tum continuato

medicinarum usu, & corporis motu pro-
be instituto, fore, ut generosa mulier po-
tu thermarum superfedere possit Caroli-
natum. Præterea suasi, ut commendatae
antea mixturæ, cui loco pulveris marchio-
nis, lapides cancerorum addendos jussi,
quotidie mensura ad minimum dimidia
capiatur; & denique singula hebdomade
undecim mearum balsamicarum pilula-
rum cum drachma dimidia pulveris præci-
pitantis assūmatur.

CASUS VIII.

*De inflatione ventriculi & duodeni
hypochondriaco spasmodica.*

PErillostris vir, 52. annorum, gibbo-
sus, tenerioris, atque tenuioris, si-
mulque strictioris corporis habitus, fibris
robustioribus, nervis vasisque capacioribus
instructi, constitutione præditus est sensi-
bilissima, adeo ut vel blandiora laxantia,
aliaque remedia ipsum potenter afficiant.
Hinc etiam vel levissimus morbus aut do-
lor immaniter eum tractat; naturæ vero
beneficio mox sponte remittit. Insigni ap-
petentia largas assūmere solet epulas, &
æstivo tempore nimium, jejunus etiam,
fructibus indulget refrigerantibus, persi-
corum, ceralorum, fragorum &c. Contra
veto parcior est humidorum cupiditas;
nemque mane vix duo potus Caffee valcu-
la forbillare; sub epulis unam circiter vini
Hungarici, vel Mosellani, vel Burgundia-
ci, vel Campaniensis mensuram haurire;
nec cerevisæ Rupinensis ultra duos assu-
mere suevit haustus. Post epulas nec cor-
pus movere, nec potus calidiores forbere
debet; nam priori casu vomitus incurrit,
posteriori autem præcordiorum anxietas
& flatulentas incidit molestias. Hinc
potius a prandio somno per horam circiter
dimidiā, hand sine fructu uitur. Eodem
quoque per noctem satis profundo gau-
det; nisi forsan pridie aut animo com-
motus graviter, aut cena liberaliori usus
suerit: hanc enim largiorem noctes in-

somnes cum ardente atq; tensivo præcordiorum dolore excipiunt; quas etiam vi-
num calidius vesperi potum post se trahit. Hoc porro sequenti mane sequitur pulsus arteriarum celerior, qui nocte transacta tranquilla, observatur debilior paullo atque tardior. Alvis quotidie semel vel etiam bis suo fungitur officio, & stercora redduntur magis albicania, quam flava: ac, quod singulare est naturæ beneficium, si ventriculus faburra quadam fuerit repletus, spontanei cum euphoria subsequuntur vomitus. Lotium sufficienti die pariter ac noctu mingitur quantitate, & plerumque albidum lacteumque deponit sedimentum: tum enim egre-
gie valet æger; sed spasmis agitatur in-
ternis, si urina adparuerit tenuis absq; sedimento. Contra vero major est ad su-
dandum difficultas, quæ inde magis au-
geri videtur, quod pedum calori haud satis studeat: adhibitis autem Carolinis non solum optime se habet, verum etiam facilius ludat. Nec quoque ad san-
goinis effusiones, sive per hæmoorhoides fiant, sive per nares, inclinat: licet ad-
hoc juvenis crebras narium toleraverit hæmorrhagias. Porro abhorret insigniter & remedia sapidiora ac fragrantia, & omnia ferme aromata, veluti sunt cin-
namomum, caryophylli, nux moschata,
anisum, cuminum, zibethum, rosæ &c.
sed poma citrina, aurantiorum, am-
bram, lavendulam ac rotam bene fert, &
præsertim cori illius, succo, betula in-
uncti, quod vocant *Juchten Leder*, odore
veluti recreatur. Lectum descendere so-
let, non nisi calefactum, servidissima etiam astate; ac exinde haud secus, atq;
ab inunctione ventriculi cum balsamo sto-
machali, oleo ruta nuptro egregium per-
cipit levamen. Sub astiva ac calidiori tempestate vasa gerit sanguine turgida;
& sanguis e vena missus, fluidus existit,
& floridus: nec denique levem ipsi usum
præstant balsamica laxantia ex aloe, myrra,
croco, gummi ammoniaco, auro
fulminante confecta, & granis duode-
cim dumtaxat exhibita.

Ita constitutus vir illustrissimus, per
novissimum quinquennium ægrotare ece-

pit. Nimirum simulac largioribus indul-
sit epulis, corripitur præcordiorum an-
xietate, flatulentia, tensivis artuum do-
loribus, nausea, atque totius corporis languore: quibus, si præsertim cibos pinguiores, pisces marinos, cochleas &c assumserit, aut dulcis acidaque vina si-
mul potaverit, mox a pastu jungitur in-
signis dextri hypochondrii sub costis spuriis inflatio, haud secus, ac si vesica in-
flata ibidem hæreret: accedunt totius cor-
poris refrigeratio, spasmatica omnium membrocum contractiones, rubor vultus &c. quæ tandem symptomata, si lesum concenderit, & torus incaluerit, pulsu celeri, ructibus, vomituque terminantur. He autem passiones quemadmodum ex dictis sollemmodo suboriuntur caussis: ita aliæ adhuc sunt, quæ quotidie absoluta digestione hora circiter quinta ipsum invadunt, & ad nonam usque vespertinam graviter sollicitant. Tum eni-
dolore ardente, pungitivo ac inflativo dextri hypochondrii afficitur; quem pro-
tinus præcordiorum compressiones, fau-
cium constrictiones, vultus rubedo, tur-
batio visus, sitis, oris siccitas, atque crebra sputatio excipiunt, & iterum sub-
levantur ructuum flatuumque explosio-
ne. Ardoris sensatio datus ex aqua frigida cancrorum lapidibus; flatulentæ au-
tem molestiæ haustu aqua vita de cedro aliquatenus mitigantur, sicuti omnibus istis symptomatibus dorsi frictiones egre-
gie opitulantur, maxime statu discutien-
do. Matutino tempore, sumpto portu Coffee, sapis ex ventriculo lympham eructat acidissimam; quæ vale argenteo excepta, illud arrodit, viridique imbuuit colore: ipsi vero ructus atque vomitus nunquam amaro stipantur sapore.

Hæcce symptomata autumnali tempe-
state, præsertim Decembri, Januario ac Februario mensibus ob parcus tum insti-
tutum corporis motum, deprehenduntur atrociora; ac cœnam prorsus interdicunt. Iisdem temporibus, si frigus sit nimium, facile in catarrhales pectoris & que ac capitis affectiones, cum crebris vomitibus, & alvi legnitie incidit: neque minus interdum chiragrico, aut ischiadicō ex-

bono regimine mox evanescente infestatur dolore. Contra vero æstate, si tempestas calidior, ac crebrius corporis exercitium fuerit institutum, satis bene habetur observatur.

Quod si porro vir illustrissimus, sub sanitatis specie per aliquod tempus gulae inducerit liberalius, alvus haud rite responderit, insigniter refrigeratus, aut incerto ac animi affectibus commotus fuerit: preter allegata symptomata haud raro spasmis internis, ac convulsivis artuum contractionibus, nec non suffocatibus veluti affectionibus graviter infestatur. Si passiones illæ vehementiores, catharralibus defluxionibus stipatae fuerint, & alvus obstructa: saepius contingit, ut faburram ex fuso nigram, ea, quam duo capiunt cochlearia, quantitate cum ructibus ejiciat. Eadem post datum aliquando lene vomitorium, ex unico tartari emeticci grano confectionum, totius mensuræ quantitate, haud sine insigni levamine eructata fuit, quam novissimo dumtaxat anno, per intervalla excerni deprehenderunt medici, vanafque de illa soverunt opiniones. Quamobrem cum meum quoque de toto morbo judicium desideravit perillustris persona; illud sequentibus suppeditare haud alienum videtur.

JUDICIUM ET CONCILIUM.

EX præmissa hac morbi historia facile adparere confido, præsentem ægritudinem affectionis ventriculi spasmodico-flatulentæ, aut potius morbi ventriculi & duodenæ hypochondriaci nomen omni tueri jure. Ipsam enim hypochondriacam passionem primariam in nervosis ventriculi ac intestinorum membranis habere sedem, & ratione & experientia edoctus credo: quippe quæ partes mox spasmodica distensione, mox flatulenta inflatione agitatæ, universum nervorum genus, omnesque nerveas totius corporis partes, in perversorum motuum societatem rapiunt, ac si malum illud tam variis symptomatibus stipatum, atque in eximiam cum aliis

morbis complicationem, valde opportum constituant. Præsertim autem motus ille constrictorius ac dilatatorius intestinorum, quem Græci vocant peristalticum, in hoc affectu vitio quodam laborat: qui naturalis & integer sicuti ciborum digestioni, chyloſi ſucci feſteſtrationi, ac humorum inutilium excretioni egregie infervit; ita laetus atque deſtructus impedit quoque ciborum concoctionem, humorum utilium ſecretiōnem, ac noxiōrum eliminationem. Hi ergo exerentitii ſucci, in ventriculi cavitate, atque canale, flexuris ac valvulis intestinorum hinc inde stagnantes, bilis, & aliorum humorum affluxu, ipsaque temporis mora acriores redduntur, & hinc spasmis, ac inflationibus earum partium novam cauſam ſuppeditant, novumque pabulum.

Quod si vero strictius nostrum affectum considerem: illum in flatulentæ ventriculi potissimum inflatione, ciborum, maxime pinguium, largiorem aſſumptionem excipiente conſistere deprehendo. Hanc enim non ſolum tumor, ovi magnitudine inſtar vesicæ ſub cordis ferribiculum dextrum verſus hypochondrium conſpicuus indicat; verum etiam frequentes ructus, aliquod malo teſtamen adferentes, ſignificant. Neq; vero minus intestinum duodenum, quod meo quidem arbitrio ventriculus ſcenſorius adpellari meretur, relaxatum, flatibusque diſtentum eſſe, partim ex doloribus, dorsum verſus extensis, (hic enim eſt ſitus duodenæ) partim ex eorum facta per dorsi frictiones ſolutione colligere licet. His denique cauſis junctam eſte faburram primarum viarum insigniter acidam, reſtantur continuus ventriculi ardor, ructus atque vomitus acidiflui, argentea aeroſentes vasa, ex qua etiam tardior alvi ſuccedus, atque ſerorum albus color ſuos mutuantur natiales. Id autem meretur admirationem, quod hujs aciditatis tam uberrimus ſi- proventus, & illa nondum attemperari potuerit; licet cancerorum lapides larga copia, coramque ſaepius tres in una die exhibeantur drachmæ.

Eadem hæcce acida saburra caufa omnino eft, cur dictarum partium inflationes cum conjunctis symptomatibus a pastu potissimum ſemet exferant. Illa videlicet cibis concoquendis majorem infert fermentativum motum ; quo fi assumta fuerint duriora & crudiora, ex illis acres ac halituosi generantur vapores, qui conſtrictis ventriculi orificiis, exire nescii, latera illius expandunt atque diſtendunt. Tali ratione inflatus ventriculus, liberiorem septi transverſi defenſum remoratur, & ſic impedit, quo minus pulmones ac organa spiratio- ni infervientia rite queant expandi : hinc spiritus trahitur anxius atque difficultis, & vitales ſucci copioſius compelluntur ad caput. Hac quoque violenta ventriculi expansione, rami illius nervei, a plexu paris octavi & nervi intercostalis oriundi ſimil graviter afficiuntur, atque diſtenduntur, qui ſtricturam hancce, vi consensus ad reliquas, qua ab eodem plexu nervos ſuos mutuantur, partes propagando, præcordiorum anxierates, capitis gravitatem, ſomnum turbulentum, alvi ſegnitiem, urinam tenuem, atque maleſum vomendi progenerant conatum. Et haec ſunt adfectionum illarum, quibus illuſtriffimus aeger autun- nali potissimum tempore immaniter tra- fatur, cauſa: qua etiam veras ſuppeditant indicationes, quibus illæ debelliari poſſint. Potiſſimæ illarum ſunt, ut primum nimiam partium nervearum & membranofarum lensibilitatem demul- ceamus ; deinceps ſortiorem ventriculi fermentativum motum moderemur, ac aciditatē attempememus ; & denique tonum atque robur ventriculi corroboremus, quo partim cibi concocti cele- rius expellantur, partim vapores gene- rati in ruſtuum forma facilias explo- dantur. Hisce ſcopis obtinendis, & vi- tius ratio, & congruus remediorum uſus inſerviet. Qod dieta m̄ attinet, ante omnia mentis tranquillitati ſudere oportet. Ad animi enim conſtitutionem, totius corporis, affectarum maxime partium motus ſe habent, adeo ut tranquilla exiſtente animo ciborum concoctio-

humorumque ſecretiones p̄rīter ac excretiones rite procedant ; illum autem turbatum protinus & digestionis, & excretionum conſequatur vitium.

Deinceps etiam aer purus atque tem- peratus in moderandis machinæ anima- lis motibus ac sanitate conservanda, in- ſignem obtinet virtutem ; quemadmo- dum ille frigidus, ſiccus, humidus, ventosus poros corporis occludit, fal- tarem transpirationem impedit, ma- joremque generis nervosi inducit ſtrictu- ram. Hinc etiam eft, quod in praefenti caſu auſteria ac frigidior tempeſtas omnia exacerbet ſymptomata atque dolores, alvum reddat pigram, catharrales af- fectiones, tuſſim, coryzam, tensivos ac gravativos artuum dolores, pectoris com- preſſionem, ſomnum turbatum, largior- em lotii tenuioris miſtiōnem, produ- cat & exasperet. Contra vero tempera- tus calor recludit obſtructos poros, atque membranis nervis que debitam fle- xilitatem reſtituit ; hinc etiam hypo- chondriacis tantum infert emolumen- tum, quantum ipſi ex frigore percipiunt dañum. Quamobrem etiam atque eti- am hortor, ut perillūſtris aeger omne frigus, maxime a ventriculo & pedi- bus, quantum fieri poſteſt, arceat.

Tum quoque ſomnus, & quies maxi- me in calefacto lecto ad vires refien- das, & genus nervosum roborandum, præstantiſſimam pollicetur opem : neque tamen minus corporis indulgendum eft exercitio, tanquam potentifſimo contra horſe morbos remedio. Hoc enim ve- lociorem reddit humorum vitalium circu- lationem, hinc calorem reſtituit & ad- auget naturalem, atque ſumme neceſſariam promovet transpirationem. Opti- me autem vel matutinis horis ante al- sumtum cibum, vel vespertino tempore abſoluta digestione ſub coelo fereno, aut equo, aut rheda inſtituitur.

Postea a largiori ciborum, præferti- qui concoctu ſunt diſſiciliores, aut mu- litis acidis ac fermentabilibus ſcatent principiis, iſgestione ſummo abſtine- conuenit studio. Prioris commatis fung- piſces marini, lauſhres, aſelli, cuthlea,

conchæ, ostreæ frixæ, pinguia, ova duriora, protrimenta intestinorum bovinorum, fungi, farcimina, carnes fumo induratae &c. Ad posteriorem classem pertinent fructus recentes, poma, pisiæ, rapæ, raphani, brassica muria condita, olera; saccharata &c. Neque minus edulia aceto macerata, atque panis large fermentatus nocent.

Inter potus omnia recentia, dulcia, atque fermentescientia vina, & omne mustum sanitati officiunt: contra vinum Mosellanum, quod alvum dicit, & urinam movet, nec non Hungaricum, quod ventriculum roboret, & nervis amicum est, optima sunt. Cerevisia laudem merentur, quæ minus dulces, nec fermentescientes ex aqua pura decoquuntur, veluti est Moscavensis vel Forstensis. Aqua fontana levis ac pura, qualis est Freyewaldensis, pondere mensuræ dimidiæ, æstivo maxime tempore, post motum corporis horis meridianis pota egregium inferet emolumentum; hyeme decocta medicata conducent. Infusum vero Succoladæ pariter ac fabarum Coffee largius potare haud decet; hoc enim ob oleum, quod foget, vaporosum nervis est inimicum; sed illud humores inspissat, ac stomachum obviscat.

Nihil denique magis ad sanitatem conservandam prodest, quam legitimus alvina excretionis successus; quem & liquidorum sufficiens assumtio, & motus corporis conveniens egregie promovent: quam etiam, si minus rite successerit, clysteribus domesticis ex jucculo avenaceo, melle, vitellis ovorum, oleo amygdalarum atque salis tantillo paratis moliri expediet.

Quod si porro ad pharmaceuticum, chirurgicumque medendi fontem accedamus, prima omnino se nobis offert quaestio: num in allegatis affectionibus venæctiones sint proficuae? Sanguinis equidem missiones, tantum abest, ut per se, ac directe cruditates primarum viarum evacuent, flatus disficiant, ac partium atoniam tollant; ut potius illæ crebrius largiusque institutæ majorem partium solidarum pariant languorem. Ve-

rum enimvero, quicunque consideraverit, illustrissimum virum largissimis indulgere epulis, vinis uti calidioribus, parum moveri, imminuta transpiratione laborare, hinc insignem succorom abundantiam sibi met contrahere, vasis sanguine turgidis conspicuum; non minus ipsum olim cruentem naribus fudisse largiter; jam vero nullis ejusdem excretiōibus, neque hemorrhoidalibus, quo sepius hypochondriorum spasmos mitigare observantur, gaudere; quicunque etiam perpendatur, talem humorum abundantiam vasculis sanguiferis nimium dilatandis, circulo eorum per corpus, maxime abdominis viscera retardando, ac ideo lymphæ in pancreate ac tunica ventriculi villosa hospitantis aciditati generandæ efficacissimam prebere occasionem: is omnino mecum statuet, ipsi sanguinis missionem & circa vernale, & autumnale æquinoctium instituendam, fore utique convenientissimam. Crebra enim docet experientia, omnes affectiones spasmodicas humorum abundantia insigniter soveri ac exacerbari; & hac imminuta, circuitum eorum promoveri, salutares excretiones expediri, & hinc ipsos illos morbos & mitigari, & a gravioribus suffocativis & apoplecticis praecaveri malis.

Vomitaria quod attinet, nec illa sunt rejicienda: in tali enim casu, ubi malum ex cruditatibus primarum viarum originem duxit, & ubi laburra acida, biliosa, vilicida in ventriculo, ac superioribus hospitator intestinalis, præclaram exferunt virtutem. Eo magis horum providus ac opportunus usus in nostro egrotante commendari meretur; quo magis ille insigne jam ex illis percepit levamen: quod a purgantibus, quorum vis ad duodenum haud pertingit, minime sperare liceat. Cendum vero probe est, ne nimis crebro eorum usu, perverba inducatur consuetudo, ac motus flatulque magis id superiores retrahantur partes. Contra vero purgantia, ea que potentiora majorem omnino minantur noxiam, illæ enim intactam relinquunt mali, quæ in duodeno est, sedem sed potius utiles humiditates e vasis detra-

hunc, & motum ventriculi ac intestinorum peristalticum destruendo, pertinaces sapient post se trahunt alvi obstructions. Præstat ergo potius blandis laxantibus balsamicis, & clysteribus emollientibus, alvi promovere lubricitatem.

Alcalina, absorbentia, lapides cancrorum, conchæ, ossa sepiæ, aliaque magni omnino observantur usus, quippe que acrimoniam acidam insigniter attemperant, & in prælenti casu intra nycthemeron collectim pondere drachmæ unius data, non levem pollicentur fructum. At vero non sufficiunt sola, nec impedire possunt, quo minus accedente novo liquore acido, temperata jam aciditas, veluti resuscitat iterum: id quod magis confirmatur eo experimento, quo acerum, cuius vis additis cancerorum lapidibus obtusa fuerat, adfuso spiritu vini primitam vim recuperat & aciditatem.

Quod porro attinet acidularum usum; has inter Pyrmontanas & Egranas, ob graves & minerales, quas fovent, aquas ægrotanti minus salutares existimo: magis e re forent Wildungenses, Tonstadienses, ac Freyenwaldenses, quæ obstrunctiones vasculorum capillarium referant, & acidam biliosamque faburram eliminant, saltem temperant, præstans si earum potationi usus pilularum balsamicarum interponeretur, ac illæ, si frigus ventriculo fuerit infensum, berentur tepidiores. His longe præstantius spondent emolumentum thermæ Amasianæ, vel Carolinæ; quippe quæ copiosum, quod continent, alcali, acidam primarum viarum faburram potenter infringunt, & per alvum uberrime educunt. At vero cum ponderosiores ve-hant aquas, quæ difficilius capitis transgrediuntur vasa: admodum providum earum esse oportet usum, ac accuratam observare diatam; saltem in nostro ægrotante, earum potus mensibus astivis fert saluberrimus, nimium vel Majo vel Augusto, ut tali ratione imminentes hymenæ potissimum passiones præservarentur. Saluberrimæ denique sunt etiam acidula Selteranæ, & minorem quidem alcalini principii quantitatem, quam Carolinæ;

leviores tamen aquas possident, quarum vi nullam visceribus minantur noxam, sed & tibi pulmonum laborantibus cum insigni fructu exhibentur.

Contra vero opiate, ac theriacalia remedia certissimum præsenti malo inferent damnum; liquidem promovendas omni studio excretiones sufflaminant, & vires prosternunt, hinc in ætate tam confirmata cautissime usurpanda sunt. Interim si nimia fuerit tussis sicca vehementia, commendarem pilulas de Styrace, grani uno vel duobus cum aliis laxantibus commixtas. Tandem etiam cane pejus & angue fugienda sunt medicamina calidiora, atque spirituosa: quorū etiam talia vina haud bene fermentata pertinent: quippe quæ cruditatum acidarum copia non solum adaugent, verum etiam easdem intra massam humorum magis rapiunt.

Quæ cum ita sint, ea remedia præsenti malo fore arbitror convenientissima, quæ faburram acidam attemperandi, viscidam resolvendi, chylo blandam spirituascentiam restituendi, alvum blande laxandi, ac primas vias confortandi virtutem obtinent. Hisce scopis egregie satisfaciunt amara cum balsamicis, tonicisque combinata: quæ inter divina ferme efficacia sequentibus debetur pilulis: Recipe extracti eardui benedicti, centaurii minoris, absynthii ana drachmam semis, aloes succotrinæ, extracti rhabarbari, myrræ electæ, olibani ana grana quindecim, florum benzoës grana octo, extracti Zedoariæ liquidi, castorei, croci ana grana tria, olei de cedro recentis guttas decem, m. f. l. a. pilulæ ex scrupulo uno no. viginti; quarum duodecim singula semel hebdomade vesperi sumta, alvum leniter ducent, succos vitales corrigent, ac robur ventriculo, atque intestinis restituent. Præterea insignem inflatus discutiendis operam præstabit spiritus ex spiritu nitri dulcis uncia dimidia, & talis ammoniaci drachma una compitus, atque L. circiter guttulas ex aqua cerasorum, balsami peruviani syropo nupta, vespertino potissimum, quo flatus urgent, tempore capiendus. Cui quoque fini

fini pariter, ac spasmis sopiaendis aqua li-
liorum convallium, haud adeo spirituosa
inferviet. Ex hisce subsidiis haud dubito,
quin egregium in ægrum illustrissimum
redundaturum sit emolumentum: quibus
si accesserint parciores epulæ, & congruus
vinorum selectus, vitando nimirum dul-
cia atque Gallica, quæ caput turbant, &
corpus exsiccant, de felicissimo eventu
certam foveo spem ac opinionem.

A P P E N D I X.

Commemoratum in superius recensita
morbi descriptione fuit, agrum sæpius
atram e ventriculo eructasse faburram,
eamque præcipue dato vomitorio uberrime
reddidisse. De hujus indole varias me-
dici foverunt opiniones: quidam enim il-
lam pro atra corruptaque bile, partim
diuturniori in intestino duodeno mora,
partim acrimoniaz acidæ commixtione
atro colore imbuta habuerunt; alii ex
vomitu cruento derivarunt, & cruorem
ex ruptis vasis brevibus in ventriculum
extravalatum, contentas in eo cruditates
hocce colore induisse putarunt; alii deni-
que vomitus hemorrhoidales criticos ac-
cilarunt, & cruorem exitu per venas in
anum explicatas privatum, motu retro-
grado ad ventriculum compulsum, & inde
eructatum crediderunt. Quare meum
quoque desideratum fuit de natura hujus
materiæ judicium, quam exploratorus,
istius a muco & pituita separati eam,
quam cochlear capit, quantitatem in ar-
genteo vase ad siccitatem usque evapora-
vi, siccac ignis flammæ admovi & in
prunas conjecti; quo facto illa concepta
protinus flamma, tota deslagravit; nec
fætore quodam, nec odore sali volatilis si-
mili nares ferit. Exinde eam neutiquam
cruorem coagulatum fuisse conjeci; quippe
qui combustus semper refert odorem
salis volatilis fœtidum. Deinceps eidem
siccæ materiæ ferventem infudi aquam,
quæ exinde obscuriori paullo colore imbu-
ta fuit, sed insipida mansit; tantum ab-
est, ut amarulentum vel biliosum exhibe-

buerit saporem. Hinc interrogatus, quid-
nam esset, publice & coram alter sentien-
tibus medicis, judicavi, esse hanc mate-
riæ pingue aliquod coagulum. Haud ita
multo post, a ministris illustrissimi Viri
percepi, ipsum quandoque potum succo-
ladæ assumere suevisse. Inde protinus con-
jeci, dictam sapientiam faburram nihil esse
aliud, quam concretum in ventriculo sec-
coladæ pulverem; notum enim est, illam
ex fructu pingui, oleoso, inflammabili
parari; talia autem pingua, terrestribus
nepta subjecta facilissime ventriculi lateri-
bus adhærere; & ibidem ab accidente
aciditate longe magis coagulari, quam
solvi. In ea denique adhuc magis sum
confirmatus opinione, cum attenderem
hujus materiæ excretionem tum deum
successisse, quando æger catharralibus ob-
noxius defluxionibus, ad compescendam
tussum theriaca cœlesti, aut massa pilula-
rum de styrace usus fuit, & antea potum
succoladæ sorbillavit.

C A S U S IX.

*De Cardialgia spasmodica cum colica
flatulenta.*

FOmina quadraginta novem anno-
rum, temperamenti sanguineo-cho-
lerici, animi valde sensibilis, corporis
tenerimi, succi pleni, & admodum ple-
thorici, variis adhuc junior molestiis,
partim catharralibus, partim febrilibus,
partim flatulentis sollicitata, sed con-
gruis semper ab iis vindicata fuit tem-
pore. Neque tamen minus ipsi nondum
maritata menses statio quidem tempore,
sed parca quantitate fluere sueverunt; ut
ideo bis quotannis venam in pede secan-
dam præbere debuerit; idque etiam viro
nupta continuaverit. Melius ergo tem-
pore conjugii habuit; atque duorum ma-
ter facta fuit liberorum. Verum enim ve-
ro cum ante biennium ex inopinato ma-
riti obitu diurno adficeretur morte:
ocidit exinde non solum mensum ir-
regularē excretionem: verum etiam cruci-

cruor per venas hæmorrhoidales erupit. Potis igitur contra has molestias ante quinque anni quadrantes acidulis Egrapis, protinus ab earum usu nimiam passa est uteri hæmorrhagiam; quæ tamen sponte sedata desit primum in immunitationem, tandem etiam ipsam cessationem lunaris tributi. Haud secius autem quan-dam præ se tulit sanitatis speciem, maxime cum per aliquot annos ter quotannis venæctionem institui curaverit: quam tamen novissimo autumnali neglexit æquinoctio.

Quamobrem octo abhinc hebdomadibus sub alvi depositione ardoris dolorisq; in intestino resto sensum, & sub urinæ missione stranguriam percepit, neque minus flatulentæ, exque dolorificæ sensations imum ventrem exercere cœperunt. Adhibitis carminativis, essentia eastorei, corticum aurantiorum, pilulis balsamicis remiserunt quidem aliquantulum hæc symptomata; non tamen penitus cessarunt. Et ante aliquot dies accidit ex improviso, ut mane sumto juscule farinaceo, subito inciderit nau-seam, vomendi conatum, vomitam, pectoris compressionem, & atrotem in dextro hypochondrio sub spuriis costis dolorem, adeo ut ferme suffocari vide-retur. Accedit subinde pressorius circa cordis scrobiculum sensus cum difficultate spirandi; anxiæ vomitus quidem per intervalla dumtaxat recurrebant; sed dolor dextri hypochondrii perpetuus in-hærebat, adeo ut in eo loco nec lenissimum contactum ferre potuerit. Idem occupant etiam umbilicalem regionem; abdomen flatibus distendebatur, cum alvi obstruzione, & aliquali urinæ re-tentione: his denique vesperi jungebatur resilius præternaturalis cum levi delirio, & tandem hora octava vespertina seque-batur symptomatum remissio. Postridie vero cum alvo pondum reserata, in vi-stu committeret sorfan errorem, vel peri dolor dextri hypochondrii, cum an-xio vomendi conatu, aliisque sympto-matibus recruduit, & per totam noctem fæviens, mane laxata alvo remisit. Fæces primum albæ, instar albi græci redde-

bantur, subinde autem naturales adpare-bant: remanebant quoque corporis lan-guor, fitis, flatulenti ac tensivi abdomi-nis dolores; at datus medicinis omnia bre-vi tempore evanescabant symptomata, ac ægra præsina reddebat sanitati.

Consultus medicus, morbum contra aliorum sententiam pro colica flatulen-ta, ex tardiori humorum per imum ventrem circuitu suborta declaravit; ei-que curationem adaptavit; & adeo pul-veribus antispasmodicis, potionibus car-minativis, ac anodynis, internis pariter ac externis, atque clysteribus veto suo feliciter potitus est. Neque tamen minus veretur ægra, ne recrudescat ali-quando hæcce colica, ac forsitan gra-vioribus malis stipata recurrit. Quare flagitat tuum, Vir illustris, consilium, & doceri potissimum aet 1) num ipsi vino, cui a teneris adsueta fuit, & qualiter liceat? 2) qualis ipsi præterea con-ferat potus: a triticis enim cerevisis flatulentias, & acrimoniam incidit; & ab ea, quæ nostro loco coquitur, do-lorem ventriculi pressorium incurrit: 3) num futuro vere suadendus ipsi sit aqua-rum mineralium usus? 4) An sub præ-senti frigidiori tempestate ob ebullitionem humorum, qua solicitatur, san-guinem e vena detrahere liceat; anne consultum sit, tribus id quotannis repe-rete vicibus? 5) num denique præstet, loco carminativarum, atque stomachi-carum essentiarum, elixir viscerale bal-samicum cum menstruo alcalino ad men-tem Hoffmanni paratum adhibere, & nonnunquam pulverem nitrosum cinna-barinum propinare?

C O N S I L I U M .

MOrbus, quo lectissima infestatur mulier, meo quidem judicio non aliud est, quam *Cardialgia spasmodica*, quæ inferius potissimum ventriculi ori-ficium, tanquam veram hujus mali sedem, & adnexum intestinum duodenum occupat, & more doloribus cardialgicis confueto, cum flatulenta colica stipata, flatibus nec per anum, nec pylorum libe-

libere exire permittit. Affectum autem revera esse pylorum, dolor ingens pressorius dextri hypochondrii sub costis spuriis, ubi pylorus situs est, & circa cordis scrobiculum, cum vomendi conatu, ac praecordiorum anxietate stipatus indicat. Debetur enim ille spasmodicae earum partium strictræ, quæ per consensem vicinis communicata partibus, reliquorum causa fit symptomatum. Sic constrictum diaphragma sequitur spirandi difficultas cum suffocationis metu: & a spastico cholidochi ductus dependet fæcum alvinarum albedo. Neque etiam dubito, quin artuum refrigerationes, pulsus durus ac frequens, & gelidus sudor paroxysmum stimulerint. Omnia autem haec symptomata, ex humorum vitiosorum, acidobiliosorum, in intestino duodeno hospitantium, colluvie ortum traxerunt: cui generandæ difficilis succorum vitalium per ventriculum, intestina, mesenterium atque hepar circuitus, foeminis pleroricis, sanguineisque, quibus nec mentes fluunt, nec haemorrhoides, nec venælectio rite instituitur, admodum familiaris, permultum contribuit. Quamobrem, cum feliciter superato gravi paroxysmo, ægra ipsius recursum verita, consilium desiderat, quo præcaveatur illud malum; ante omnia consul, ut quamprimum illa vires collegerit, venam in pede tundendam præbeat, & subinde ter quotannis, Februario videlicet, Junio, ac Septembri mensibus cruris quinque, vel sex sibi detrahi curet uncias. Deinceps autem dorsum præcipue atque ventriculum ab accessu frigidi, humidique aeris probe munire, cœna parciore uti; a cibis acidis ac flatulentis abstinere, & maxime ab animi affectibus probe cavere convenit. Quod vini potum attinet, haud alienum erit, vinum Mosellanum, vel Wertheimense, ejusque sextam circiter mensuræ partem sub epulis potare: inter cerevisias autem vitare oportet triticeas, quippe quæ fermentativum ventriculi motum adaugent; & potius lupulatis uti, maxime si cum tertia aquæ puræ parte fermentata fuerint. Mane loco potus Coffee vel Thee, infusum theiforme

ex herba cardui benedicti, summitatibus millefolii, & semine foeniculi confectum sorbillare expediet. Inter pharmaca omnino suadeo, ut quandoque pulvis præcipitanus nitrosus, & elixirium viscerale, ad meam methodum absque spirituoso menstruo paratum exhibeantur; & denique futuro vere acidula Egranæ, cum tertia laetis parte remixta, tepidiores potentur. Quibus si rite inhæserit ægrotans, spero fore, ut ab ulteriori mali insultu maneat libera.

CASUS X.

*De Cardialgia spasmodico-flatulenta
hypochondriaca.*

Cum variis Medicorum Responsis.

Morbi historia.

Affectio, qua vir quidam generosissimus hactenus laboravit, est ventriculi potissimum & septi transversi spasmus, qui sequenti ipsum adoritur ratione. Circa cordis scrobiculum molestem percipit pressionem, quæ invalescens copiolum moveret sudorem, spiracionis angustiati infert, caputque simul afficit, adeo temulentus veluti & vertiginosus evadat, & inundatione aquarum spirituosalium demum ad se redeat. Præterea flatus abdomen distendunt, & tanta ventriculi regionem occupant pertinacia, ut clysterum infusionem copiosæ quidem feces, nulli autem flatus insequantur: cætorum somno fruitur turbulentio, adpetitus irregulari, ac sudoris difficiili eruptio ne. Ipse paroxysmus modo vehementissimus per binas dumtaxat inhæret horas; modo mitior per aliquot dies durantes; sed obtusus in ventriculi regione dolor, ac capitis temulentia assidue adfligunt.

Ipsæ cæterum æger, 46. annos natus, obesus, succi plenus, largis indulgere epulis, & sub illis mensuram vini Gallici assumere suevit; & fortioribus corporis defatigationibus olim obnoxius fuit. Post adversas tulerat, & mense hujus anni

A.pri-

Aprilis, in gelidum flumen præcepit factus, inde vero totus refrigeratus, vestibusque humidis induitus, domum revertens fuerat: abhinc in molestum, quo adhuc laborat, incidit malum. Hoc pri-
mum mitius & rarius recurrens, mense demum Junio, prævia iterum refrigeratione, atrocus & crebrius invasit: hinc adhibitis balneis Cantianis denuo quidem mitigatum est, at post errorem in viatu, & præsertim potu vini Gallici commissum gravius recruduit. Heri novissimus fuit paroxysmus, qui ægrum cubitum iturum largo sudore, puncturis & anxietate præcordiorum prehendit: quæ symptomata sequuta sponte alvi dejectio-
ne remiserunt paullulum; at protinus prævio ingenti horrore, totiusque corporis valido tremore recruderunt, ac per aliquot horas cum insigni artuum, maxime pedum refrigeratione inhæserunt; qua pediluvii sublata, demum cessarunt.

Hæc oppugnaturo mala, hi hactenus fuerunt curationis scopi, ut imminuta primum humorum abundantia, eorum motus a superioribus ad inferiores derivantur partes; deinde lenioribus antispasmodicis ac nervinis, spastmi ventriculi, partiumque vicinarum spongentur; ac denique æqualis per hepar, & infimi ventris vilceræ sanguinis promoveretur circuitus. Quibus obtinendis indicationibus usurpata sunt hactenus pediluvia, atque venæfessiones, hæque jam quatuor vicibus ad novem semper uncias repetitæ: adhibiti pulveres antispasmodici ex pulvere epileptico Marchionis, specifico cephalico, conchis, tartaro tartarisato, vitriolato, nitro depurato, cinnabari parati; data infusa theiformia modo ex radice cichorei, summitatibus millefolii, floribus chamæmeli, & semine fœniculi, modo ex betonica & scolopendria, modo solo millefolio-composita. Pronuper cum violentior esset accessio, æger per biduum mane in balænum tepidum ex cineribus clavellatis, & furfuribus triticeis paratum, applicato ad ventriculi regionem facculo ex herbis emollientibus & discutientibus, nervinisque parietaria, mer-

iali, chamomilla, verbasco, floribus meliloti, sambuci &c. concinnato, de-
scendere, & insuper pulverem bezoardicum usurpare debuit: tum iterum biduo ab his abstinuit, & adhibuit infusum apriens, leniter laxans ex radice cichorei, zedoariæ, herba cardui benedicti, centaurii minoris, scordii, rhabarbari, fale epsonensi cum vino & aqua; vesperique essentiam cardui benedicti, centaurii minoris, carminativam Wedelii cum tartari spiritu guttis quinquaginta summis: & hæc ita alternata per quinque vel sex hebdomades in usum vocavit. Sed varia nihilominus & inconstans mansit valetudo. Hinc adhibita alia medendi fuit ratio, & mane supra allegatum infusum, sub epulis essentia stomachica, vesperi pulvis antispasmodicus, usurpata sunt, neque minus alvus quandoque vel pilulis balsamicis, vel clysteribus soluta. Porro in locum essentia stomachica, pulvis ejusmodi ex radice galangæ, ari, calami aromatici, costi veri, feminis levisticæ, secaleos, cubebis & duplo sacchari paratus, mox a pastu propinabatur. Ex his per aliquot dies melius quidem habebat; at cum flatus subsisterent, & alvus esset obstructa; singulis deem diebus laxans vel ex manna, vel rhabarbaro, vel tartaro tartarisato porrigebarunt; & præterea Elixirium stomachicum ex extractis amaris, liquore nitri fixi, terræ foliatæ tartari cum vino infusis quotidie sub epulis 20. dabatur guttulis. Neque minus duranti adhuc obstracioni clysteres interdum opponebantur: at vero res eo est perducta, ut vel a lenilissimo laxante pariter ac clystere tensiones imi ventris ac flatulentia magis invaleaserent. Quamobrem alimentis lenientibus alvi lubricitati succurrebat, & mane jusecula hordeacea vel avenacea cum passulis majoribus ac minoribus decocta exhibebantur. Cum vero & hæc spem fefellissent, ad usum feri lactis descendebatur; quod primum ventrem subduxit egregie, at continuatum nihil amplius effecit; hinc cum tremore tartari paratum, cum simplici alternabatur, & ita insignem præstatab effectum. Sub hujus usu æger inter epulas essentiam stomachicam amaram u-

sur.

surpare suevit : & loco potus ordinarii de-coctum ex rasura cornu cervi , radice cichorei , scorzonera , semineque scenicali paratum , & cum tertia vini Gallici parte remixtum potavit . Mane quoque decoctum ex cichorio , peonia , angelica , rasurae ligni mastiches , visci querni , semine scenicali , & lumbricis terrestribus , sat- tis larga quantitate sorbillare soluit . Hæc sunt , quibus haetenus , sed frustra oppugnatum fuit malum , remedia ; quibus adhuc accenseri meretur essentia qua-dam , quæ tanquam secretum sub nomine *Printzen-Tropffen* , Holmia ipsi transmissa , non nisi liquorem cornu cervi suc- cинatum continebat , & per aliquod tem- pus haud sine fructu usurpata est . Com- menda vit quoque chirurgus quidam balsamum vitae ipsius , quod ex oleis destillatis concionatum , vehementem concitat paroxysmum , & ideo semel dumtaxat as- sumitum est . Masticavit porro s̄epius se- men levisticī , vel amomi veri , sed absque ullo effectu ; contra vero bene habuit , ex inunctione affecti hypochondrii , & ab dominis cum sebo bovino factæ , earum- que partium frictione , pannis calidis in- stituta . Neque tandem ignorari oportet , omnia calida ac spirituosa medicamina nullum adferre levamen , sed malum ex- acerbare ; ut ideo a spiritu salis ammoni- aci , paucis tantummodo guttis inter es- sentiam stomachicam aliquando exhibito pessime habuerit . Ceterum pulsus ipsi fer- tur durus & celer ; & urina redditur rubi- cunda , cum copioso fabuli scorbutici sedi- mento . St. X. Calend. Novembr. 1731.

Relatio ipsius agrotantis.

AD illustrandam pariter ac ulterios continuandam priorem morbi mei relationem , haud potui , quin adderem sequentia . Cantiana balnea non solum in loco eorum natali quater & vigesies , mensibus anni elapsi Junio ac Julio ingressus sum ; verum etiam iisdem subinde aquis , huc vestis , atque cineribus clavellatis & furfuribus triti permixtis , triginta sex in-

sedi vicibus . Venam anno elapsi ter , vi- mitum mense Aprili , Augusto & Octo- bri secundam præbui : & cum post pota co- usque decocta vino Gallico nupta , De- cembri meuse forsitan assumisset vinum Hungaricum ; subito , epulis assidens , gravi corripiebat paroxysmo , qui cum præcordiorum constrictione , flatulentis , ac capitis torpore invadens , in gelidum facie & extremon sudorem desit , & post inductam artuum externorum refri- gerationem , brevi tempore remisit . Ex quo pariter , ac aliis momentis deprehen- di , omnia calidiora & medicamina & potulenta , malum ac spasmos meos insig- niter exacerbare . Præter recensita au- tem superius symptomata , nova sunt , quibus præsenti anno solicitor . Sentio nimirum per intervalla roborinem quan- dam in ventriculo ac septo transverso , majoremque flatuum ad superiora regu- gitationem ; qui quidem s̄epius per ru- dus , nunquam autem per anum explo- duntur ; & , quod notatu est dignum , quamdiu alvus obstructa tenetur , nullam a flatibus percipio molestiam ; quæ autem , quamprimum alvus sua gaudet libertate , protinus satis sensibilis accedit ; & sen- tatione pali ab umbilico ad jugulum usque infixi ripatur . Ceterum adpetentia cibo- rum valde varia , modo integra , modo prostrata fruor . Mane surgens vomendi conatu ac rodente ventriculi sensu efficior , qui a jusculis avenaceis aut hordeaceis , binis circiter ante paltum horis sorbillatis minime mitigantur ; iisdem autem , vel decocto ordinario sub prandio sumtis statim acquiescent . Sub epulis ipsis omni studio crudiores ac flatulentos cibos fugio ; neque tamen minus iis finitis , ventri- culi debilitas , capitis temulentia , cor- poris languor , flatulentia , pedumque tremores superveniunt . Quod reliquum est , diatam observo strictissimam ; sum- mopere evito aerem frigidum & inimi- cum : nihilo lecius corpus moveo vel intra meum conclave , vel rheda sub cœlo sereno veclus . Lectum ingressus vespere , anxio s̄epius perfundor ludo- re ; somno tamen tranquillo fruor : & , si verum fatear , a cena , quæ semper pran- dio

dio longe est parcior, optime habeo. Unicum, quod tensionibus abdominis atque flatulentis adfert, levamen percipio ex unguentis ventriculo illitis, hujusque per lintea calida fomentatione. Maxima autem crux mihi sit potus: decoctum enim illud, quod hoc siue hactenus adhibui, si nimia aqua permixtum fuerit, magis debilitat ventriculus; si autem ex dimidia vini parte constet, humorum paris ebullitionem. Hinc per aliquot hecmodades potavi serum lactis, quod primum optime mihi conducere videbatur, & alvum movebat egregie, at continuatum nullam jam opem praestat. Novissime ex aliorum experientia commendatae mihi sunt pilulae, ex extractis amaris & incidentibus paratae; quarum singula dosis, granis duobus limatur et matis permixta, quotidie foret assumenda. Illas autem nondum in usum vocavi; sed potius mense currentis anni Februario, venam iterum in pede secundam curavi. Denique nec ignorari oportet, me nunquam fluxus hemorrhoidalis ulla in me obseruisse indicia.

RESPONSUM MEDICI.

Intellexi probe ex medicorum litteris, quae virum generosissimum premant ægritudines, quamque adeo convenienti medendi ratione haec tenus fuerint oppugnatæ; sed doleo, morbi tantam esse vehementiam, ut omnem adhuc remediorum vim elusaferit. Iple vero morbus, meo quidem arbitrio, extraordinariis, & in consuetudinem degeneratis, circa regionem venæ portæ potissimum sevientibus spasmatis motibus absolvitur, & nihil est, nisi conamen hemorrhoidale; quod eo certius suspicor, cum constet, ægrotum adhuc juvenem uberrimum saepenumero e naribus fudisse cruorem. Licit etiam hancce caussam non attendant medici ordinarii; attamen sufficit, quod motum sanguinis versus superiora tendentem, spasmatis contractionibus stipatum accusantes, eundem venæ sectionibus, pediluvias, aliisque congruis remediis ad inferiora derivare allabora-

Hoffm. Consult. Med.

verint. Præsens autem tempestas autumnalis extirpando funditus malo minus est opportuna: quare etiam a nimio remediorum usu abstinere, & præservantia dumtaxat adhibere suaderem. Hæc inter commando infusum theiforme ex herba & summitatibus millefolii, quod egregium est antispasmodicum, bis quotidie forbillandum; quo etiam fine antemeridianis horis 15. vel 20. guttæ liquoris corau cervi succinati, bene saturati; aut illius cum essentia pimpinellæ albæ remixti XXX. vel XL. guttæ ex allegato infuso assumi possunt. Non minus egregiam opem præstabit pulvis antispasmodicus ex conchis præparatis, tartaro vitriolato, nitro depurato, & tantillo cinnabaris præparata confectus, ægro cubitum ituro propinandus: quo etiam tempore bis terve singula septimana pediluvia ex aqua simplici & sale parata in usum vocari possunt. Et insigni denique cum fructu loco potus ordinarii decoctum hordeaceum cum rasura cornu cervi, radice scorzonerae & passulis minoribus potabitur: quibus si mentis tranquillitas accederit, eximium abhinc curatio acquirere augmentum.

Responsum ejusdem medici ulterius.

Andomodum consternatus sum animo, quod vir generosus, uti ex datis denuo ad me litteris percepi, novis ac gravioribus infestatus sit symptomatis. Neque vero mirum, nam recte iudicavit ipse ægrotans, caussam mali nondum penitus esse sublatam. Hæc autem in abundantia potissimum, ac spissitudine humorum, corumque impeditiori per venam portæ, & viscera cum hac connexa circuitu residet. Quem cum in ordinem redigere conetur natura, variis insurgit spasmatis motibus, iisque humores partim ad ventriculum compellit, tellante & rosione ejusdem, & perpetuo ad vomendum conatu; partim ad caput copiosius cogit, unde hujus temulentia, ac crebra faciei phlogofis suboriuntur. At vero quum scopo suo potiri nequit natura; eo respiciendum

T omni-

omnino in curatione est, ut mali fundatum tollatur. Namque quod nulla adsit ad hæmorrhoidalem fluxum proclivitas, ab humorum copiosiori ad superiora raptu derivandum est; quo nisi obtineantur narium hæmorrhagia, ob perpetuam ventriculi rosionem, & ad vomitos inclinationem metus omnino est, ne ipse tandem insequatur vomitus cruentus. Quamobrem spondi sunt erroris naturæ motus; quo sine sanguinis laudarem missiones, proxime post clapsum plenilunium instituendas, maxime eas, quæ per hirudinum applicacionem ad anum obtainentur: has autem congrua ratione, & æstro sellæ perforata super aqua calidiori insidenti admoneri oportet. Vid. Stahlii diss. de sanguifugis. Interponendi subinde sunt ter quotidie pulveres antispasmodici, & per intervalla potio ex manna uncia, rhabarbari drachma dimidia, terræ foliatæ tartari scrupulo uno, & aquæ florum acaciæ unciis duabus exhibenda est. His corpus ad fontis cujusdam mineralis potationem præparari poterit; quo nomine inter ceteros acidulæ Pyrmontanæ in Pomerania usurpandæ mihi arrident. Ceterum pertinaci vietu utendum suadeo, & maxime motui potuique studendum, cui decoctum ex hordeo, rasura cornu cervi, radice scorzonerae, acetosæ, & graminis paratum, ac vino nuptum optime inserviet. D. L.

Ulterior morbi relatio.

Mentio jam superius facta est de sero lactis, ab ægroti generoso novissime per septem hebdomas usurpato. Sub hujus usu ab omnibus abstinuit remediis, prater essentiam stomachicam ex radicibus & herbis amaricantibus inter epulas assumtam; & sequentem mixtram vesperi haustam. Recipe aquæ cerasorum nigrorum, florum tiliæ ana unicam unam, fœniculi, melissæ ana unicam unam cum dimidia, zedoaria cum vino, cinnamomi ana unciam dimidiæ, pulveris epileptici Marchionum drachmam dimidiæ, chrystalli montanæ dra-

chmam unam, cinnabaris nativæ drachmam dimidiæ, syrupi balsamici drachmas duas. M.D. Ex hac enim acrimoniam temperante, flatus discutiente, ac spasmos sponiente melius habere videbatur æger, placidoque fruebatur somno. Sub hujus seri lactis potu alvus non solum regularis, & quotidie soluta fuit, verum etiam reliqua aliquantulum sunt mitigata symptomata, maxime ventriculi rosio, pectoris constrictio, atq; capitis temulentia. Neque minus tensio, olim scrobiculi cordis & hypogastricam occupans regionem, magis ad hypochondria extendebatur. Nihilo lecias ad eliminandam penitus in primis viis hærentem faburram, 4. Cal. Apr. dato prius ad incidentam illam pulvere ex salibus mediis & magnesia parato, vesperi viginti grana pilularum balsamicarum ex gummatibus resinosis, & amaricantibus extraætis concinnatarum exhibebantur. Has postridie excipiebant quatuor sedes, quarum binæ priores cruoris hæmorrhoidalies ea, quam duo cochlearia capiunt, quantitate erant permixtae, & cum ad promovendam hancce excretionem, spasmodicasque ac flatulentas molestias mitigandas, pulveris temperantis & antispasmodici ex tartaro vitriolato, nitro antimonato, & solutione oculorum cancerum parati quindecim grana singulis sex horis exhiberentur; eadem vespera tertia quartaque, crurore libera sequebatur alvi dejectio. Nec sequentibus diebus sanguis amplius cum stercore reddebatur, nec malum inde mitigabatur; sed æger magis languidus videbatur, siquidem a regione epigastrica, & secundum tractum muscularum abdominis rectorum ad hypogastricam usque, veluti palum infixum, cum imi ventris murmuribus, ac tensivis doloribus percipiebat. Hinc ab omnibus ferme remediosis & ipso lactis sero abstinebat, nihilque usurpabat, nisi essentiam sub epulis stomachicam, vesperi mixtram temperantem, & pro ordinario potu decoctum consuetum vinosum. Ceterum nec ignorari oportet, ægrum sub mali sui exacerbatione, molestiam quandam in pharynge percipere, ac si palus ipsi esset infixus: quæ difficiili, non vero penitus sublata

de.

deglutitione, atque aeris veluti quadam ibidem subsistentia, ac quodam sonitu stipata, symptoma videtur esse, quod constrictio tunicae oesophagi musculo-sae, per consensum facta in acceptis serendum est. Quæ cum ita sint, doceri potissimum gestit ægrotans, 1) an ipsi conferant Selteranae acidulae, anne potius præstent Pyrmontanae cum lacte potæ: aut num juxta D. E. sententiam ex hisce paullo gravioribus aquis dispositio ad cachexiam metuenda sit? 2) an recentitæ superius pilulae cum limatura tuto, & quo ordine usurpari possint? & 3) quæ denique ad extirpandum funditus malum in usum vocare liceat?

Responsum alterius Medici.

EX communicatis mecum morbi-historia, ac variis medicorum judiciis deprehendi generosum ægrum passione hypochondriaca, cum spasmis ac inflatio-nibus ventriculi potissimum ac intestini coli conjuncta laborare. Neque etiam miror, accessisse ipsi hunc morbum, si vivendi rationem, cui indulxit, probe consideravero. Non enim solum ciborum duriorum ac concocta difficultiorum usu; verum etiam copiosiori potuum cerevisia-riorum, atque vinorum ingestione, concoctionis negotium turbavit, fibro-fasque ventriculi ac intestinorum tunicas nimis debilitavit, ut jamjam in concoquendis cibis, & expellendis folidibus fla-tibusque suo haud amplius rite fungi pos-sint officio. Inde vero impuri humores ad massam sanguineam rapiuntur, hujus-que æqualis circulatio impeditur: quo tandem fit, ut infarctus ac obstructiones hinc inde in glandulosis ini ventris visce-ribus oboriantur, & exinde omnia re-censita proficiscantur symptomata. Quæ cum ita sint, facile adparet, totius morbi fundamentum in partium solidarum debititate situm esse; & ideo primarios curationis scopos eo dirigendos, ut debi-litas partes corroborentur, concoctio & chylificatio moveantur, & reliqua u-ti & excretiones in naturalem reducantur ordinem: tum enim humorum quoque

æqualis restituetur circuitus. Hinc etiam a fluxus hemorrhoidalis provocatione non majus emolumentum polliceri pos-sum, quam quod a venæ selectione expe-ctare licet. Hisce etiam sanguinis missio-nibus nevirquam causa morbi tollitur; sed illæ potius copiosiores, partium soli-darum robur destruendo, hisce morbis generandis magis deprehenduntur oppor-tunæ. Neque vero solo remediorum usu sublatum iri hocce malum credo; sed om-nem salutis spem in pertinaci vietus ob-servatione, animi tranquillitate, ac aeris mutatione sitam esse perlausum sum. Inter pharmaca ad roborandam concoctionem, & confortandum intestinorum motum peristalticum, operæ erit pre-tium, singulo mane tria circiter sequen-tis infusi theiformis vascula forbillare: Recipe radicum quinque aperientium ana drachmam unam, salsaparilla, chia-næ, glyzirrhizæ, semenis anisi stellati ana drachmas duas, herbarum betonica, mel-lisse, cardui benedicti, salvie ana mani-pulum unum, tartari vitriolati drach-mam unam. M. F. Species. Ante epulas essentiam stomachicam, cum extractis amaris & vino paratam adhibere, & ad ducendam leniter alvum, singulis ternis diebus vesperi duas circiter cultri cuspides de sequenti pulvere aperitivo assumere o-portet: Recipe pulveris stomachici Birckmanni, dealen. mont. terre foliæ tartari ana drachmam unam & semis, magnesie albe drachmam unam, elæo-sacchari feniculi drachmam dimidiam. M. D. Si tuerunt vehementiores spasti, oppugnandi sunt pulvere antispasmodico. Gibos inter evitare convenient omnes acci-dos, pinguiores, murina conditos, ac fumo induratos, lacticinia: & pro potu ordinario retinendum decoctum haec-eous uloparum, cum vino Gallico, aut Borgundiaco. Omnis enim cerevisia non minus, ac potus Thee atque Coffee fu-giendus erit: contra vero omni studio a refrigeratione corporis, maxime pedum, & mentis affectibus cavenendum. Quod denique attinet acidularum potationem; ille quidem in hisce morbis curandis egre-gia pollere deprehenduntur virtute: at

vero cum in præsenti casu tonus partium solidarum destructus est; vereor omnino, ne tota ea quantitas aquarum, quæ vulgo potari solet, magis adhuc debiliter ventriculum, ac cachexiam plane inducat. Quare commendarem equidem Pyr montanas; namque Schonhusanarum nec principia, nec vires mihi innotuerunt: ita tamen ut earum, tertia lactis vaccini parte permixtarum, singulo mane octo dumtaxat hauriantur valcula; & cæterum simul essentia stomachica, ac pulvis mannatus quandoque capiatur.

D. F.

Judicium medie ordinarii.

Postquam desideravit generosissimus æger, ut ad quæstionem potissimum, an ex hemorrhoidum fluore mali curatio expectari possit, & hunc in finem anno admoveri debeant sanguisugæ? mentem meam aperiam: haud potui, quio præmissa accurata morbi descriptione, meum subiectam judicium. Ille nimirum 46. annorum, spongiosi atque succi pleni corporis habitus, venis exiliорibus, & florido vultus colore præditus, ab omnibus olim morbosis molestiis immunis, octodecim circiter abhinc annis, assidua regionis præcordialis rosione laborare coepit, ab ea vero post usum serilaetis mox liberatus fuit. Neque vero hereditarium subest malum, nec conformationis vitium, nisi quod cartilago ensiformis, maxime si alvus obstruta, aut flatibus distensum abdomen, aut denique incalceatum fuerit corpus, magis extrosum prominere deprehendatur. Cæterum corpus suum duris belli laboribus, multisque sub inimica tempestate perfunctis itineribus admodum defatigavit: crebrisque subinde viuctus indolis erroribus. Variis quoque vulneribus, maxime sclopetariis, iisque levioribus dumtaxat, & nunquam in corporis cavitatem penetrantibus percussus: multus corporis refrigerationibus obnoxius:

cibis crassioribus, maxime piscibus marinis, usus fuit; atque cerevisiam valde nutrientem, & vina calidiora, saepius ad excessum potare suevit. Neque tam calidores potus Thee vel Caffee forbillare, nec nicotianæ fumum fistula sugere soluit: quippe quam sibi deprehendit inimicam. Somno, sub præsenti etiam malo, satis profundo per octo vel decem horas fruatur: ad quem versus medium demum se componit noctem. Olim porro alvo, quæ jam adstricta est, satis libera gavitus; ac crebris largisque sanguinis per nares effluxionibus fuit obnoxius. Quibus cessantibus bis quotannis venam secundam præbuit, detraetis semper 16. quin 20. cruoris uncii. In tali autem rerum statu sanus vixit cæteroquin, nisi quod sex abhinc annis febre tertiana intermittente, mox vero per usum corticis chinæ profligata, eademque iterum ante triennium laboraverit.

Hicce ex caussis non fieri omnino potuit, quin universum nervorum genus insignem debilitatem, & ad spasmodicos motus proclivitatem obtinuerit. Postquam etiam annuo abhinc, & quod excurrexit, tempore multos & spasmos & flatus primarum viarum toleraverat: accidit, ut dum mense elapsi anni Februario, sub tempestate gelidissima, simulque serena ad maris littora obambulasset, ex improviso in frigidam inciderit aquam. Inde quidem ope ministrorum protinus extrclus; sed insigniter refrigeratus, & vestibus madidis adhuc domum reversus, male habere coepit. Cum subinde accelerarent vehemens exandescientia, diuturnus mœror, ac victus inordinatus, enata sunt illa symptomata, de quibus supra & a medicis, & ægro mentio facta fuit. Tum vero hic constituit, malum suum usu aquarum Cantianarum oppugnare: que nulla principia mineralia, sed paucam dumtaxat salis alcali continent quantitatem. Has & interne potavit, & externe in balneariorum forma adhibuit: potæ substiterunt primum, & abdomen insigniter distenderunt, donec tandem largiori copia haustræ, & sale Sedlicem

licensi adjutæ ventrem subduxerint. Absoluto earum usu melius habere videbatur; at postquam vino calidiori nimium indulserat, omnia symptomata magis exacerbabantur. Hinc denique opera medici ordinarii usus, pertinacem vivendationem observavit, & adhuc observat, nisi quod somno nimis diurno indulgere mihi videatur. Ita effecit, ut jam totum malum longe sit mitius, ac leviora symptomata. Quo vero funditus ab hisce vindicaretur, exterorum medicorum consilium flagitavit; quorum alter vitium in cruce spissio, viscido, per vasa venæ portæ difficilius progrediente consistere putavit; & ideo hæmorrhoidalem fluxum non solum pro naturæ declaravit beneficio, sed eodem quoque, ope hirudinum ano admotarum rite provocato, omne malum sublatum iri asseveravit.

At enimvero, pace Clarissimi viri, illius sententia calculum addere minime possum. Namque verum evidem est, quod humores vitales ex vilceribus imi ventris, ventriculo, intestinis, mesenterio, splene, omento atque pancreate per venam portæ ad hepar revehantur. Illorum autem per hepar circulos, quo tardior in statu naturali vi structuræ mechanica existit, eo difficilior in statu præternaturali, maxime malo spasmatico flatulento redditur. Sub hac circulationis difficultate crux ad recensita viscera regurgitat, in iis stagnat, eorumque sensibiles tunicas ad spasmaticas proritat stricturnas. In præsenti casu hancce stagnationem in ventriculo potissimum, ac intestinis contigisse, ait. Sunt morbi symptomata, veluti sunt assidui radetus, vomendi conatus, inflatio abdominis, anxieties pectoris, alvi sequentes, flatum retentio, & hinc pendentes lancinatorii, tensivique, dolores. Ex iis enim luculentem patet, veram totius mali sedem in ventriculi ac intestinorum spasmatica constriictione, & hinc relicta eorundem debilitate, & flatulenta distensione residere.

Hisce vero vitiis, primam occasionem dedit inopinatus ante annum tempus in Hoffm. Consult. Med.

aquam frigidam lapsus: tum enim non solum frigus aquæ corpori admisum, & per madidas vestes diutius sustentatum, sed etiam vehemens terror, procu ratione dubio humores a corporis superficie ad interiores, & eas præcipue compulerunt partes, quæ minus valent resistere, veluti sunt mesenterium, ventriculus, intestina &c. Illi igitur in dictis partibus stagnantes, & vasa earum distendentes, eas & ad spasmos, & ad flatulentias proclives reddunt: quæ debilitate alimentorum concoctionem haud rite perficiunt: hinc cibi in primis viis diutius subsistunt, mora temporis aescunt, corruptunt, & in halituosos denique vapores, novum spasmorum pabulum, resolvuntur. Accedit & illud, quod ager haud ita multo post vehementi exarsit iracundia, quæ in ventriculum maxime ac ductus biliolos violentam exserit vim; & præsertim, si victus aut potus superingeratur, uti quidem in præsenti casu factum est, veneni instar se gerit. Et haec caussæ collectim sumtæ, eo majorem in nostro ægrotante ediderunt stragem, quo magis nervosum genus, detracto antea tam copiosissima quantitate ex venis cruce, diurno mœvre, aliisque caussis antecedentibus debilitatum jam fuit: quibus cum denique excessus in vini potu accesserint, non mirum, si malum illud a tot variisque caussis generatum, majora in dies cepiter incrementa.

Quæ cum ita sint, & principalis morbi causa in flatulenta ac spasmatica ventriculi & intestinalium distensione hreat: facilis exinde reliquorum etiam symptomatum redi poterit ratio. Impedito enim per abdominis viscera humorum circuitu, inductus inde spasmus non solum ad pectus vi consensus nervorum redundavit, & illius anxietatem atque compressionem peperit; verum etiam ad alias, ealque externas transmigravit partes, & sic artuum externorum refrigerationes, labiorum tremores, æstom volaticum, ac reliquas introduxit affectiones. Hinc porro hæmorrhoidalis fluxus ratio patet: namque dum difficilior per venas hæmorrhoidales, ob situm earum

dem perpendicularem, humorum progressus, & ad venam portæ, ipsumque hepar reditus supponitur; facile adparet, illos in vasis sedalibus stagnantes, ea adeo distendere, ut tandem dehiscant, cruentaque fundant. Talis autem sanguinis per sedis venas secessus, cum morbi principalis effectus sit, non nisi symptomatus adpellari meretur: qui, quod morbo levamen, aut plane curationem inferre valeat continuato fluore, nondum perspicio. Alter se rem habere credo, si hæmorrhoidalis evacuatio morbis, quia sanguinis mole aucta unice dependent, supervenerit: tum enim remoto cruento abundante reliquo expeditiorem nanciscitur progressum, stagnationes ac infarctus humorum discutiuntur, & adeo remota spasmorum cauſa ipsi spasmi cefſant. Hæc excretio omnino salubritatem pollicetur insignem: & longe discrepat a priori symptomatica, quæ morbosæ viscerum constitutioni, atque sæpiſſime passioni hypochondriacæ ob allegatas cauſas supervenire solet; nullumque interf fructum, sed potius metum incutit, ne nimia contingat, atque vires proſterat. Quod si igitur præsentem confidem morbi statum, in eo nec plethora vitium deprehendo, quippe quæ sanguinis millionibus quater quotannis repetitis sati imminuta videtur; nec ea symptomata obſervo, quæ hæmorrhoides a mole sanguinis excitatas comitari solent, veluti sunt dorsi & lumborum dolores prefectorii atque gravativi, ani tenesmus, venarumque sedalium intumescencia: sed potius, solam solidorum labem malum sustentare, probe perspicio. Quamobrem nulla ſe mihi offert ratio, cur profluviū illud hæmorrhoidale arte, & applicatione sanguisugarum provocare velimus; eo minus, cum adhuc dubium sit, anne hæc infecta, externis dumtaxat hæmorrhoidibus admota, internarum fluorem promovere valeant. Quamvis vero ex his dictis concludam, fore utique, ut præsentia adhuc iahærent symptomata, licet etiam accedat sanguinea per anum evacuatio: hancce tamen, si forsitan supervenerit, minime cohibendam,

sed potius, quantum fieri poterit, ad legitimum ſuccellum eſſe promovendam, omnino ſum persuasus.

Ceterum duo præcipue jam ſunt curationis noſtræ scopi; quorum alter symptomatum mitigationem, alter vero plenariam extirpationem respiciunt. Priorē nos affecuturos speramus, ſi spasmos mitigaverimus, flatuſ discusserimus, atque primarum viarum acrimoniam, molestæ roſionis cauſam, attemperaverimus: posteriori nos ſatisfacturos credimus, ſi ordinatis bene venæ ſectionibus humorum incrementum præpediamus, & ſic æqualem ſanguini circuitum reſtituendo, omnium ſecretionum pariter ac excretionum ſuccellum promoteamus, & totam denique naturam roboremus. His vero scopis obtinendis præter pharmaca, rectam vivendi rationem, & acidularum uſum commendamus: quæ noſtra conſilia, ut ſumnum numen reddat ſalutaria, ex animo precamur.

D. T.

RESPONSIΟ CONSULTATORIA.

Affectus præternaturalis, quo genitosiſſimus ager male habetur, no-men Cardialgiae Spasmodico-flatulentohypochondriacæ omni meretur jure. Hæc autem a peristali ventriculi ac intestinorum perversa plane ac perturbata ſuos omnino mutuantur natales. Quando enim conque inferiora intestina, veluti ſunt colon potiſſimum, & ileon, ſpasmis conſtricta, liberum & excrementis, & flatibus transiit denegant: fit inde, ut regurgitantes vapores occupent ventriculi cavitatem, eamque, conſtrictis præſertim orificiis, violenter diſtendant. Cum autem ventriculus, cum capite, pectore, aliisque noſtri corporis nobilioribus, vi octavi nervorum paris, quod plerisque partibus ramos impertitur, arctiſſimo-gaudeat conſensu atque communione: non mirandum eſt, illius quoque ſpasmus ad

ad alias regiones, maxime gulam, pectus, caput, & externas propagari partes; unde anxietatum praecordialium, pressionis circa cordis scrobiculum, spirationis difficultis, vertiginis, alvi obstruētæ, ac pulsus, procul omni dubio durioris rationem facile licet assequi. Læso præterea ac destructo ventriculi ac intestinalium robore, labefactatur etiam digestionis ciborum atque chylificationis negotium; hinc excernendæ per alvum fordes, intra corpus retinentur, nec legitimus chylus, nec laudabiles succi gerantur; & ideo non tantum debita corpori subtrahitur nutritio, verum etiam novum spasmodorum, & reliquorum symptomatum suppeditatur pabulum. Neque vero miror, tam atrox malum nostrum corripuisse ægrotantem; si consideravero, ipsum tot, tamque gravibus obnoxium fuisse caussis; quarum fere singula ad inducendas has ægritudines satis opportuna deprehendit. Ut enim taceam temperamentum sanguineum, atque sensibilem corporis constitutionem; errores diætae, crebri in potibus ac cibis excessus, animi graves commotiones, nimia corporis refrigerationes, satis omnino efficaces sunt ad genus nervosum, maxime membranosas ventriculi & intestinalium partes, insigniter debilitandum, & spasmodicis strictruris afficiendum. Quam arduum autem sit, quamque difficile, hosce morbos funditus extirpandi negotium, quamque minus commendata hoc scopo medicamina sufficient, experientia, proh dolor! satis docemor. Quodam medicorum illa symptomata ex defectu fluxus hemorrhoidalis derivare, & ad huncce promovendum curationis scopum dirigere, ex responsis eorum probe intellexi. Neque etiam negare possum, quin haud raro in subjectis dispositis fluor ille hemorrhoidalis suppressus, aut per diegitæ errores cohibitus ad recentias calamitates potenter contribuere valeat. Verum enimvero talis dispositio in nostro ægrotante locum non invenit; & præterea sunt caussæ, quæ naturalem intestinalium motum peristalticum destruere possunt, atque pessimum. Et in tali

malo hypochondriaco, ab hisce caussis industo, sa pīssime contingit, ut impedito per spasmos atque flatulentias humorum per venam portæ circuitu, variæ hinc inde stagnationes suboriantur, & exinde fluor sanguineus per sedales venas symptomatice progeneretur. Hinc etiam est, quod multi in praxi medica minus versati, hypochondriacæ passionis causam in profluvii hemorrhoidalis suppressione querant: quali præjudicio D. D. L. imbutus esse videtur. Melius arridet mihi sententia reliquorum medicorum: neque etiam habeo, quæ circa medendi rationem ab iis institutam monere possim. At vero solis pharmacis impertratum iri sanitatem, valde dubito: ego potius in hisce affectibus, therinis Carolinis per quatuor hecdomades potis, & tum subjunctis balneis Tœplicensisibus nihil unquam deprehendi præstatius. Prius autem, quam hæc curandia via ineatur, corporis præparationi studere oportet. Cui quidem scopo præter sanguinis missiones, bis vel ter quotannis instituendas, alvi solutio egregie inserviet. Hanc vero acrioribus purgantibus moliri neutiquam convenit; sed potius præstabit, bis quavis hecdomade pulverem rhabararium, ex rhabarbari, lapidum cancerorum & cremoris tartari ana dimidia drachma paratum exhibere; qui alvum movet, & primas vias subinde roborat. Præterea suadeo, ut quavis vespere Elixirii mei visceralis, liquori minerali anodynō nupti 60. guttula, ex largo aquæ frigidæ haultu assumentur: & mane quedam vascula infusi theiformis, si ventriculus tulerit, cum dimidia parte lachis mixti, forbillentur, quod sic se habet: Recipe herbae veronicae manipulos duos, salviae, menthae ana manipulum unum, summatum millefolij, chamæeli ana pugillos tres, feminis cymini drachmam unam. M. D. Potui ordinatio convenientissimas judico Selteranas acidulas cum quarta vini parte maritatas; vel decoctum ac juscum medicatum. Quod reliquum est, animi tranquillitatē studendum, corpus moderate movendum, ac ceteris viis regulis sedulo insistendum erit.

Et denique, si forsitan Carolinæ thermæ minus arriserint ægrotō; harum in locum Egranæ acidulas, laeti vaccino nupias, commendo; & faustum curationis successum appreco.

Relatum mihi abhinc est, generosissimum ægrotantem, adhibitis remediis, quæ commendavi, absque thermarum usu, ferme convaluisse.

CASUS XI.

De intestinorum dolore ex succorum stagnatione & acrimonia.

VIR honoratior, annorum octoginta, strictioris corporis habitus, cibos duriores, infumatos, salitos semper præ mollioribus in deliciis habens, vini quoque modico indulgens potui, ac ceterum ordinato vivendi genere, præter cibos animi affectus, utens, atque per novissimos quosdam annos venam bis quotannis secandam præbere solitus, nullus unquam, maxime graviores, toleraverat morbos, nec ulla ab hæmorrhoidibus, aut calculo perceperat molestias. Verum enim vero hoc anno frequenter incidit Colicæ insultus; qui, nequicquam adhibitis variis remediis generibus, sèpius recurrerunt, atque novissimi hisce septimanis singula nocte hora circiter secunda invaserunt. Paroxysmi infusis clysteribus, & adplicatis extetne sacculis, interne datis carminativis pariter ac antispasmodicis oppugnabantur; & inde post quinque circiter horas semper remittebant, adeo ut satis bene haberet, bono ciborum appetitu frueretur, & de nullis amplius conquereretur anxietatibus. Extra paroxysmum data sunt laxantia, & diæta exactissima observata, nec non oleum amygdalarum dulcium propinatum; sed tantum absuit, ut inde colicæ recursus præcaverentur, ut illa potius magis invalesceret, ac denique cum atrocissimis doloribus, cardialgiis, ructibus acidis, ac nidorosis, nonnunquam ipso vomitu, atque mentis deliquiis sippata quotidie rediret. Autem tres circiter dies

stercora reddebantur, primum ovis putridis, minutum concisis, similia, ac deinde aterrima, qualia adhucdum excernuntur. Inde quidem judicatum fuit, residere forsitan faburram acidο-nidorosam in ipsa ventriculi cavitate, cui eliminanda convenientissimum foret vomitorium: sed hoc propinare, & ætas nimium proiecta, & vires ad modum prostrare prohibuerunt. Sentit æger dolores non tantum circa umbilicalem regionem, verum etiam circa renem dextrum; ut ideo medici nephriticam suspicarentur colicam, eo magis, cum post data antinephritica fabulum in lotio adparuisset. Consultus quidam medicus molimina hæmorrhoidalia subesse creditit, & illis promovendis remedia sua accommodavit; sicuti ex adnexo illius responso patet: at vero ex venæsectione, hirudinum adplicatione, aliisque ab eo commendatis medicinis atrociores æger percepit dolores. Quamobrem ut ab hoc acerbo vindicetur malo, tuum, Vit Illustris, implorat auxilium.

Copia consilii medici.

COLICA, quæ virum gravissimum per integrum jam infestavit annum, nullis remediis obsecundans, quæ post antinephritica ob dolorem ad renem dextrum extensem, & hinc præsumtum calicum, exhibita remedia, mictione subili, mox iterum evanescente sippata fuit, tumque mutato doloris loco circa umbilicalem dumtaxat regionem tyrannidem suam exercuit, atque novissime certis statisque redit intervallis, omnino ad molimum hæmorrhoidalium pertinere videtur censum. Quam crebro enim colici dolores a nephritide, maxime in corporibus obesis, generantur, qui tum plerumque vomitus habent comites: tam frequenter, quin & longe frequentius iidem cum motibus hæmorrhoidalibus complicantur, quamvis non ipse semper accedat cruentur fluor. Interim utriusque colicæ, sive nephritidi, sive hæmorrhoidibus superveniat, eadem est curatio: motus enim hæmorrhoidales cum

cum nephritide, maxime quæ nondum est calculosa, malo ischiadico, vitiis viarum urinariarum, sæpius in midum cruentum erumpentibus, doloribus coxendicu-
m, lateralibus, gonagra, podagra, crurum erysipelate, varicibus &c. insigniter conspirare, quotidiana satis ostendit experientia. Quamvis autem objici posset, agro nostro nunquam fluxisse haemorrhoides: attamen eadem ratione pre-
dicari potest, illum nullis unquam nephriticis laborasse passionibus, nisi quæ ante quatuor circiter hebdomades post data diuretica obtigerunt. Sabuli autem proventum, atq; calculosas concretiones sæpiissime per remedia, quæ vulgo ad cal-
culum exhibentur, maxime, si jam que-
dam, vel levissima præsto fuerit disposi-
tio, excitari, medicis paululum in praxi versatis erit notissimum. Nimirum in o-
mnibus istis humorum stagnationibus, quæ decubituuum nomine veniunt, ad acqui-
rendam solidiorem tam cauflalem, quam curativam cognitionem, probe attendi
meretur insignis, quæ materiam atque motus intercedit, diversitas. Sic enim sæ-
piissime observamus, motus præternatu-
les, maxime si in consuetudinem degene-
raverint, extra omnem cum materia pro-
portionem solis animi affectibus concitari.
Quodsi vero noxia materia aelu fuerit pre-
sto, deprehendimus primum inanes hu-
morum commotiones expansiorias suborbi-
ti, quibus nomen ebullitionum imponi-
tur, & plerumque gravativa artuum ten-
sio atq; defatigatio supervenit; has excipiunt
motus congestori, & humorum re-
strictiones ad certam regionem; & deni-
que sequuntur contentiones circum illam
partem, cum phlogosi plus minus sensibili-
aliisque spasmodicis tensionibus stipata.
Hæc symptomata nisi irritentur, intra paucos dies iterum conquiescere so-
lent: irritata autem magis exacerbantur,
& in varios motuum errores commutantur: quemadmodum exempla frequentissima comprobant. Quamobrem si votis po-
tiri velimus, necesse est, ut in hisce casibus
primum humorum conflopantur ebullitiones; id quod nitro depurato certissime ob-
sinebitur. Deinceps lenioribus discutien-

tibus atque diapnoicis particulares humo-
rum stagnationes resolvendæ, ac æqualis eorundem circuitus promovendus est: cui
denique scopo discutientia circa ipsam partem affectam applicata egregie inser-
viunt. Hæ namque indicationes nisi debito ordine ac justa subordinatione admini-
strentur; non solum iis affectibus nullam ferunt opem, sed etiam illos exacer-
bant, & majores commotiones, re-
gurgitationes, inflationes, aut plane ul-
cerosas introducunt corruptiones.

Quod attinet præsentem casum; in eo statim sub initio convenientissimi fuisse
clysteres, revellendi magis, quam stimulandi scopo infusi: qui etiam ad-
hucdum, ubi sub crebro insultuum ca-
licorum recursu stagnationes jam ha-
bituales videntur, majorem spondent utilitatem, quam laxantia interne pro-
pinata. Cavendum autem a carminati-
vis, sicuti vulgo exhibentur, quæ ju-
sto calidiora majus minantur damnum:
multo magis ab opiatis penitus absti-
nendum, quæ non multo post motus sa-
lutares plane pervertunt, sed etiam le-
thales sæpen numero inducunt eventus.
Et eo certe majori in feligendis aliis quo-
que remediorum generibus in præsenti
casu opus est providentia, quo pro-
veetior ægroti est ætas. Nec autem alienum fuisse, commemorasse, an æger
jam diu venæctionibus adsueverit? at-
que quænam potissimum caussa, sive er-
ror vel in diæta, vel affectibus animi
primam malo dederit occasionem? Quic-
quid sit; præstat in nostro casu, ubi an
nephriticum, an haemorrhoidale, an
aliud subsit vitium, adhuc dubium vi-
detur, ea adhibere medicamina, quæ
neutri eorum malorum noxia sunt. De-
inceps iterum inculco, probe distinguen-
dum esse inter motus haemorrhoidales,
& eruptiones actuales; neque minus
inter motus nephriticos, & ipsum cal-
culum. Porro sicuti nemo medicorum
motus nephriticos in ipsum calculum
commutare laborabit: ita nec licet ha-
emorrhoidum nondum fluentium eruptio-
nem temere moliri. Quantum enim so-
lida motuum haemorrhoidalium cogni-
tio,

tio, ad rationalem eorundem curationem confert emolumentum: tantum ex im- provida illorum provocatione redundat incommodum. Quod si vero jam facta sit cruris hæmorrhoidalis eruptio, & in consuetudinem degeneraverit: tum illius suppressio non minora minatur damna, quam quæ calculi revera præsentis improvida commotio ac propulsio solet excita- re. Hirudinum adplicatio in præsenti casu non equidem periculosa est; sed re- quirit præviā generaliorem humorum evacuationem, quæ si prætermittatur, contumacior ad affecta loca metuendus est affluxus. Ceterum sequenti insisterem curandi viæ, ut præsente obstruktione al- vi, clysteres leniter abstergentes, copio- so sale imbuti, repetito infunderentur; deinceps in carminativorum locum ter quotidie viginti circiter guttule mixtu- ræ ex essentiarum pimpinellæ albæ, ca- scarillæ ana drachmis duabus, eroci dra- chma dimidia paratae propinarentur; ve- speri 20. grana pulveris salini porrigeren- tur; eique tandem, si præsto fuerit fe- brilis commotio, quinque grana antimo- nii diaphoretici adderentur. Et hec sunt, quæ in salutem ægri, cum voto felicis effectus proponenda duxi.

CONSULTATIO.

DOleo sane, virum consultissimum tam atroci hæctenus laborasse intestinorum dolore, qui ab umbilico ad dor- sum usque & renum extensus regionem, omnem remediiorum vim elusit; atque medicos reddidit ancipites, num ipsum ad simplices Colicas, aut nephritis referre debuerint? Non equidem negari potest, quin doloribus dorsi atque renum, sive a cruris stagnatione, sive ipso calculo ortum duxerint, maxime in succi plenis atque plethoricis corpori- bus, haud raro superveniant dolores intestinorum, qui vulgo colici vocan- tur, atque vomitibus, saltē conati- bus ad vomendum stipati observantur: cum autem in nostro ægrotante, neque olim ulla dispositio, aut signum renalis præsto fuerit calculi: nec præsens malum

vomendi cupiditate conjunctum sit; ve- ro videtur simillimum, dolorum, quo tolerat, sedem in renibus aut ureteri- bus neutquam esse querendam. Neque etiam obstat, quod post remediiorum cal- culum pellentium usum fabuli facta sit extretio: namque plus simplici vice ob- servavi, spasmis hypochondriacis, hy- steriois, cardialgicis, immanibus ventris tormentibus, quorum mater fuit men- sium in subjectis plethoricis retentio, non solum horrendos dorsi dolores, stran- guriam, ac mingendi difficultatem ac- cessisse; verum etiam, mitigatis spas- mis, mucidum ac rubicundum sedimen- tum, & ipsum denique fabulum cum u- rina fuisse redditum, absque ulla ad cal- culum dispositione. Horum vero sympto- matum ratio in arctissimo, quem intestina ac tubuli viarum urinariarum nervei, vel-uti sunt ureteres, vesica & urethra, mu- tuo gaudent consensu, sita est; vi cuius ureteres spasmis atque doloribus ex impa- cto ipsis calculo natis affecti, intestina quoque in dolorum suorum rapient so- ciatem; & vicissim intestina spasmis agitata, nerveas quoque viarum urinaria- rum partes suorum tormentorum red- dunt participes. Et hinc adparet, quan- to opus sit judicio atque prudentia, ad dijudicandos hosce adeo complicatos affec- tus, & ad determinandum, uter eo- rum sit idiopathicus, uterque symptomaticus? Ejusmodi vero dolores quales no- ster patitur ægrotus, sèpius occurunt in- senibus, atque humorum stagnationi in- vasis melaraicis & intestinalibus, partes intestinorum nerveas comprimenti at- que distendentи debentur. Hinc etiam frequentissimi sunt foeminis sanguineis, quibus menstrua cessarunt, aut viris ad hæmorrhoidalem fluxum proclivibus, & hujus retentionem passis, aut utrisque, si luctas venæctiones neglexerint. Quare præstantissimum in hisce morbis remediū sunt venæctiones, bis vel ter quotan- nis repetitæ; atque nitrosa diaphoretica, demulcentibus nupta: contra vero nocent spirituosa atque calidiora carminativa. Præterea crebra etiam experientia com- pertum habui, dolores istos intestinorum non

non minus a materia acri, scorbutica, nervosis intestinorum partibus incumbe- te saepissime suos mutuari natales. Hodie- nis nimurum temporibus, cum potus ca- lidiores Thee vel Coffee invaluerunt, scorbutica ejusmodi saburra, magis vo- latilis reddita, sub purpuræ nomine cu- tim penetrare solet: quæ si vel minus vegetæ expellatur, vel improvide repulsa fuerit, obsidet ac vellicat nervosas inte- stinorum tunicas, & sic progenerat co- licam spasmodicam ac convulsivam, non nisi post foras pulsam purpuraceam collu- viem conquiscentem. Quamobrem hoc in- neutum est judicium, quod praesentes inte- stinorum dolores non solum a congestione & decubitu humorum in vasis intestino- rum: verum etiam ab acri atque scorbu- tica sanguinis & seri intemperie, atate provectionibus fere propria, sint omnino derivandi. Quod si enim sola sanguinis peccaret quantitas, sanguinis missio per venæflectiones, aut hirudines instituta procul dubio levamen inferret malo. In praesenti casu acidulas Egranas, cum u- na lactis asinini parte commixtas, & per quinque septimanas potas præ aliis com- mendarem; quippe quas in doloribus spasmodico-scorbuticis deprehendi fru- tuosissimas; maxime si corpus per deco- etum mannatum, oleo amygdalarum dulcium noptrum saepius purgetur. Non minus e re futura credo balnea aquæ dulcis omni vespera adhibenda: quibus subsidiis uti, si vires agro permise- rint, de felici curationis eventu nullus dubito.

Relatio.

Nunciatum mihi subinde est, æ- grum omnibus privatum viribus, & ulteriore remedium usum omni- no pertæsum, haud adhibuisse comen- data a me subsidia; sed ante aliquot hebdomades unum & octoginta annos natum, animam expirasse placide.

C A S U S XII.

De intestinorum affectu spasmodico- hemorrhoidali.

Postquam gravem morbum, quo per- illistris Comes immaniter trahatur, cum omnibus symptomatibus sedu- lo mecum perpendi, facile intellexi, il- lum mereri nomen colica hæmorrhoidal- lis, ex sanguinis intra tunicas intestini coli stagnatione ortum suum ducentis. Ita enim solet fieri, quod humores abundantes, si in libero suo per viscera imi- ventris, maxime hepatis vascula præpe- diantur circuitu, regurgitent omnino ad partes ramis venosis a vena portæ instru- ctas, & præsertim ad vasa intestinicolæ, nervosis admodum prædicti tunicis. Tum equidem iter ac exitum suum, per orifi- cia venarum, quæ intestinum rectum sub nomine hæmorrhoidalium internarum explicantur, affectant: hoc autem dene- gato, magis accumulantur in vasis recti pa- riter ac coli intestini, ea vehementer di- stendunt, atque tunicas harum canalium admodum sensibiles, ad spasmodicas stri- turas cum acutissimis doloribus sociatas proritant: quæ vi consensu ad alias ma- chinæ partes nerveas propagatae, varia ac molestissima universi corporis progene- rant symptomata. Hæc in illustrissimo agro ita contigisse, morbi docet historia: ille enim quadraginta duos annos natus, temperamenti sanguineo-cholerici, vitæ sedentariae ob atdua negotia fuit addictissimus, profundis meditationibus indulxit, cibos cum magna summis adpetentia, nec venam regulariter tundendam præbere soevit. Hinc per aliquot jam annos, men- sibus præsertim Martio ac Octobri grave sustinuit semper malum. Invaferunt e- nem ipsum præcordiorum anxietates, do- lores gravativi circa dorsum, & os fa- crum, alvi segnities, extremonrum refri- gerationes, sensatio contusionis in artu- bus, proclivitas ad vomendum, singul- tuosa leptæ transversi concusso, præter- naturalis calor, vertiginosa capitis per- turbatio, cum pulsu celeri, & urina fa- tura-

turationi: quæ vero symptomata, eva-
cuato cum fecibus alvinis crurore, longe
mitiora fuerunt. Neque enim obsecun-
darunt remediis a medicis haec tenus pro-
pinatis; sed a purgantibus, atque carmi-
nativis calidioribus, ab ipsis exhibitis,
majora sumserunt incrementa, ac gra-
vieri humorum ebullitione, anxietate ac
cruciati fuerunt constipata.

Inde vero, sicuti etiam ex quotidiana
experiencia luculenter patet, hoc morbi
genus, quod turbato hæmorrhoidum fluo-
ri in acceptis ferendum est, licet sit fre-
quentissimum; attamen a paucissimiis me-
dicorum cognosci, hinc nec præservati
ve rite oppugnari. Neque etiam mirum;
namque apud plurimos tam veteres, quam
recentiores rerum medicarum scriptores,
vel nulla vel obscura satis hujus morbi
injicitur mentio. Meminit equidem
HIPPOCRATES Lib. de intern. affect.
§. 49. ilei cuiusdam hæmatitis: sub quo,
cum Hippocrates pariter ac Galenus per
vocab ille omnes intestinorum dolores
significant, quidam clarissimus vir dolo-
rem intestinalium, sive sanguineam no-
stram colicam, intelligi perhibet. Ve-
rum enimvero, quicunque hujus morbi
symptomata, cit. loc. recensita, ac ra-
tionem illius medendi consideraverit, fa-
cile percipiet, ileum illum Hippocratis
cum nostro affectu neutiquam esse com-
parandum. Mihi vero cum medicinam
facere inchoarem, sapientissime contigit, æ-
gros, quibus hæmorrhoidalis crux substi-
tit, in atrocissimos intestinalium dolores
incidisse, qui a medicinis calidioribus
atque spirituosis exacerbati, ex nitrosis
vero refrigerantibus cum castoreo mix-
tis, atque venæflectiones mitigati fue-
runt atque consoliti; quemadmodum in
notis ad Poterium Cap. 26. §. 310. fusiis
explicavi. Nimurum in istis casibus pro-
tinus venam in pede tundi, non nunquam
iterato secari iussi; interne medicamina
præcipitaria, nitroso, liquori meo an-
dyno minerali nupta; & ad alvum laxan-
dam sequentem summo cum fructu exhibui
potisionem: Recipe manna eleæ un-
cias tres, salis Epsoniensis, tremoris tar-
tari ana drachmas duas, coque leni calo-

re in aquæ florum acaciæ uncias sex, co-
laturæ addæ extracti rhabarbari, nitri pu-
rificati ana grana octo, olei de Cedro Ita-
lici guttas duas. M. D. Et anno denique
clysteres pure oleosæ, aut eodem ex de-
cocto florum chamæmeli vulgaris satu-
rato, cum nitri ac salis communis por-
tione confectionis infundendos curavi. Hanc
medendi rationem cum sapienti, in conven-
tu celebriorum medicorum commendas-
sem, mirati illi sunt primum, venæflectionem
colicis affectibus opponi; deinceps ve-
ro, cum spes vota haud sefellerit, illius
usum oculis viderunt, atque comproba-
runt, præsertim cum ipsis ostenderem, hu-
jus methodi jam RIVERIUM Cent. 1.
obs. 45. & Cent. 2. obs. 33. meminisse.

At vero jam instituti mei ratio exigit,
ut proponam, qua potissimum ratione a-
trox hoc malum præcaverti possit. Hocce
fine procul omni dubio potiremur, si
legitimum evacuationis hæmorrhoidalis
successum promovere possemus. Sed op-
tandum foret, ut ea nobis suppeterent
remedia, quæ hunc crux per venas se-
dales fluorem, certo effectu, & debito
tempore excitare valerent: tum enim ef-
ficacissimum, ad plurimarum passionum,
maxime chronicarum præservationem
haberemus præsidium. Cum autem me-
dicamina hoc fine vulgo commendari so-
lita, majus plerumque damnum concita-
res fuerint: omnis præservationis ratio
in eo consistit, ut immunita humorum
abundantia, eorundem æquabilis per vi-
scera abdominis, ac præsertim venam
portæ restituatur circuitus. Quos ut con-
lequamur scopos, operæ erit pretium, ut
illusterrimus Comes, ineunte Martio,
atque Septembri, quibus potissimum men-
sibus infestant symptomata, nec non eti-
am medio Maii, sub temperata ac se-
rena tempestate, detrahendas ex vena in
pede tusa, septem vel octo crux uncias
curet. Deinceps commendo potum ther-
marum Carolinarum, aut acidularum E-
granarum, quotannis mense Mayo cum
debito usurpandarum regimine. Hæ e-
nim aquæ in præservandis chronicis mor-
bis, omnium pharmacorum vim longissi-
me superant: quippe quæ partim ob ube-
rio.

riorem liquidi copiam, partim salina, quæ fovent principia, & partim denique spirituolum illarum ingrediens, tonum ac elaterem partium solidarum roborant, tenaces atque viscidos humores resolvunt, spissos attenuant, ductus emunctiorum excretorios recludunt, & hinc succorum vitalium circulationem, maxime si balnea interponantur, reddunt aequabilem.

Quod viatum attinet; ante omnia corporis motus, vel mane ante prandium, vel absoluta digestione, ambulatione, equitatione vel vescione instituendus est; sub epulis nimias carnes, maxime pinguiores, cibos dulces, atque fructus evitare oportet, ac coena parciore, aut nulla uti. Fugiatur etiam cerevisia potus, & ejus loco decoctum ex aqua pura, leviori, cortice ligni sassafras, semine fœniculi, & aliqua vini Burgundiaci parte confectum adhibeat. Porro cubitum iturus a ger in pediluvia ex aqua fluvialili, floribus chamæmeli, sale & cineribus clavellatis parata descendat: ut illic humorum motus a superioribus ad inferiores derivetur partes. Namq; præterea pedes insigni cum intestinis gaudent communione; adeo ut illis frigido pavimento incidentes, saepius in colicos dolores incidere observentur: contra vero calor humidus, qualis in pediluvii deprehenditur, fibras tensas relaxando, internis etiam nervosis partibus admodum amicus existit. Mane adhuc intra lectum sex vel octo vascula infusi theiformis forbillanda suadeo, quod ex herbis discutientibus, veluti sunt scoridium, veronica, melissa, salvia, betonica, brasiliicum, millefolium, marubium, semen fœniculi, anisum stellatum &c. parari poterit. Neque minus alvi lubricitati maxime studere convenit; cui quidem scopo pilulae balsamicæ nostræ, vel Sthalianæ, singulis octo diebus, vesperi numero quindecim sumenda, & altero mane binæ salis Anglicani drachmæ ex largo aquæ fontanæ haustu superingredæ, egregie facient satis. Hrc enim medicamina, tantum abest, ut more certis purgantibus consueto, intestinorum tonum destruant, ut illum magis corro-

borent, atque faburram acido-biliosam, tunicae intestinorum villosæ adhærentem blande educant. Denique vero commendo pulvrem præcipitatem ex quatuor partibus lapidum cancerorum, una nitri depurati, aliquot olei de Cedro guttulis confectum, & pondere drachmæ unius, & ante prandium, & vesperi ex aqua frigida sumendum; quippe qui acidas ventriculi fordes involvendi, bilis acrimoniam attemperandi, & humorum ebulitiones consopiendi insignem obtinet virtutem. Quæ si rite observaverit, ac præterea omnes calidores ac spirituosa essentias sedulo vitaverit perillustris Comes, spero utique, fore ut a molestis ægritudinibus liberetur.

C A S U S XIII.

De Colico-spasmodicis Affectibus ex defectu fluxus hæmorrhoidalis, rite trattandis.

P Ersona quædam serenissima, annorum viginti & octo, temperamenti sanguinei, robustioris corporis constitutionis, contra passiones, quas nonnumquam toleravit, & quæ partim colica spasmodica, partim melancholia ex hypochondriorum vitio suborta fuerunt, meum desideravit consilium. Quamobrem ponderatis omnibus morbi momentis, singula symptomata ex nimia humorum abundantia, quam Medici plethoram vocant, originem traxisse deprehendi. Accumulati enim præter naturam succi vitales distendunt, expanduntque nimium, vasorum illos vehentium ac propellantium latera, & eorundem tonum atque elaterem debilitant; hinc liberam ac æqualem circulationem ipsa sua copia remorantur: unde fit, ut hinc inde in vasculis sanguiferis, maxime viscerum imi ventris, veluti sunt hepar, lien, renes &c. stagnantes, eorundem infartus ac obstructions inducant, ac corpus ad affectus spleneticos, hypochondriacos, cacheoticos & calcululos disponant. Quando vero cunque natura ejus-

ejusmodi humorum abundantiam, salutari ac critico veluti conamine, per hæmorrhoidalem excretionem imminuit, tum recensita mala omnia præcaventur: contra vero eo atrocius recrudescunt, si evacuatio illa sanguinea haud succellerit, aut plane cohibeatur. Namque crux, impedito illius per venas sedales exitu, restringat in vasis intestinorum inferiorum, maxime coli atque recti, & hinc nerveas eorum tunicas graviter afficit: unde dolores ac tormenta intestinorum, pertinax alvi obstruictio, refrigerationes extremonrum, humorum ebullitiones, præcordiorum anxietates, nausea, ventriculi infatatio, adpetitus prostratio suboruntur. Se-
pius vero (psmodicæ illæ) constrictiones vi consensu nervorum per universum corpus propagantur, & sic succos vitales majori impletu ad pectoris capitifque cavitatem propellentes, spirandi difficultatem, cordis palpitationem, capitis dolores, vertiginem, pectoris angustiam, pavores, inquietudinem, tremorem artuum, alia que graviora introducunt symptomata, quæ omnia, evacuato superfluo sanguine vel per hæmorrhoides, vel etiam venæctionem protinus remittunt. Et hæc eadem ratione in serenissimo nostro & grante contigisse, varia sunt, quæ attestantur, momenta. Ille enim sanguineo gaudet temperamento, ad ingenerandos copiosos humores admodum opportuno; largis indulget epulis, & has inter cibos nutrientes, boni succi assumere suavit: contra vero vitam amat sedentariam, somnumque diurniorem, & sic deficiente corporis sufficienti motu, nec per insensiblem transpirationem, nec etiam per sanguineas evacuationes ex narium aut intestini recti venis factas, humorum imminutionem adeptus, sed illorum majorem nactus fuit quantitatem. Accedit & illud, quod ad annum usque vigesimum ætatis sextum corpus adhuc creverit; cuius augmentum præstans ad imminuentes superfluos humores fuit subsidium. Postquam autem vi ætatis incrementum illud corporis cessavit, & hinc succi fuerunt accumulati, haud fieri potuit, quin uberrimam toleratis passionibus dederint

occasionem. Neque vero ignorari oportet, in serenissimo nostro præter humorum abundantiam, faburram quoque primarum viarum, acido-viscidam, a vita ciborum digestione generatam, passionum suarum esse causam, quæ eo faciliter inducit, si cibi minus masticati nimia aviditate devorentur, & deinceps salutares excretiones per alvum atque cutim ingelitorum moli haud respondeant. Tales enim acidæ & viscidæ cruditates, flatulentias, tensiones ac pressiones hypochondriorum, ventriculi ardorem, & gravatium dolorem, ructus, atque etiam febres excitare sapissime solent commotiones.

Explicatis itaque presentis mali caussis, facillimum jam erit, opportunam illi curationem commendare, quippe quæ in sublatione caussarum unice consistit. Quare primum est consultissimum, ut plethora imminuat, ac illius incrementum præpediat. Huic scopo obtinendo convenientissima in tam lauta diæta sunt venæctiones, in brachio, vel pede, ter quotannis, nimirum medio Februarii, initio Maii, & Septembri ante autunnale æquinoctium instituendæ, detrahendo semper ex incisione paullo capaciori sex vel octo cruxis uncias. Ipsa operatio sub tempestate amica atque serena institui debet; & brevi ante infusum theiforme sorbillari, quo humores reddantur fluxiores. Neque minus eo præsertim tempore omne frigus arcere, atque cibos dumtaxat molliores, acconcoctu facilitiores comedere oportet.

Deinde vero legitimus hæmorrhoidalis excretionis successus est promovendus. Observamus autem, plerisque huic evacuationi obnoxios mense Martio ac Octobri, sepius etiam circa insigniores lunæ mutationes molimina sentire hæmorrhodialia, quæ inter potissima sunt gravatus circa dorsum, & os sacrum dolor, ardor & tumor ani, corporis totius languor, refrigeratio partium extremitatum, ac imi ventris flatulentæ molestia. Quamobrem eo maxime tempore rectam vivendi rationem observare, cibos acidos, dulces, fermentantes, & adstrin-

gentes evitare, a potibus calidioribus abstinere, & præsertim a corporis refrigeratione, ac animi affectibus probe cavere oportet. Contra vero ante fluxos illius eruptionem serenissimus æger quavis vesperra in pediluvia tepidiora, ex aqua fluviali, floribus chamæmeli, tantillo salis ac cinerum clavellatorum parata, pedes ad suras usque immittat; sed erumpente sanguine protinus ab illis abstineat. Neque etiam minus octo circiter ante erumpentes hæmorrhoides diebus assumat vesperi octodecim mearum pilularum, ac mane sequentis diei drachmam unam salis mei aperitivi ex aqua vino nupta capiat; hæcque alternis diebus continuet. Quod si vero loco sinceri fluxus, tubercula dolorifica anum obfederint; huic admovendæ erunt hirudines, postquam eidem operæ sellæ perforatæ vapor ex decocto florium chamæmeli cum lacte, per injectionem prunarum cendentium calefacto, admissus fuit; qui etiam ad provocandum ipsum fluxum egregie conduit. Tandem quoque, si circa congruum tempus ipsa dispositio ad cruentum illud profluviū præsto fuerit, nullus autem fluor accedererit; operæ erit pretium, ex vena in pede tuisa quatuor circiter cruoris uncias detrahere, unde provocatas sèpius vidi hæmorrhoides.

Non vero ad subtrahendam nimiam sanguinis molem efficacius est sublidium, quam accurata diætæ observatio. Cujus ratione consulo, ut serenissimus æger cena utatur parciori, aut plane nulla; & inter epulas fugiat cibos valde nutrientes, pinguiores, carnosos, juscula nutritiva; contra vero vescatur sèpius carnis fumo induratis, obsoniis, atque edulis aromatisatis; (*Die von einem hohen gout sind*) hæc enim haud adeo copiosos suppeditant succos, & naturales promovent excretiones. Inter potus, qui largius assimi debent, fugienda sunt crassiores ac spissiores, & seligenda leviores cerevisiæ, quæ per vias urinarias facile redduntur, qualis est nostra Lœbeginensis, cujus tres mensuræ summo cum fructu quotidie potari poterunt. Vina quod attinet, ea, si fuerint cali-

diora, exotica, aut Hungarica, hyemali dumtaxat tempore, magis vesperi & post ciborum concoctu difficultorum ingestionem, bibere licet; quoniam ad generandos humores haud secus, ac illos commovendos multum valent. Ordinario potui vinus Mosellanum, quod minus acidum existit, & excretiones per alvum & urinam egregie promovet, præ reliquis inservire poterit. Tum quodque nec nimis somno indulgere, nec otio marcescere convenient; sed potius corpus, qui busunque exercitiis, vescione, equitatione, multa sermocinatione movere præstat. Incredibilis enim est virtus, que motui corporis in præservandis cuiuscunque generis morbis debetur: quippe quo & circulatio humorum vegetior, & transpiratio fit expeditior; hac vero & moles sanguinis imminuitur, & sordes illius salsa ac acres e corpore proscribuntur. Neque enim sumis epulis, & ventriculo cibis replete, corpus moveri oportet; sed potius absoluta penitus digestione vel vespertinis horis. Tandem etiam, quemque transpirationem promovent, in usu vocanda sunt; fugienda vero cuncta, libero illius successui contraria. Quo quidem fine consultissimum erit, mane quedam vascula insusi calidioris intra lectom forbere, & exinde levem expectare sudorem: contra cane pejus & angue vitare aerem frigidum, humidumque, maxime vespertinum; nec non in locis uidis commorari; ac denique corpus vestibus bene munire, ac noctu ab aeris injuriis protegendi, summo oportet studio.

Accedimus autem ad alterum curationis nostræ momentum, quod cruditatum primas vias occupantium remotionem ac præservationem respicit. Hoc scopo egregiam pollicentur operam pilulæ meæ ballamicæ, si singulis decem diebus numero octodecim vesperi sumantur, & sequenti mane uncia dimidia salis Anglicani ex aqua pura, superingesto potu theiformi, capiatur. Pridie ante pilularum usum adhiberi poterit drachma una pulveris præcipitantis: quo actimonia primatum viarum attemperetur, & ad alvnam excretionem magis disponatur. Idem pul-

pulvis etiam præstantissimo cum fructu propinari potest, si post nimium vini potum, aut alias causas, humorum quædam præsto fuerit ebullitio; non minus eodem, cum viginti liquoris anodynigutulis maritato, uti conveniet contra tormenta ac dolores imi ventris. Ex diætæ regulis hic pertinent, ne minus masticeati, avidius justo devorentur cibi: nec statim a cena lectus petatur, nec etiam diutius protrahantur vigilæ; quippe quæ admodum impediunt ciborum digestio-

nem.
Hisce vero omnibus subsidiis, ad omnes nostros scopos consequendos, palmarum longissime præripiunt aquæ minerales, maxime thermæ Carolinæ: quas quotannis vel vere, vel Augusto mense potandas admodum commendare. Quod si vero iis uti occasio defecerit, locum earum supplebunt acidulæ Egranæ, cum dimidia parte Selteranarum mixtæ, & æstivis mensibus adhibendæ. Tandem etiam haud ludetur opera, si ad meliorem transpirationis promotionem, ac partium externarum roborationem, balnea Lauchstadiensia, quæ sunt martialia, in usum vocentur. Et hæc sunt, quæ proponenda duxi; quæ si rite observaverit persona serenissima, certaine foveo spem, fore, ut non solum a passionibus hypochondriacis, spastodicis, atque calculosis vindicetur; verum etiam nervoso generi, & toti naturæ suum restituatur robur.

CASUS XIV.

De infelici Colico hemorrhoidalis curatione.

Duos & sexaginta annos natus Juril-
consultus quidam celeberrimus, ha-
bitus corporis strictioris, constitutionis
debilioris, studiis ac vitæ sedentarie de-
ditissimus, diætæ observator exactissimus,
fatis longo abhinc tempore circa utrum-
que æquinoctium hemorrhoidalem flu-
xum, sæpius aliquot menes inhærentem
pati consuevit. Postquam autem ante a
liquor annos salutaris ille fluor, incongrua
medicatione cohibitus fuit, abhinc inor-

dinatus succedere cœpit; & sæpius vanis moliminibus, maxime circa plenilunium, atque gravioribus symptomatibus, nimis animi deliquis, präcordiorum anxietatibus, & constrictiōibus, tensis circa dorsum & hypochondriæ doloribus, crebris colicis, quin & cruentis & pulmonibus sputis ægrum cruciavit. Tali quoque ratione, novissima æstate, luna exstante plena, accidit, ut noctu ex improviso ingentes imi ventris dolores tensivos, pungitivos ac lancinatorios incidenter, quos anxia compressio circa cordis scrobiculum, proclivitas ad vomendum, & ipsi denique vomitus excipiebant. Vocabantur protinus in usum efficacissima contra Colicam præsidia, carminativa, enemata, linimenta ac cataplasma emollientia pariter, atque discutientia; sed omnium efficaciam eludebat mali vehementia. Quare medicus quidam hancce colicam, cum absque ullo victus errore prægresso, circa plenilunium, tanquam illud tempus, quo alias hemorrhoidam molimina accedere soeverant, invasisset ægrum, nec remediis ipsi tatis opportunis obsecundare vellet, non pro simplici, sed hemorrhoidalí, ex stagnatione, vel potius stasi sanguinis intra membranas intestinorum suborta habuit. Hinc vege-
tationem commendavit, asseruitque, fore ut ex illa magnum redundaret commo-
dum; eo magis, cum olim ægorantem a gravioribus malis semper vindicaverit. Verum enimvero nullas huic confilio au-
res præbere voluerunt reliqui medici:
ægrum ob summam virium debilitatem,
tolerantis sanguinis missionibus minus
parem fore existimantes. Interim ex-
cerabantur omnia symptomata, & haud
ita multo post vehemens horror cum
subsequente astu jungebatur, quem post
paucas horas gelidus sudor, pulsus ad-
modum debilis ac inæqualis, & ipsa de-
nique mors excipiebat: adeo ut de-
functus per binos dumtaxat male habue-
rit dies. Quamobrem doceri jam cupio:
1) anne symptomata illa suppresso ha-
morrhoidalem fluor, & inde suborta in-
testinorum inflammationi, sideratione
stipatae debeat? 2) utrum illa tem-
pe-

pestiva venæsectione sublevari potuerint? & licet etiam hæc dubium videatur re-medium, 3) numne consolitus fuisset, hoc, quam nullum amplecti?

C O N S U L T A T I O .

Ad'communicatum mecum casum, & primam quæstionem in eo propositam: anne morbus; quo æger affectus perit, ex sanguinis ob suppressas hæmorrhoides inducta circa intestina stagnatione, ac hinc suborta inflammatione, & denique sideratione sit derivandus? respondeo, quod ille omnino nec vulgaris colica, quam retenti flatus parvunt, nec colica tormentosa fuerit, quæ ex humorum corrodentium atque biliorum stagnatione ortum trahere ac crebris alvi dejectionibus stipari solet. Verum potius inflammationem intestinorum, que crux intra horum tunicas nerveas stagnanti supervenit, præsto fuisse arbitror. Namque haud ignorari oportet, sanguinem libero per ani venas exitu præclusum, vi spasmorum, qui banc excretionem tantum non semper comitantur, superiora versus compelli: qui cum in ventriculo ac intestinis stagnaverit, membranas corundem nerveas violenter distendit, atque tali ratione non solum hisce partibus spasmus infert, & dolorem; verum etiam vicinas ope nervorum connexas regiones in spasmorum societatem rapit, & lic cordis præfertim, septique transversi musculos afficiendo, gravioribus ansam præbet symptomatis, veluti sunt insignes præcordiorum anxietates, constrictiones circa cordis scrobiculum, proclivitates ad vomendum, animi deliquia, sudores gelidi, atque febriles commotiones. Quare si consideremus, ægrotanti nostro dico hæmorrhoidario, criticum huncce fluorem fuisse cohibitum: nullum est dubium, quin inflammatio, qua laboravit, ex cruento retento atque subsistente suos natales mutuaverit. Hinc etiam, juxta alteram quæstionem, omnino adserendum est, venæsectionem, tempestive in pede administratam convenientissimum

Hoffm. Confut. Med.

fuisse præsidium: siquidem multiplici comprobatum habemus experientia, illa in vicinis partibus instituta tam ad imminentes præcavendas, quam præsentes inflammations mitigandas, nec præstantius, nec certius reperiri subsidium. Præsertim insignem pollicetur operam in partium nervosarum, uti sunt ventriculus ac intestina, inflammatione: quippe quæ longe gravioribus ac periculosioribus stipata solet esse symptomatis. Eo magis in præsenti casu operæ fuisset pretium, sanguinem ex vena tusa detrahere; quo certius exinde levamen in ejusmodi affectibus olim percepit ægrotans. Remedia certe calidiora atque carminativa, hisce morbis vulgo opponi solita, majorem omnino minantur noxam, quam utilitatem, quippe quæ humorum stasis, tanquam proximam morbi causam, minime tollunt; sed potius humores commovendo, ac fibris per spasmum atque dolorem iam tensis, majorem inducendo rigiditatem, omnia symptomata magis exacerbant. Consultius igitur fuisset, remedia propinare inflammationibus opportuna, qualia præter venæsectionem sunt refrigerantia nitrosa, cinnabrina, leniter diaphoretica, diluentia & antispasmodica: quibus feliciter debellatos fuisse ejusmodi morbos, non solum Riverius in observationibus suis passim testatur, verum ego quoque in notis ad Poterium annotavi. Neque etiam minus varias de hoc arguento dissertationes conscripsit celebris Stahlius; in quibus ostendit differentiam, quæ vulgarem intercedat, & hæmorrhoidalem colicam; & huic admodum convenientem venæsectionem in pede collaudat. Quare denique patet, quod juxta tertiam quæstionem, utique fuisset convenientius, allegatum hocce remedium, omnis damni expers, adhibuisse, quam illud, uti factum est, irreparabili ægroti noxa omisisse.

CASUS XV.

De colica hæmorrhoidalí ex obstru^to hæmorrhoidum fluxu.

Vix generosus, 58. annorum, a multis jam annis hæmorrhoidalem expertus fuerat fluxum cum euphoria. Hic cum ante quatuor annos subsisteret; incidit ille saepius, maxime brevi ante novilium in ani molestum sub excrementorum dejectione ardorem, quem capit dolores, & atroces intestinorum cruciatus excipiebat, cum subsequuto vomitu, & pituita languine permixta rejectione. Licet igitur contra hæc mala circa utrumque æquinoctium, non sine insigni semper symptomatum levamine, venam in pede tundendam præbuisset, non tamen impeditre potuit recursum eorundem. Imprimis vero deprehendit, quod simula studiis operam dedit, aut capite paululum inclinato, meridianum somnum cepit, protinus floridus sanguis cum saliva effluxerit. Illud præterea cruentum sputum exceperunt plerumque pressiones ac puncturæ pectoris, ad sinistrum scapulam tendentes, sinistra manus refrigerationes, gelidique sudores. Neque etiam minus efflorescentia miliaris saepius occupavit pedes; saepius quoque rursus evanuit, & tum languorem corporis, frigorisque sensum in pedibus æque, ac dorso reliquit. Quamobrem, cum adpetentia subinde fratur insigni, & copioso sanguine quasi turgeat; metuit omnino, ne tandem in hæmoptysin, aut plane apoplexiā incurrat; & ideo salutare auhelat consilium.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Quicunque omnia in recensito morbo obvia momenta probe consideraverit, facile perspiciet, cuncta symptomata retento hæmorrhoidum fluori in acceptis esse ferenda. Hinc enim humorum stagnatio in abdomen, ac maxime intestinis orta fuit: ex qua non solum spasti doloresque colici, ardores intestini re-

eti, atque vomitus dependent; verum etiam sanguinis vi spasmorum copiosior ad pectus compulsionis, & per os ejusmodi originem trahit. Et quomodo in tanta motuum vitalium, maxime progressivi sanguinis irregularitate aliter potest fieri, quam ut salutares, quibus massa sanguinea depurari solet, excretiones impedianter, & inde scorbutica succorum vitalium progeneretur dyscrasia? unde etiam purpuracea efflorescentia pedum, refrigeratio, languor atque corporis decrementum suos mutuantur natales. Necesse igitur omnino est, ut oppugnentur hæc symptomata, & a gravioribus præcaveantur malis. Cui quidem scopo obtinendo, ante omnia commendo venæctionem quater quotannis, nimis circa æquinoctia pariter ac solstitia sub sereno cœlo in pedibus instituendam, quia octo semper croris unciae detrahi debent. Deinceps ut promoveatur transpiratio, & depuretur sanguis, ægrum singulo mane sex vel septem vascula infusi theiformis potare oportet, quod sic se habet: Recipe herbae veronicae manipulos duos, summittatum millefolii pugillos quatuor, radicis glycyrrhizæ drachmas sex, feminis foeniculi drachmam. M.C.D. Eidem scopo egregie conveniet pulvis meis præcipitans, mane ante potum infusi pondere drachmæ unius ex aqua frigida capiendus. Tum quoque operærit pretium, ut æger liquoris mei anodynæ quadraginta guttulas, tam hora quinta pomeridiana, quam vesperi cubitum iturus ex largo acidularum Selteranarum haustu assumat. Nec minorem ad sanguinem a capite derivandum, & æqualem humorum circulationem promovendam spondent efficaciam pediluvia tepidiora, ex aqua fluvialili & triticeis furfuribus conficienda, & vespere in usum trahenda. Alvi porro libertatem perpetuam conservare decet; quod non solum manna, prunis coctis, & clysteribus domesticis obtineri poterit; sed etiam pilulis meis balsamicis, si earum sedecim cum pulvere meo præcipitante mixta vespere quandoque deglantur. His denique si recta vivendi

ratio, & præsertim moderatus corporis motus per ambulationem aut ventionem accederit: haud dubito, fore ut profi- gentur cuncta morbosa symptomata.

C A S U S XVI.

De Colica spasmodica ex podagra retro pulsa.

Litteratus vir quadraginta, & quod excedit, annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, ad excandescientiam facillimus, acquisitam per vitium hæreditarium podagram crebris in diæta erroribus, quin & excessibus magis adauxit, & saepius toleravit. Hanc tandem pertæsus, sex circiter abhinc annis, imposito ad pedes quodam emplastro adeo profigavit, ut per totum hoc tempus sillerit. Interim ex memoratis illis, quos juvenis maxime commiserat, diætæ erroribus, contraxerat sibimet ventriculi imbecillitatem; quæ ætate increcente, magis etiam adaucta fuit. Hinc exigua frui coepit adperentia, quæ acidos potissimum cibos, haleces cum aceto ac cepis conditos, aliaque desideravit, & saepius quoque assulmis. Exinde vero non solum adhuc magis debilitavit ventriculum; sed etiam aciditas primarum viarum cruditates collegit. Quare primum vehementem incidit ventriculi ardorem; quem quidem sumto saepius pulvere præcipitante Hoffmanni mitigare voluit: neglecto tamen recto vistu nihil effecit: sed potius maiorem humorum vitalium spissitudinem, pariter ac dyscrasiam acquisivit, adeo ut crux ante aliquos dies ex vena rusa missa fuerit admodum crassus, atque teterimus, & vix per aperturam fluere potuerit. In tali rerum statu, cum novissimis hebdomadibus vino Rhenano ad excessum aliquoties indulsisset, & abhinc sub intenso frigore equo vectus, insigni se- met expoluisset refrigerationi: accidit, ut ante aliquot dies, assumptis sub prandio aliquot ostreis, cubitum iturus vehe- mentissima corriperetur colica. Spasmi enim non solum infimum ventrem vehe- menter contrahebant; sed etiam vesicam urinariam, atque testiculos afficie-

bant; aderant præcordiorum anxieties, vertigines, inflatio ventriculi fla- tulenta, nulla ructuum explosio, & tan- ta denique intestini recti constrictio, ut injecti a quodam studioso clysteres emol- lientes minime penetraverint intestina, sed dolores potius magis exacerbaverint. Quamobrem memoratus ille medicinæ studiosus, præter clysteres exhibet po- tiunculam laxantem ex manna & resina jalappæ, de qua singula hora someret ægrotus, quantum cochlear capit. Ve- rum cum nullum ederet effectum, impatiens ille totam uno haustu devoravit potionem, & dosim pilularum ballami- carum superingessit. Inde quidem ter soluta fuit alvus; sed dolores eadem, si non majori inhaerent atrocia: nec sublevabantur data ab eodem studio emul- sione quadam, cum liquore anodyno Hoffmanni permixta, ex qua potius, cum acida in primis viis hæreret fabura, magis aucta fuerunt tormenta. Quare consultus ego singulis horis interne propinavi tinturam rhabarbari cum aqua cichorei paratam, interposui essen- tiam carminativo-stomachicam, liquori anodyno nuptam, & extrinsecus abdo- mini sacculos calidos discutientes adpli- cui. His per septem horas adhibitis, a- no clysterem ex floribus chamæmeli, decocto avenaceo, oleo chamomille, & amygdalarum dulcium paratum, & paullo post suppositorium ex melle, farina hordeacea, sale communi & oleo cha- mæmeli adPLICatum curavi. Inde soluta alvus multa excrementa, crurore tincta reddidit, & copiosos flatus; quæ adhuc ter eodem die deposita fuit, cum sterco- ribus foetidissimis, ac sincero sanguine. Remiserunt etiam dolores; & nox inse- quuta est quieta: quin, licet quoque malum postridie videretur recrudescere; datis tamen prioribus remedis evanuit iterum. Tum consultum duxi, ut vena secaretur; quam etiam, sed incisione nimis angusta tudit quidam imperitus chirurgus, adeo ut tres dumtaxat crux- ris unciae effluxerint: neque persuader- dus erat morosus æger, ut alteram secandam præberet venam. Interim id obti-

nisi hac venæsectione , ut podagra , que olim finistrum modo pedem occupaverat , jam recrudeceret , & utrumque eorum obſideret : intestinorum vero protinus remitterent dolores . Per diem quoque ſatis bene habebat æger , niſi quod de corporis conquereretur languore , nox autem calore mitiſſimo , præcordiorum anxietate , ac flatum retentione adhuc reddebatur inquieta . Quare propinatis pilulis balsamicis , bis quotidie exhibui pulverem præcipitatem ac bezoardicum Hoffmanni pondere unius ſcrupuli ; & vespere dedi eundem pulverem cum ſpiritu nitri dulci . Pro potu ordinario quoque decoctum ex scorzonera , farsaparilla , radice chinæ , cichorei & rafura cornu cervi ordinavi ; & ad roborandum ventriculum Elixir ſtomachale ad modum Poterii paratum exhibui . Cum autem immorigerus æger remitteret mihi pulvrem bezoardicum , & species ad decoctum , illa averfatus ; & præter pulvrem præcipitatem atque ſpiritum nitri dulcem , liquida boni ſaporis deſideraret remedia : induſi ipſi . ac tinturam antimonii cum eſſentia alexipharmacæ Sthalii mixtam ſingulo mane ad trīginta guttas cum regimine propinavi . Inde magis invaluuit podagra ; urina deponebat rubicundum ſedimentum , & cum per alvum copioſa excreta fuſſet ſaburra , ſpem fo vi certiſſimam , fore ut mox priſtinam recuperaret ſanitatem . Verum enim ve ro hodie ad me pervenit nuntius , qui referebat , ægrum nec rite adhibere commendata remedia , nec debitum obſervare regimen , ſed potius ad debellandos penitus flatus , proprio iuſtinctu pilulas balsamicas aliquoties ſumifſe , & abhinc podagram iterum retrocessiffe . Nullas equidem in abdome inde ſentit moleſtias , nec niſi præcordiorum anxietate nocturno dumtaxat tempore ſollicitatur : at cum gravius omnino metuendum sit malum , doceri potiſſimum cupio : anne , ſi recurrerint forsan intestinorum dolores , conſultum ſit , fanguinem iterum e vena detrahere , cum pronuper tam pauca illius miſſa fuerit quantitas ? & quæ ceterum in uſu vocanda ſint remedia ?

CONSULTATIO.

Postquam caſum , cuius cauſa conſul tus ſum , ſedulo mecum volvi , ac revolu vi , facile deprehendi , omnia , quibus æger infestatur , ſymptomata ex materiæ podagrieæ retroceſſione , per imposta emplaſtra producta , primam trahere originem . Cum autem huic ſatis arduę cauſa adhuc errores diæteti ci ac animi graviores affectus acceſſerint : haud ſane mirum , ſi tandem ſupervenerit colica ſpaſmodica , alvi obſtructione , præcordiorum anxietate , ventriculi inflatiōne , inquiētudine , & virium proſtratione ſtipata ; quæ magis exacerbata eſt intempeſtivo purgantium , maxime reſina jalappæ uſu . Neque vero in arte ſalutari verſatis incognitum erit , quam arduum ſit atque difficile , tam grave malum funditus extirpare ; eo magis cum immorigerā ægrotantis indoles accedat . Rechte equidem egit conſultus medicus , quod ad præcavendam intestinorum inflammatiōnē , venam in pede tuendam curaverit , & carminativa proinde , aliaque congrua ſatis ordinaverit remedia : ſed quum adhuc anxietates , ſpaſmi atque flatuſ urgeant , vero mihi videtur ſimiliūm , intestina inferiora excrementis viſcidis eſſe obſella , quæ quamdiu preſto fecerint , perfectam podagræ eruptiōnem omnino remorabuntur . Hæc ut removeantur , in locum pilularum , a quibus abſtinentiam duco , ſequens com mendo infuſum mannatum : Recipe manna electæ unciam unam & ſemis , tremoris tartari drachmam unam , nitri grana duodecim , aquæ ſlorum acaciarum uncias septem : coque leni calore , adde olei anisi guttas quinque , olei amygdalarum dulciūm unciam unam & ſemis . M. quod inutino tempore binis circiter affumi poterit baſtibus . Elapſis abhinc binis horis injiciendus eſt clyſter ex decocto avenaceo , floribus chamæmeli , ſeminis cymini ana drachmis duabus , olei chamæmeli uncii tribus , & tantillo ſaliſ communis ac nitri paratus . Sic alvo ſuffi ciente ſoluta , operæ erit pretium , ue

extrinsecus abdomen spiritu vini camphorato inungatur; interne vero singulis binis horis, quadraginta guttulae sequentis exhibeantur mixturæ: Recipe essentiæ corticum aurantiorum unciam semis, iuncturæ tartari, spiritus nitri dulcis anachrachmas duas, spiritus tartari drachma unam. M. D. Vesperi exhibeat pulvis bezoardicus, cum dimidia parte præcipitantis remixtus: & quavis vespera pedes in temperata immittantur pediluvia. Loco potus ordinarii commode inserviet serum lactis cum cremore tartari paratum, si illius binæ mensuræ cum hujus drachma una decocta ac percolata fuerint: nec ludetur opera, si æger ex juscule quodam haustum olei amygdalarum dulcium assumenterit: ac prævis fermentationibus, ano hirudines adplaci curaverit. Sed ante omnia patientia, ac temporis diuturnitate opus est; & major reconvalsentia spes ex congrua lex rerum non naturalium observatione, quam nimio pharmacorum uso concipi poterit.

Appendix.

HAUD ita multo post relatum est, ægrum adhibitis, quas commendaví, medicinis, maxime sero lactis, & bono vietis genere observato, absque podagra recrudescente, ab intestinorum doloribus liberatum, optime habuisse, ac munieribus iterum vacare potuisse,

C A S U S XVII.

De Colica spasmodica cum subsequente Ictero.

PEILLISTRIS quidam comes 48. annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, corporis robusti ac succi pleni vigesimo primo ætatis anno ex poto post corporis astutatem aqua frigida primi incurrit colicos insultus. Duobus post annis idem majori recruduerunt vehe- mentia, & per biduum savientes, tandem repetita clysterum injectione profligati: interim ne reciderent, curatius diætæ re-

Hoffm. Consult. Med.

gulas observare, & cœna parciori uti debuit. Neque tamen minus bis abhinc alvi profluvio sponte suborto supervenerunt illatormina, quæ antea non nisi obstruetam alvum exceperunt. Hoc etiam fine potum Thee, ex quo alvi segnitiem observaverat, omisit, & in ejus locum decoctum fabarum Coffee potare coepit: sub cuius usu, cum alvum haberet aper tam, a colica sua per satis longum tempus mansit immunis. Ante decem circiter annos post illustrissimæ uxoris, purpura peremptæ obitum, noster quoque pueram incidit: quæ brevi quidem tempore iterum evanuit, sed elapsis annis quinque post atrocissimam colicam iterum effloruit, & abhinc non deseruit per illustrum virum, ita quidem, ut æstivo tempore, quo copiosior fit transpiratio, largior adparuerit, quam quidem hyeme. Sub hac efflorescentia rario fuit colica, & longe mitior. Verum proximo hocce anno crebrius & vehementius infestare coepit, & novissimo tempore singulis binis hebdomadibus, statim veluti observando tempus recruduit. Ipsi paroxysmi flatulentis molestiis, vel obstructione, vehementi constrictione intestinorum, pectoris anxietate & continuo hypochondrii dextri dolore stipantur: & nec clysterum ope, licet ventrem subducant, mitigantur; nec topicis olim proficuis, veluti fuerunt spiritus vini camphorati, ac olea paregorica &c. consopiuntur. Excitantur illi plerumque vel a cibis incongruis, acidis, flatulentis, vel corporis refrigeratione, vel animi affectibus; & bilis subesse vitium, ructus amari, matutino explosi tempore attestantur. Anne denique acri monia quædam purpuracea, intestinis incumbens simul concurrat, & eo fine promotio transpirationis foret proficia? medicorum celebrium relinquitur dijudicationi.

Ulterior Relatio:

ANNUM est tempus, ex quo præmissa morbi historia fuit concinnata. Abhinc vero colicus affectus & crebrius rediit, & atrocius: & ante binos circiter me-

ses desit ejusmodi paroxysmus in iste-
rum, totum corpus, exceptis oculis, occu-
pantem. Hic vero paroxysmorum colico-
rum habuit rationem: namque hos sem-
per excepit, & dejiceps brevi tempore
evanuit. Consultus inde fuit D. D. W.
qui datis remedii id quidem effecit,
ut dolorificæ illæ intestinorum passiones
longe mitiores, licet eadem adhuc fre-
quentia, redire coeperint: at novissimis
tribus hebdomadibus longe graviores re-
cruduerunt. Namque non solum diutius,
& nonnunquam ultra triginta horas in-
haeserunt; sed etiam atrocioribus sym-
ptomatibus, insigni intestinalium atque
ventriculi torsione, ac tanta pectoris
constrictione, ut spiratio simul esset dif-
ficillima, stipatae fuerunt; & denique
quotidie fere recurrentes, perillustrem
ægrum lecto affixerunt. Singulom paro-
xystmum exceptit aurigo, brevi post ite-
rum evanescens. Hoc tempore continua
vexat flatulentia pariter ac alvi obstru-
ctio: & cibos, licet maxime molles ac
concocta difficiles, protinus insequitur
colica. Neque etiam minus ciborum ad-
petentia deficere incipit; hinc ab illis
ferme abstinet. Contra vero a potu ce-
revisæ nullas sentit molestias; nec a de-
cocto fabarum Coffee mane sorbillato,
quod vero a meridie sumtum excitat o-
mnino dolores. Somnus est interruptus,
corporis accedit decrementum, & animi
nimia sensibilitas. Præterea acutus ille
in hypochondrio dextro, tamquam he-
patis regione dolor, omnes paroxysmos
comitur, & absque ulla tussi aut an-
helitu gravi, sensibilissimos infert crudi-
ciatus: extra paroxystum vero nullus
ibidem sentitur dolor, nec ullus extrin-
secus tumor, aut durities. Si ad sinistrum
latus decubuerit, mitigatur paululum
ille dolor, & flatus etiam expeditius
redduntur: quod longe sit aliter, si
dextro incumbat lateri. Sinistrum por-
ro hypochondrium olim ab omni do-
lore immune fuit; jam vero novissimis
diebus eodem prehendi videtur. Nulla
tamen nec tabis coquendam, nec alicujus
rumoris adhuc præsto sunt notæ. Uri-
na sub dolorum tormentis mingitur pau-

ca, sed turbida, obscure rubicunda, &
sedimentum rubrum, saepius mucosum
deponit. Stercora sunt instar fecum alba,
& non nisi sumto laxante, paullum li-
vida adparent. Hemorrhoides nunquam
fluxerunt; sed venæ sectiones bis quotan-
nis circa utrumq; æquinoctium instituun-
tur, & ante paucos dies novissime san-
guis fuit missus. Denique haud ignorari
oportet, perillustrem ægrum capitis do-
lores, quos olim satis graves toleravit,
jamjam dum colica infestatur, nullos om-
nino pati; sed in eorum locum denitum
tormenta succederunt, quæ cum colicis
doloribus ita alternant, ut his adfligen-
tibus, illa sileant, & vicissim. Ceterum
omnes aversatur cibos, & iis assuntis
male habet. Quæcum ita sint, vero vi-
detur simillimum, omnia hæc sympto-
mata excretioni bilis impeditæ deberi;
& ab hujus effusione non solum intestinali-
rum constrictiones, verum etiam dolo-
res illos, dextrum hypochondrium oc-
cupantes, atque colorem auriginosum
proficiunt. Hinc etiam licet adhuc nulla
hepatis induratio fuerit præsto, justa ta-
men est suspicio, ne illa tandem conse-
quatur. Quamobrem operæ fore pretium
arbitramur, ut remota ex intestinali bili-
osa faburra, bilis excretio promoveat-
tur, tonus viscerum roboretur, ac præ-
fertim ventriculi digestio, quæ maxime
videtur labefactata, adjuvetur. Sed hæc
aliorum medicorum judicio relinquimus,
& doceri denique cupimus, anne in hoc
gravi malo ex usu aquarum mineralium,
& qualium, quoddam levamen expedita-
re liceat?

Epicrisis cum consilio.

MOrbus, qui describitur, non nisi est
colica spasmodica, cum ictero non
tam ex obstructione, quam potius constric-
tione ductuum biliariorum spastica ori-
ginem trahente, stipata. Liceat autem ex
hac morbi historia sequentes adnotare
practicas observationes.

1. Potus frigidus calenti corpori inge-
stus, adeo saepius omnem intestinali tor-
num destruere valet, ut eorum functiones,

ciborum concoctio, chyli separatio, excrementorum per alvum ejectio, quæ in statu naturali absque ulla perficiuntur molestia, simul & semel pessimum dentur. Hinc etiam nullum omnino est dubium, quin eadem causa praesenti malo primos supervenientem natales.

2. Sic inducitos veros dolores intestinorum adhuc magis auxit & sustentavit materia acris scorbutica, ad cutim subinde in forma purpurea devoluta. Notari etenim meretur, colicas ejusmodi spasmaticas, crebris insultibus per intervalla recurrentes, non semper crassis primarum viarum cordibus deberi; sed potius cruori inter vasa mesaraica & intestinalia stagnanti, eadem distendenti, & nerveas earum partium tunicas moleste afficienti se penumero in acceptis esse ferendas. Talis autem cruor, si particulis salsis, acribus atque rodentibus, quales purpuram gignunt, imbutus fuerit, dolores inducuntur eos sensibiliores. Quamobrem quoniam plures mihi innotuerunt casus, ubi purpura scorbutica, per refrigerationes, purgantias, ac animi affectus retroacta, graves induxit intestinorum dolores: qui protinus remiserunt, si efflorescentia illa purpuracea vi aucta transpirationis ad cutim denuo fuerit compulsa.

3. Notatu etiam dignus est icterus ille momentaneus, qui omnes colicos paroxysmos exceptit, & brevi tempore iterum evanuit; & minime a materia mucida aut topacea, poros vel ductus biliarios obstruente, sed ab eorum spasmatica dumtaxat constrictione originem traxit. Cum autem biliosus & amarus ille humor, multis sulphureis & alcalinis imbutus principiis insigniter adjuvat concoctionis negotium; liquidem assumentorum partes acidas contemperat, viscidas resolvit, excretionem alvinam promovet, & stercorea flavo induit colore: facile adparet ratio symptomatum, ex denegata bilis secretione propullulantium. Quod si enim biliarii ductus spastmo tenentur occlusi, ac bili aditus ad intestina præscinditur: illa per vasa lymphatica revehitur ad sanguinem massam; interim accumulantur ariditates acidæ in ventriculo ac intesti-

nis, horum membranas stimulant, dolores pariunt, & excrementa relinquuntur alba. Hinc etiam cessantibus spasmis illis atque doloribus, cessant etiam allegata symptomata, & ipse auriginosus color evanescit. Inde vero patet, quam sit facilissimum, ut icterus superveniat colicæ spasmaticae. Quod attinet denique dolorem illum, quem illustrissimus Comes in dextro percepit hypochondrio: ille meo quidem arbitrio ex spastmo, qui substantiam duodenii, quod transit cholidochus ductus, membranaceam occupavit, & abhinc per ductum cysticum ac hepaticum semet propagavit, suam traxit originem.

Quum igitur malum hocce in solo intestinorum vitio consistere videatur, & nec induratione hepatis, nec pedum tumore, nec denique hectico calore stipatum sit: spem foveo certissimam, fore ut adhuc curationi locus sit. Quæ ut recte instituatur, suadeo, ut per tres priores dies liquor meus anodynus mineralis, cum tinctura tartari, ac spiritu bezoardico Bossii permixtus bis quotidie adhibeatur. Mane videlicet oportet illum intra lectorum ex aqua vel fontana vel cerasorum nigrorum assumere, tum infusum calidum vel fabarum Coffee, vel ex millefolio ac liquiritia paratum superingerere, & inde sudorem expectare, vesperi autem ex sola aqua capere. Insignem enim virtutem obtinet, dolores ac spastmos sopiendi, humores stagnantes discutiendi, & faburrum purpuraceam per cutim eliminandi: quos scopos si impetraverimus, tum leniori laxante primas vias purgare conveniet. Quare opera erit pretium, mane undecim pilularum mearum balsamicarum deglutire, ac vesperi duos salis aperitivi scrupulos assumere: quibus per triduum adhibitis, iterum inistendum est usui liquoris anodini per tres dies, & denique repetenda denuo pilule: Sub epulis vero ex ultimo haustu 40. guttae Elixirii mei visceralis capiantur; & locupotus ordinarii acidula Selteriana aut sole, aut cum diuidia parte aquæ fontanae, & elæolaccharo ex oleo de cedro permixtae potentur. Hæc si minus suffici-

rint remedia, balneum aquæ dulcis, mane ac vesperi usurpatum commendo, cuius efficaciam deprehendi præstantissimam. Præterea rectam vietum rationem observare convenit, & hoc fine omnem corporis refrigerationem, animi affectus, vina austera, adstringentia, fructus acidos, atque cibos incongruos vitare; contra vero corpus, matutinis præsertim horis ad sudorem usque movere oportet. Quod si vero votis haud responderint hæc subsidia, tum nihil præstantius commendare possum, quam aquas thermarum Carolinarum molares cum debito regime potandas: has enim ante biennium in persona serenissima, colica spasmodica ex suppressis hæmorrhoidibus laborante, deprehendi fructuosissimas.

C A S U S XVIII.

De colica spasmodica convulsiva cum tumore, & dolore pedum per Carolinas sanata.

P Rinceps quidam serenissimus, annorum 38. temperamenti sanguineo-cholerici, habitus corporis plethorici atque succulenti, non solum crebris olim narium hæmorrhagijs, sed etiam febribus intermittentibus, passionibus hypochondriacis, cordis palpitationibus, & doloribus dorsi ac ossis sacri tensivis sæpius fuit obnoxius. Novissime elapso anno inciderat quoque in febre quartanam, cum qua tamen, superatis septem paroxysmis, felici eventu absque ullo adstringentium usu, in gratiam rediit. Sed sub præsentis anni auspiciis prehendebant imum ventrem tormina, atque teosivi dolores, quin etiam dorsum occupabant, & cum appetitus prostratione primum, & animi mœrore juncti, tandem in hæmorrhoidalē colicam desinebant. Hæc vero per tres dies inhærebat vehementissima, cum acutissimis tensionibus, atque lancinacionibus abdominis, ad dorsum usque protensis; urgebant status, & non nisi per superiora eructabantur; accedebant suffocationes hypochondriacæ, & inanes ad vomendum conatus, sæpius ipse vomit-

tus. Dabantur protinus remedia temperantia, carminativa temperatissima, essentia dulcis Hallensium, cum quadam essentia balsamica mixta; injiciebantur enemata ac suppositoria: sed tertio demum die remittesbant paululum symptoma. Adplicabantur subinde ex alumine paratum suppositorium: quod sequebatur crux per alvum excretio, quæ per aliquot dies inhærebat, & serenissimum ægrotum ab omnibus liberabat doloribus cum perfecta convalescentia. Sed sequenti mense cum novilunio immineret, recurrebat eadem colica cum pristinis symptomatibus; quid? quod dolores intestinorum, suffocationes hypochondriacæ, atque vomitus longe vehementiores fuerint. Hæc iterum per aliquot durabat dies; & propinatis prioribus remediis, nec non laxante mannato & pilulis polychrestis, erupit denuo sanguis per venas hæmorrhoidales. Tum accedebant copiosæ alvi dejectiones, illaque multa mucosa reddebatur saburra: sed simul omnes dolores evanescerant: redibat somnus ac ciborum appetentia, & abhinc optime habet serenissimus, nisi quod circa lunæ mutationes adhuc leviora imi ventriculi sentiat tormenta. Cum autem vererentur medici, ne, nisi hæmorrhoidalis evacuatio rite succederet, colici dolores sæpius reciderent; in hisce præcavendis, & illa promovenda opera duxerant pretium, ut singulis mensibus, luna decrescente pilule polychrestæ, tempore vero intermedio remedia tonico-nervina, veluti tintura vitrioli martis Ludovici, essentia millefolii &c. adhiberentur; & subinde circa utrumque æquinoctium vena non in brachio, sed in pede, more hactenus sueto incidetur. Neque tamen minus tuum, Vir Illustris, tam præservatorium, quam curativum flagrant consilium; & potissimum scire cupiunt, num in hocce casu acidulis Egrænis, aut thermis Carolinis, quas illis præferti serenissimus, cum fructu uti licet; & qua ratione illæ sint usurpandæ?

C O N S I L I U M .

Quantum ex iis, quæ mihi de adversa serenissimi principis valetudine, prescripta sunt, sedulo mecum perpensis judicare potui; dolores illos, qui hactenus aliquoties occuparunt intestina, omnino a cruro intra nervosas, & admodum sensibiles intestinorum tunicas stagnante originem trahere, & hinc non men colicæ sanguineæ, aut cum soluti fuerint hemorrhoidalí fluxu, hemorrhoidalis potius omni jure mereri arbitror. Neque enim defunt varia cauſæ, quæ hunc affectum generare potuerunt, cuius cauſa proxima semper est humorum abundantia. Has inter primum se offert temperamentum sanguineum; quod sicuti ad molem sanguinis fovendam admodum est opportunum; ita etiam ansam dedit narium hemorrhagis, quas serenissimus olim sèpius toleravit, & quibus deficientibus, procul dubio capititis doloribus laboravit. Non minus etiam notari meretur habitus corporis plenus & spongiösus: cui quin accesserit diæta lauta, atque vinoſa, plethorae fœcunda nutrix, extra omne possum credo dubium. Ipse vero colicus, ab humorum stagnatione oriundus morbus illi potissimum ætati proprius est, in qua degit princeps serenissimus. Hisce enim annis hemorrhoidalis excretio in subjectis plethoricis exumpere observatur: quæ si ob vas in testini recti exiliora, vel alias-cauſias, felici destituatur exitu; haud fieri potest, quin crux in vasis intestinorum, maxime coli, quod prope ad dorsum situm est, subsistat, stagnet, & inde pressionis, tensionis, ac lancingationis tensum inducat. Præterea etiam intestinum rectum in spasmorum societatem rapitur, & constrictum nec flercoribus, nec flatibus transitum permittit: hi ergo una cum humoribus ad superiores corporis partes compulsi, anxietatem praecordiorum, inflationes cardialgicas, nauseas, vomitus, in quibusdam etiam mentis perturbationes, aliaque progenerant symptomata. Sed debe-

tur quoque in præsenti casu febri quartanæ, brevi debellatæ quædam animadversio. Molesta equidem est hæc febris, si diutius inhæreat: at in subjectis plethoricis, quæ multo, atque spissò sanguine pollent, & sèpius obstructione quadam vasorum minimorum laborant, insigne ad has resolvendas, & crux attenuandum constituit remedium. Hinc etiam non penitus negarem, quin & illa tam brevi tempore sublata ad inducendam colicam eminus quasi contribuerit.

Quamvis igitur atrox illud malum hactenus satis provide ac convenienter blandis laxantibus, clysteribus atque carminativis fuerit oppugnatum, nec non debellatum: recte tamen eo studuerunt medici, ut peterent consilium præservatorium, ne illud iterum invalefcat. Quo quidem scopo consultum duco, ut protinus septem vel octo crux unciæ ex vena in pede tusa detrahantur: quod si enim parcior sanguinis mittatur copia, frequentissime fit, ut major insequatur humorum ebullitio. Sed pridie ante venæctionem, mane & que ac vesperi pedes in pediluvium ex aqua fluviatili, & furfuribus triticeis paratum sunt immittendi; quo partim humores reddantur fluxiliores, partim ad inferiores partes magis invitentur. Eo autem tempore probe vitandus est aer frigidus, & fugiendi cibi flatulentis ac concoctu difficiliores. Deinde alvi lubricitati städere convenit; quam minime pilulis, quæcunque etiam fuerint, moliri licet: quippe quæ humorum adfluxum ad intestina provocant, & horum dolores magis exacerbant. Præstat potius huic scopo vel clysteribus facere satis, vel potiuncula manna, quæ sic parari potest: Recipe mannae electæ uncias duas, tremoris tartari drachmam, aquæ florrum acaciæ uncias iex, coque & solve leni calore, colaturæ edde olei de cedro guttas quinque. M. F. potio, quæ prouta dosi, interponendo potum decocti avenacei, oleo amygdalarum dulcium nupti, quandoque eti assumenda. Tum eo respiciendum suadeo, ut humorum ebullitio conspiatur, & spasmaticæ

intestinorum strictræ demulcentur : quibus scopis impetrandi egregie infer-
viet pulvis præcipitans, & Elixirum car-
minativum antispasmodicum, liquorem
meum anodynum continens. Ille nimi-
rum pondere duorum scrupulorum ex a-
qua florum sambuci aut ceraforum nigro-
rum brevi ante prandium capiatur ; hoc
vero guttulis quinquaginta & mane ex
infuso Theebois, & vesperi ex potu or-
dinario assumatur. Non minorem virtu-
tem præstabit liquor meus anodynus so-
lus, si ingruente denuo malo, aliquo-
ties de die guttis quadraginta ex aqua
quadam destillata adhibeatur. Ceterum
pro potu ordinario nulla convenit in hi-
fice morbis cerevisia : sed consultius erit,
præter vinum Rhenanum, sequenti de-
cocto, quod grati saporis est, uti : Reci-
pe rasuræ cornu cervi, radicis scorzone-
ræ, anauncias quatuor, salsaparilla un-
eias duas, cichorei unciam, seminis fe-
neciuli unciam semis. conc. cont. D. S.
species, quarum binæ unciae cum tribus
aquæ mensuris per tres horæ quadrantes
sunt decoquendæ. Quod viatum attinet,
ante omnia cavendum est ab animi affe-
ctibus, & refrigerationibus, maxime
abdominis atque pedum ; his enim refrig-
eratis, protinus intestina spasmis con-
trahuntur ; & contra intestinis convulsis,
statim perfrigescunt pedes. Quare etiam
ineunte potissimum vere corpus leviori
vestitu haud sit indutum, ne transpiratio
impediatur. Qum autem denique non
possit perfecta mali sanatio expectari,
nisi sublati omnibus, quæcumque adhuc
fuerint, stagnationibus, & qualis humorum
circulus restitutus, atque legitimus fluo-
ris hæmorrhoidalis, in hifce tempera-
mentis admodum salutaris successus pro-
vocatus fuerit : non efficacius atque præ-
stantius ad hos fines obtinendos mihi sup-
petit præsidium thermis Carolinis, ea-
rumque tam ordinatiis, quas den Brudel
vocant, quam molaribus aquis, interne
usurpandis. Harum autem potationi cum
præsens tempus minime sit opportuum,
insistendum interim erit commendatis re-
mediis ; & si demum artiferit, acceden-
te Majo thermis illis uti, tum proponam

rationem, quomodo cum fructu potari
poterunt.

*Relatio de modo adhibendi ther-
mas Carolinas.*

SImul ac serenissimus princeps accele-
rit ad fontes Carolinos, elapsa die,
qua corpus ab itinere defatigatum reficia-
tur, primæ viæ a fôrdibus, quas forsan
continent, sunt repurgandæ, vel pilulis
meis balsamicis, vel iisdem in naturis
segnioribus paullulum acuatis, vel po-
tiuncula quadam mannata, prout nim-
rum hæc vel illæ ipsi magis videntur con-
venientes. Tum vero reperiuntur ibidem
duplices thermæ ; quarum priores ordi-
narîæ, quas den Brudel dicunt, pene-
trantes, fervidiores sunt, & multum ter-
ræ calcareæ ac alcalinæ, quam ad cana-
lem copiose deponunt, secum vehunt.
Deinde sunt aliæ aquæ, molares adpel-
latæ, quæ illis tepidiores, atque levio-
res nec ochram talem calcaream fovent ;
attamen eadem evacuandi possent effi-
cacia, & ante duodetriginta annos a me
primum in usum vocatae sunt. Quemad-
modum autem curatio hifce thermis insti-
tuenda, tribus plerumque absolvi solet
intervallis : ita prioribus binis vicibus
potationem molarium commendare su-
vi, quæ humores reddunt fluxiores, va-
sa minima reserant, & capiti pariter ac
nervis amicæ, nullam unquam pariunt
sonnolentiam ; tum autem tertia vice
adhibendas aquas priores ordinarias per-
mitto. Eadem ratione serenissimo nocte
congruam fore hanc curationem arbitror:
nimirum operæ erit pretium, ut evacuat-
is per alvum fôrdibus, prima die aquarum
molarium decem vascula, prout ibi-
dem locorum adhibentur, matutinis ho-
ris inter ambulandum assumat ; altera
sedecim ; tertia viginti quatuor potet ;
quæ nisi quater vel quinques alvum du-
xerint, postridie triginta hauriat, & de-
nique illum vasculorum numerum, ex quo
alyus quater redditur, per omnes reliquos
dies retineat. Elapsis sic quinque diebus,
per duos sequentes a potu aquarum absti-
neat, & harum ultima septendecim pi-

lularum mearum balsamicarum adhibeat. Postridie continuet iterum aquam eadem quantitate per sex dies potare; quibus finitis, interponat denuo duos dies, & sumtis iterum pilulis, per infrequentes septem dies, thermas ordinarias, *der Brudel* dictas, eadem ac priores copia bibat; & denique curationi per adhibitum rursus laxans finem imponat.

Sed observandæ in hac medicatione sequentes probe sunt cautæ. Primum quidem haud est consultum, thermas illas molares, more solito, vasis apertis, quæ linteis dumtaxat obtegunt, excipere: ex his enim spirituosum aquarum eorum principium, quod est efficacissimum, facillime evaporat. Præstat potius, ut juxta ipsum fontem lagænis, in quibus acidulæ Tonstadianæ aut Egranæ assertantur, per infundibulum excipientur; in iis probe munitis detineantur; earumque dimidia dumtaxat hauriatur portio; quoniam reliqua magis inertior deprehenditur.

Deinceps cum aquæ illæ molares, ceu tepidiores, quibusdam moveant nauseam; melius est, ut lagæna ipsiæ repletæ vel in aquam ferventem, vel thermas ordinarias, quæ natura suæ fervidissimæ, imponantur, & sic in usum vocentur. Sub ea potatione brevi ante singulas epulas, sexaginta guttula Elxirii stomachici atque balsamici, ex aqua vino nupia sumendæ sunt. Nec opus est aliis remediis, nisi nova accesserint symptomata. Quod si vero aqua intra corpus subfliterit, & flatulentiam excitaverit; tum e re erit vel salis ex thermis ipsiæ præparati drachmam unam ex primo haustu adhibere; vel anno clysterem carminativum, stimulo salino acuatum, infundere. Balneorum usum commendare non possum, quoniam ha thermæ adstringentes sunt, poros cutis occludunt, & hinc subjectis, quæ ad spasmos, dolores colicos, & tensiones hypochondriacas prona sunt, minime conveniunt.

Aliter se res habet cum balneis Toepli censibus, quæ vocant *das Furstenbad*, & in affectibus nervorum dolorificis, maxime qui a corporis refrigeratione profici-

scuntur, eximiam exserunt virtutem. Nec alienum erit, finita Carolinarum portatione, ad balnea hæc accedere; & purgato per sal Sedlicense corpore, is per novem dies uti. Singulo nimirum mane descendere solent in tale balneum, & eidem per tres circiter horas quadrantes immorari; tum lectum petere, in illo, hausto infuso calidiori, leniter sudare; & denique corpus linteis calidioribus fricandum præbere.

Quod vero ad victum pertinet sub ipso thermarum potu; feligendi præ aliis sunt cibi molliores, & concoctu faciles; fugienda poma & acetaria; interim edulia, lucco citri permiscere licet; sed cœna sit parcissima. Inter potus optimum est vinum Burgundiacum, cum duabus acidularum, quæ ibi scaturiunt, & vocantur *der Buch Saverling*, partibus permixtum; neque minus Rhenanum vel Hungaricum potare licet. Præterea cœvisia Schnbergensis, aut decoctum ex cornu cervi, radice scorzonera, & aniso stellato paratum sub epulis bibi potest. Intervim nihil certi determinare audeo: cuiuscunque enim potui vel vino, vel cœvisario quis est suetus, & ex quo bene habet, illum quoque pro ordinario retineat. Circa aeris usum notari meretur, quod omnis frigidus, vespertinus omni studio vitari debeat, nec post solis occasum sub libero cœlo versari liceat: inde enim multas in corpus redundasse noxas observavi. Neque tamen minus corpus moderate mouere oportet, quod vel mane, vel hora pomeridiana quarta vel quinta, aut ambulando, aut curru vel equo vehendo commode fiet.

Haud denique ignorari debet, quod ii, qui podagra laborant, sub harum thermarum portatione plerumque malorum suorum experiantur exacerbationes; quæ vero, cum leviores sint, ab ulteriori potu minime deterrent ægrotantes. Contra ubi inciderint forsitan febriles commotiones, abstinendum a potu, & adhibendi pulveres absorbentes & nitrosi, aut emulsiones ex aquis analecticis, & seminibus quatuor frigidis majoribus confectæ.

Re.

Relatio de successu curationis.

Postquam serenissimus æger thermis Carolinis methodo præscripta usus fuerat, & ex his felicissimo cum successu majus virium & appetitus incrementum, tumoris autem in pedibus sublationem impetraverat: ad confirmandam ulterius sanitatem, sequens suppeditavi consilium præservatorium. Cui cum morem geret, tam a dolore vehementi colico-convulsivo, quam rheumatico partium externarum affectu liberatus, perfecte convaluit.

Consilium Præservatorium.

Exposuit nimirum princeps serenissimus judicio meo aliquot quæsiones de tuenda illius valetudine; quarom hæc est prima: Anne obrurum pedumve tumorem, qui per quinque menses continuus fuit, consultum sit, venam secare in pedibus, anne potius illam in brachio tundere præstet? Videtur equidem ad præservandum præsentem morbum summe necessaria ac inevitabilis venælectio: cum serenissimus temperamento gaudeat ad ingenerandum sanguinem admodum prompto, & sola humorum copia, exitu per venas sedales destituta, & intra nervas intestinorum tunicas stagnans, spasmodicarum, quas hastenus toleravit, passionum unica existat causa. Verum enim vero cum partim morbi diurnitate, partim reliqua curatione ac thermarum usu satis imminuta videtur moles sanguinis: extra omne positum est dubium, quin jamjam magis ad viscerum, præfertim ventriculi ac intestinorum atoniam sit respiciendum. Præter habitum enim corporis spongiosum, quia subeundam atomiam insigniter est proclivis, ipse diurnus morbus ac cerebri dolores totum nervorum genus admodum debilitarunt: ut ideo humores, non quidem ob nimiam molem, sed potius partium solidarum imbecillitatem, tardius circulentur, & hinc in pedibus stagnantes, horum inducant tumorem.

Quamobrem futuro autumno omittemus esse puto sanguinis missionem; quæ debilitatem partium solidarum, maxime ventriculi jam magis adaugebit, transpirationem remorabitur, & omnia plane exacerbabit symptomata. Quod si vero reciderit forsan dolor colicus, atque spasmoidicus; arrideret mihi potius hirudinum adplicatio, qua stagnans in intestinis crux, brevissima pariter atque tutissima via eliminabitur. Adventante denique vere, si refocillatis viribus, naturæ robur fuerit restitutum, ac tumor pedum evanuerit; tum feliciori successu vena in pedibus iterum secabitur.

Ad alteram quæsitionem: Num in tanta crurum, pedumve debilitate, si a rubore fuerit vacua, liceat spirituosa adplicare; eo magis cum talia in simili affectu pedum ante aliquot annos fuerint adhibita eo effectu, ut per biennium & quinque menses remiserit intumescens? omnino sum persuasus, externa roborantia ad conforrandos pedes insigniter fore proficia; quo scopo aquam arquebusad cum linteis calidis adplicandam commendo. Et si tertio queritur: quænam remedia ad colicam pariter, atque pedum affectionem præcavendam sint idonea? non mihi præstantius suppetit præsidium, quam pilulæ meæ balsamicæ, numero quatuordecim cum pulvere precipitanter nitrolo singula septimana vesperi assumenda: quo iisdem sordes primarum viarum biliose, atque viscida perpetuo eliminantur. Neque etiam minus insignem spondet utilitatem Elixirum meum stomachicum, 40. guttulis ex ultimo sub epulis haustu capiendum; quod roborando ventriculum, concoctionem adjuvat, & ideo ad generandum legitimum chylum, atque bonum sanguinem permoltum contribuit.

Tum quoque juxta quartæ quæsitionis argumentum: an futuro vere in osum sint vocandæ quedam acidulæ? utique commendo Selteranas vel Schwalbenses. Præterea non ludetur opera, si loco potus ordinarii Selteranae aquæ cum binis vini Rhenani partibus permixta adhibeantur. Quod porro quintam quæsitionem: an proficuae sint pilulæ? attinet; illas, si ære

purgans soverint, minus omnino salutares credo, cum majorem humorum ad intestina affluxum invitare, & hæc magis debilitare deprehenduntur. Contra vero balsamicæ pilulæ, veluti meæ sunt, tantum abest, ut noxiæ existant, ut præter vim blande laxantem, ventriculum roborent cum successu felicissimo.

Et denique si sextam questionem in-tuear. Quænam remedia ad avertendam podagram, arthritidem, & alias pedum crurumque affectiones sint opportuna? huic quidem ex aliqua parte in responso ad tertiam questionem jam satisfeci; partim vero haud consultum mihi videtur, multis variisque pharmacis naturæ sue-tudinem inducere. Hic potius finis per-tinaci vietus observatione impetrabitur: summo enim studio omnes animi affectus, cibos flatulentos, dulces, acidos, poma, lacticinia, potus calidiores, spi-rituosos, aeremque frigidorem evitare convenit. Contra vero cibi sunt molliores, jusecula; œcena parciors; omnia edulia probe masticentur; mane sepius post haustum in lecto calidius infusum expectetur lenis sudor; & denique cor-pus moderato exercitio sœpe moveatur. Et hæc sunt, quæ in salutem serenissimi agrotantis proponenda duxi; quæ Deus fausta reddat, ac salutaria ex ani-mo precor.

C A S U S X I X .

De Colica spasmodica chronica cum calculo vesicae felleæ conjunctæ.

VIR quidam quinquagenarius, tem-peramenti sanguinei, a prima serae juventute sè penumero tolerare suavit dolores colicos, qui quidem ve-hementiores, sed breviores semper fue-runt; & ante duodecim circiter annos rarissime, & vix semel quotannis re-dierunt: quo vero tempore alvi per-pe-tua laboravit fegnitie. Quatuor abhinc annis facto itinere, ex improviso ve-hementissimam rursus incidit colicam, atrecissimis in regione hepatis stipatam doloribus. Datis convenientibus medi-

cinis remiserunt quidem hæc tormina; sed vix elapsò mense atrocius recruduerunt. Hinc consulti sunt plures cele-berrimi medici; neque vero impedire potuerunt, quo minus malum per satis longum tempus, crebris recideret ac-cessionibus. Et quum denique solius D. D. W. medicamina adhiberentur; isque non nisi martialia exhiberet: adeo increvit morbus, ut æger lecto plane af-fixus, singula hebdomade violentum-pateretur paroxysmum, sepius ultra triginta horas inhærentem. Hunc demum aurigo insequebatur, cum insigni corporis languore, assiduisque circa re-gionem hepatis, atque cordis scrobicu-lum doloribus conjuncta; quam evanescensem denuo excipiebat colicus insul-tus, & sic per aliquod tempus alterna-tum sibimet invicem succedebant hi duo affectus. Protracto remediorum a D.D.W. præscriptorum usu evanuit demum iterus, sed colica nihilominus singulis quatuor vel sex redit hebdomadibus. At vero cum tribus abhinc annis, iter facere, & illud, licet colico dolore pre-henderetur, nihilo tamen minus curru celeriori inter ingentes corporis concus-siones continuare deberet: factum est, ut omnis dolor remiserit, & ab illo tempore non nisi rarissimus, atque mi-tissimus reciderit. Circa æquinoctium autunnale præteriti anni autem post institutam more sueto venæfectionem, æger prævia refrigeratione dolorem rur-sus in hepatis regione sentire coepit; qui subinde in ipsam defit colicam, elapsis sedecim horis sublatam. Postea filuit per totam hyemem; at versus vernale æquinoctium dolor iterum in regione hepatis ac cordis scrobiculo magis obtusus, quam acutus recruduit; quem, misso pro more ex vena san-guine, protinus exceptit colica passio. Hæc quidem non adeo vehementis fuit; sed appetitus immitionem, carnium ac juseculorum fastidium, ac tantam vi-rium prostrationem reliquit, ut per bi-nas hebdomades intra lectum commo-rari teneretur.

Quanquam vero usurpatis a D.D.W.
com-

commendatis remediis obsecundaret aliquantulum morbus: attamen adhuc restant languor corporis, virium decrementum, adpetitus jaetura; color vultus ante floridus commutatur in luridum atque lividum, & pedes juxta malleolos intumescere videntur. Quare cum remedia illa, maxime martialia haud satisfacerent votis; illis missis, alia a quodam Medico proposita, quæ inter infusum rhabarbarinum fuit, in usum vocata sunt: & ex his colica pariter ac dolor in hepate remiserunt: sed ciborum adpetentia remanet exigua, & flatus assidui urgent. Hancce vero affectionem, quæ nullo unquam extrinsecus tumore aut induratione stipata fuit, multi medicorum pro scirro, saltem infarctu hepatis, ex calculo in cylide fellea suborto habuerunt; & acidulas, tanquam unicum salutis subsidium commendarunt. Contra alii harum usui plane non subscribunt, easque in laesione tam nobilis visceris admodum periculosas reputarunt.

C O N S I L I U M.

POstquam omnia morbi, cuiuscausa consultus sum, symptomata, & præsertim pallidum vultus colorem, pedum tumorem, virium atque adpetitus prostrationem rite mecum perpendi: mox conjecti, ægrotantem nostrum cachectica corporis constitutione laborare coepisse. Huic procul omni dubio primam occasionem dedit hepatis infarctus, a sanguinis per illud ac alia imi ventris viscera tardiori circuitu inductus: quo non solum biformis humor spissior fuit redditus; verum etiam in calculosas demum concretiones, cum cylindri felleam, tum ductus hepatis biliarios obsidentes abiit. Inde enim dolorum in regione hepatis ratio liquet, & ob nervi intercostalis cum ventriculo, vesicula fellea, ductibusque hepatis biliaris communicationem cardialgia, nec non alvi segnities, & denique a bile in massam sanguineam retrocedente, auginosus color supervenerunt. Quando vero iuccorum vitalium tardior per hepar progressus est, non fieri potest, quin illi

ad partes vicinas, maxime nerveas intestinorum tunicas regurgitantes, sensibles hasce partes distendant, & ad spasmaticas stricturas proritent: unde etiam intestinorum termina suos mutuantur natales. Quibus sic se habentibus, cum obhepar infarctum, legitima bilis secretio, nec congrua cum alimentis permixtio locum inveniat; hinc autem nec laudabilis chylus, nec bonus sanguis generari queat: facile patet, quæ sequuntæ caæchiae sit ratio.

Quæ cum ita sint, quæssio incidit: num in hilice morbis pro sint remedia martialia? Meo quidem arbitrio, ea rite præparata liquida, veluti sunt tinctura martis Zwælfseri, tinctura martis cum succo citri, aurantiorum, vel pomorum Borsdorffianorum concinnata, omnino locum inveniunt, maxime si medicinis amaris, resolventibus permixta, cum sufficienti diluentium quantitate exhibeantur, & motus corporis conjungatur. Contra vero eadem vel in pulvere, vel absque sufficienti liquidorum potu, vel denique parco corporis motu usurpata, humores magis inspissant, majusque inferunt detrimentum. Quod deinceps attinet ventrationem; ea videatur eo convenientior, quo magis ipsi adsuevit jam ægrotus. Neque etiam est alienum, in colica hemorrhoidali, aut quæ a sanguinis stagnatione circa intestina ortum traxit, sanguinem per venæ incisionem, aut quod utilius observatur, Hirudinum adlicationem detrahere. Verum enim vero ubi, præter hepatis infarctum, atque spasmos & dolores intestinorum, horum tonus jam labefactatus, digestio alimentorum lassa, & virium jaetura præsto fuerit; ut quidem in praesenti casu deprehendimus: neutiquam subscribe venæ sectionis usui; sed ab illa majus metuo damnum, quam emolumentum.

Quare potius ad debellandam hanc gravem ægritudinem, eo meum tendit consilium, ut ægrotus per integrum mensem acidulis Egrantis, sed tepidioribus utatur. Ante harum autem usum per aliquot dies, sumitis mane pariter ac vesperi centum guttis sequentis animæ rhabarbari, corpus,

pus purgare convenit: Recipe rhabarbari Alexandrini pulversati unciam dimidiā, salis tartari, terrae foliatae tartari ana drachmam, aqua ligni sassafras destillatae uncias duas. M. & digere leni calore. Deinceps sub epulis ex ultimo hauſtu, atque vespere cubitum iturus æger sumat sexaginta Elixirii visceralis guttulas: ceterum a cibis durioribus, acidis, salitis atque flatulentis abstineat, animi affectus fugiat; corpus ſepiuſcule moveat, atque crebris iuſculis cum ſcorzonera, ci-choreo, & jure carnium gallinacearum aut vitulinarum paratis utatur. Quoniam porro in hisce morbis nihil convenienti potu est fructuosius: hujus in locum commendo, vel Selteranas acidulas vino nuptas, vel hocce decoctum: Recipe rafuræ cornu cervi, radicis ſcorzoneræ ana uncias ſex, radicis ci-chorei, ſceniculi ana uncias duas, corticis ligni sassafras, ſemini ſceniculi ana unciam dimidiā. C. C. F. species, quarum unciae duæ cum tribus aqua mensuris, ac paſſularum Corinthia carum manūpulo uno tres horæ quadrantes ſunt decoquendæ. Contra colicas ac flatulentas molestias non opportunius mihi ſuppetit præſidium, quam liquor meus carminativus, anodyno nuptus, & mane vel vespere quinquaginta guttulas exhibendus. Et extrinſecus denique parti dolenti adpiſcandum ſuadeo hoc emplastrum: Recipe emplastri de meliloto unciam, camphoræ, croci ana drachmam. M. l. a. emplastrum.

APPENDIX.

Prius quam commendata a me remedia in uſum vocasset æger, conſuluit adhuc alterum, eumque haud incelebre medicium; cuius haec fuit consultatio.

Ex transmissa morbi historia probe intelliſxi, virum quinquagenarium, temperamenti ſanguinei, colicis iuſoltibus a prima quidem juventute obnoxium, novillimis autem aliquot annis maxime infestatum fuiffe. Hisce enim ante quatuor circiter annos non ſolum accedit moleſtus in hypochondrio dextro dolor; verum etiam paullo post iherus ſupvenit; qui

adhibitus quibusdam remediis iterum evanuit. Abhinc ſiluerunt equidem colici dolores per ſatis longum tempus; at noviffime circa bina æquinoctia poſt inſtitutas venæſectiones, recruduerunt, non tanta vehementia, quanto potius corporis languore ſtipati. Sed his quoque mitigatis ſuccederunt denique, & adhuc in hærent flatulentia, virium decrementum, color faciei luridus, pedumque aliqualis, forſan edematofa intumefientia.

Optassem vero, ut adhuc allegatum fuſſet, utrum æger nunquam toleraverit hæmorrhoides, anne colicæ nuper cum iherio complicatae ſupervenerint vomitus; & quaꝝ jam ſit urinæ conditio, an reddatur ſufficiens, numque ſatis tincta ſit, an potius lixiviosa? Interim quantum ex jam dictis colligere licuit, præfentem morbum, qui radicatus, habitualis, & niſi hereditarius, ſaltem connatus, hinc curatu videtur diſcillimus, pro colica bilioso ſcorbutico-hypocondriaca, eaque periodica habeo: cujuſ ſedem in hepate, ejusque parte concava pariter ac in intestino duodeno colloquandam arbitror; iſumque ab impedito hæmorrhoidum fluore ſuſtentari, nullus dubito. Neque vero adhuc ipſum ſcirrhum hepatis, aut calculum in vesica fellea ſuſpicor; ſed infarctum dumtaxat inſigniorem ſubeffe credo; de quo, cum crebris colicæ recurſibus ventriculi robur labefactatum, di-geſtio deſtructa, & ideo laudabiles ſucci videantur corrupti, valde metuo, ne tandem cacoehymicum, cacheoticum ſtatutum, & hinc plane hydropem, tympanitidem, febrem lentam & iherum, nigrum poſt ſe trahat. Quamobrem conſultum omnino duco, ut jam in curatione omnia purgantia, evacuantia, venæſectiones, nitroſa, martialia, aqua miuerales, aliaque potentiora remedia fuſgiantur; & in horum locum blandiora balsamica, aperitiva, amara, rhabararia, adhibeantur. Idcirco accommodatissimam puto ſequentem medicationem, per tres ad minimum hebdomades in uſum vocandam. Primum nimirum vehementer commendo ſaponem quendam balsamicum, cujuſ D. BIANCHI,

celebris Italorum medicus in sua *historia hepatica* pag. 320. meminit, tanquam præstantissimi hisce morbis remedii, & qui sic se habet.

Recipe cinerum absynthii, juniperi, agrimonæ ana manipulos quatuor, cum sufficienti quantitate aquæ fontanæ fiat lixivium forte, in cujus mensuris sex coqueradicis rubic tinctorum, silicis ana uncias duas, bardanæ uncias tres, foliorum marrubii albi manipulos tres, florum centaurii minoris manipulos duos. Colatura coquatur s. a. cum sebo bovillo ad consistentiam smegmatis, adjiciendo sub finem croci austriaci pulverisati scrupulos duos: effundatur in capsulas ligneas, & asservetur usui. Hujus saponis drachmam unam, in infuso rhabarbarino, cui sit addita herba trifolii fibrini, solutam singulo mane capiet æger. Deinceps sub epulis ex vino sumet quinquaginta guttas Elixirii balsamico-stomachici, quod sic se habet: Recipe Elixirii aperitivi Clauderi drachmas sex, essentiæ corticis cascarillæ, spiritus salis ammoniaci anisati ana drachmas duas, tincturæ rhabarbari unciam dimidiam. M. D. ad vitrum. Non minus inter pastum pro primo haustu sequentis infusi vinosi, quantum sexta mensuræ pars capit, adhibeat: Recipe radicis enulæ, pimpinellæ albae, caryophyllæ ana drachmas sex, herbeæ marrubii albi, hepaticæ nobilis, agrimonæ cum floribus ana manipulum, florum hyperici, salvicæ ana pugillum, cinnamomi optimi drachmas duas, corticum citri & aurantiorum, ana no. 1. C. C. D. S. species, quæ linteo inclusæ immittantur lagænæ, & infundantur cum duabus vini Rhenani mensuris. Hoc infusum in cella asservare oportet; & tum quotidie tantum vini iterum affundendum est, quantum infusi sub epulis potatur. Vespere autem cubitum iturus æger de conserv. spagy. aug. quantum duo cultri cuspides capiunt, affumat. Nee iudetur opera, si singulis quatuor aut octo septimanis, maxime si quedam hæmorrhoidum apperuerint vestigia, loco venæ sectionis tres vel quatuor hitpñdines adplicantur, iisque quatuor vel quinque crux detrahantur un-

ciae: ac denique crebri infundantur a no clysteres, qui ex mucilagine hordei, butyro, & syrapi de cichoreo cum rhabarbaro uncia una sint composti. His adhibitis, si ea deprehendatur corporis consti-tutio, quæ usurpandis aquis mineralibus idonea est, operæ erit pretium, interje-ctis aliquot hebdomadibus, thermas Ca-rolinarum molares in usum vocare, ea quidem methodo, quam illustris HOFF-MANNUS *Med. Consul. Tom. I.* pag. 260. suppeditat, & quæ præsenti libro *Sect. I. Casu XV.* pag 65. seqq. exhibe-tur. Tandem vero nunquam non rectam vivendi rationem servare oportet: hinc omnes cibos crudos, frigidos, acidos, salitos, similagineos, aromatisatos, fumo induratos, flatulentos, concoctuque difficiles; nec non potus spirituosos, vi-na adulterata, cerevisiam recentem, ni-mium usum infusorum calidiorum Coffe, vel succoladae; & denique vitam ni-mis sedentariam, ac multas meditatio-nes evitare convenit. Contra vero haud alienum erit, sub epulis unum vel alterum haustum vini Burgundiaci, vel Tokaviensis assumere; & denique loco po-tus ordinarii decoctura ex ligno sassafras, sarsaparilla, corticibus citri, semine se-niculi, cinnamomo & cascarilla paratum adhibere.

Judicium Medicum.

Postquam præmissum celeberrimi co-jusdam medici consilium meo quoque ju-dicio fuit expositum: non possum, quin profitear, medicum illum caussas ac ori-ginem præsentis morbi optime perspe-cile, neque cum illo ex omni parte sentir. Neque etiam habeo, quæ circa com-mendata ab ipso remedia moneam: quam-vis enim aquas minerales non omnino laudare videatur: attamen, cum post absolutam curationem aquas molares laudeat, vero est simillimum, ipsum utique vereri, ne absque eorum usu viscerum ob-structiones ac infarctus solis remediis om-nino tolli nequeant. Ego vero longe con-sultius fore puto, si acidulæ Egranæ te-pidiores, sub ipso reliquorum medicami-num

num rhabarbarinorum, amarorum & visceralium usu simul bibantur; & tunc efficaciam earundem longe præstantiorum credo. Ceterum ex ipsa agrotantis constitutione a præsentibus medicis dijudicandum erit, quantum propositarum aquarum quotidie potare, & quamdiu earum potionem protrahere debeat.

CASUS XX.

De colica flatulenta cum dolore nephritico.

Vix quidam summa dignitatis, sexagenario major, a juventute sua sub multis corporis defatigationibus, robusta ac admodum vegeta constitutione gavisus, temperamenti cholerici, staturæ proceræ, per longum satis tempus prandere dumtaxat, atque cibos minus masticatos eximia aviditate, ac larga quantitate devorare; eas vero die veneris, quæ ferias esoriiales celebrat, non nisi vesperi assumere suavit. Præterea sub epulis preter vinum Rhenanum, quod extra convivium modice bibt, cerevisiam tritescam, quæ hic locorum non adeo bona non æxistit, potare; meridianum tempus sedendo, scribendo, legendo vel ludendo consumere; loco cœnæ modo non minstam cerevisiam sorbere; & hora plerumque undecima lectum petere soluit, somnum corpore minus testo capiens. In tali rerum statu ante aliquot hebdomades suauis cujusdam curam præservatoriam cum acidulis Selteranis instituere cecepit; quæ quidem prioris diebus imi ventris inflationem, & quandam inter ambulandum spirandi difficultatem induxerunt; postquam autem per urinam rite abierunt, cum euphoria potæ sunt. Sub eaurum potatione larga quidem cibos sumvit adpetentia; sed pomorum, aliorumque fructuum, quorum alias est amantissimus, omni studio vitavit usum. Neque tamen minus, cum haustis per quatuor circiter dies hisce acidulis, forsan more consueto jejunium celebrasset,

Hoffm. Consult. Med.

& non nisi hora vespertina sexta, largis indulsiſſet epulis; accidit, ut hora duodecima nocturna doloribus spasmodicis, regionem dextri renis, ubi intestino colo connexus est, occupantibus, & cum alvi obſtipationibus, flatum pertinaci retentione, nausea, conatibus ad vomendum, tensionibus ventriculi atque vigiliis ſipatis ex improvifo corriperetur. Sart protinus ex lecto, & pavimento ſupinus incubens, dolorum quidem aliquale levamen ſentit; at affidua in imo ventre murmurata percipit, cum tanta intestinorum a flatibus expansione, ut abdomen eſſet inſtar tympani. Vocatus medicus, cum non aderet febrilis commotio, in ipso paroxysmo exhibet ſal catharticum amarum, & clysterem a no infundi jubet. Paullo post & ego accitus, morbum in torsione atque contractione intestinorum laxatorum, & a flatibus expanderum conſistere deprehendo; & alvum nondum apertam, clysteribus emollientibus ac carminativis movendam curo. Sopitis etiam per antispasmodica interne data ſpasmodicis intestinorum doloribus, oretenus propino blandum laxans; quod post aliquot horas copiosos flatus, & quandam acerarii crudi, & nondum digesti edebat copiam. Licet autem alvus tali ratione ſuo fungeretur officio, & urina ſatis copioſa redderetur, cum multo fabuloso, ac mucido ſedimento; attamen dolores circa dictam dextri renis regionem adhuc per aliquot dies muſtitabant. Quare morbum fuſſe colicam nephriticam ratus, venam in pede tundendam curavi: quo quidem factum est, ut remitterent paullo dolores; ſed iſdem versus vesperram, pristinis ſipati ſymptomatibus majori recrudescabant atrocia, & nullis plane obſecundabant remedii. Hinc postridie exhibebam lene vomitorium ex radicis Specacuanhae ſcrupulo uno, tartari emeticī grano uno, & tartari vitriolati granis ſex concinnatum: quod cum copiosam mucidam & que ac biliosam ſaburram duxiſſet, omnes protinus ſiluerunt dolores; & non minus ciborum adpetentia, ſomnus, atque vires redierunt; quam etiam alvina excretio

naturalem recuperavit ordinem. Sic ergo per aliquot dies optime habuit æger; & animi laxandi cauila, quædam itinera felicissimo fecit successu. Verum enim vero pridie Nonarum Augusti, cum inter prandendum acerarium ac cerasa assumisset, vespere eodem malo prehendebatur: quod quidem, evacuatis per alvum, data salis cathartici amari uncia, & injectis enematibus solutam, permultis cruditatibus, cerasa ac acerarium adhuc cruda foventibus, mox remittebat; sed elapsis quatuor diebus post sumtum vinum Rhenanum, cum eo, quod ex cerasis paratur, mixtum, iterum recrudescebat. Injectis denuo clysteribus evanesceret statim, sed adhuc urgent obtusi circa remes dolores. Idcirco consilium anhelat, ut ab isto morbo penitus vindicetur, atque subinde præservetur.

CONSULTATIO.

RECEPTE judicavit medicus, morbum, cuius cauilla consultus sum, nomen colicæ nephritice mereri; quæ non solum calculo ex rene dextro in uretherem impacto, verum etiam flatibus intestinis oberrantibus in acceptis est ferenda. Calculum re adesse vera, attestantur dolor sensibilissimus in hypochondrio dextro subito obortus, qui fit, si calculus in pelvem ac principium uretheris transgreditur; alvi obstratio; flatum retentio, nausea, conatus ad vomendum, appetitus prostratio, vigilæ, inquietudo, atque sedimentum in urina sabulosum. Flatus autem subesse, patet ex continuis in imo ventre murmuribus, ac tympanitica abdominis inflatione. Insignis nimurum per quotidiam ferme experientiam inter flatulentam ac nephriticam colicam deprehenditur consensus: quando enim cunque intestinum colon, & præsertim flexura illius, prope renem dextrum sita, a flatibus infarctum distenditur; facilime fit, ut calculus in renibus commoveatur: quemadmodum etiam frequentissimum est, ut dolores tenuum calculosi vi-

consensu nervorum, ad sensibiles intestinorum tunicas propagentur. In tali casu inferior potissimum intestini colique recti portio spasmis adeo constringi solet, ut nec flatibus concedat exitum; qui ad superiora magis vergentes, intestina non minus ac ventriculum mirum in modum distendent, & hinc symptomata admodum exacerbant; contra vero ex supino decubitu, aut clysterum infusione plerumque sublevantur. Ad hunc vero morbum in nostro ægrotante varix contribuerunt cauillæ: veluti sunt partim crebrior ac diuturnus pomorum, atque fructuum usus, quippe quæ flatus gignunt, atque refrigerant; partim minus legitima ciborum masticatio, qua ciborum digestio nimium læditur atque destruitur; partim denique ipsa proæctor ætas, quæ in hosce morbos admodum prona est, & vel levissimis causis ad illos commovet. Cujus igitur quod attinet curationem, ac præservationem; laudo vehementer, quod medicus in paroxysmo interna antispasmodica exhibuerit, clystres emollientes aiso infundendos curaverit, & denique venam tundi jussit. Procul enim dubio plethora laborabit ægrotus, quæ dolores ejusmodi spasmodicos admodum sustentare, febres commotiones, aliaeque subinde symptomata excitare solet. Eo convenientior erit venælectio, si æger forsitan haemorrhoidum fluori fuerit obnoxius. Tum vero ad præservandum hunc affectum, consultum valde judico, ut diæta curatiæ in posterum observeatur, præsertim omnes cibi flatulentii ac refrigerantes sedulo fugiantur, ac cunctæ, quæ pedes potissimum atque ventriculum refrigerare, aut animi affectus excitare valent, omni studio evitentur. Neque porro minus cibos prohibe masticare, atque corpus sedulo moveare oportet. Præterea huic fini accommodatissimæ sunt aquæ minerales; quas inter acidulæ Selteranæ in colicis atque calculosis affectibus admodum efficaces quidem observantur: at ubi tonus ventriculi simul labefactatus existit, ut in nostro casu, minus sunt sufficienes; & ideo

ideo magis commendarem Egranas, futuro vere potandas. Quum autem praesens tempus huic curationi minus sit opportunum, aliam in usum vocare oportet medicationem. Hec meo quidem iudicio felicissime instituetur; si bis quavis hebdomade quatuordecim mearum pilularum balsamicarum, quae blande alvum movent, atque subinde tonum ventriculi roborant, vesperi capiantur, & sequenti mane drachma una salis mei aperitivi assumatur: porro singulo mane quædam vascula infusi theiformis hauriantur, & hora quinta meridiana sexaginta guttulae Elixirii stomachici adhibeantur. Quod si vero ipse paroxysmus nephriticus reciderit forsan: tum partim liquoris mei anodynii mineralis triginta guttas singulis duabus horis, partim pulveres antipathmodicos ex pulvere marchionum, nitro & tantillo castorei concinnatos exhibere; partim denique clystères emollientes atque carminativos large oleosos anno infundere expediet.

C A S U S . X X I .

De præservatione atque curatione illustris fœminæ ex coli & calculi doloribus laborantis.

Illustris matrona 36. annorum, temperamenti sanguinei, habitus corporis spongiosi ac succipleni, ante mensium eruptionem crebris animi deliquiis, ac cordis palpitationibus infestata est. Hi vero cum anno ætatis decimo quinto primum cœpissent fluere, satis largi semper fuerunt, & per novem inhæserunt dies. Annos nata novemdecim matrimonii leges subiit, & sub illo octo fœtus cum insigni semper virium prostratione enixa est. Gestationis enim tempore ad quintum usque mensem crebris vomitibus, ac perpetua ciborum nausea plerumque laboravit; nec ab illis curata est, licet sub quavis graviditate venam ter secludam præbuerit: quid? quod eo tempore nunquam lateribus incumbere potuerit, abdolorum, quos tum sensit, atrociam;

sed supina semper jacere debuerit. Ipsa puerperia nunquam non variis symptomatibus, mentis defectionibus, adipitus prostratione, calore præternaturali, cordis palpitationibus, atque vigiliis stirpata fuerunt: quin post partum ante duodecim annos editum insignis cruxis copia cum crebris deliquiis ex utero fluxit; & abdomen aliquantulum intumeuit. Sed adhibitis posthæc Aquisgranensibus balneis, detumuit venter, & dolores pedes ac genua occupantes evanuerunt. Amavit præterea a teneris diætam acidam atque salitam, & perpetuam alvi segnitiem perpesta est, adeo ut illa nunquam absque clysterum, aut mannae usu, suo fungeretur officio.

In tali rerum statu quatuor abhinc annis ex calculo potissimum laborare cœpit: siquidem exinde non solum crebris dorsi doloribus, atque vomitibus cruciata fuit, verum etiam copiosum labulum, & multis calculis, quorum novissimus ex sinistro potissimum latere cum multis doloribus excretus, instar amygdali fuit, cum urina sæpenumero reddidit: numquam autem sanguinem simul minxit. Sed binis abhinc annis cæcas incidit haemorrhoides olim non nisi sub puerperio adfligentes. Præterea novissimo semestri conqueritur de inflationibus atque doloribus in dextro hypochondrio sub costis spuriis vehementissimis, ut nec attractum ferant; qui etiam ad femora atque pedes protrahuntur, cum assiduis flatibus.

Ceterum ex calidioribus ac suaveolentibus male habet; siti urgetur perpetua; nullo corporis indulget motui; hora nocturna duodecima ad somnum se componit, & matutina nona surgit: pro potu ordinario utitur vino Mosellano, aut Burgundiaco aquæ nupto; neque enim vina, nec alia ferre potest dulcia. Sanguis e vena missus, (mittitur autem bis quotannis) nec non ille, qui per menses debito adhuc successu gaudentes fluit, fœdus, pallidus ac viscidus adparet. Sæpius sub ipsis paroxysmis balnea concondere suevit; nec sine insigni fructu, ac egredia alvi solutione, aquis Wisbadensibus aliquoties ufa est. Contra vero a Pyr-

montanarum acidularum, quas larga quantitate, & pondere quatuor mensurorum semper babit, potatione majorem ventriculi inflationem, abdominis intumescentiam, atque insigniores dorso & a calculo dolores incidit. Currente hoc anno aquas Carolinas, & quidem ordinarias, quas *den Brudel* vocant, & interne potavit, & externe in balneis adhibuit, non sine levamine, & copiosa muci per urinam excretione. Abloluta autem hac curatione, cum fortan corpus nimio frigori exposuisset sub vespertino aere, insigni calore post prævium horrorem, & horrendis in dextro hypochondrio doloribusprehensa, sed congruis remedii intra biduum ab illis liberata est. Eundem febrilem paroxysmum, doloribus squalidum incidit post usum balneariorum Tœplicensium, quæ ipsi minus prodesse videbatur, quoniam procul dubio thermæ istæ justo calidiores fuerunt, & ipsis ad ventriculi usque regionem insederat. Quare jam salutare flagitat consilium, qua potissimum ratione ab ulteriori malorum istorum insultu præcaveri, & pristinæ restituì queat sanitati?

C O N S I L I U M.

Quod si cuncta symptomata morbi illius, cuius historia ad me transmissa est, veluti sunt dolores dorsi, inflativa molestia, quæ in dextro hypochondrio, ubi intestinum colon latet, percipitur, muci atque calculorum mixtio, insignis virium prostratio, corporis debilitas &c. rite tecum perpendam; ea omnia a labefactata ventriculi digestione, & magna nervorum debilitate natales suos mutuari, facile perspicio. Inter causas vero, quæ hæc mala in illustri matrona induxerunt, potissima sunt temperamentum sanguineum, habitus corporis spongiosus, vasis exilioribus, per quæ tardius vehuntur humores, instritus, crebra puerperia, & multa symptomata sub ipsis tolerata, vita sedentaria, vigilia diutius protractæ, & denique ir-

regularis acidularum Pyrmontanarum potatio. Quum autem ob inductam tali ratione ventriculi imbecillitatem, nec legitimus ex assumptis cibis chylus parari, nec inutiles humores atque cruditates per alvum, aut transpirationem separari queant: inde quoque nec laudabilis sanguis, nec spirituolum satis fluidum nerveum, a quibus virium & functionum homini propriarum integritas dependet, generari possunt; sed succi vitales reddentur inertes, viscidæ; ex quibus per renes circulantibus, accedente præsertim vita sedentaria, & supino decubitu, calculosæ subinde nascuntur concretiones. Neq; porro minus ex destructo intestinorum tono alvi suboritur segnities; qua fit, ut tentæ sordes multam viscidam tenacemque in intestinorum canale relinquant sanguinem, quæ flatuum vera est materies. At hi exitu destituti, si in flexuras intestinorum maxime coli impingantur, ut quidem in præsenti casu circa circa coli principium atque flexuram prope hepatis situm factum esse videtur: producent atrocissimos dolores, totum nervosum genus in societatem spasmorum sæpenumero rapientes.

Ut ergo a tantis malis vindicetur illustris fœmina, a recta victus ratione, quæ in curandis hisce morbis magnam habet potestatem, inchoandum est. Hoc fine operæ est pretium, ut corpus vel ante vel post cibum, ambulatione pariter ac vestitione sub amico aere exerceatur; atque crebris itineribus ccelum mutetur. Deinceps quoque cibos pingues atque nutrientes fugere; coena parciori uti; vigilias nunquam ad seram noctem protrahere; & loco potus ordinarii sequens assumere oportet decoctum: Recipe radicis chinæ uncias duas, radicis cichorei drachmas tres, herbae cardui benedicti manipulata semis. M. C. D. F. species, quantum uncia una & dimidia cum tribus aquæ mensuris in vase clauso per horam dimidiad coquatur, & tum drachma una Cinnamomi, totidemque corticum citri recentium admisceatur. Hocce vero decocto non solum frigido vel solo, vel vino Burgundia-

co nupto; sed etiam calido mane intra lectum cum regimine uti licet.

Inter medicamina ad robur ventriculo inducendum, & naturalem alvi successum promovendum nihil est præstantius Elixirio meo stomachico atque balsamico, quod haud spirituoso, sed temperate lixivio menstruo paratum est, & guttis LX, vel LXX. ex supra allegato decocto aut ante epulas, aut vespere hora sexta assumere expediet. Non minus egregium præstabit fructum pulvis meus aperitivus & bezoardicus, pondere drachmæ unius bis vel ter quavis hebdomade capiendus: & denique futuro vere usus Carolinarum repetendus erit. Hæc per aliquod tempus usurpata, præservando malo egregie facient satis. Quod si vero ipsi calculosi dolores cum crebris vomitibus forsitan reciderint: tum protinus clysterem ex juscule quodam, floribus chamæmeli, olei chamæmeli uncii duabus, salis Epsomealis drachmis tribus, & nitri drachma una paratum anno infundere oportet. Interne vero pariter ex juscule, olei amygdalarum dulcium, quantum duo vel tria capiunt cochlearia, capiatur; & liquor meus anodynus, qui ad infringendam dolorum calculosorum atrociam divinam ferme obtinet virtutem, guttis quadraginta bis vel ter de die ex aqua cerasorum nigrorum exhibetur. Si dolores nibilominus inhaerent, & calculus ob vehementiam spasmorum progrederi nequeat: aliquoties de die in balneum temperatum, quod ex floribus chamæmeli, malvae, semine lini, furfuribus tritici & aqua fluvialili paratum sit, descendere conveniet. Deinceps quod colicos intestinalorum dolores attinet; in his præter infusionem clysterum, extrinsecus loco affecto inungendum erit sequens unguentum calidum: Recipe olei liliorum alborum unciam unam, olei carvi destillati, hyoscyami ana drachmas duas, camphoræ drachmam semis M.F. unguentum. Non minus summo cum fructu, maxime si aestus fuerit præternaturalis, sumetur quandoque pulvis bezoardicus cum antispasmodico mixtus: nec minorem

Hoffm:Consul.Med.

effectum pollicetur sequens Elixirium; L. guttulis saepius adhibendum: Recipe essentia corticum aurantiorum recentium, tintoræ tartari ana drachmas tres, liquoris anodyni mineralis drachmas duas, essentia castorei drachmam unam, olei chamomilla veri guttas sex. M.D. Ad caput denique roborandum, præsertim si illiis dolores atque vertigo accesserint, usus balsami mei virtus, cum spiritu salis ammoniaci mixti erit accommodatissimus.

C A S U S XXII.

De gravi spasmo & dolore in recto intestino, cervice & vagina uteri cum sanguinis stillicidio.

Quadraginta novem annos habens matrona illustris, temperaturæ sanguineo-cholericae, obesi valde corporis habitus, jam vero ob dolorum diuturnitatem atque somnolentiam paulo strictioris, ad hanc usque diem legitimo mensum gaudet successu; & licet octodecim foetus, quorum quinque mortui lucem aspexerunt, fuerit enixa, a teneris tamen illibata præ se gessit valitudinem. Sed oculo circiter abhinc annis scorbutica efflorescentia mentum occupare coepit; quæ vago circuitu mox evanuit, mox & præsertim verno tempore iterum recruduit. Multa huic malo operposuit medicamina, sed frustra: quid? quod magnesiam albam, quam suauem cuiusdam medici per octo successive dies summis, gravior exceperit adfectio. Namque mox postridie tenesmus primum levior occupavit intestinum rectum, qui brevi post aedeo increvit, & tanto spasmo stipatus fuit, ut horrendis cruciatis totum contorserit abdomen. Accedit insuper tussis sicca, de die gravior, quam noctu, quæ per aliquot hebdomades inhaerens, tandem subito evanuit. Contra vero dolores illi in intestino recto magis invaluerunt; & tandem insigni uteri spasmo conjuncti sunt, qui doloribus parturientium similes, eo usque sacerierunt, donec sanguis vel floridus,

X 3 vel

vel coagulatus ex utero fluxerit. Tum enim per aliquod tempus remiserunt; sed brevi post, eandem scenam ludentes reeruduerunt. Atque tantum abest, ut ex usurpatis contra istas molestias, variis remedius levamen percepisset, ut potius adhuc supervenissent atrocissimi dolores in lumbis, osse facro, atque femore, qui in latere potissimum dextro ad genu usque, cum pertinaci alvi obstructione, extensi ægram cruciarunt. Neque enim alvi solutio malo dedit inducias, sed hanc plerumque vehementissimi denuo exceperunt cruciatus; sœpiuscule cruentem ex utero propellentes. Non minus ex intestino recto pariter ac utero haud raro serosa fluxit colluvies, modo cum flatum explosione, modo sola. Contra hoc malum variis etiam medicinis usa est, & inter alia aquas Radmansdorffenses frigidas potavit: sub quarum uso alvum habuit solutam, & insigne symptomatum percepit levamen. Verum absoluta potatione alvus iterum obstructa esse ceperit, & pristini dolores redierunt, sub quibus matutino præser-
tim tempore, cum alvum deponeret, crux simul excretus fuit. Hinc devenerunt medici ad laxantium atque clysmatum usum: quæ quidem alvum duxerunt semper; sed finita operatione, horrenda iterum tormenta dorsum pariter ac intestina obsederunt. Hæc equidem sœpius sponte per aliquot dies remiserunt; ac protinus illis successerunt molestæ ventris a flatibus distensiones: quas si vel medicinis oppugnaret, vel flatus per alvum excernere anniteretur, subito exceperunt dolores pristini. Quamobrem meam tandem imploravit opem: hinc cum partim ob virium prostrationem, partim inopportunum tempus, completam curationem adhibere non possem; exhibui mane jusecula medica-
ta, ab epulis essentiam corticum aurantiorum, cum sale volatili oleoso Sylvii, & sœpius essentiam ambræ permixtam; nec non pulveres absorbentes cum li-
quore anodynō maritatos; & loco cere-
visiæ, decoctum ex radice scorzonerae,
chinæ, sarsaparillæ & semine foeniculi

potandum jussi. Sed cum ex his aliqua-
le eisdem per vices, minus tamen per-
petuum insequeretur levamen; acidulas
Selteranas, lacti asinino nuptas per tres
hebdomades potari jussi; verum nec al-
vum, nisi manna adjuta, moverunt,
nec dolores mitigarunt. Hinc tandem
hirudines, quarum præstantissima vir-
tus in pertinacibus congestionibus hy-
pochondriaco-ischiadico-hæmorrhoidalib-
us mihi satis innotuit, binis successi-
ve mensibus ano adplicandas curavi:
quas quidem dolorum per aliquot horas
remissio, haud constans vero sequuta est
sublatio. Ceterum pulsus est satis regu-
laris, & magnus; urina citrina absque
sedimento; & ciborum integer adpeti-
tus. Quum ergo ab istis malis vindicari
cupiat illustris foemina, tuom vir excel-
lentissime implorat auxilium, & doceri
avet, quoniam laboret morbo, quoniam
illi, & præsertim doloribus dorsi, ac
pertinaci alvi obstructioni conferant re-
media, & quoniam convenientissima sit
dicta?

RESPONSIO CONSULTATORIA.

EX iis, quæ de præsenti casu per-
scripta sunt, intellexi, omnem
calamitatum, qua illustris matrona pre-
mitur, catervam in vehementi intesti-
ni recti, atque cervicis pariter ac vaginæ
uteri spasmo atque dolore consistere,
qui ex crux in vasis hæmorrhoidalib-
us internis, non solum intestinum re-
ctum, verum etiam ramulis quibusdam
uterum cingentibus stagnatione primam
traxit originem. Dum enim ob nimiam
horum vasorum ab infarto sanguinis co-
piosi factam distensionem, membranæ
nervæ intestini recti pariter, ac uteri
admodum comprimuntur, & distendun-
tur, suboruntur inde dolores & spasmi
acutissimi, qui os sacrum, femur, regio-
nem lumbarem & pedes, vi consensus,
quæ hæc partes cum intestino recto, ve-
fica urinaria, & utero, ob nervos ex os-
sulo afficiunt. Quod si vero in causas,
quæ huic stagnationi primam occasionem
de-

dederunt, inquiram: has inter præter temperamentum sanguineum, vitam sedentariam sexui sequiori admodum familiarem, usum ciborum nutrientium, ac vinorum procul dubio calidiorum, maxi-mi facienda est ætas illa ægrotantis, in qua menses cessare solent. Hoc enim tempore frequentissimum est, ut humores circa uterum & vasa hæmorrhoidalia coacer-ventur; & sepiusculæ etiam hæmorrhagie consequantur. Cum igitur in nostra ægrotante, crux copiosius ad dictas inferiores partes, intra pelvis cavitatem inclusas compulsus, vasa quidem valde laxaverit; nihil tamen minus per constricta eorum orificio exitu potiri nequiverit: haud mirum, si ipsa pressorios atque tensivos illos inciderit dolores, qui totum corpus labefactarunt, vires pessum dederunt, & somnolentiam induxerunt.

Quæ molestiæ ut recta ratione debel-lentur, opera erit pretium motum con-gestorum, qui inferius ad uterum & in-testinum rectum vergit, revellere & ad superiora revocare. Quo quidem fine eo utilior erit venælectio in brachio: quo magis polsus magnus atque validus ex-i-miam humorum indicat abundantiam. Hac nimirum de præsenti sex crux unias; postea vero singulis sex hebdomadi-bus tres vel quatuor circiter detrahere oportet. Deinceps insignem pollicetur opem emplastrum, ad os sacrum, coccy-gis, & infimas dorsi vertebrae adplican-dum, quod sic se habet: Recipe ceræ al-bæ, spermatis ceti ana unciam unam, croci, camphoræ ana drachmas tres. M. F. l. a. emplastrum. Circa os pubis vero atque perinæ regionem bis quotidie te-pide admovendam intra linea suadeo aquam arquebusadæ; quæ stagnantes hu-mores discutiendi, & laxatas partes ro-borandi, egregiam virtutem obtinet. In-terne laudo usum pulveris sequentis: Re-cipe lapidum cancerorum, antimoni dia-phorétici, pulveris marchionum ana dra-chmas duas, nitri purificati drachmam unam, cinabaris præparatae drachmam semis, effentiæ castorei guttas trigo[na]. M. F. pulvis, qui pondere drachmæ dimidie reclinatus velperi ex emulgione cum semi-

nibus quatuor frigidis majoribus, atq; pa-paveris albi parata assumi potest. Alvi pi-gritiæ non præstantius remedium est decocto mannato, cum olei amygdalarum dulcium uncia una permixto: cui etiam scopo accommodatissimæ sunt pilulae meæ balsamicæ, numero quatuordecim ver-sus imminentes menses sumende, maxi-me si statim post earum ingestionem cly-ster emolliens ex juscule avenaceo, oleo chamæmeli & amygdalarum concinna-tus, ano finul infundatur.

Quod denique diætam attinet, summo studio arcere oportet omne frigus, maxi-me ab imo ventre & pedibus. Caven-dum est ab animi affectibus, atque mo-roribus; fugiendi cibi crassiores, flatulentii, potus spirituosi, triticei pariter ac lupula-ti; & horum loco decocto ab ordinario me-dico præscripto utendum. Futuro deni-que vere aquas Schwalbacenses in usum vocandas hortor. Et hæc sunt, quæ in sa-lutem illustris foeminæ proponenda duxi: quæ, nisi jam ipsa corruptio partes soli-das occupaverit, desideratam præstabunt opem.

Relatio.

Ostquam ægrotans commendata hec ce remedia per octo circiter usurpa-verat dies; aliquæ quidem exinde per-cipere videbatur levamen; neque tamen minus adhuc inhærebant vehementissimi intestinorum, dorsi, ossis sacri, atque fe-moris dolores; quid? quod vires magis magisque imminui, & adpetitus proster-ni cooperint. Quare iterum consultus, præter superius commendatum pulverem, ordinavi infusum theiforme, ex herba-millefolii, melissæ, veronicæ, floribus chamæmeli, & semine foeniculi concin-natum, mane sex vel septem vasculis sorbillandum: sub epulis essentiam car-minativam ex essentia corticum aurap. tiorum & spiritu de tribus paratam ex-hibui, & vesperi pilularum de styrace: & aloephanginarum ana grana sex pro-pinavi. Non minus extrinsecus partim ad discutiendos humores stagnantes,

partim laxatas partes confortandas, anno quotidie injici jussi clysterem specificum, balsamico temperantem, cuius hæc erat compositio: Recipe herbae centaurii minoris, hyssopi, agrimonie, summittatum millefolii, florum chamæmeli vulgaris ana manipulum unum: coque leni calore in aquæ communis libra una; colatura adde vini rubri Gallici uncias sex, mastichis, myrræ electæ ana drachmam unam cum dimidia: colatum div. in tres partes. Quum autem præterea tubercula quædam anum obseruant, illa unguento de linaria inungi, atque hirudines applicari jussi. Non equidem adhuc suspicabatur medicus ordinarius internam corruptionem, quoniam dolor non in uno loco fixus erat, sed vago circuitu mox os sacrum, mox femur, mox intestina, mox regionem umbilicalem, mox intestinum rectum occupabat. Verum cum efficacissima remedia spem fecellissent, verebar omnino, ne labes ac corruptio quædam circa uterum lateret; & hinc hortabar medicum, ut eam regionem curatius visitaret. Ille etiam brevi post in meam descendens sententiam, scirrhositatem cervicis uteri ad ulcerationem & corruptionem cancrosam uteri vergentem metuebat: quam non solum ex alvo obstruxa, foecum summe dolorifica excretione, cum sanguinis ex genitalibus expressione stipata, & perpetuo seru subructu tam ex ano quam utero profluvio conjiciebat; verum etiam quoniam facta visitatione, uteri orificium admodum inæquale, dolore tamen vacuum, & ad levem contactum, cruentum fundens deprehenderat. Quamobrem consuluit, ut externis potissimum remedii ipsis affectis locis succurreretur: quo fine externe regioni pubis intra linteas duplicita sèpius applicandam suasi mixtrum ex aquæ rosarum, Hungaricæ, & spiritu vini camphorati æquali pondere concinnatam. In ipsam vero uteri vaginam atque cavitatem, tepide injicieadum commendavi liquorem balsamicum & traumaticum, qui sic se habet: Recipe gummi elemi, benzoës, mastiches, myr-

rhæ, aloës, succini ana unciam semis, florum rosarum rubrarum, hyperici ana pugillos quatuor, croci, balsami Peruviani ana drachmam unam; affunde spiritus vini rectificatissimi libram unam, & leni calore extrahe. Hujus essentia balsamicæ recipe unciam semis, affunde vini Gallici libram semis, aquæ rosarum, plantaginis, florum sambuci ana uncias duas, adde mellis rosati unciam semis. M. D. Verum licet primum ex horum usu quædam sanitatis spes affulgeret: at tamen recidebant omnia symptomata, & magis increscabant, ut adeo non potuerim, quin lethiferum præfigarem euentum,

CASUS XXIII.

De erosione ulcerosa tunicarum recti maxime intestini.

VIR sexagenarius habitu olim erat succi pleno; per novissimum autem biennium, quo perpetuo ad alvum redendam stimulo solicitatus est, contabescere cœpit corpus. Accidit autem ante aliquod tempus, ut cum alvum, quæ semper fluxilior fuit, fortiori nisi aliquando deponeret; post præviam sonitus cujusdam in dorso perceptionem, larga cruoris copia cum fæcibus ejiceretur, & abhinc frequentiores fierent desideri pruritus. Inanés sèpenumero sunt illi conatus; neque excrementa, nisi sumtis concoctu difficultibus auctoribus cibis, spissiora egeruntur, sed plerumque pituita dumtaxat, instar albuminis ovi, interdum sanguine tincta, primum evacuatur, & tum sequitur sterorum duriorum, sèpius excrementis ovalis similius, nunquam vero lientericorum egestio. Haud etiam raro solus cruentus, coagulatus, qui crassitie peccatarum anserinarum in notabilem extenditur longitudinem, absque seybalis emititur: neque minus purulenta non nunquam adparet materies; qualem præsertim sub injectione clysterum, fistulæ adhæsse observavit chirurgus. Desideri pruritus adeo infestat sèpius, ut facies

prins

prius effluant, quam latrinam attigerit; præterea vero extra dejectionem excre-
mentorum, regio circa anum assiduam, eamque lotura carnium similem plorat humiditatem, ut ideo indusia perpetuo madeant, siccata rigeant, & ita eliquen-
tur, ut facilime dilacerari possint. Ad-
paruit insuper ante aliquot hecdomades tuberculum quoddam lividum in ani confiniis; sed successive sponte evanuit. Ce-
terum adpetitus sibi constat; nec conco-
ctio laborat vitio; vinum fugit, sed ce-
revisiam cum fructu bibere suevit. Ob-
noxius autem est fluori hæmorrhoidalii:
quod licet ipse negaverit; attamen re-
tulit, se olim sæpius cruentum cum excre-
mentis reddidisse, & tum non solum dolorum, quos in dorso ac abdomine tolerare soluit, insigne levamen percepisse,
verum etiam podagram, qua sæpiuscule,
& per octo nonnunquam hecdomades
fuit infestatus, mitiorem fuisse, & vix
per unam alteramve inhæfisse septima-
nam.

Consultus ego, ægrotum, qui tem-
peramenti erat cholericæ, cachecticæ mor-
bo ex hæmorrhoidibus irregularibus, si-
mulque nimis, & partim ex ulceratis sub-
orto laborasse deprehendi; hinc bis qua-
vis hecdomade pulverem dedi ex rhabar-
bari scrupulo uno, saphiri præparati scrupulo
dimidio, atque olei anisi guttula
concinnatum; iisdemque diebus mane
pariter ac vesperi clysterem ex radice al-
theæ, fabariae, herba & floribus verba-
sci, hyperici, melle rosato, & oleo hy-
perici ano infundendum curavi. Non
minus ordinavi essentiam stomachico-
theriacalem cum liquore martiali; ani-
mam rhabarbari antimoniatam; pulve-
rem cachecticum Wedelii; & cum hunc
aversaretur æger, electuarium ex pulve-
re cascarillæ, pimpinellæ albæ, antimo-
nio martiali Ludovici, electuario de bac-
cis lauri, aqua cionamomicydoniata, &
tantillo theriacæ Andromachi paratum,
vesperi assumendum; & denique trageam
stomachicam, non adeo saccharatam, ab
epulis capiendam. Inde remisit aliquan-
tulum tenesmus; cum autem sanguinis
deebitus ad venas sedales per venæficio-

nem olim bis quotannis institutam, per
novissimum biennium vero intermissam,
magis invitatus videretur: quatuor cir-
citer cruxis uncia ex mediana in sinistro
brachio revulsionis caussa tusa detrahe-
bantur. Sanguis, qui ater, & spissus er-
rat, magno profusus impetu; & ubi
refrigit, instar corii adparebat tenacissi-
mus. Interim post venæficationem haud
magis cruentæ reddebantur dejectiones;
sed potius podagra recrudesceret; quam
brevi tempore sponte evanescentem,
exceperunt vehementes in latere sinistro
punctura, cum tanta spirandi difficulta-
te, ut æger suffocari ferme videretur.
Verum & hæc molestia post crebras pe-
ctoris cum linteis calidis frictiones brevi
remittebat, & copioso alvi profluvio sol-
vabatur. Abhinc etiam paullo melius
habere videbatur; & non solum somnus
quietior accedebat, verum etiam tenes-
mus, atque desidendi cupiditas imminui
cooperunt. Insuper assidua imi ventris
murmura adfligebant, cum nulla flatuum
excretione; urina vero citrina, nubecu-
lam in medio, & spumam in superficie
fovens, absque ullo mingebatur sedi-
mento. Neque ideo discedebam ab usu
priorum remediorum; & adjungebam
tantummodo loco pulveris stomachici es-
sentiam pimpinellæ albæ, cum essentia
ambræ, & guttis aliquot balsami sulphuris
anisati remixtam, guttatum sine ve-
hiculo adhibendam; & pro potu herbe
Theebois summitates millefolii ordina-
bam. Et hæ sunt affectiones, quibus af-
ficitur generosus æger; quarum etiam
medelam ab illustri Hoffmanno proponi
flagitamus.

C O N S I L I U M.

Considerata morbi, cuius caussa consul-
tus sum, historia, deprehendo, æ-
grotum erosione ac exulceratione tunica-
rum intestinalium internarum, presertim
recti & inferioris collaborare. Namque
inter horum intestinalium tunicam ner-
veam ac musculariem, capaces rami
vasorum hæmorrhoidalium internorum,
qua-

Quæ per meserum transeunt, excurrunt: quorum a sanguine ob impeditum per venam portæ regressum stagnante infarctorum, tandem insequitæ disruptioni, quæ tum temporis, cum sub fortiori inter desidendum nisu sonitus in dorso perceptus fuit, contigisse videtur, & erosio-
nis & exulcerationis nrales debentur. Hęc vitia facilius forsitan debellata fuissent, si protinus vena tusa, decocta vulneraria data, & clysteres consolidantes infusi essent: jam vero, cum ob temporis diutinatem tunice partim exulceratæ, partim erosæ atque callosæ videantur, difficultiam omnino admittent curationem. Consuluerat me haud ita pridem Iudeus quidam, quem similis affectus eodem modo invaferat, iisdemque cruciaverat symptomatibus. Laboraverat autem illo, cum ischiadicis doloribus stipato, per octo integros annos; ac denique atrophiam, appetitus prostrationem, & colica inciderat tormenta, atque tandem hectico calore consumitus perit. Interim eo tempore, præter rectam vivendi rationem, a nullis majus levamen percepit subsidiis, quam acidulis Selteranis, balneis Amasianis, ac crebra infusione clysterum lacteorum, cum oleo amygdalarum dulcium, vitellis ovorum, Therebinthina, floribus chamomeli & saccharo permixtorum. Vix igitur credo, quod in nostro casu perfectæ sanationi futurus sit locus, sed omnes nervos eo dumtaxat intendere oportebit, ut graviora symptomata mitigemus & arceamus. Cui quidem scopo sicuti pharmaca ac multa medicamina minus satisfactura arbitror: ita e contrario sequens medicatio fore, ut magis inferiat, spero. Conveniet nimirum quandoque alvum purgare blando laxante, quod sic parari potest: Recipe manna electæ uncias duas, rhabarbari Alexandrii scrupulos duos, tremoris tartari drachmam unam: solye & coque leni calore in aqua florum acaciæ uncis quinque, collature adde olei de cedro Italico guttas tres. M. D. In locum potus ordinarii contendo hoc decoctum: Recipe radicis sartaparillæ, consolidæ majoris, scorzonerae, santi rubri ana uncias tres,

radicis liquoritiae unciam unam, seminis fœniculi, nucitæ ana drachmas duas. M. F. species, quarum uncie binæ in tribus aquæ mensuris per horam dimidiam coquantur. Mane vero infusum herbe atq; summitatum millefolii, quinque vel sex yasculis loco herba Theebois forbere expediet; nec alienum erit vinum Rhenanum, maxime sicutum drachma dimidia coralliorum atque lapidum cancerorum quilibet haustus fuerit permixtus. Denique oī sacro ac sinistro lateri adplandum suadeo emplastrum, quod sic se habet; Recipe emplastri de spermate ranarum unciam unam cum dimidia, camphoræ, croci, aluminis ana scrupulos duos, olei hyoscyami guttas viginti. M. F. l. a. emplastrum. Et hęc sunt, quæ respondenda duxi, non enim alia ratione sanitatem, si adhuc restiterit spes quedam, impetrari posse arbitror: faxit Deus, ut cedant feliciter.

Relatio.

Adhibitis hisce præsidiis, primum æger melius habere videbatur: verum haud ita multo post recruduit malum immedicable, & tandem hectico calore, pedum tumore ac corporis superioris consumptione stipatum, elapsis quinque mensibus, ægrum e medio sustulit.

C A S U S XXIV.

De debilitate generis nervosi cum exerescentia ani.

VIdua, novem ultra quadraginta annos nata, sanguineo-cholerica, habitus corporis spongiosi, sed animi valde sensibilis, sub recta vivendi ratione juventutis annos in prospera transigerat valetudine. Neque etiam tempore matrimonii, in quo quinque liborum felix erat mater, gravioribus infestata fuit ægritudinibus; ac crebram mærorum atque sollicitudinum habuit occasionem. Quadraginta annos nata ex vehementi terrore subitaneam mensum passa.

passa est suppressionem; quam, cum nihil curaret, horrendi capitum dolores, vertigine & apoplectis insultibus stipati excepuntur; sed cum ex facta, gravi lapsu, frontis supra orbitam oculi sinistri percussione, largam plorassem crux copiam, protinus evanuerunt. Abhinc vegetatio in usum vocata est; verum admodum irregulariter; nam modo bis uno anno celebrata, modo per duos intermissa fuit. Neque tamen minus, elapsu post mensium suppressionem biennio, haemorrhoides erumpere cœperunt, & subinde per multos annos, statim periodis cum insigni levamine fluxerunt; donec tandem novissima æstate, neglecto debito sub fluxus tempore regimine subsisterint. Tum vero successerunt spasmodes dorsi & intestinorum dolores, quos oppugnaturus medicus, haemorrhoidum revocationem tentavit. Exhibuit hunc in finem interna antispaßmodica, nitrosa, præcipitantia, resolventia, laxantia, pilulas balsamicas Hoffmanni pariter ac Stahlii, & pediluvia cum triticeis furfuribus commendavit. Rediit etiam satis largus haemorrhoidum fluor, & per illum sanguis modo floridus, modo etiam albo fetidoque mucō remixtus effluxit: nihilo tamen fecius inhæserunt imi ventris spasmi, qui sæpius totum sinistrum latus, atque caput, in consensu rapuerunt, quin & apoplecticos simularunt insultus. In tali rerum statu, elapsu proxime autumno, alter medicus ad derivandas haemorrhoides, venam in manu juxta pollicem tundi jubet; detrahebatur sanguis, more in affectibus spasmodes coniuento, admodum floridus: at malum ingravescebat magis magisque, & non solum ægram lecto penitus affigebat, verum etiam atrocissimis in dorso ac osse sacro doloribus, alvi legitnitie, inquietudine, refrigeratione extremorum, & intolerabili ardoris in ano sensu stipatum faviebat. Adhibebantur priora denuo remedia, & cum sub horum usu cœca intumescerent haemorrhoides, his prævia fomentatione applicabantur hirudines. Hæ licet multum crux copiam detraxerint, tantum tamen aberat, ut malo suppetias tulerint, ut potius internæ haemorrhoides

des adeo simul turserint; ut etiam clysteres, ad alvum movendam, aot spasmos ciendos injecti, vehementem induixerint dolorem. Hinc farctæ admodum manebant internæ haemorrhoides: assidiuï intestinorum spasmis inhærebant; alvi perpetua erat obstructio, ut non nisi data Manna exonerari potuerit; ac denique nova superveniebat molestia, doloris pariter ac periculi plena. Externe nimurum circaani orificium dura, ac ad numerum juglandem magna excrescentia suborta est; in cujus apice efflorescunt sapius pustulæ albæ, sponte vero etiam evanescunt. Ceterum in superiori parte mollior est; sed durius compressa, dolorificam exhibet duritiem. Hanc excrescentiam chirurgus pro tumore haemorrhoidal habens, primum injectionibus atque sacculis discutendam curavit; quibus nihil proficiuntibus, emollientia applicuit; sed nec hac duritiem immittunt, sed longe atrociiores intulerunt dolores. Meo quidem judicio condylomatis nomen hoc tuberculum meretur; quod ab humoribus ibidem stagnantibus generatum, per assiduum in lecto decubitum duritiem suam acquisivit.

Præterea egrotans quotidie hora quinta vespertina horrorem incidit, qui cum subsequente mox leniori, mox graviori restat ad mediā usque noctem inhæret: matutino tempore melius habet. Tum quoque pulsus est naturali similis, qui vespri durus ac celer fertur; urina mingitur rubicunda, cum paucō sedimento; ciborum adpetentia vaga; sitis nulla; somnus irregularis, absque tamen sudoribus. Neque ullis jam utitur remediis, præter liquorem anodynum mineralem, ad soipiendos dolores mane ex juscule tenuiori sumptum: & quam nihil in votis magis habeat, quam ut a molestis hisce symptomatibus tandem aliquando liberetur; tuum, vir illustris, flagitat consilium; & doceri avert, unde suborta fuerit illa ani excrescentia? quibusnam remediis illa pariter, ac reliquum malum sit oppugnandum? & num huic fini convenientes sint acidulae?

CON-

C O N S U L T A T I O .

MOrbus, cuius mecum communidatam historiam probe perpendi, valde est corruptus, ac inveteratus: siquidem non solum tota humorum massa impura existit, atque scorbutica, & eorundem circulatio per abdomen & mesenterium lœsa videtur; unde etiam sanguinis in intestino recto suboriuntur stagnationes; verum universum quoque nervorum genus, atque caput insigni affectum est debilitate. Optassem ergo, ut conveniens sublidium mihi in prompta esset, ex quo ægrota certum expectare posset levamen. Ani quidem ex crescentiam curæ expeditioris chirurgi relinquo, qui omni studio eo respiciat, ne in molestatam ani fistulam degeneret. Ego saltem in tali casu egregiæ virtutis, tam purificantis atque consolidantis, quam etiam dolores sipientis deprehendi sequens unguentum: Recipe olei ex vitellis ovi recentibus unciam unam, olei hyoscyami drachmas duas, florum sulphuris scrupulos duos, extracti croci scrupulum unum, camphoræ grana sex. M. D.

Quod reliquum attinet morbum, operæ erit pretium, omnem fugere cerevisiam, & ejus loco pro potu ordinario vel decoctum quoddam, vel acidulas Veteraquenses cum quarta vini Rhenani parte remixtas feligere. Sub epulis ex ultimo haustu sexaginta guttulas Elixirii mei visceralis assumere convenient, quod minus spirituosum, ventriculum ioborat, & acrimoniam temperat: vesperi autem alternis diebus portionem quandam pulveris mei bezoardici, cum præcipitante & quindecim liquoris anodyni guttis remixti ex acidulis Veteraquensis capiat. Ceterum corporis moderato exercitio ludere, omnes animi affectus cane pejus evitare, ac recto vivendi genere uti oportebit.

C A S U S XXV.

De fluxu inordinato hæmorrhoidali in feminâ.

Matrona triginta quatuor annorum, temperamenti sanguineo-melancholici, vitæ sedentariæ a teneris dedita, & modico vini usui adsueta, mensium fluentem, & dum virgo esset, & conjugii tempore, semper imminutiorem passa est. Alvi subinde obstructioni per aliquot jam annos obnoxia, & contra illam Elixirio Proprietatis sæpiuscule usa fuit. Primum gravida, multum crvoris e naribus redidit: altera vero & tertia vice utero gerens, hæmorrhoidum satis largum fluentem, cum dolorifico tumore, flatulentius & alvi segnitie stipatum incidit. Hic licet sub novissima graviditate per binos menses filuerit, abhinc tamen s'pennero, cum recensitis symptomatis, calore interno, & insigni oris siccitate junctus rediit; & plerumque per tres vel quatuor inhæret dies. Consultus medicus veniam tundi jussit; pulveres temperantes nitrosos exhibuit; externe fomenta ac linimenta ordinavit; & cum ægra clysterum injectionem recusaret, ad movendam alvum, infusum ex foliis lenna præscriptis. Non minus variorum extérorum ope usa est medicorum: sed cum nihilo se cius pertinaciter insistat malum, illustris Hoffmanni consilium flagitat.

C O N S U L T A T I O .

EX præsenti morbi historia facile patet, quantus inter hæmorrhoidum irregularem fluxum, ac mensium inordinatum successum sit consensus: illum enim horum imminutioni in acceptis esse ferendum, extra omne positum est dubium. Namque primum ex sedentario vitæ genere humorum spissitudinem sibi met contraxit ægrota: cui cum accesserit frequens Elixirii Proprietatis usus, quod aloen sovet crudam & minus correctam; inde non solum humores insigniter commoti, verum etiam loca hæmorrhoidalia

lia valde stimulata, earumq; spasmodicæ stricturæ admodum adauæta sunt. Hinc vero alvi segnities, more remediiis aloeticis consueto, magis invalidit, & mensum successus impeditus fuit. Inde non fieri potuit, quin motus menstrui ad alias corporis regiones regurgitaverint, & tandem gestationis tempore in narium hæmorrhagias non minus, ac hæmorrhoidales eruperint profusiones. Hæc cum molestis admodum & dolorificis slipatis sunt symptomatibus, necesse omnino est, ut illis opem feramus, & eo fine perversos motus in naturalem ordinem redigamus, crassitatem humorum attenuemus, & denique ipsa symptomata mitigemus. Caudendum autem probe est, ne motus illos hæmorrhagicos remediiis adstringentibus, narcoticis internis irritemus, aut incorrectis aloeticis, aliisque stimulantibus commoveamus; quo rsum præstum usus vinorum recentium, maxime Thuringicorum spectat. Contra vero, ut votis nostris potiamur, operæ ante omnia erit pretium, alvi regularem promovere successum. Cui scopo licet accommodatissima obseruentur enemata; attamen cum eorum injectionem abhorreat ægra, pari successu substitui poterunt leniora laxantia, veluti sunt pastosa laxativa, infusum rhabarbaricum passulus majoribus & minoribus; aut idem infusum cum corticibus aurantium & arcane tartari. Deinceps venæctionem, bis vel ter quotannis, pro circumstantiarum ratione celebrare expediet, & quidem semper in pede: quoniam motus & menstrui & hæmorrhoidales irregulares sunt, & nisi deriventur ad alias, easque nobiliores partes, majori sanitatis detrimento vergere lovent. Neque porro minus crebriori corporis exercitio studere, ac copiosiori potui indulgere oportet, qui minime sit flatulentus; sed v. g. theiformis, cum corticibus citri, cinnamomo, aut aniso stellato permixtus.

Quod si vero hæmorrhoidalis fluor accederit, crebro assuendi sunt pulveres antispasmodici ex oculis cancerorum, antimonia diaphoretico, nitro atque cinna-

bari concinnati; quibus alternis circiter diebus duo vel tria grana extracti castorei, vel cascarillæ addi poterunt. Non minus proficuum erit, semel vel bis quotidie quadraginta guttas essentiae roborantis ex essentia caryophyllatæ, gentianæ rubræ, cascarillæ atque millefolii confectæ. Quod vero etiam dolorificis hæmorrhoidum protuberantiis suppeditæ ferantur, commendo cataplasmata ex emollientibus, ac resolventibus cum late, croco atque camphora parata: aut unguentum florum verbasci, oleo charmelii, litorum alborum, hyoscyami, mastichæ ac tantillo camphoræ atque croci nuptum. Pari ratione proderunt fatus emolientes, at leniter nervini tam humidi, quam vaporosi: nec non emplastrum Vigonis cum mercurio, quod tantillo camphoræ, croci, floribus sulphuris ac oleo hyoscyami permitteri potest; aut porro linimentum ex oleo flor. rum verbasci, litorum alborum, laurino, ovorum, spermate ranarum, oleo expresso papaveris, mucilagine semenis psyllii, tantillo olei hypericonis, camphora & croco concinnatum. Nec minorem spondet operam scrophularia cum late decocta, & intra linteamina tepide applicata: quam HENRICUS ab HEER Lib. 1. observ. medicin. admodum commendat. In usum quoque vocari poterit experimentum a WEDELIO in M.N. C. dec. I. anno 5, obs. 195. allegatum: ubi fabariam, aut telephium, collo vel pedibus appensum, tanquam certissimum contra maricas hæmorrhoidales remedium atque amuletum collaudat.

Præterea vero tam pharmaceuticis remediiis, quam recta vivendi ratione, in qua fugiantur cibi concoctu difficultiores, sufficiens autem potus, & modicus vini ulus concedatur, mensum successum promovere oportet; quo quidem scopo, si alvus aperta fuerit, moderata balnea & infusus præclarum omnino præstatibunt opem. Quæ omnia si rite observaverit ægota, de felici curacionis eventu nullus dubite.

CASUS XXVI.

Sistens Consilium in fluxu Hemorrhoidalii nimio.

CUM ad illustrissimum quandam Comitem, variis hucusque molestiis infelatum vocatus esset, ipse coram inspexi corporis constitutionem. Erat enim temperamenti sanguinei, atque naturae robustæ; quare etiam a teneris ferme nullis unquam obnoxius fuerat aegritudinibus. Quum autem ætate ingravescente diœta lautæ, opiparæ, vinosaque nimium indulsisset, vitam vero sedentiam amavisset, & venælectiones negligisset: non fieri potuit, quin accumulati humores, æquabili circulationi fuerint impedimento. Hinc naturæ factum est beneficio, ut hemorrhoidalis tandem accederet fluxus; quo per multos annos singulis ferme mensibus, sufficiens sanguinis abundantis cum insigni fructu excreta fuit quantitas.

Verum enimvero, postquam perillistris Comes novissima abhinc hyeme, corpus subitinere vehementi refrigerationi exposuerat, & hac transpirationis futarem prohibuerat successum: accidit, ut cœcæ hemorrhoides, insigni dolore ac ardore stipatae anum obfederint. Curatæ quidem debitis remediis hæ fuerunt molestia; sed circa vernale præsentis anni æquinoctium, hemorrhoides fluere cœperunt copiosissimæ, & per tres ferme menses inhaerentur. Supervenit insuper dolorifica & inflammatoria oculorum congestio; quam congruis medicinis bellatam exceperunt successive crebræ pectoris & abdominis tensiones, gravatii atque pressiori in osse sacro dolores, saepius ad femora ac pedes extensi, frequentes ad milium conatus, appetitus prostratio, ac denique concoctionis vitium.

Ex hisce vero symptomatibus judicatu est facillimum, quod succi vitales non tantum dyscrasia quadam laborent; verum etiam tardiori ac difficiliori progressu per viscera abdominis, ac venam portæ ferantur: hinc ob debilitatum par-

tium solidarum tonum in inferioribus intestinis stagnent, & per alvum copiosius egerantur. Qum autem in tali rerum statu vires corporis magis magisque prosternantur, & futura cachexia omnino metus sit: eo respiciendum erit, ut hæ malia remedii pharmaceuticis pariter ac diæticis quam oxyssime tollantur. Hoc sine consultissimum erit, humores, qui abundantia ac ebullitione, testante pulso, peccant, tusa in brachio vena immovere; & sic eostem a partibus inferioribus, quæ insigniter labefactatae videntur, derivare. Tum ad usum aquarum mineralium descendere oportet: quas inter Carolinas thermas, licet jam antea insigni cum emolumento fuerint potæ, iterum commendare haud possum; quoniam de illis metuo, ne debilitas jam partes magis labefactarent, atque hemorrhoidum fluorem redderent copiosorem. Magis arribent acidulæ Schwalbenses aut Spadanæ; quippe quæ destrutum partium solidarum robur iterum restituendi, preclaram vim obtinent. Has autem parciori quantitate, & prioribus diebus mane mensuræ circiter dimidiæ pondere potare conveniet, deinde portionem augere: non minus sub earum potionem inter pastum acidulis Selteranis, si illarum binæ partes cum una vini Rhenani aut Mosellani parte fuerint permixtae, uti; & ex ultimo haustu sexaginta Elixirii balsamico-stomachici guttas adsumere expedier. Et denique sub hac curatione, absoluta ciborum digestione, in aere sereno corpus movere præstabit, probe ascendendo omne frigus, ne exinde pori corporis constringantur. Quod si vero haud arriserint hæ acidulæ; in earum locum Selteranæ commode substitui poterunt.

Pridie autem, antequam inchoetur hæ curatio, alvus ducenda erit leni laxante, quale drachma una magnesie bene preparatae, cum eadem quantitate salis amari permixta constituit. Hoc etiam ipsi aquarum potui, singulis sex vel septem diebus interponi, & absoluta potionem repeti debet. Post hanc vero medicationem consultissimum fore judico, ut illustrissimus æger ob nimiam sangu-

nis abundantiam bis vel ter quotannis, maxime circa æquinoctia, venam vel in brachiis, vel pedibus tundendam præbeat, & inde sex vel octo cruoris uncias detrahendas curet. Non minus operæ erit premium, quavis hebdomade bis vel ter dosin quandam pulveris mei præcipitantis, liquoris anodynii quindecim guttulis nupti, vesperi ex haustu aquæ frigidæ adhibere: quippe qui acres hæmores attemperandi, æstum internum loviendi, & placidum somnum restituendi, egregiam possidet virtutem. Hungaricum autem vinum, cum sanguinem vehementer commoveat, aut plane fagiendum, aut parca saltem bibendum est quantitate: nec nimium indulgendum meditationibus, aliisque mentis laboribus; sed potius corporis exercitio eo magis studendum. Quæ si rite observaverit perillustris æger, non dubito, quin votis sui in recuperanda sanitate futurus sit particeps.

C A S U S XXVII.

De pathematis ex hæmorrhoidum turbis.

Vir quidam septem & quadraginta annorum, illibata olim gavisus valetudine tribus abhinc annis colicis intestinorum doloribus, alvi obstructione, ac humorum orgasmō stipatis laborare coepit. Hos magis invalescentes, ac superius recurrentes consultus medicus modo refrigerantibus, modo calidioribus, maxime castorinis oppugnavit remediis; sed cum spes vota secessisset; æger ipse medicos scriptores aggressus, relatum legit, colicām hæmorrhoidalem ex sanguine cum excrementis reddito potissimum cognosci. Hinc eum ipse sua stercorea crux per mixta observasset, se tali omnino laborare colica credidit; sed negavit id ordinarius medicus, & sanguinis excretionem ex arrosis forsan ob humorum acrimoniam intestinorum vasculis derivans, pertinax inhasit suæ medicationi quam remediis humores mundificantibus, essentia antimonii, lignorum, spi-

rituosis, aliisque in flatulenta colica adhiberi vulgo solitis hactenus instituerat. Malum interea magis magisque increvit, & æger aliquando peregre factus, lecto plane affixus fuit. Quare alterius medici opem flagitavit, qui omissis calidioribus medicinis, ac ipso cerevisiæ potu, ipsum aquam vino nuptam potare, ac præviis Sedlicensibus aquis, Selteranas acidulas adhibere jussit; & denique pilulas Stahlianæ propinavit: quæ cum acidulis ihsis multam faburram, cruento coagulato, corruptoque permixtam per alvum eduxerunt. Iude persuasus æger, morbum ex hæmorrhoidum turbis huiusse subortum, alius iterum medici curæ se tradidit: ex cuius consilio, quod sub Litt. A. adnexum deprehendetur, usum pilularum Stahlianarum continuauit; & hocce anno circa utrumque æquinoctium venam præbuit tundendam. Verum enimvero cum negotiis obrutus, crebris animi affectibus indulsisset, nou omnino potuerunt rite succedere hæmorrhoides: licet etiam novissimo mense Julio, crux copiosus circa novilunium sponte dejectus, spem futuri fluoris facere videretur. Tum enim brevi post, accidente forsan diætæ vitio, redierunt alvi obstrunctiones pariter, ac colici dolores. Neque tamen minus speravit æger, fore ut misso circa instans autumnale æquinoctium sanguine evanescerent hæ molestiae: & factum etiam est, ut eodem die, quo vena erat incisa, circa vesperam, alvus fieret fluxilior. Vocatus postridie prior ac ordinarius medicus conservare voluit alvi fluxum, & hoc sine dedit Elixirum proprietatis cum Rhabarbaro; non minus loco pilularum Stahlianarum, quas improbabavit, infusum atque pulverem, sub Litt. B. recensitum ordinavit. Sed male exinde habere coepit ægrotans; omnibusque viribus destitutus, extra lectum commorari haud voluit: nihil tamen fecius præscripta hæc remedia per quatuor hebdomades usurpare debuit; donec tandem eadem pertulit, ad usum polverum vitalium antispasmodicorum, ac essentiæ amaræ Hallensium confugeret. Cum an-

tem

tēm ex hisce etiam remedii graves humorum ebullitiones, quin & narium hæmorrhagias incurrisse: iis quoque missis, solum antispasmodicum pulverem, sub Litt. C. descriptum, adhibere cœpit. Neque vero hic solus suffecit; sed potius molestissimi ruclus, qui omnem eripiebant somnum, & ægrum sedendo in lecto noctem transigere cogebant, assidui inhæreabant. Hinc in manus ejus forsitan veniebant remediiorum Hoffmannianorum recensiones; ex quibus, cum prius vias multis cruditatibus obsecras crederet, primum adhibuit sal minerale aperitivum, quod etiam multas fæces atque fordes per alvum duxit. Tum quoque Elixir stomachale atque viscerale usurpare cœpit, interposito quavis vespera, pulvere antispasmodico: & inde optime habuit, prætertum cum loco cruris atri coagulati, quem antea per alvum reddiderat, novissimis diebus larga pituitæ, florido sanguine permixta excerneretur copia. Hinc spem fovet certissimam, fore ut ex illustris Hoffmanni consilio sanitatem recuperaret; quod hisce anxie flagitat. Ipse ceterum ab omnibus capitis doloribus immunis deprehenditur, nec ulla viscerum labore laborare videtur: contra vero tenaci mucico, asperæ arteriæ incutiente, & pharyngis dolorem inducente multas patitur molestias. Hic enim laborioso conatu exscreari debet; excretus falsum refert saporem, atque noctu sèpiuscule, tussim excitando, lomnum turbat; qui alias satis tranquillus observatur. Sed appetitus tantum non totus est prostratus; abhorret omnem carnem, ac juscula inde consecuta; nec nisi pulte satinacea, jusculis hordeaceis, ac cerevisia calidiori veseci potest. Denique nec ignorari oportet, ipsum ex pedilaviis, aut clysteribus domesticis, quibus nonnunquam uti fuerit, egregium percipere allevamentum.

Litt. A.

Consilium Medici.

Molestia, quibus æger immaniter tractatur, symptomata non nisi

ex hæmorrhoidum mias felici successu originem suam trahunt. Quæcunque enim illorum huic cauſe minus propria videntur ac essentialia, ea certe perverse meendi rationi in acceptis ferenda sunt. Hinc ante omnia horror, ne contraria in usum vocentur remedia, nec talia usurpentur, quæ hæmorrhoidalem fluxum vel nimis promovendi, vel sufflaminandi facultate pollent, aut humores graviter commovent: sed consolatum potius erit, blandis temperantibus, discutientibus, ac evacuantibus uti. Cui quidem scopo accommodatissimas judicio pilulas balsamicas, numero quindecim maturinis interdum capiendas horis: quippe quæ non quidem violenter alvum movent, sed blande moluntur, & omnes præterea humorum sopiunt commotiones. Præterea in organismis sanguinis compescendis egregium usum spondet pulvis antispasmodicus, granis quindecim vel viginti bis vel ter quotidie assumendus. Et si forsitan more his affectibus incongrua medicatione tractatis, consueto, flatulentæ supervenerint molestiae: bis quotidie triginta guttula mixturæ carminativaæ, quæ ex essentia pimpinellæ albæ uncia dimidia, & calcariæ drachmis duabus conficitur, adhiberi poterunt. Cavendum autem a medicaminibus spirituosis, pariter ac multo aquarum mineralium maxime sedicensum usu: quippe quæ majorem inferent noctam, quam utilitatem. Contra vero diætæ, non quidem nimis scrupulose, sed tamen exactæ, & præsertim corporis motui insistere; & bis quotannis ex vena in pedibus secanda, quinque vel sex cruris uncias detrahere oportet. Quæ rite observata felicem mali extirpationem pollicentur.

Litt. B.

Recipe radicis taraxaci, scorzonerae, graminis, polypodii ana unciam, cichorei, lupuli ana unciam semis, herba scolopendrii, agrimonæ, cuscutæ, hepaticæ nobilis, chamædrios ana manipulum, summitatum absynthii Ponici, fumaræ, florum Buglossæ, cichorei ana-

ma-

manipulum semis, semidis sceniculi drachmas tres, passularum minorum unciam semis: incisa coquuntur vase clavo, in seri lactis, aquæ cichorei ana libra una cum dimidia ad sufficientem extractio- nem: colentur unciæ quindecim: d. ad vitrum.

Recipe tartari vitriolati drachmas duas. Div. in 6. p. S. Eroffnende Pulver.

Litt. C.

Recipe tartari vitriolati, nitri depura- ti ana unciam semis, cinnabaris antimoniū præparata grana quinquaginta. M. F. pulvis antispasmodicus.

CONSULTATIO.

Quantum quidem ex morbi historia, copiose pariter ac eleganter descrip- ta colligere licuit, omnia, quibus æger adscitur, symptomata, dolores, spasmī & flatulentia ex humorum stagnatione, in vasis mesaraicis, maxime hemorrhoidalibus, intestinum colon atque rectum cingentibus facta, suos omnino mutuantur natales. Stagnationi vero huic generan- dæ satis efficaces caussæ fuerunt tempera- mentum ægri sanguineum, vita sedenta- ria, multi mentis labores cum medita- tione juncti, ac frequentes animi com- motiones. Vehementer autem doleo, morbum istum a medico primum, qui il- lius caussas minus recte perspexisse vide- tur, tractatum; deinceps vero per tot, variosque medicorum aulsus serme corru- ptum fuisse: cum meo quidem arbitrio statim ab initio, venæ sektione in pede, moderato corporis exercitio, acidulis E- granis, pulveribus nitrosis, atque balsamicis pilulis, feliciter superari, & hemorrhoidum successus promoveri potuisset. Quemadmodum enim in hisce affectibus fluxu hemorrhoidalii nihil salubrius de- prehenditur: ita nec ejusdem perversa tractatione est perniciösius quicquam: quorum mala vivendi ratio, remedia ca- lidiora, commoventia pariter, ac copio- sa refrigerantia; nitrosa, ac denique cun-

Hoffm. Consult. Med.

cta, quæ tonum ventriculi labefactant, pertinent. Hac etiam ratione, decoctum illud sub Litt. B. communicatum, licet in certis casibus virtute sua minime destituatur, tamen in præsenti malo majorem ventriculi debilitatem induxit, & ideo, vitiata digestione, ruftuum generationi insignius dedit augmentum. Idcirco cum non solum ventriculus, ac intestinorum canalis atonia laborent, verum etiam totius corporis vires prostratæ videantur: perarduum omnino erit, funditus extirpare malum, præsertim quum hyemalis accedat tempestas, quæ horum morborum curationi minus deprehenditur opportu- na. Neque tamen minus, quo dictis regio- nibus naturale restituatur robur, confu- tissimum judico, ut æger mane intra le- ctum pariter, ac hora quarta pomeridianæ liquoris mei anodynæ mineralis, binis partibus cum una Elixirii stomachici remixti triginta guttulas, ex ea, quam sexta men- suræ pars capit, aquæ frigidæ quantitate, successivis tamen assumat haustibus. Ex- trinsecus regionem ventriculi balsamo meo vitæ aliquoties de die inungere; & alvum segnem injectione clysterum domes- torum moliri conveniet. Potui ordi- nario minus idoneam existimo cerevi- siam; sed hujus in locum, si stulerit ven- triculus, commendarem decoctum ex hor- dei excorticati manipulo uno, radicis scor- zoneræ, & cornu cervi raspati ana uncia una, radicis cichorei drachmis dua- bus confectum; quæ species in tribus aquæ mensuris ad consumtionem tertie partis coquuntur, percolantur, tum quinque olei de cedro guttulae addun- tur, & hoc decoctum quarta vini Rhe- nani parte permixtum pro potu infer- viat. Præterea animi tranquillitat, quan- tum fieri post, studere; corpus in æqua- li colore conservare; ac inter cibos cre- bro juculis, ex carnibus gallinarum, vitulinis cum succo citri paratis, aut ex aquæ duabus partibus, vini una par- te, mica panis, cumino & saccharo con- fecti vesci oportet. Et hæc sunt quæ proponenda duxi; optassem tamen, ut ad- huc in morbi historia commemoratū fuisse, qualis matutino præsertim tempore

Y fera.

feratur pulsus? qui si forsan fuerit celer, indicaret calorem lentum & hecticum, & spem reconvalsentiae longe minorem ficeret.

C A S U S XXVIII.

An pathemata spasmodica hemorrhoidalia a pilulis Becheri, cum resina jalappæ permixtis, prognosci possint.

Trenuuus quidam Centurio, annorum quadraginta, temperamenti sanguineo-cholerici, habitus corporis spongiosi & succi pleni, nullis unquam naturalibus hæmorrhagiis adiuetus, nisi quod semel ante quatuor annos hæmorrhoides fluentes, sed mox iterum evanescentes passus fuerit, nec venas secan das præbere solitus, quatuor circiter abhinc mensibus incidit in nauseam, mane potissimum vomendi conatu junctam, nec non adpetitus prostrationem, alvi obstructionem, atque lancinantes tensivisque dorsi & abdominis dolores. Consultus medicus exhibuit protinus quindicim grana pilularum balsamicarum Becheri, cum quatuor granis resinæ jalappæ præparatae, sive cum pineis tritæ acutatum: ex quibus aliquoties alvum sati large depositus. Neque vero ullum symptomatum exinde perceptit levamen; sed accedebant præterea spasmodicæ dorsi ac imi ventris tensiones, circa os sacrum maxime affligentes, stupor crurum, continuus tenesmus, anorexia, ructus, vomitus, alvi obstructio, atque quædam cirea anum irritatio, ac si solidius ipsi inhæreret corpus, quod excrementorum exitui obicem poneret. Superveniebat denique febris lenta, & post dictorum symptomatum remissionem adhuc perdurabat instar tertianæ: siquidem alternis diebus, horis pomeridianis brevi horrore, cum subsequente notabili calore adoriebatur. In tali rerum statu protinus ab initio, ad imminuendam plethora, & præcavendam inflammationem, vena in pede tundebatur, non sine insigne symptomatum levamine. Nec

extrinsecus sine fructu in usum vocabantur frictiones abdominalis cum spirituosis, clysteres, fomentationes per infessum: ad febrim extinguedam propinabantur potionis ex aquis diapnoicis cum succo citri, conchis, antimonio diaphoretico, liquore anodynō minerali confecte; & cum nonnunquam pavores ac subfultations tendinum accederent; polveri lumbricorum terrestrim nuptæ; non minus dabantur pulveres ex absorbentibus, salibusque neutris concinnati, & ob dolorum vehementiam versus noctem cum uno vel altero massæ pilularum de Cynoglossa grano permixti. His paulatim obsecundabant symptomata, & definebant tandem in coecas hæmorrhoides, parum cruaris fundentes: sed adhuc restabat, ut post quamvis, etiam naturalem, eamque largiorem alvi excretionem, dolores intestinorum commoverentur. Quamobrem, ut partim relaxatis venæ portæ vasis robur restituere tur, partim febris lenta præscinderetur; adhibebantur roborantia, & quidem modo pulveres ex salibus neutris, absorbentibus, aliquot croci martis antimoniat granis, & flavedine corticum aurantiorum parati; modo tinctura tartarifata Ludovici & Lemery; modo electuaria ex conserva rosarum rubrarum, corticum aurantiorum, pulvere calcariæ, tartaro vitriolato Tachenii, floribus salis ammoniaci, & syrupo cinnamomi confecta. Hinc etiam factum est, ut remittente febre, æger pristinæ redederetur sanitati, atque suis muneribus vegetus iterum fungi potuerit. Verum enim iero haud ita pridem, prævia corporis incalcentia, eadem revertebantur symptomata; sed post datos pulveres ex conchis citratis, & salibus neutris protinus remittebant. Tum adhibuit æger quædam ab alio medico remedia; ex quibus non solum pejus habebat, sed quoque post aliiquid tempus, bis ex improviso graviter factis præcordiorum frictionibus, calidis fomentationibus brevi tempore expugnaretur: tamen succedebant vertigo, ructus crebri, dorsi dolores, atque co-

coryza. Hinc misso ob instans æquinoctium ex vena in pede incisa sanguine, ventriculi regioni imponebatur emplastrum de cumino & crusta panis, cum oleo menthæ malaxatum; interne dabatur sal digestivum Sylvii, oleo corticum arantiorum, spiritu nitri dulci, & salis ammoniaci anisato permixta. Et sic debellata sunt hæc symptomata; nisi quod roctus ac vertigo adhuc nonnunquam infestent. Neque tamen minus ad salvandam medici famam in questionem venit:

1. Num memoratum laxans, quod pilulae balsamicæ cum resina jalappæ acuatae constituebant, adeo violentum adrasticum vocari mereatur purgans, ut excitandis, quæ ægrum cruciarunt, symptomatibus soluti sufficerit?

Anne potius præsens affectio fuerit colica hæmorrhoidalis?

3. Utrum in illa venæ sectio fuerit salubris, nec ne?

4. Num ex fontium medicatorum, præsertim Driburgensem, aut Pyrmonitanorum usu, perfectam mali curationem licet expectare?

RESPONSIQ CONSULTATORIA.

Communicatus mecum casus, & in illo quædam quæstiones fuerunt propositæ; quarum prime satisfactus, non possum allegatum purgans, in viro quadragenario exhibitum, pro tam violento habere, ut præsertim morbum excitaverit, aut magis adauxerit: cum non solum pleraque symptomata, jam ante illius usum prelto fuerint, verum etiam resina jalappæ cum amygdalis sive pineis trita in intestinis haud coagulari potuerit. Contra vero si consideravero, ægrum nostrum ob sanguineum temperamentum, diætam lautam, intermissionem, & alias forsan causam venæ sectionem, & alias forsan causas, insignem sibimet contraxisse sanguinis abundantiam, quam natura etiam aliquot abhinc annis per hæmorrhoidalem fluxum imminuere tentavit: facile intelligo, omnium symptomatum caussam

ex cruce in vasis hæmorrhoidalibus internis accumulato esse derivandam. Dum enim ille in dictis regionibus stagnavit, tumorem primum in intestino recto progeneravit; exitu vero per hanc viam denegato, ad vasa vena porœ subinde regurgitavit, & sic humorum circulum in visceribus imi ventris redditum inæqualem. Quamvis igitur dictæ pilulae tantæ haud fuerint efficaciz, ut sanguinis per venas sedales excretionem promovendo, mali symptomata sustulerint; tamen nullo modo pro horum caussis haberí possunt. Et rectissime egit omnino consultus medicus, quod per venam in pede tuam, humorum molem imminuere, atque clysterum & fomentationum ope fluxum hæmorrhoidalem revocare tentaverit. Enimvero neminem, in frequenti artis exercitio versatum fugiet, quanta diurna pariter ac periculosa mala suboriri soleant, si crux in intestinis inferioribus stagnaverit, & exitu per anum destitutus, intestinorum tunicas nimium distendere. Inde enim pleraque spasmodica hypochondriorum, ad quorum classem noster etiam ægrutus pertinet, symptomata, curatu difficillima suos mutuantur natales.

Quamobrem præsentem morbum, juxta alteram questionem, non tantum pro colica hæmorrhoidalí, sed etiam affectu spasmodico, totum intestinorum volumen, ventriculum atque mesenterium occupante habendum esse arbitror. Meatis vero deliquia non nisi a crux circumferendo per cordis ventriculos retardato originem trahunt, quod circuitus impedimentum humoribus magno impetu, in cordis dextrum ventriculum pariter ac auriculam compulsis, & has partes insinuiter distendentibus debetur. Neque enim polyposa adhuc metuo concrementa, cum pulsum nondum intermitterem, nec spirationem post corporis motum anxiam ac difficilem esse, ex morbi historia percipio.

In tali rerum statu, ad tertiam responsus quæstionem, adeo necessariam jūdico venæ sectionem in tam sanguineo subiecto,

jecto, ad hemorrhoidalem evacuationem
prono, ut ejus omissionem pro principali
omnium symptomatum caussa, omnino
agnoscendam esse credam.

Et quod denique quartam attinet questionem; certissimum est, præsens malum absque thermarum, balneorumque usu, nec non aeris mutatione & pertinaci vietus observatione nunquam sublatumiri. Quare commendo thermas Carolinas, futuro vere potandas, & tum balnea Tœplicensia adhibenda; quippe quæ ad tollendos hosce morbos sèpius deprehendi præstantissima. Ceterum a potu vinoso atque cerevisario abstinere, & sola aqua uti; ac præter venæflectiones, pulveres absorbentes interdum adhibere conveniet.

C A S U S XXIX.

De malo hypochondriaco.

VIR annos triginta natus, decimo
jam quinto ætatis anno peculiari
affectu infestari cœpit. Nimirum singulo
vere ac autumno, mane potissimum sub
frigidiori tempestate, molesti ardores, ac
pustulae scorbuticæ faciem manus atq; pe-
des obsidere sueverunt; quibus ventriculi
rosis, ac insignis edendi cupiditas super-
venit; summis autem cibis, vel radice
aristolochiae rotundæ protinus remise-
rint omnes molestiæ. Successu temporis
narium hæmorrhagiæ, non sine levami-
ne, accesserunt: ex quibus a ger, qui
præterea staturæ longioris, habitus stri-
ctioris, valisque capaciorebus instructus est,
pro tabis pulmonalis candidato judicaba-
tur. Hinc singulo mane lac caprinum,
postea vaccinum calide potare debebat:
sed paullo post in hypochondriacas inci-
debat passiones. Quæ, licet primum
corporis exercitio mitigari potuerint, ta-
men paulatim magis magisque invalese-
bant; & accedente ob cholericum, quo
pollet, temperamentum crebra iracun-
dia, tandem æstu potissimum volatico,
ac oculorum caligine, semet exserebant.
Potavit igitur, suau quorundam, per
binas successive annos, acidulas Egranas,

& quidem frigidas, satis copiosa quantitate, cum addita martis limatura; sed tantam exinde ventriculi debilitatem fibimet contraxit, ut jejonus insigni praecordiorum anxietate, artuum tremore, ac canina ferme fame corriperetur; neque etiam minus sumis epulis male haberet. Hinc variis porro curationibus improvide tractatus, majorem successive symptomatum hypochondriorum vehementiam tolerare coepit; nisi quod alius nunquam obstructa, sed semper laxa fuerit. Tandem ob atrocem utriusque hypochondrii tensionem, medici immediabilem jecinoris atq; splendis infarctum suspicabantur. Nihilo tamen minus, cum post adhibitas tinturas, ac pulveres antihypochondriacos semper aliquale malii levamen sequeretur; & institutis circa æquinoctia in pedibus venæctionibus, catharrales plerumque narium ac pectoris affectiones succederent, cum subsequente corporis & animi alacritate, non omnem salutis spem abjecit æger. Quare potius, quoniam crebri ruelus, ac vomendi conatus ipsum invadebant, purgantibus primum sibi consulere putabat: quæ cum magis debilitare viderentur ventriculum, ad vomitoria confugiebat: neque vero ex his obstructiones atque tensiones ventricoli ac hypochondriorum penitus remittebant. Tum forsitan incidebat in lectionem scriptorum Hoffmanni diæticorum, & cum legisset, præstansissimam ac universalem ferme in aqua latere medicinam: singulo mane insulum theiforme, quod veronicam, scordium, atque trifolium habebat, larga & sere duarum mensurarum quantitate, inter obambulandum, & fumum Nicotianæ sagendum potare coepit. Hinc mucus, qui anteā in ventriculo ac circa cordis scrobiculum, veluti impæctus erat, emolliri videbatur: & licet praecordiorum anxieties accederent, tamen gaudebat, quod majori facilitate absque naufea, si capite inclinato hypochondria comprimebat, vomere potuerit. Non minus vesperino tempore post levissimum corporis motum, saburra acidissima sponte erabatur: qua excreta, spiratio facillima

succedebant, atque præcordia quasi exinanita videbantur. Idcirco continuabat decocti illius potationem mane pariter ac vesperi: & inde matutino tempore copiosissimam pituitam, meridiano autem acidam dumtaxat ac biliosa faburram vomitu reddebat. Sic emollita ventriculi regione, restabat adhuc hepatis pertinacissima obturatio, ac vehementissima inflatio: sed hanc etiam tandem relaxabat, dum illam regionem, vinculis perpetuis constrictam, post potas calidiores aquas, manu fortius compri- mebat, & sic incarceratum ibidem mucum, vomitu excernere poterat. Ab hinc novissima ætate ad thermas Carolinas adiit, iisdem mali reliquias expugnatus: at his nunquam ducebatur alvus, nisi vesperi pilulas balsamicas, mane sal Epsomense sumeret, aut clysteres sibi infundendos curaret; sed omnis aqua, quam singulo mane quadraginta vasculorum quantitate potabat, cum multo viscido ac bilioso muco per vomitum eructabatur. Hinc domum reversus iterum, potationem infusi theiformis supra allegata ratione continuauit, & nonnunquam pulveres absorben-tes interposuit: quo tandem factum est, ut utrumque hypochondrium, ac regio circa cordis scrobiculum ab omni muco libera, & quasi vacua redderentur. Non minus vomitus jam fuit rarijores; & mane atque vesperi sæpius nulli: contra vero post corporis motum a meridie inslitutum, plerumque biliosa acris saburra ex ore fertur; licet tum non potetur infusum. Interim nondum ab omni molestia liber est; sed his potissimum adhuc infestatur symptomatibus.

Namque primum tonus ventriculi ac reliquorum viscerum adeo labefactatus est, ut, si per aliquod tempus fuderit æger, protinus inflativis ventriculi atque scrobiculi cordis doloribus, spirandi difficultate, ac pressorio in oculis sensu afficiatur, & inter respirandum flatus in sinistro hypochondrio instar aquarum floquent, donec vel per superiore, vel inferiora eructentur. Quæ vero symptomata, præcordiorum atque ab-

Hoffm. Conſut. Med.

dominis fortiori constrictione aliquantulum mitigare potest. Hora nona matutina, post præviā oscitationem, atque corporis languorem, molesta ventriculi rosione infestatur; quæ quidem sumto similæ frusto, vel pulvere absorbente paululum remittit, sed remanet tamen avida ciborum appetentia ad prandium usque. Tum vero excipiunt ventriculi inflationes, gravis spiratio, & omnium actionum torpor: ac denique hora pomeridiana quarta, post institutum corporis motum, acris biliosa sa- burra eructatur. Si sub epulis potaverit vina dulcia, aut Hungaricum, molesta in œsophago sentit titillationem: quæ, sumto Rhesano invalescit, & avidiori fame stipatur. Fortiorem ingressum inseguuntur obtusi & tensivi utriusque hypochondrii dolores: sæpius quoque, laxata potissimum alvo, molestæ tractiones ab humeris ad cervicem ascendunt, quæ collum distorquendo, caput instar emprostethoni, deorsum & simul antrosum flectunt. Neque porro minus tensiva titillatio nonnunquam percipitur in dextro hypochondrio juxta ventriculum, ubi forsitan vesicula fellea residet; quæ sæpen numero ad ipsa usque exten-dit labia, cum peculiari eorundem motitatione, suſtione fumi Nicotianæ amulante, atque violenta pedis dextri agitatione. Videtur ea regio adhuc muco quadam obstructa, spasmis ab hoc veluti liberanda: quod si vero acida ac biliosa eructetur materies, aut sternutamenta accedant, remittunt hæ molestiae. Mitissimæ non minus observantur post sumtas pridie pilulas balsamicas; sed, quod notatu dignum est, acerbiores antecedunt alvi dejectionem, qua facta iterum mitigan-tur. Neque etiam ignorari oportet, hasce affectiones pro varia tempestatis ratione admodum diversas existere: hac enim pluviosa, torpidus ac lan-guidus observatur æger: sicuti etiam, cœlo existente sereno, longe vegetior deprehenditur. Jam quoque absque ulla molestia infusum theiforme ex veronica, melissa, foenicolo, salvia & millefolio

conficitur potare potest: cum ventriculus olim non nisi amarulentas tulerit herbas, aut acrimoniam. Diatam ceterum per aliquot annos exactiorem observat, nec acida, laeticinia, poma &c. ob inde inductam vehementiorem ventriculi fermentationem, nec eundem ob finem cerevisiam Lobeginensem assomit; sed pro potu ordinario, cerevisia lupulata, cornu cervi raspato permixta, cum fructu uti suavit.

C O N S U L T A T I O .

EX iis, quæ de adversa ægri cuiusdam valetudine, mihi prescripta sunt, facile intellexi, illam omni jure passionis hypochondriacæ, quæ maximum medicorum est scandalum, mereri nomen. Quamvis autem hisce temporibus frequentissimum deprehendatur illud malum: attamen pauci sunt medicorum, qui illius originem, caussam, ac veram sedem rite prospexerint; quemadmodum ex variis, quas sovent, opinionibus luculenter patet. Quidam enim passionem eam ex obstructione valorum in mesenterio capillarium; alii ex infarto splenis; alii ex faburra acida, viscida atque biliosa ventricoli derivant; alii denique omnia spastmodica, quæ præsto sunt, symptoma pro salutaribus naturæ habent moliminiibus, quibus humores superfluos ac stagnantes per venas sedales eliminare intenderet, sed voto suo sæpius privaretur. Verum enim vero, mea quidem sententia, atrox hoc malum non nisi perverso, quin imo inverso ventriculi ac intestinorum motui peristaltico debetur, qui in harum valde nervosarum partium spastmodica ac convulsiva contractione non minus, quam earundem atrocia atque resolutione consistit. Quemadmodum enim ab integra, & naturali ventriculi ac intestinorum peristalsi, debita ciborum concoctio, succi chylosi legitima secrecio, ac fæcum alvinarum salutaris excretionem dependet: ita e contrario ab eodem motu peristaltico, per humores in flexu-ris, plicis, atque valvulis intestinorum stagnantes, perverso ac labefactato, non so-

lem dictæ harum partium functiones admodum destruuntur, verum etiam multi flatus atque spastmi progernerantur, qui per consensum cum reliquis nervosis partibus, universum corpus in tristem violentorum motuum rapiunt societatem.

Quanobrem crebra compertum habeo experientia, hypochondriacati hanc passionem ab iis caussis, quæ nervosarum illarum partium tonum ac elaterem destruendi facultatem possident, facililime generari. Hujus generis sunt diuturnus mœror, gravis terror, vehemens refrigeratio, potus frigidus, maxime post iram, terrorem, violentos vomitus ac alvi dejectiones, aut corporis incalefactionem ingestus, largior ciborum acidorum assumptio, frequens purgantium fortiorum usus, inordinatus aquæ frigidae & acidulorum potus, ac denique opiatorum & adstringentium in cohibendis fluxionibus sanguinis, alvi profluviis, & febris accessionibusabusus. Non minus huic sæpen numero contribuit nativa genetrix nervosi, & præsertim ventriculi & intestinorum debilitas; quæ etiam nimis sanguinis profusionibus, multis vigiliis, immodicis meditationibus, laboribus mentem fatigantibus, vita sedentaria, maxime quæ corpore incurvata fit, vehementi hypochondriorum compressioni, quæ maxime in sexu sequiori per vestimenta compressoria locum habet, haud raro in acceptis ferenda est. Hæ nimis caussæ, præsertim si plures illarum concurrant, adeo destruere valent saluberrimum ventriculi & intestinorum elaterem, ut, nisi tempestivæ ferantur suppetiatæ, noxiolissimum illud, quod hypochondriacum vocant malum, presso insequatur pede. Quam arduum vero sit, ejusmodi ex vitio partium solidarum propullulantes morbos funditus extirpare, qui in frequenti artis versantur exercitio, erit notissimum.

Quod si igitur eas perpendiculariter cauas, quæ morbum istum in nostro produxerunt ægroti, has inter semet offerunt crebræ narium haemorrhagias in juventute toleratae, vita sive motu defles, multi mæores ac sollicitudines, perversus acidu-

Iarum Egranarum cum limatura martis, nimia quantitate, & frigide potarum usus, & sapio data purgantia. Hisce enim tonus ventriculi & intestinorum adeo laesus ac inversus fuit; ut flatus ad superiora compulsi, in flexuris coli porosissimum intestini, quæ in utroque hypochondrio deprehenduntur frequentissimæ, subsisterint, & tali ratione alvinæ obstrunctionis, ruetuum, anxietatum, vomendi conatum, atque tam violentiarum dextri maxime hypochondriæ inflationum, luculentas suppeditent rationes. Hinc vero, cum flatus ac motus humorum ad superiores magis regurgitarunt partes, æger ex vomitibus se levatum iri putavit: led nec his conatibus subscribere possum. Licer enim vomitus illi lenioribus dumtaxat subsidiis, atque copioso infusorum calidiorum potu provocati, & nonnunquam etiam symptomatum levamen intulisse fuerint visi: nihil tamen secios inversio motus peristaltici iisdem longe pertinacior redditæ est. Neque ideo mirum, quod thermae Carolinæ, per vomitus semper redditæ, spem refellerint.

Ut vero desiderio ægrotantis satis fiat, & præfertim labefactatus ventriculi ac intestinorum tonus, qui omnium symptomatum primum est fundamentum, corroboretur, convenientissimam judicio sequentem medicationem. Primum quidem rectæ vivendi rationi, utr haec tenus factum est, ulterius insistere; & præfertim animi tranquillitatí, ac corporis moderato exercitio probe studere conveniet. Deinceps bis quotannis, Martio nimirum ac Septembri mensibus, sub celo sereno, prævio pediluviorum usu, quinque, vel sex cruxis ex vena in pede tusa detrahantur uncia; sed eo potissimum tempore cibi concoctu difficultiores fugiantur, & aer frigidus omni arteatur studio; alias enim facilime desultiones, quin & febres catharrales subvientur. Post venæfectionem autumno institutam, per decem dies singula vespera decem mearum pilularum balsamicarum capiantur: matie vero drachma una salis mei aperitivi, in haustu aquæ mineralis, vel Tonkadianæ, vel Selteranæ,

vel Egranæ tepidioris soluti assūmatur; & tum quedam vasecula infusi Theiformis ex veronica, salvia, melissa, & scenculo parati hauriantur. Denique ex ultimo sub epulis haustu adhibeantur sexaginta guttæ mixturæ balsamicæ, quæ sic se habet: Recipe essentiaæ corticum aurantiorum recentium, tinturæ tartari, essentiaæ gentianæ rubræ ana drachmas duas. M. Ex hac enim curatione idem resultabit emolumentum, quod ab uso thermarum vel acidularum expectare licet. Præterea singulo octiduo memoratae superius pilulae semel assūmantur mane; & post meridiem non minus, ac circa vesperam præcedentis diei, drachma una salis aperitivi, cum dimidia lapidum cancriorum capiatur. Contra ventriculi inflationem, & præcordiorum anxietatem, non efficacius erit subsidium, quam tintura corticum aurantiorum, cum spiritu nitri dulci, aut liquore meo anodyno, essentia castorei, ac oleo florum chamaæmeli, vel millefolii vero permixta, & sexaginta guttæ ex aqua menthae, vel sceniculi propinata. Iisdem molestiis convenientissimam etiam opem feret cataplasma, ex pane fecalino, absynthio, mentha, baccis juniperi, caryophyllis, cumino & chamomilla Romana cum vino paratum, & calide circa ventriculi regionem applicatum: quippe quod non solum flatus discutiendi, verum etiam lenem sudorem movendi, egregiam possidet virtutem.

Ad infringendum porro, quod in ventriculo hospitari viderit, acidum, abs reerit, nonnunquam vel ante epulas, vel hora quinta pomeridiana drachmam dimidiæ lapidum cancriorum præparatorum, unicæ olei de cedro guttula nuprorum ex aqua frigida adhibere. Si vomitus, alvi profluvium, aut dolores intestinorum accesserint; opera pretium erit, decem vel mearum balsamicarum, vel aloephanginarum pilularum, extra eto rhabarbari permixtarum, unicum theriacæ cœlestis, sicuti illam in notis ad Poterium parandam docui, granum addere, & nonnunquam devorare. Quod sū denique hæmorrhoidalis fluxus indicia,

aut tumores ani adparuerint, partim ani vi sellæ perforatæ fomentationes, partim hirudinum adplicationes insigniter proderunt.

C A S U S XXX.

De affectu hypochondriaco.

ILusterrissimus quidem comes, annum jam egit ætatis suæ quadragesimum primum, temperamenti est sanguineo-melancholici, habitus corporis strictioris, succipleni, sed pallidi faciei coloris. Prandio utitur opiparo; cœna nulla; & pro potu ordinario aquam bibit vino nuptam, vernali autem ac autumnali tempore infusum theiforme forbillare suevit. Vefperi post cœnam indulget somno Nicotianæ, quantum illius, quam Canaster dicunt, quatuor vel quinque fistulis sugere potest: exinde enim alvum non minus quam flatuum eruptionem promoveri obseruat. Solet porro sub tempestate serena corpus, præsertim equitatione movere; cum ex intermissio sub cœlo pluvioso hocce motu, insignes in hypochondrio sinistro molestias, & artuum languorem percipiatur. Juvenis adhuc nullis morbis, nec hæmorrhagiis, nec cathariris unquam obnoxius; nisi quod frequenter dentium dolore, ac febre acuta aliquando laboraverit. Viginti novem annos nato hæmorrhoides fluere coeperunt; sub quarum excretione per binos adhuc annos illibata gravitus est sanitate. Verum enimvero cum corpus, primum vi no largiter hausto, & mox juncta inter venandum fortiori equitatione insigniter commovisset, post effusum exinde nimium per venas sedales cruentum, hæmorrhoides siluerunt. Tum vero successerunt febres intermittentes, & per integrum annum tristem scenam ludentes, non nisi potis tandem, anno millesimo septingentesimo vigesimo primo, thermis Carolinis curatae fuerunt. Neque autem rediit sanguineus per anum fluor; quamobrem venæflectiones in usum vocatae, & verno semper tempore in pede detracta satis larga sanguinis floridi quan-

titate, institutæ sunt. Abhinc quidem hæmorrhoides quotannis proruperunt, sed nec sufficienti copia, nec cum levamine ægrotantis fluxerunt: quid? quod ab eo potius tempore varia molestia, præsertim pressiones in hypochondrio sinistro, mentis angustia, atque melancholia, quas omnes flatuum excretio, usu Tabaci egregie adjuta, mitigat, infestare coeperint. Hæc ergo symptomata cum magis, magisque invalescerent: iterum annis 1726. & 1727. usu thermarum Carolinarum oppugnata sunt; quæ malo quidem quasdam intulerunt inducias; nec vero hæmorrhoides revo care, nec ideo impedire potuerunt, quo minus per intervalla recrudescerent molestiae. Et hac æstate novissime clapsa, ex ingenti ob duorum liberorum intra sex hebdomades variolis peremptorum obitum, suberto mœrore, longe majus sumferunt augmentum. Namque mox supervenit, & per decem dies inhalat largum alvi profluvium: quo sopito, animi laxandi caussa iterum Carolinos fontes adiit perillustris æger. Domum reversus, sanguinem per alvum reddere coepit aliquantulum; sed brevi post dolorificus ac insigniter ardens furunculus, inguinis regionem occupavit, evi gallinacei magnitudine, & crebris horribus, nocturnis sudoribus, adipetitus prostratione, vigiliis, virium jactura, & corporis contabescientia stipatus, metum injectit, ne forsitan viscerum labes subfasset, ac hec tanta febris jungeretur. Euanuit autem ille metus, cum apostemate hoc congruis emollientibus maturato, aperto, purificato, ac denique consolidato, corpus iterum pinguisceret, vires restaurarentur, somnus atque ciborum adipentia redirent. Recruduerunt nihilominus pristinæ molestiae; quæ jam partim in flatulentia, & hinc laborata præcordiorum anxietate, partim splenis affectione quadam consistunt. In hujus enim regione, ab omni tumore ac duritie libera, sentiuntur tensi atque pressorii dolores; qui nonnunquam versus abdomen instar auræ calidioris, cum subsequente euphoria, extenduntur. Neque vero

vero alia, hypochondriacis propria, symptomata adfigunt, ut quidem sunt capitales dolores, nausea, ruetus, sudores nocturni &c. neque enim lecto affixus tenetur æger. Ceterum notari meretur, hæmorrhoides olim verno semper fluuisse tempore, & illustrissimum Comitem a potu vini, licet largiori, accedente potissimum grato consortio, passionum suarum egregium percipere levamen. Interim cum ab istis malis vindicari cupiat, atque ne successu temporis graviora accedant, vereatur: ad Te confugit, Vir Excellentissime, & doce-ri gestit, quinam sit, quo laborat, affectus, & qua potissimum ratione ex-pugnari queat.

CONSULTATIO.

Morbus, quo perillustris Comes male habetur, non aliud est, quam hypochondriaco spasmodico-flatulentus. Debetur ille sanguinis nimis moli, ejusque excretioni per vasa hæmorrhoidalia denegatae, ac irregulari: qua sit, ut succivitales intra vascula intestinorum, maxime inferiorum stagnantes, horum elaterem debilitent. Tum vero multi statut, praesertim in flexura intestini colii, sub hypochondrio sinistro sita generantur, ac partes hasce nerveas admodum distendunt; a quarum distensione dolores, angores, anxietates cardiacæ, digestionis vitia, & melancholicæ accessiones, suos mutuantur natales. Inter caussas autem horum symptomatum remotores, merito referri debent diæta lauta, vita motus expersa, diuturnus mœror, & forsitan nativa gêneris nervosi debilitas. Neque igitur ex repetito thermarum Carolinarum uso, passiones istæ penitus debellari potuerunt, quoniam ex illis legitimum hæmorrhoidalis fluxus successum impetrare haud licuit. Potius notabilis abscessus in inguine, ac procul dubio in concursu tenditum muscularum abdominis, quem linam albam vocant, subortus fuit: quales hoc anno frequentes, & vel ab im-

puro sanguine, vel retropulsa podagra

inductos observavi. Ut autem a restitutis adhuc molestiis liberetur comes illustrissimus, suadeo, ut primum crebriori corporis exercitio studeat; & ad minimum ter quotannis, nimis Februario, Junio, ac Septembri mensibus, venam in pede tundendam curet. Potui ordinario per æstatem egregie inservient acidulae Selteranae, cum quarta vini Rhenani parte mixta; hyeme vero hoc decoctum: Recipe radicum graminis, scorzonerae ana uncias quatuor, cichorei unciam unam & semis, corticis ligni saffras drachmas tres. Cone. D. S. species, quarum unciae binæ in tribus aquæ mensuris per horam dimidiā sunt decoquendæ. Quo ad herbæ Nicotianæ usum pertinet; illa tantum abest, ut turbet digestionem, ut potius alvi successum adjutura sit, si parcus ac repetitis vicibus, nimis mane sub potatione infusi calidioris, deinceps hora quinta pomeridiana, denique vesperi sugatur. Inter pharmaca vero haud congruum erit, multis variisque remedii uti: sufficient ex illici Elixirium meum viscerale, atque pilule balsamicæ. Illius nimis septuaginta vel octoginta guttas vel mane ex infuso calidiori, vel ex ultimo sub epulis haustu capiet; harum quatuordecim, una cum duobus pulveris præcipitantis scrupulis singulo octiduo semel cubitum iturus assumet; nec non tempore fluxus hæmorrhoidalis, si minus recte successerit, usurpabit. Et haec sunt, quæ in salutem illustrissimi Comitis proponenda duxi, quæ Deus reddat salutaria, ex animo precor.

Relatio.

Ex Elixirio viscerali in confortando ventriculo insignem fructum percepit illustris æger; quare continuato illius per tres menses uso, sequenti anno Carolinas iterum adiit thermas, iisque sub recta vietis observatione potis, egregie habere ac valere coepit.

C A S U S XXXI.

De passione hypochondriaca in fæmina.

MAtrona quædam 31. annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, habitus strictioris, in sterili per decem jam annos vivens conjugio, & alvi obstructioni, sa plus per octo dies inhærenti, obnoxia, haud raro fluorem album patitur, concubita fungitur magis dolorifico, quam jucundo; & sub lotii mictione, vehementes in urethra ardores sentit, ac lancingiones. Menses statim flouunt tempore, sed parca quantitate; & cruentum fundunt primis diebus atrum; tertia autem, quæ simul ultima est, lividum, & putri materia similem. Ad congestiones, præsertim oculorum, valde proclivis est; siquidem dexter potissimum oculus haud raro rubore inflammatorio occupatur, & ex cantho interno multum pus plorat; ut sœpius eule metus fistula lacrymalis fuerit.

Gravioribus morbis nunquam fuit infestata: at quinto ætatis anno scabies obfedit corpus; cui intempestivo unguentorum usu repulsa, successerunt variolæ. His curatis, scabiosa materia oculis incubuit, illosque gravi congestione affecit, ut per sex-integros menses, lucem absque ingentibus adspicere nequiverit doloribus. Licet etiam hæ molestia, setaceo nuchæ adplicato obsecundantes remiserint: attamen insignis oculi præsertim dextri relista fuit imbecillitas, adeo ut sepiissime illius inflammationem patiatur. Hinc tribus abhinc annis fonticulum in brachio excitandum curavit; neque tam minus novissima hyeme, graves ad eundem oculum congestiones, bis toleravit. Et quum symptomata illa, nimirum alvi obstructio, fluor album, ardor & acrimonia urinæ, atque ophthalmia majora in dies sumant incrementa: salutare anhelat consilium, ut ab illis vindicetur.

Ceterum animo satis tranquillo, & ad irregularles affectus minus proclivi fruatur; cibis concoctu difficultoribus, atque

salitis magis indolget; quam mollioribus; sub epulis vino recentiori Gallico, haud adulterato, aut nonnunquam eo, quod vocant Pontac urinur; pro potu ordinario aquam adhibet, rarissime cerevisiam; vita gaudet mobili; & bis quotannis veniam lecandam præbet.

C O N S I L I U M M E D I C U M .

Symptomata, quibus generosissimam mulierem graviter infestari, histria mecum communicata docuit, satis fu- perque testantur, succos vitales non solum impuros, corruptos, atque scorbuticis forditibus imbutos esse; verum etiam difficilior ac irregulari circuitu, per urenum, mesenterium, ac reliqua imi ventris viscera ferri; & in nervosis partibus hinc inde stagnare. Neque vero minus partium solidarum, præsertim ventriculi ac intestinorum vitio, ac atonia quædam debetur animadversio: unde non tantum crassus ac illegitimus generatur chylus, verum etiam flatus atque spalsti excitantur, qui humores impuros ad superiores partes, pectus, caput, & præsertim oculum dextrum, tanquam partem debilem magno compellunt impetu. Hæc au- tem fluidarum pariter ac solidarum partium vitia a nativa potissimum generis nervosi debilitate, primos mutuata na- tales; minus sufficienti corporis motu, ac perverso forsitan rerum non natura- lium, ciborumque acidorum & salitorum usu magis aucta videntur atque sustenta- ta. Quæ jam radicata, & inveterata li- cet difficillimam promittant curationem: attamen cum illustris ægra florida adhuc constitutione, ac vegetiori ætate gaudeat, minime est desperandum. Idcirco ad im- petrandam sanitatem opera pretium fore credo, ut futuro vere thermæ, quæ in Carolinis scaturiunt, molares per quatuor hebdomades potentur, & subinde balnea Tæplicensia per decem dies adhibeantur. Huic vero curationi ut aptum reddatur corpus; ineunte vere, prævio pediluvio- rum usu, vena in pede secunda; & sin- gulo triduo pulvis laxans, ex pulvris rha- barbari drachma dimidia, nitri & terræ fo-

soliatæ tartari ana gravis sex consecutus erit capiendus. Deinceps potus in locum ordinarii, missa omnicerevisia, decocto quodam cum vino Rhenano veteri per mixto, aut acidulis Selteranis, euldem vini tertiae parti nuptis uti conveniet. Non minus frequenti atque moderato corporis exercitio indulgere; contra vero a cibis crudicribus, salsis, acidis, refrigeratione, & animi affectibus probe cavere decet: & denique Elixir meum viscerale, guttis sexaginta & sub epulis, & hora pomeridiana quarta, etiam inter Carolinarum potionem assumere expediet. Quæ si rite in usum traxerit generis mulier, de felici curationis eventu nullus dubito.

C A S U S XXXII.

De affectu hypochondriaco cum tumore erysipelaceo pedis.

Vir quidam litteratus, Theologiae Professor, annorum quinquaginta, temperamenti sanguineo-cholerici, a teneris illibata sanitate gavisus, anno ætatis quadragesimo primo ob crebros & vehementiores, quos ex suggestu pariter, ac cathedra fecit, sermones, levi tussicula atque raucedine, per intervalla sollicitari coepit. Tussis invaluit subinde, ac inveteravit: quid? quod sex circiter ab anno annis insultus mali hypochondriaci accesserint. Hos soala medici cuiusdam primum venæctionibus oppugnavit; quas, licet ob vehementem aversionem semper comitarentur mentis deliquia, tandem bis in pedibus, semel in brachio celebrandas curavit. Postea infusum vino. sum, haud sine levamine quodam potavit; & anno 1724. acidulas Driburgenses in usum vocavit, ac ob earundem egregium effectum sequentibus annis continuavit. Tum anno 1726. catarrales affectiones, graves non minus ac molestas toleravit; quæ post sex hebdomadum decursum remiserunt quidem, sed difficultem aphelationem, atque tussim humidaem, cum excretione muci reliquerunt; adeo, ut certante nonnunquam ea tussi,

pejus habauerit æger. Novissima hyeme accessit vocis raucedo, & tandem 10. Calend. Martii accidit, ut circa hora in septimam vespertinam, prævio ingenti horrore, magno æstu per triginta horas, cum sopore, & contabescientia carnosæ in facie substantia stipato cruciaretur: quem subinde paullo remittentem, scorbuticus ac inflammatorius pedis dextri exceptit tumor. Consulti medici æque ac Chirurgi nulla exhibuerunt remedias, fore ut hic tumor sponte evanesceret, arbitrati. Hinc ægrotus ipse subimet consulturus, applicuit flores sambuci cum farina fecalina mixtos, eo quidem effectu, ut imminuto tumore, iterum sermones sacros ex suggestu facere valeret. Sequenti solis die denno administraturus sacra; præcedebat febrilem affectum: & cum nihilominus postridie inter ipsos calores suggestum concendere, ac sermocinari teneretur, eo vehementior finitis sacris evadebat ardor, cum soporo affectu per viginti quatuor inhærens horas; ac tandem in scorbuticum sinistri pedis tumorem cum duritie ac rubore stipatum desinebat. Medici consuli iterum opem suam recusat, eam putantes supervaccaneam; ut ideo domestica eligere subsidia, & tandem aquas Driburgenses in usum revocare æger cogeretur. Hæ per undecim dies potæ, humores primum vehementer commovebant; & tandem cœcas hemorrhoides, admodum dolentes, & adhuc durantes inducebant. Præter illas malo hypochondriaco per intervalla infestatur; & ob scorbuticum pedis tumorem in publicum prodire nequit.

Ceterum adpetentia ciborum aliquantulum viget; neque tamen peristalticus intestinorum motus ab omni vitio immunitis videtur. Nullis, quantulum quidem reminisci potest, victus erroribus umquam induxit: mane aliquot vascula decocti herbae Theebois sorbillare; inter prandium cujuscunque generis edulis veisci, & parcissime vino Rhenano uti fuerit. Ab epulis ad extinguendam fitim, ob multam sermocinationem ipsi familiarem, cerevisiam, ut ut male notæ, potare

tare solet; quoniam decocta ipsi substituta sicut delere haud valuerunt. Cœna utitur parciori; & cubitum iturus parcam dosin aquæ asthmaticæ assumit. Somno gaudet tranquillo, nisi quod sub no-vissima aquarum medicatarum potatione, crebra ad mingendum stimulatione fuerit turbatus: alvinæ fæces modo crassiores, modo tenuiores redduntur. Nec denique ignorari oportet, ipsum commorari in humido habitaculo; ac herbae Nicotianæ Bremensis, quæ levissima est, fumum parcissime sugere suevit.

C O N S I L I U M .

Affectus principalis, qui somme Reverendum immaniter tractat vi-rum, procul omni dubio est hypochondriacus: ex quo tanquam fonte reliqua symptomata, tussis nimis atque rau-cedo diurna, scorbutica humorum dys-crasis, insultos febribles, & hos excipiens tumor pedum erysipelaceus suos mutuan-tur natales. Hæc inter pedum affectio maximam crucem jam figere videtur: cui non minus, ac reliquo hypochondriorum vitio accommodatissimas fuisse judico aquas Driburgenses. Has præsertim a-state futura quoque adhibendas suadeo, ita tamen ut earum, tertia parte lactis vac-cini permixtarum, singulo mane men-sura una tepide potetur, & hic potus per quatuor hebdomades continuetur. Notari autem meretur circa hanc curatio-nem, quod prima die dimidia dumtaxat illius aquæ mensura, in qua manna uncia una cum dimidia sit soluta, assumi; & manna illa singulis septem inter potan-dum diebus, ac denique sub curæ finem adhiberi debeat; conjunctis corporis ex-ercitio, temperantia ab animi affectibus, & recta viæ observatione. Tali enim ratione fontes isti in attemperanda liumorum acrimonia, ac siti mitiganda, præclaram exserent virtutem. Potum quod attinet; omnem cerevisiam evita-re, aut saltem vesperi potare decet; sub epulis autem sequenti decocto, cuius tres partes cum una vini Gallici sint combina-tæ, uti conveniet: Recipe radicis scor-

zoneræ, sarsaparillæ; ana uncias qua-tuor, cichorei, glycyrrhizæ ana unciam, corticis ligni saffrafas drachmas tres. M. C. D. S. species, quarum binæ unciae in tribus aquæ mensuris per tres horæ qua-drantes, additis subinde citri corticibus, sunt decoquendæ. Ad pedum denique tumorem topica adplicare haud prius li-cet, quam donec humores depurati ac fluxiles redditи fuerint. Operæ magis est pretium, assiduo calore affectum illum pedem fovere; tum, potis per quatuor-decim circiter dies aquis, hoc emplastrum admovere; Recipe minii, cerussa ana libram dimidiā, olei olivarum libram unam, aceti vini uncias quatuor, cere-albæ uncias sex. M. coquantur ad consi-stantiam emplastri; in fine adde campho-ræ drachmas tres. D. Hæc sunt, que commendare volui; quæ Numen secun-det, & felicia esse jubeat, precor:

Neque vero spem fecellit hæc curatio; postquam enim æger non solum commen-data remedia probe adhibuit, verum etiam Elixirium meum viscerale bis quotidie, ante prandium nimis, ac hora sexta vespertina per aliquot menes us-pavit: immunito sensim pedum tumore, insultos & hypochondriaci & febribles pe-nitus remiserunt.

C A S U S XXXIII.

De affectu hypochondriaco hysterico.

Foemina generosa, duos & viginti annos nata, temperamenti sanguineo-phlegmatici, habitus corporis laxi- atque plenioris, in conjugio, quo jam per quinquennium fungitur, sterili vi-vens, viro nupta cruentem ex utero men-struum, qui antea nunquam fluxerat, partim ope ipsius matrimonii, partim multorum remediorum, reddere demum cœpit. Accidit autem aliquando, ut dum menses fluenter, sub itinere, gelidissima hyeme facta, ex rheda in nivem precipi-tata, vi frigoris pariter ac terroris, pro-tinus lunare tributum persolvere desierit, Quod cum primum ex puerili verecun-dia,

dia, vel ignorantia reticuisse; abhinc circa tempus menstruum diris sollicitata est symptomatibus. Imminente videlicet ea periodo incidit subito in nauseam, anxietates praecordiorum, sive cardialgiam nauseosam, atque cephalalgiam, cum extremorum frigore, pallidoque & exsanguini oris colore: mox spasmi atrocissimi hypochondriorum, & acutissimi dolores in dorso, praecipue circa regionem imi ventris, & os sacrum, cum vomitu, & crebriore desidendi conatu, artuum lassitudine, vago tensivoque manuum, crurum, atque femoris dolores adeo torrent conficiuntque ægram, ut lipothymis aliquoties gravissimis, frequenter que repetentibus tentata, & parum abfuerit, quin convulsus concuteretur mortibus. Hæc symptomata, quæ inter tensivi dolores imi ventris & vehementissimi vomitus, frequentissima non minus, ac gravissima deprehenduntur, per aliquot horas violentam tyrannidem exercere solent; donec tandem crux ex utero prorumpat. Tum remittunt per quinque vel sex circiter horas, quibus scilicet sanguis fluit: cuius excretioni iterum sufflaminata, novus clementior tamen atque brevior succedit paroxysmus. Hæc scena per nycthemeron luditur; quo elapsa, vis spasmorum imminentur, & ægra pri-
flas recuperat vires. Sæpius sudores copiosissimi, ac odore nares ferentes acidissimo comitantur paroxysmum, il-
lumque modo mitigant, modo plane non levant: haud etiam raro suborta sitis intensior mali remissionem significat. Ante illius accessionem urinæ redduntur tenues, ac pallidæ; atque menses, statutum observantes tempus, sub ipso paroxysmo, tenues fluunt & aquose. Omnia denique hæc symptomata pro ratione pre-
gressi vietus, animi passionum, anni temporum admodum variant, & hyeme sunt sævissima. Ceterum extra fatalem illum menstruæ excretionis terminum, optimè habet ægra, colore vultus florido gaudet, somno fructus egregio, & adpetentia plus indulget, quam quidem ratione motus corporis licet; ut ideo ad hypochondriacam passionem prona,

de capitis doloribus, ac ventriculi molestiis sæpen numero conqueratur. Potas æstate novissime elapsa acidulas Egranas exceptit vehementissimus paroxysmus; licet binis ante diebus, pilulis Stahlianis cum aliquot extracti panchymagogi Crolili granis acuatis, acidularum reliquæ largiter fuerint subductæ. Neque etiam venæctiones, relaxantia, antispasmodica, balnea, aliaque remedia congruo tempore, ac ordine usurpata, quamvis mitigaverint sæpius malum, illud valuerint penitus debellare. Quare justus est metus, ne convulsiones, contracturæ, pressiones sanguinis versus superiora, & hinc pendentes vasorum disruptiones tandem aliquando suboriantur; & hinc salubre flagitatur consilium, quomodo imminens paroxysmus mitigari, præcaveti, ac totum malum expugnari queat.

Consilium Medici celebrioris.

Consideratis probe omnibus, quæ ægram excruciant symptomatibus, non possum, quin ea nomine affectus hypochondriaco-hysterici, ex humorum dyscrasia, & hinc suberto partium solidatum vitio propullulantis, omnino digna pronunciem. Facillime videlicet demonstrari posset, quomodo a crurore abundantæ, viscido, atque mucoso, in orgasmum deducto, tubuli menstruum vehentes sanguinem obstruantur, spasmodice constringantur, & occlusi universum nervorum genus in acerbam motuum violentorum rapiant societatem. Verum cum illustri ægre jucundius pariter ac fructuosius erit, rationem hisce malis medendi percipere, quam illius amplam explicationem audire: paucis expediam, quæ hoc fine ipsi erunt convenientia. Meo quidem arbitrio omnis curandi vis in remotione caussarum, crux uterini profluxum remorantium consistet: quæ cum partim in nimio, viscido, & ad orgasmos proclivi sanguine, partim spasmatica tubolorum uterinorum strictura videntur esse sitæ; operæ pre-

Pretium judico , remedia attenuantia , ebullitiones sopiaentia , aperientia , ac divertentia in usum vocare . Quibus scopis licet medicus ordinarius ex parte omnino satisficerit ; pace tamen ipsius , sequenti adhuc proponam medicationem . Consultum videlicet credo , ut ægra tribus ante mensum eruptionem hebdomadibus , singulo mane undecim pilularum balsamicarum devoret , quarum hæc est compositio : Recipe massæ pilularum Becheri unciam dimidiam , extraeti chamaemeli , cascarillæ , millefolii ana drachmam unam , castorei , alcohol limaturæ martis , cinnabaris nativæ depuratæ ana scrupulum unum , M. F. cum essentia anthos pilulæ ex scrupulo uno , numero undecim . His sumtis , adhuc intra lectum , cum leni regimine capiantur quedam vascula infusi theiformis , quod sic se habet : Recipe radicis cicchorei , polypodii ana unciam unam , herbæ arnicæ , millefolii cum summitatibus , rorismarii ana manipulum dimidium , anisi stellati drachmas duas . Inc. cont. d. Deinceps brevi ante pastum pulveris incidentis , qui ex arcani duplicati drachmis duabus , tartari vitriolati & salis absynthii drachma una sit concinnatus , quantum duo cultri cuspides continent , ex juscule quadam assumatur : & tribus ab epulis horis , quinquaginta guttulae spiritus salis ammoniaci galbanati cum infuso , superius memorato , sorbillentur . Vespere adhibetur pulvis stomachicus Hallen- sium ; & pedes in pediluvia ex floribus chamaemeli & liliorum convallium para ta , ad suras usque immittantur . Tum novissimis , qui fluxum uterinum antecedunt , octo diebus adplicantur hirudines ad loca hemorrhoidalia : quoniam horum vasorum cum uterinis eadem origo existit : ac denique pedes probe fomentati , pannis calidis sedulo fricentur .

Quod autem ipsius paroxysmi mitigationem attinet : ad humorum orgasmum sopiendum , & præcavendas convulsiones nihil præstantius deprehendi , quam spiritum nitri castorisatum , si illius quadraginta guttulae ter quotidie exhibeantur , ac vespere semper pulvis antispasmo-

dicus propinetur . Quod si vero ipsæ accesserint convulsiones hystericae ; convenientissimum erit galbanetum Paracelsi correctum , singulis tribus horis novem guttulis cum saccharo assumptum . Ad lenientes in abdomine spasmos , atque tormenta , nihil efficacius est clysteribus emollientibus , maxime , qui ex famo Tabaci fiunt . Nec aliena erunt linimenta , atque presentim balsamum Scherzeri , cum oleo carminativo Mynsichti ; & folia hyosciamini cum lacte ad consistentiam cataplasmatis decocta . Ceterum nec nocebit parcus veneris usus , nec motus corporis moderatus , cœlo sereno instituendus : animus sit tranquillus , vitetur aer frigidus ac humidus , potus nimis exastuans , ac vinum dulce , & fugiantur cibi , qui sunt digestionis difficilioris , flatulentis atque pingues .

Responsum alterius Medici .

QUI præmissi morbi caussas in vitiorum uterinorum posuerunt medici ; me eo magis consentientem habent , quo magis insignem , qua illustris ægrotat pollet , obelitatem considero . Neque etiam habeo , quæ circa remedia in præmisso consilio proposita monere possim ; nisi quod spiritus ac essentia in eo commendata mihi haud arrideant . Ut enim taceam , ea remedia legitime preparata in nullis prostare officinis ; quam maxime de illis , maxime de Galbaneto . Paracelsi correcto vereor , ne majorem humorum inducant ebullitionem . Meum potius eo collineat consilium , ut ægra , misso omni cerevisia potu , per quatuordecim circiter ante mensum eruptionem dies , pilulis , infuso theiformi , ac pulvere in priori consilio descriptis , dicta ratione utatur . Proxime ante vernale æquinoctium venæsecchio derivatoria , ac depletoria instituantur , & sub paroxysmo singulis tribus horis larga dosis pulveris antispasmodici Hallensium , aut Stahlii assumatur . Potui ordinario inserviat de coctum ex radice chinæ , scorzonerae , su-

sura cornu cervi, corticibus citri vel semine foeniculi paratum: de cuius pariter ac repetito thermarum Carolinarum atque Tœplicensium usu, ample satis & eleganter agit Hoffmannus in medicina consultatoria.

Relatio ulterior.

Commendata in priori consilio remedia, præter spiritum salis ammoniaci galbanatum, nitri castorisatum, & galbanetum Paracelsi rite quidem adhibuit generosa mulier; sed malum post illorum usum magis exacerbari videbatur. Hinc Carolinos adiit fontes, ac illorum thermas ordinarias, den Brudel vocatas, per tria potavit intervalla, molaribus autem non nisi bis in balneo usa est. Absoluta prima potationis periodo, cum mensium eruptione inguebat paroxysmus vehementissimus: sed finita tota curatione, in ipso itinere recrudescebat longe mitior atque brevior, adeo ut effetum thermarum haud irritum fore, crederemus. Verum enim vero spes vota fellit: siquidem sequentes paroxysmi non solum violentiores, & horrendis doloribus, spasmis, imminentibus convulsionsibus, ac mentis deliquiis sifpati redierunt; verum etiam extra hunc paroxysmum spasmodica manuum pedumque, præsertim lateris sinistri contractiones, capitum dolores, pectoris constrictiones, anxieties, ac veluti excoriations, quin & melancholica accessiones, somno & adpetitu integris, ægram exercere coeperrunt. Nihilot tamen minus post potas Carolinas nulla ferme adhibuit medicamina: & novissime a crebris vomitibus collam quasi intumescere videtur, ut metus sit scrophulæ. Tandem ultimus paroxysmus, quo ante octo circiter laboravit dies, mitior recurrebat; quoniam aliquot ante illius invasionem diebus, alvum, ad obstrunctiones alias proclivem, pulvere chabarbarino subduxerat.

C O N S U L T A T I O.

Postquam historiam morbi, qua illustris foemina exercetur, & adnexa celebrium medicorum consilia probe perlustravi: non dubito, quin omnia morbi illius symptomata, veluti sunt anxieties præcordiorum naufragia, vomitiones, cephalalgiae, mentis defectiones, tormenta imi ventris lancinatoria, ingentes dorsi & ossis sacri dolores, tenesmus, corporis languor ac extreborum refrigerationes, non nisi spasmodicis partium membranosalium, maxime ventriculi ac intestinorum, atque nervosorum ex vertebris dorsi prodeuntium plexuum constrictiōibus debeantur. His enim non solum æquabilis humorum circuitus impeditur, verum etiam secretiones pariter ac excretiones pervertuntur, & hinc omnes partium solidarum atque viscerum functiones labefactantur. Primaria vero horum irregularium motionum causa omnino mensium fluori cohibito, & ideo inductæ succorum vitalium circa membranas nerveas intestinorum, ventriculi, & maxime medollæ spinalis stagnationi in acceptis ferenda est: namque partim exilitas & angustia vasorum uterinorum; partim ingens terror ac refrigeratio, membris fluentibus supervenientes, satis potentem obtinuerunt facultatem suppriendi hanc criticam evacuationem, & vasa uterina pertinaciter constringendi. Qui motus spasmodici cum temporis diuturnitate jam altas in systemate partium nervosarum ac membranacearum, a cuius integritate motus fluidorum vitalis dependet, radices egisse videantur, difficillimum erit, eos penitus expugnare. Quin imo, si diæta crebri errores, refrigerationes, animi affectus, mœros, nimis venæctiones, aut improvidus remediorum justo calidiorum usus accesserint, metuendum utique est, ne tandem convolutiones insequantur epilepticæ.

Neque vero improbare audeo medicamina, a medicis doctissimis exhibita atque proposita, quippe quæ hisce morbis deprehendi accommodatissima: illorum

autem efficacia longe felicissima foret, si convenienti ordine atque tempore adplacarentur. Mea quidem sententia opera erit pretium, ut primum nervoso generi, ad irregulares motus proclivi, naturale restituueremus robur, atque illius spasmodicas stricturas demulceremus: tum enim longe fructuosior erit illarum medicinorum effectus, quas relaxandis, quæ constricta sunt, uteri vasis, restituendo humorum circulo, & menstruo fluori in ordinem redigendo, opportunas judicamus. Quos ut consequamur scopos, ante omnia corpus infuso mannat rhabarbarino purgandum est, quod sic se habet: Recipe mannae electæ uncias duas, terræ foliatæ tartari, tremoris tartari, rhabarbari Alexandrini ana drachmam semis, aquæ florum chamomillæ vulgaris uncias quinque, coque & solve leni calore, colaturæ additæ olei de cedro Italici guttas duas vel tres. M. D. S. potio laxativa mane, interpolito juseculi avenacei potu, aliquot haustibus capienda. Deinde commendato sequens infusum theiforme: Recipe florum tiliæ, chamomillæ vulgaris, summitatum millefolii, artemisiæ ana manipulum dimidium, anisi stellati drachmam unam & semis. Conc. Cont. D. Cujus infusi, hand adeo saturationis, & tertia parte tremoris lactis permixti, mensura una, additis sex nitri grani singulo mane forbilianda est. Non minus decoctum medicatum, loco cerevisiæ, vel vini, potui ordinario substituendum est; quod hoc sit: Recipe radicis scorzonerae uncias tres, radicis cichorei, pœoniae, rafure cornu cervi ana unciam unam, seminis foeniculi drachmas tres. Conc. Cont. D. S. species, quarum una cum dimidia in tribus aquæ mensuris per dimidiæ horam, additis hordei bene mundati manipulo & sub fine corticibus citri recentibus, decoquatur. Tum quoque agram, cubitum ituram, in pediluvia, quo ex aqua fluvialili, furfuribus triticeis, & fibribus chamæmeli parata, nec justo calidiora sint, ne humores commoveant, descendere oportet. Mane vero, vel etiam vesperi vertebraes dorsales, os sacrum & regionem pubis in calido loco li-

nimento nervino & antispasmodico perficare decet, quod ex pinguedinis cati sylvestris, axungia humanæ ana uncia dimidia, olei lavendulae drachmis duabus, & rotundiflori veri guttis triginta concinnatum sit. Cavendum tamen, ne hoc linimento sub ipso mensum fluore, aut proximis, qui illum præcedunt, aut sequuntur diebus, utamur. Eodem tempore corpus, præsertim inferius atque pedes in perpetuo calore conservare, uiri & potus non nisi tepidiores assumere expediunt; ac proximis tribus, qui mensu stram purgationem antecedunt, singulo mane unciam unam cum dimidia Roobambuci, cum octo grani croci maritatiæ ex mensura circiter dimidia cerevisiæ tepidioris, intra lectum adhibere conveniet. Cessante vero uterini cruxis fluxu cum insigni fructu usurpabitur Elixirium balsamicum sequens: Recipe radicis gentianæ rubræ, corticum aurantiorum recentium anæ unciam semis, extracti cardui benedicti, millefolii, chamomillæ vulgaris ana drachmas duas, salis tartari drachmas tres, croci, myrræ electæ, succini pulverisati ana drachmam unam & semis: infunde cum libra una vini Hungarici, digere & extrahere. Hujus Elixirii, quantum cochlear capit, & sub epulis ex ultimo haustu, & vesperi ex supra commendato decocto adsumatur. Quod denique vivendi rationem, qua in his morbis expugnandis nihil est fructuosius, attinet, necesse est, ut illustris ægra cœna utatur parciori; cibos acidos, flatulentos, similagineos, atque etiam nimium infusi Coffee potum fugiat; omnes animi passiones sedulo evitent, & frigus præsertim ab inferioribus corporis partibus, quantum fieri potest, arceat; nec nimio somno indulget. Contra vero egregiam præstabilitatem operam frequentior, ac moderatus corporis motus, & alvi perpetua libertas; quam sufficientem potu, aut pastione mannat, aut clysteribus conserbare licet.

Quod si autem commendata hæc remedia votis haud fecerint satis: consultissimum fore judico, ut vernali, vel etiam autumnali tempestate thermæ Carolina-

rum

rum molares, & subinde balnea Tœpli-
censia, quæ sunt sulphurata, adhibeantur:
quibus relaxatur uteri substantia, &
vascula capillaria dilatantur iterum ac re-
ferantur. Nullum enim est dubium, quin
totius morbi caussa in ipsa uteri substan-
tia hæreat; quæ ab insigni, quod sub
ipso mensum fluore contigit, frigore at-
que terrore nisi indurata, saltem vehe-
menter constricta videtur.

C A S U S XXXIV.

*De passione hypochondriaco-
spasmodica.*

Serenissimæ Principis ægritudo non
nisi ad affectionem hypochondriacam,
aut si mavis, hysterico-melancholicam
reduci potest: nihil enim aliud
significare videntur juncta ipsi sympto-
mata, veluti sunt inflatio ventriculi,
principue a pastu, tensio frequens in re-
gione epigastrica, cum spirandi difficul-
tate, ac sensu veluti præfocationis, cor-
dis tremor, & insuperabilis illa, inter-
res felicissimas, ad mœorem propensio;
quibus accedunt capitis gravitas, oculo-
rum obnubilatio, mentis obtusio cum
rerum oblivione. Hæ autem affectiones
primam originem ex subitaneo terrore,
& gravi animi pathemate duxerunt: qui-
bus depresso spirituum volatilitate, &
valde turbata sanguinis mixtione, motus
in corpore, quicunque sunt, sive mecha-
nici, sive fermentativi, insigniter la-
si fuerunt, & hinc coctiones in stomacho,
secretiones in cerebro, & fluidorum
circulatio a statu naturali recesserunt.

Hanc autem symptomatum cohortem
nunquam dissociari, imo & augeri cre-
diderim a spasmodica nervorum, præ-
cipue sextæ conjugationis, & phrenico-
rum contractura; sicuti manifestum sit a
dolore stomachi, & præcordiorum angu-
stia, quam ægra serenissima, tanquam
habituale vitium patitur. Prædominans
enim fluidorum aciditas, quæ a vitia-
ta chylosi perennem suscipit somitem,
succum nerveum pariter inficiens, irri-
tationes convulsivas hinc inde producit

Hoffm. Consult. Med.

in fibrillis nerveis, a fine usque ad pri-
cipium, medullarem scilicet substantiam,
se fere extendentem. Hinc magna cerebri
compassio a regione inferiori sympto-
maticæ potius, quam primario affecti:
imbecillitas vero generis nervosi suspi-
cionem affert non contemnendam de
labe aliqua hæreditaria, quæ utinam
nequeat vim suam ulterius exserere.
Uteri purgationes non rite fluentes, et si
supra dicta fovere posse pro certo ha-
beatur, attamen, cum sanguinis crassi-
ties, & inquinata diathesis caussæ sint
diminutæ ejusdem excretionis, non a-
liam sane merentur medelam.

Discussis itaque morbi caussis & natu-
ra, ne quidem verbo facto de prognosi,
quam ægrotæ meritissimæ faustissimam
a superis precor: transitum facio ad id,
quod morbum tollat, ingenuæ affirmans,
tuo penitus regimini, vir acutissime,
fore insistendum. Quapropter desumptis
indicationibus laxandi solida, depuran-
di fluida, atque inter cetera chylifica-
tionem juvandi, ausus sum Te duce
& judice sequentia exponere. Reten-
to magni Hippocratis documento aph.
LXXIV. Sect. VII. corpora, cum quis
purgare voluerit, eporta fluida facere:
potiones largas ex juscule simplicibus
appropriatis alterato suasi, iterumque
suadeo, ea ductus sententia, succorum
acredinem & lentorem nunquam melius
inverti posse, quam diluente vehiculo,
transeunte in substantiam aliti, & fini-
timos ductus penetrante. Cum vero se-
renissima princeps a vini potu ut pluri-
num, non sine fructu abstineat, ob aci-
ditatem vinosam, nervis infensiissimam,
laudarem decoctum ex sarsaparilla, rasu-
ra eboris, & radicæ chinæ, cuius uſu ad
longum tempus expectanda erit dulcora-
tio, & magis libera irradiatio spirituum
animalium.

Reddita fluidiori humorum compa-
ge, ad aliquod placidissimum laxans,
læpius repetendum descendere, opportu-
num judicare, ut nempe viæ melenteri-
cæ referentur, & viscerum glandulæ deter-
gantur, cui scopo satis possent facere pilu-
læ de ammoniaco Quercetani, vel de suc-
co

cino Cratonis, in capitis affectionibus valde commendatae. Postremo, tanquam ad sacram anchoram, ad martialia confugarem: habito enim respectu ad statum morbosum, & vix non cachecticum serenissimæ principis, & inspecta necessitate restaurandi acido austерum, nihil fortasse præstantius. Utrum vero eligenda sint in tinctura potius, quam in forma solida, vel extracto; sicut & singula hic peragenda decernet vir celeberrimus. De vietus ratione, deque mentis alacritate valde sum sollicitus, ac fere importunus: quibus exakte observatis, nunquam de optatissima valetudine desperandum. Cremonæ XIV. Calend. Septemb. 1722.

CONSULTATIO.

Pertinax, tædiique plenus affectus, quo serenissima princeps de L. jam inde ab aliquot annis excruciatæ fuit, dicitur Medicis solet passio hypochondriaco-spasmodica, cuius natura & essentia, spastica quadam & inflativa ventriculi & intestini præsertim coli, earumque partium, quæ circa hypochondriorum regionem flexuram efformant, affectione potissimum absolvitur. Hujus ea est indoles, ut ob exquisitum illum, quo nervosæ ac membranaceæ corporis partes mirifice inter se conspirant, consensum spasticas præternaturales commotiones per universam nervorum ac membranarum compaginem longe lateque diffundat, omnisque generis excretiones, quo corporis integratatem tuerunt, infigauerit perturbet: unde sanguis & humores a blanda sua defleuant temperie, atque noxiarum impuritatum contaminantur inquinamentis.

Nimirum videtur mihi passio, ut vocant, hypochondriaca morbus maxime symptomaticus, qui per omnes fere totius corporis partes gravatur, atque in primis nervosas infestat, pervertendo earum functiones, quæ secundum naturam sub convenienti solidorum tono, robore ac motu, & fluidorum libero, temperato & aquabili circuitu recte & or-

dine succedent. Inde enim labefactantur actiones animales, dum animos vel levissima causa lacessitus in perveras commotiones abripitur, ac subinde in terorem, tristitiam, timorem, anxiatatem & in iram propendet, vanasque sapientias accipit imagines, labascit memoria, & vis rationis pervertitur: adeo capitis gravitas, somnus interruptus, difficilis, terriculamentis plenus; aures molestio tinnitu ac sibilo torquentur, & oculorum lumina haud raro tristi scotomia obnubilantur.

Non minus detrimentum sentiunt actiones, quibus vita negotiū gubernatur. Concidit enim sensim paulatimque vigor partium, & languor ac lassitudo totum corpus occupat; difficilis & anxius spiritus est cum pectoris angustia, & præcordiorum constrictione: cor subinde palpitat, molestisque contremiscit vibratioibus, ac denique etiam venæ admodum languide, & magnis intervallis moventur. Eandem calamitatem patiuntur functiones naturales; in quibus sub tanto concurrentium symptomatum adparatus ingens perturbatio animadvertisitur. Ventriculus cum intestinis flatu distenditur, perit ciborum cupiditas, ingestæ male conficiuntur, ingens fit cruditatum, præsertim acidarum prima in regione proventus; crebræ exsurgunt ruçtationes, alvina excretionis successus sufflaminatur; urina alienum & habitum & colorē refert; atque etiam menstrua purgatio in molliori sexu, aut hæmorrhoidalis fluxus in viris vel supprimitur, vel supermodum fertur.

Ex quibus omnibus satis, puto, luculentus patet, hunc affectum inter chronicos esse symptomaticum, & quasi universalē, periinde ac febrem inter passiones acutas; indeque recte colligitur, eum paullo ægrius plenam vel subitam satiationem admittere, præsertim si in veteratus quandam fere in habitum degeneraverit: id quod etiam ipsius suffragantis experientia testimonio satis superque commendatum habemus.

Si dispiciamus genuinos hujus mali natales, primasque origines, utique fate-

ri oportet, eas non solum in præsenti casu, sed etiam fere semper & ubique maximam partem arcessendas esse ab iis rebus, quæ totius naturæ vim, atque universum partium nervosarum atq; membranacearum genus debilitant, inque primis robur, tonum, ac motum, qui in ventriculo & intestinis celebratur, per istalticum singulariter pervertunt ac destruunt; & nobilissimis hisce partibus peculiarem quandam ad subeundas mutuas, & successivas constrictiones ac resolutiones habitudinem inferunt. Jam vero ex iis rebus, quas medici non naturales vocare solent, fere nihil est, quod magis infringat generis nervosi robur ac firmitatem, atque adeo ad generationem hujus mali plus contribuat, quam pertinax, ac diurnus moror animi, vel inopinatus, isque vehemens terror: qui sapienter tantum valet, ut universi corporis vires uno quasi istu prosternat. Accedit magna corporis debilitas, inducta ex variis caussis antecedentibus, veluti sunt graves prægressæ passiones, parum convenienter tractatae, nimia sanguinis effusiones, vietus incongruus, vita sedentaria, & motus expers, intempestiva sanguinis missio, frequentiores ac per fortiora purgantia excitatae alvi dejectiones, sinistra emeticorum, opiatorum, adstringentium, martialium, & corticis chinæ de china adPLICatio, ac frigidus potus, corpori moto & calore extenuanti nimis liberaliter ingestus. Præterea hunc in censum veniunt nativa quedam, & a parentibus accepta corporis infirmitas, atque in foemini frequens puerperium, ac partus laboriosus, in astate præsertim admodum tenera; quæ omnia omnino eum in modum comparata sunt, ut si plures ex his caussis conspirent, partes exquisitor sensu ac motu preditas, maximeque ventriculum cum intestinis enervent mirifice, earumque tonum ac robur vehementer destruant.

Quamobrem, cum serenissima princeps ab ipsa nativitate tenerum & imbecillum corpus obtinuerit, quod crebra fuerum gestatio, partusque difficiles &

operosi, ea imprimis aetate, quæ nondum ad plenum robur, perfectumque vigorem pervenit, cum insequuto moerore magis magisque debilitarunt: sane non mirum est, eam in hanc molestam incidisse affectionem. Nihil enim vires, & succos, adolescentia incremento a natura destinatos, perinde absorbet, atque exhaustus, ac præcox & nimis festinata imprægnatio: nihil etiam vigorem naturæ, qui ventriculi actionem secundat, & sanguini ad habitum corporis diffundendo velificatur, magis languidum, & inertem reddit, quam diuturnior tristitia, quæ ideo jure meritoque cruditatum mater, & fecunda longarum passionum genetrix appellatur.

Quum igitur serenissima princeps a me flagitavit, ut meum de instauranda ejus valetudine consilium aperiam, pauloque explanatio declarem, qua ratione difficile hoc malum eluctandum sit: non possum non graciissimo ejus mandato devotum præstare obsequium, lubente & sincero animo consulturus, quicquid ad sarcinandum affecti corporis detrimen- tum uile ac proficuum mihi videtur.

Ante omnia vero illud monendum habeo, in sanatione hujus morbi maxime esse allaborandum, ut enervato corpori vires subtrahæ omnibus modis restituantur, simulque diligenter & curiose evitentur omnia & alimentorum, & medicamentorum genera, quæ vires corporis limare, & arterere valent: quorum in numero sunt fortiora evacuanta, tam emetica, quam purgantia, atque etiam ea, quæ sanguinem vehementer exagitant, vel nervis & subtilissimo eorum fluido adversantur, ut fere sunt omnia vaporosa, opiate, & quæ fibras in spasmum pronas ulterius stringunt, quod vitriolacea & martialia perperam & inconsiderate usurpara efficere solent. Multo minus delicatus morbi genius precipitem ac festinatam medicinam desiderat, neque ampla & multiplici remediorum farragine persanatur, sed potius temporis beneficium expectat, nec nisi mollissime, & quasi levi brachio tractandus est.

Longe autem maius emolumentum

afferet conveniens usus rerum non naturalium, nimirum moderatior motus corporis, cœli mutatio, animi hilarietas, ejusque ex gratis rebus quæsita delectatio, alimenta congrua, quæ facile conficiuntur a ventriculo, succosque laudabiles, & generofos corpori suppeditant. Insuper abstinentendum est a cerevisis, ac vinis austerioribus; quorum loco aquam purissimam, in vase clauso leviter coctam, eamque vel simplicem, vel adjecta Cinnamomi, aut corticis ligni safraas particula temperatam, iterum iterumque commando.

Ex remediis vero nec tutiora, nec efficaciora, utque vim ipsius morbi magis adgrediantur, & ejus quasi arcem invadant, suadere possum præter ea, quæ acidæ cruditates primarum viarum incolas destruant, quæ nervosæ ventriculi & intestinorum partes blande corroborant, ac denique succis chylosis & lymphaticis, spirituosam conciliant tenuitatem. His enim illud efficitur, ut natura salutares motus, qui ciborum digestionem, humorumque sequestrationes, & excretiones, ad recuperandam sanitatem unice necessarias, gubernant, rectius administrare adsuecat. Quem in finem ea, quæ sequuntur, etiam atque etiam commendata velim.

Recipe lapidum cancerorum unciam semis, radicis ari, succini præparati, salis absynthii, ana drachmam unam, corticis cascarillæ, cinnamomi acuti, caryophyllorum ana drachmam semis. M. F. pulvis, ad scrupulum, vel drachmam dimidiā sumendus. Hoc genus remedii maxime locum habet tempore, impetu morbi vacuo, vim acuit ventriculi, ejusque digestionem egregie promoveret.

Sub ipso autem paroxysmo, & motuum exacerbatione abstinentendum puto ab iis, quæ irritandi & commovendi facultatem habent: quo tempore pulveres bezoardici, vel absorbentes, mixti refracta portione cum nitro, castoreo, & cinnabari, atque cum aquis antispasmodicis, lenientibus & analepticis, v. g. florum chamæmeli vulgaris, millefolii,

acaciæ, vel tiliæ, primulæ veris, cerasorum nigrorum, vel nucleorum ex cerasis propinata opportunum præbent auxilium. Ejusmodi enim pulveres præter clysmata, quæ congruis ingredientibus instructa, præcipuum curationis punctum absolvunt, omnibus remediis superiores sunt, adhibendi imprimis accessionis tempore, & quando mali sævitia & medicis & ægrotantibus terrorem injicit.

Quiescente autem morbi impetu, ad negotium digestionis secundandum, & superiores indicationes adimplendas accommodatissimum mihi videtur elixir meum temperate balsamicum, & stomachicum hoc modo parandum: Recipe extracti cardui benedicti, centaurii minoris ana drachmas duas, corticum aurantiorum recentium, corticis chinæ ana unciam semis, myrræ electæ, caryophyllorum ana drachmas duas, croci drachmam unam, salis tartari unciam semis. M. speciebus in pulverem redactis affundatur vinum Tockaviense ad libram unam, & in cucurbita clausa in arena levis fiat decoctio, solutio, ac postea, magmate crassiori in fundo remanente, decantetur.

Hoc præstantissimi usus remedium ad octoginta, vel centum guttas post cibum sumtum in ultimo aquæ vel vini hausto vel etiam dimidia hora ante prandium usurpari potest, ejusque usum per aliquot menses continuare oportet. Expedit etiam, si placeat, hanc nobilem medicinam cum syrupo corticum aurantiorum, vel roob sambuci, transformare in electuarium, omisso sale tartari, & addito pulvere florum chamomillæ, & parca quantitate mithridatii; quod ad nucis juglandis magnitudinem ter vel quater in septimana sumptum, roborando ventriculi & intestinorum tono, atque in spasmis leniendis, virtutem exseret efficacissimam.

Præterea ad vim morbi infringendam non satis laudare possum fontes minerales, præsertim thermas Carolinas, vel acidulas tepidas, quarum convenientis usus, singulis fere annis reiterandus, magnum levamen promittit. Denique etiam

etiam in ejusmodi affectionibus spasmodicis magni facio balnea ex aqua dulci parata, quorum virtus est excellentior, si internus mineralium aquarum usus, & primarum viarum expurgatio præcesserint. Hæc enim vim habent relaxandi contractas fibras; hæc motum sanguinis promovent, cumque ad externas partes alliciunt, perspirationem quoque egestie adjuvant, & congestionibus sanguinis, quæ a spasmis inferiorum partium hoc in morbo frequenter sunt, satis valide obviantur. Post sunt horum vicem subire pediluvia, ex sola aqua tepida, mane vel circa tempus somni ea cum cautione adhibenda, ut pedes paulo altius in aquam demittantur. Atque hæc sunt, quibus serenissimæ agrotantis saluti consulere volui: nec dubito, quin commendata medendi ratio, si rite & ordine adhibetur, multum leveminis sit allatura.

C A S U S XXXV.

De affectu hypochondriaco spasmodico cum febrili commotione & intercurrente purpura.

Vix unius & triginta annorum, temperamenti cholericо-sanguinei, constitutionis debilioris, habitus corporis carnosus, a prima infantia ad decimum usque quartum aetatis annum, præter capitis achores, scabiem manuum, ac frequentiores dentium dolores, illibata sanitate ac florido vultus colore prædictus, decimo quinto demum anno, quo herba Nicotianæ fumum fugere cœpit, febrem acutam satis gravem toleravit. Hac superata, inordinatum denuo vendi genos ingressus, bis in tertianam febrem incidit, cuius novissimam cortice chinæ de china suppressam, pendum tumor exceptit, mox vero iterum disparuit. Tum ab anno aetatis decimo octavo ad vigesimum usque sextum vitam in Academiis degit, ibidemque, licet multis compotationibus, largiori herba Nicotianæ usui, atque nimia in suis Theebois potationi indulserit, nec

Hoffm Consul Med.

unquam sub tam frequentibus humorum, quas passus est, ebullitionibus, sanguinem per nares aut alia loca reddidisset, præter leviiores odontalgias, & tonsilla rum intumescentias, lanus ceteroquin vixit. Unicum, quo inde a decimo septimo anno sepius, & singulo ferme quotiduo tentabatur, incommodum erant nocturnæ pollutiones, quas semper insignis corporis languor, artuum relaxatio, atque sudor insequebantur. Præbuit eo tempore quidem venam nonnunquam secundam, sed nullum circa hanc excretionem observavit ordinem. Hinc ergo anno aetatis vigesimo sexto, publico functus munere, ex mobili in sedentarium, & tale quidem vita genus pervenit, in quo multis animi passionibus, iracundia atque mœrori crebram obtinuit occasionem. Quapropter variis solicitari cœpit molestiis, nimirum sanguinis ebullitionibus, pressionibus in pectori, doloribus tensivis ac lancinatoriis cervicis, & capitis, præfertim vero sinistri illius lateris, frequentique coryza, sub quavis aeris mutatione accidente; quibus symptomatibus, Martio in primis vel Aprili mense supervenient febres catharrales, cum urticata corporis efflorescentia. Neque minus singula hebdomade molestæ illæ pollutiones nocturnæ jungebantur; quæ cum anno 1724. ob ingentem, ex obitu coiudicata propinqua cognatione conjuncti inductam animi commotionem, una cum reliquis symptomatibus admodum invaleserent, & cum virium defectu, & copiosori lateris polissimum sinistri sudore stiparentur, eodem anno matrimonium inire decrevit. Sed vix aliquot hebdomades in conjugio translegit, cum non solum eadem molestiæ quemvis concubitum comitarentur, verum etiam plane lecto affigeretur per satis longum tempus. Namque matutinis horis, præter leviiores corporis tensiones, satis quidem bene habebat, & prandium cum appetitu capiebat; sed hora pomeridiana secunda primum refrigeratio quædam extremas corporis partes occupabat; quam molesta formicatio, pressio, tensio, & spasmodica con-

tratio capitis, atque cervicis, & præcordiorum angustiæ excipiebat. Venæ, crurore antea turgidae, concidebant; corpus, ejusque præsertim sinistrum latus expallescet; dextrum naturali colore præditum, sanum videbatur. His per duas circiter horas durantibus, succedebant æstu, ac sudores copiosissimi totius corporis; quibus factum est, ut non solum carnosa substantia admodum consumeretur, verum etiam, continuantibus semper pollutionibus, vires insigniter prosterrentur. Postquam vero ab hoc gravi morbo, quo per septem hebdomades laboraverat, ope trium medicorum vindicatus, lectum deserere, & in publicum rursus prodire poterat: incurrebat tandem in hæmorrhoidales passiones, & primum dolorifica in ano tuberculæ sensiebat, deinceps ipsum crux per sedales venas, magis stillicidium, quam fluorem patiebatur. Hinc autem denuo male habere cœpit; namque frigus extremonum, gravativa ac temulenta capitis molestia tanta, ut sapient desipere videretur; lateris sinistri tractiones spasmoidæ, humorum ebullitiones, & copiosus sinistrae dumtaxat manus sudor, quotidie ingrebat. Propinabantur variæ generis medicamina nervina, absorbentia, nitrofa, cinnabarina, pulvis anti-spasmodicus Stahlii pariter ac Hallensium, & horum essentia dulcis concentrata, copiosissima quantitate, nec sine quodam mali levamine: neque enim spirituosa, vel mitissima, vinum parissimum, aut spiritum vini, absque majori symptomatum exacerbatione sumere poterat. Observabatur præterea, naturam sapient tentasse sanguinis eruptionem: namque mox quædam crux guttulae, prævio capitis gravativo dolore, ac formicationis in naribus sensatione, ex his stillabant, cum momentaneo allevamento; mox post vehementissimam pectoris compressionem, saliva tincta adparebat: & urina vel sedimentum lateritium deponebat, vel latera matulae fabulo conspicua erant. Medici ulterius consulti vel acrimoniam humorum scorbuticam, sanguinem inertem, vel fe-

brem lentam, vel affectum nervosum, diæticis magis quam pharmaceuticis remediis expugnandum accusabant; vel naturam per venas hæmorrhoidales, sanguinis eruptionem moliri asserebant. Hinc suauo quorundam, decoctum lumbricorum terrestrium cum radice foeniculi patratum, mane sorbillare debebat æger, & inde sudorem expectare: unde etiam egregiam mali remissionem percipiebat. Quamobrem quatuor abhinc septimanis sibi consalturus, iterum potare cœpit decoctum illud: sed vix biduo sorbillaverat, cum hora vespertina sexta febrili corriperetur paroxysmo, cum prævia refrigeratione, & subsequente æstu ac sudore. Adhibebat ideo pilulas Stahlianæ; quarum uti semper, ita hac etiam vice, eum observabat effectum, ut dolores tensivos, pressorios, atque lancinatorios magis excitarent. Febris nihilominus continuabat, & brevi post non solum purpura urticata, verum etiam ingentibus intestinorum doloribus, atque hæmorrhoidum passionibus, cum parco crux stillicidio junctis, ægrum quotidie infestabat. Noratu vero dignum est, tensivos ac spasmoidicos artuum dolores remisisse, quamdiu purpurea corpus obsidebat efflorescentia: hac vero diaphoreticis, aliisque medicaminibus discussa, recidebant illi rursus dolores. Tandem evanescebant pleraque hæc symptomata; nisi quod singula vespera, prævio horrore spasmoidæ capitum, ac brachii potissimum sinistri torsiones adfligant, & accidente dum sudore, terminentur.

Ceterum æger ad flatulentas molestias admodum proclivis est; adeptentia fruitur sapient vehementiori; potu vero utitur parciori, & ex infuso theiformi melius habet, quam decocto herbae Theebois, quippe quod spasmos adaugere videtur. Non minus excretionibus diaphoreticis, ac diureticis, ad quas facilimus est, insigniter levatur; ac laxationes, utut sint levissimæ, spasmos exacerbant; & purgantia, medicamina calidiora ac spirituosa, cibi aromatisati, atque essentia castorei promovent pol-

pollutiones nocturnas. Ex his igitur omnibus satis superque patebit, an vi-
tium in corruptis humoribus, numnam
partibus solidis, ac nervosis hæreat; an-
ne syptomata recentia impedito hæ-
morrhoidum fluori debeantur? Et his
perspectis anhelat æger salutare confi-
lium, cupitque doceri, num, si hæmor-
rhoidum indicia forsitan accederent, pro-
ficia foret hirudinum adplicatio; aut
utrum venæsectiones, quæ singulo vere
celebrantur, iterum sint instituenda?
Ad fontes quidem minerales accedere,
officium, quo fungitur, haud permit-
tit; sed ex Medicina Consultatoria edo-
ctus, magnam in acidularum cum laeti-
mixtarum potatione, si ipsi congrua ju-
dicaretur, spem collocat.

RESPONSIQ CONSULTATORIA.

OMNIA symptomata, quibus ægrum
immaniter tractari, ex datis ad
me litteris percepit, insigni generis ner-
vosi debilitati primario debetur; qua-
sit, ut non tantum omnes fere solidæ
ac nervæ corporis partes irregularibus
spasmodis, atque doloribus tensivis & tra-
ctoriis afficiantur, verum etiam liber,
temperatus ac æquabilis liquidorum cir-
cuitus destruatur, & ideo legitimus om-
nium functionum animalium, vitalium,
ac naturalium successus admodum per-
turbetur. Harum vero præternaturalium
motionum, plures extiterunt causæ,
quarum prima crebris compotationibus,
atque excellib[us] tam in potu cerevisia-
rio atque vinoso, quam aquoso Thee
ac Coffee commissis, altera febri ter-
tianæ, præmaturo corticis chinæ usu sup-
pressæ, unde testante experientia inclu-
stabilis sæpius in sanitatem redundat no-
xa; & tertia vehementioribus animi
commotionibus, excandescen[tiæ] atque
diurno mœrori in acceptis ferenda est.
Neque etiam minus hic contribuerunt
frequentes nocturnæ pollutiones, quibus
tenuissimum ac spirituolum fluidum,
quod nervorum atque corporis vigori
conservando egregie velificatur, sensim
paullatimque dissipatum, & totum cor-

pus debilitatum est: & denique vehe-
mentia malorum debetur quoque mul-
torum, quæ adhibita sunt, remediorum,
maxime humores exæstuantium usui;
quorum in censum præsertim veniunt
pillulae illæ balsamicæ ac polychrestæ &
quibus morbos nervorum spasmodicos
magis exacerbari, quam mitigari, mul-
tipli doctus sum experientia. Hisce
igitur caussis non solum nervosæ genera-
tioni partes, & maxime in latere corporis
sinistro, admodum debilitatæ, &
spasmodicis striduris affectæ sunt, ve-
rum etiam ventriculi præsentim ac inte-
stinorum tonus naturalis adeo labefac-
tatus viderur; ut læsa digestione, multæ
cruditates in primis viis restiterint,
quæ non modo flatulentæ, sed quoque
febrilium accessionum, peracta potissimum
digestione invadentium, causæ
sunt ac primi natales. Tali porro ra-
tione haud fieri potuit, quin illegitimus
chylus generatus, sanguinem quoque
crudum, impuris, salinis, atque scorbu-
ticis sordibus imbutum produixerit: un-
de partim urticata purpura, partim in-
signis ad orgasmos proclivitas, & virium
atque nutritionis decrementum suam tra-
xerunt originem.

Quæ cum ita sint, & fluidæ non mi-
nus quam solidæ partes a blanda atque na-
turali crasi & constitutione penitus re-
cessisse videantur; ipse quoque morbus
diurnitate temporis in habitum veluti
ac consuetudinem degeneraverit: diffi-
cillimum utique erit, illum funditus ex-
stirpare, eo magis, cum natura ob ni-
miam remediorum jam datorum farragi-
nem, iis adeo sit adsueta: ut jam vel
præstantissima eludat subsidia. Quamob-
rem major omnino spes ex præsidiis dia-
teticis foveri potest, ex quibus præ aliis
commendo acidulas Selteranas, cum ter-
tia lactis asinini, aut etiam caprini par-
te maritatas. Hoc vero excellens reme-
dii genus singulo mane, quantitate u-
nius, aut hujus & dimidiæ mensuræ po-
tare decet, per duos menses continuan-
do; postquam corpus antea infuso man-
dato fuit purgatum, quod etiam singu-
lis quatuordecim diebus illi potationi in-

terponendum, & sub finem illius iterum sumendum est.

Deinceps haud sine fructu adhibebitur pulvis meus bezoardicus, alternis diebus circa vesperam, pondere drachmæ dimidiæ ex aqua cerasorum nigroruni, vel emulsione nervina sumendus. Hic enim non solum acredinem in ventriculo ac humoribus hospitatem attemperat, alvum lubricat, & transpirationem adjuvat, verum etiam præternaturales & fluidarum & solidarum motiones mitigat atque demulcit. Eadem Scopo etiam inserviet liquor meus anodynus mineralis, cum tertia parte essentie carminativæ mixtus; quem sub Selteranarum portatione guttulis viginti hora quarta post meridianæ ex aqua destillata capere; extra illam vero mane ex infuso theiformi assumere conveniet. Præterea nec ludetur opera, si æger cubitum itorus quotidie descendat in pediluvia, temperato tempore prædicta, & ex aqua pluviali, vel tantum simplici, furfuribus tritici & saponè veneto parata. Potui vero ordinario proponendas duxi aquas Selteranas, tertia vini Rhenani parte permixtas; aut decoctum ex scorzonera, cornu cerci, hordeo, ac corticibus citri recentibus concinnatum. Quod denique diatam attinet; omnes animi affectus, cibi acidi, saliti, duriores, ac flatulenti, potus spirituosi, ac refrigerationes summo fugiantur studio; epulæ sint parciores, & inter illas comedantur sæpius juscula medicata, ex jure carnis gallinaceæ, chærefolio, acetosa, spinacia, nasturtio, asparago, cancris contusis, & succo aurantiorum confecta; ac denique corpus, maxime horis vespertinis, moderate moveatur. Quæ medendi ratio, si rite fuerit adhibita, non dubito, quin aliquale saltē malo allatura sit emolumentum.

RELATIO.

Postquam æger, cum acidulas Selteranas obtinere haud potuisset, solos pulveres, quos commendavi, & liquorem meum anodynū usurpaverat,

ac rectam vivendi rationem observaverat, nuncivit mihi, pleraque symptomata insigniter fuisse mitigata. Et cum tandem harum acidularum participes fuisset factus, iis per octo hebdomades potis, pristinam recuperavit sanitatem.

CASUS XXXVI.

De affectu hypochondriaco-spasmico, cum debilitate vasorum sperma-ticorum, & parium generationi inservientium.

VIR, officiis bellicis ac aulicis a prima juventute defunctus, annorum triginta quatuor, crebris diætæ eroribus, ac potuum excelsibus indulgens, quatuor abhinc annis quartanam incidit febrem, cum hæmorrhoidibus cœcis, quibus & antea fuit obnoxios, stipatam. Hæc persanata, nec redierunt amplius hæmorrhoides; & ipse ægrotus viribus integris, corpore robusto, coloreque vultus florido gaudens, omnibus illibata sanitate videtur prædictus. Neque tamen minus matutino potissimum tempore, naufem quandam, ac cardialgiæ toleravit: quæ vero, frustra primum adhibitis variorum remediorum generibus, tandem intermissio spiritus vini, quem sub prandio parites atque cena potare sueverat, usu admodum mitigata est. Præterea justo majori ciborum, maxime duriorum cupiditate fruitur; quæ tamen, assumta eorum parcissima quantitate, protinus satiatur, & hausto præsertim viso, aut calidiori cerevisia, anxiæ atque volaticum faciei maxime æstum, pedum autem molestam post se trahit refrigerationem. Hypochondria cum toto abdomen tensa videntur; alvus plerumque siccæ existit, qua lubrica, aut blandis laxantibus soluta ab omnibus immunis est molestiæ. Sæpius etiam colicis doloribus infestatur; noctemque somno turbulento, variis terriculamentis pleno, ac crebris pollutionibus stipato transgit. Sentit insuper perpetuam ferme ad concubentiam duram

dum proclivitatem ; sed dum coitum celebrat , semen justo citius , flaccido sexu pene ejaculatur ; quin haud etiam raro inter grata cum sexu sequiori consortia , sensim absque jucunda sensatio ne exstilat , & ideo non solum corpus enervat , verum etiam memoriae vim insigniter labefactat . Hocce vero malum ex nimio ventris exercitio , cui ante aliquot annos indulxit æger , originem traxisse , & inde præter aliqualem seminis acrimoniam , valorum seminalium debilitatem inductam esse putat ; nec ab illo , licet alia medicamina , præsertim balnea ex vino & aqua ferrariorum parata usurpaverit , hactenus liberari potuit . In tali rerum statu ipse animus turbari videtur , ut mox ad nimium mœrorem inclinet , ac solitudines querat , mox justo hilarior atque jucundior deprehendatur . Consulti medici omnem morbi somitem in primis regionibus latere existimarent ; & hinc curationem vomitoris , stomachicis , atque carminativis instituerunt : sed cum nullis eorum obsecundaverit malum , salutare ad illum oppugnandum flagitatur consilium .

CONSULTATIO.

Postquam morbum , cuius causa con fultus sum , probe perpendi mecum ; illum omnino hypochondriaco spasmodicum , qui in ventriculo , & canale intestinorum nerveo membranaceo sedem suam obtinet , esse arbitror . Quemadmodum enim haec sensibiles admodum ac nervæ partes , justo robore ac naturali tono præditæ , maximum fere momentum ad sanitatis conservationem contribuant ; dum illarum virtute generosi ex alimentis succi elicuntur , inutilia vero recrementa per alvum rejiciuntur : ita e contrario nulla totius machina pars est , quæ majores corpori , & functionibus ipsi propriis noxas inferre potest , quam ipse ventriculus ac intestina , si peristalticus ipsorum motus a statu & ordine naturali recesserit . Tunc enim hi membranacei canales partim distensionibus spasmodicis , partim flatulentis re-

laxationibus afficiuntur , ita quidem , ut in uno loco spasmus vexet , in altero resolutio deprehendatur . Quom autem haec partes , ope nervæ intercostalis , & paris octavi , sive vagi , cum reliquis , iisque nobilissimis corporis nostri visceribus , arctissima gaudent communione , cognitu facilissima est ratio , cur præternaturales primarum viarum affectiones , reliquas etiam remotissimas partes in spasmorum atque motuum violentorum secum abripiant societatem .

Quod nostrum attinet calum ; vero videtur simillimum , spasmodicos motus adhuc in ventriculi ac intestinorum canale maximam partem residere ; cumque multis a turbata digestione generatis scatere cruditatibus . Inde enim pleraque natales suas mutuantur symptomata , veluti sunt nausea , cardialgia , ciborum adpetentia cito satiabilis , paltum excipiens calor ac æstus faciei volaticus , eduliorum concoctu difficultiorum cupiditas , partium extremarum refrigerationes , obstructio hypochondriorum &c. Neque vero minus caput in præsenti casu male affectum est ; hujus enim nervæ partes , maxime involucra cerebri membranacea , sapissime a ventriculo spasmis occupato , ad eosdem vi mutui consensus proritantur . Unde quoque dependent somnus turbulentus , insomnia terrifica , & mox nimia mentis inquietudo , & angustia , mox solito major hilaritas , atque perversa imaginatio : quæ symptomata cuncta debilitati generis nervosi debentur .

Quod si vero de iis nostri affectus causis dispiciam , quas remotiores vocant , has inter magna debetur animadversio crux in intestinis inferioribus stagnanti , & exitu per vasa hæmorrhoidalia delituto . Neque minus in eorum censum venient inordinatum vivendi genus , frequentes crapulæ , refrigerationes vehemens iracundia , diuturni mœres , atque medicamina nervosum genus commoventia , purgantia , vomitoria , aliaque nimis spirituosa : quippe quæ illius sunt indolis , ut tonum partium nervosarum , maxime ventriculi , ac in-

testinorum mirifice destruant atque labefacent. Et sane plerorumque medicorum, qui verum horum morborum genium minus habent perspectum, mos est, ut eos purgantibus potissimum, emeticis, calidioribus stomachicis, carminatibus, quin & martialibus ac opiatibus adgrediantur: quibus majorem noxiam inferunt, quam utilitatem, præsertim cum iusmodi ægrotantes meticulosi, inconstantes, inquieti deprehendantur, & ideo ab uno medico ad alterum confugientes, insignem variorum remediorum farraginem, irreparabili sanitatis damno, devorare soleant.

Mibi vero in more est positum, ut in hisce morbis ineunte vere, aeris mutationem, itinera, ac mineralium aquarum usum commendem ea quidem ratione, ut quibus strictior est corporis habitus, arque cholericum temperamentum, acidulas; iis autem, quorum corpus multis vilcidis, impurisque scatet humoribus, thermas magis idoneas existimem. Huic vero curationi opportunum prius reddere studio corpus, dum non solum sanguinis nimiam molem, si præsto fuerit, immuniendum, verum etiam impuros humores corrigendos, & per alvum leniter expellendos curo. Absoluta demum ea potatione, diaeteticis pariter, ac pharmaceuticis blandis remediis, ventriculo robur soum restituere, legitimum excretiōnum naturalium successum promovere, ac æquabilem humorum per imum ventrem circulationem adjuvare, curæ mihi cordique est. Quæ si votis nondum responderint, consultissimum duco, ut sequenti anno iterum ad minerales fontes iter instituatur: hos enim in natali loco adhibuisse, longe saluberrimum est, cum ibidem animus a rebus seriis eo melius detrahi, & corpus convenientius moveri possit; nec non ipsa aeris mutatio, quam tali modo consequimur, egregium spondet emolumendum.

Quæ cum ita sint; nostro quidem ægrotanti thermarum, quæ in Carolinis seaturint, molarium commendarem usum: & corpus præpararem detractis, sub celo sereno, ex vena in pede tusa sex vel

octo cruoris uncii. Deinceps proponerem pilulas meas balsamicas, alternis diebus circa vesperam, numero sedecim sumendas: sequenti vero die salis mei aperi vi drachma dimidia ex aqua vino nupta mane hauriatur; & tum aliquot vascula infusi theiformis, quod sic habet, forbillentur: Recipe florum chamæli vulgaris, hyperici, summitatum millefolii, herbae cardui benedicti, salvie, melissa, betonicæ, veronicæ, verbenæ ana manipulum unum, seminis feniculi, anisi stellati ana drachmas duas. conc. cont. d. Et denique sub ipsa etiam curatione inter epulas Elixirium meum stomachicum, triginta guttulis capiendum commendarem. Præterea vero, cum recta vivendi ratio ne nihil in hisce morbis reperiatur fructuosius, etiam atque etiam hortor, ut ægrotans aliquot ab epulis horis corporis moderate & ad incandescentiam, vel ambulando, vel equitando moveat; atque singulis vesperis pedes in tepidiora immittat pediluvia: ceterum a vinis justo calidioribus, cibis incongruis, animi passionibus, ac multis laboribus cum meditatione junctis sedulo ubi caveat.

Quod denique attinet debilitatem il lam vasorum spermaticorum, & partium generationi inservientium, atque præmaturam seminis effusionem: hæc non minus ex hypochondriaca passione natales suos mutuantur. Dum enim in illa partes nervosæ corporis tantum non universi, labore suo destitute ac debilitate existant, fieri non potest, quin nec seminalis humor naturalem ac spiritu osam adipiscatur temperiem, sed iusto tenuior, ac acrior factus, vasa seminalia sanguineum, & ad præcorem ejaculationem priorit. Nihil vero in tali casu præstantius est, quam essentia succini rite preparata, si illius quindecim guttæ & mane & vesperi, ex syrupo acetositatis citri, aqua permixto assumantur. Extrinsecus roborandis genitalibus partibus egregie inserviet sequens facculus. Recipe florum rosarum rubrarum, balauitorum, anthos, lavendulæ, salvie, chamomillæ Romanæ ana manipulum unum, cubebarum, cinnamomi, caryophyl-

phyllorum ana unciam dimidiā, benzoës, floracis, mastichis ana drachmas sex. M. C. D. S. species, quæ in vino rubro decoctæ sacculo includantur, & mane aut vesperi regioni pubis imponantur. Et hæc sunt, quæ proponenda duxi, quibus ægrum votis suis potiturum esse, haud despero.

C A S U S XXXVII.

De malo hypochondriaco-spasmatico flatulento.

Uris quidam peritus, quadraginta annorum, constitutionis olim strictioris, jam magis obesa, vitam amans sedentariam, studiis ac meditationibus deitissimus, ac variis animi passionibus, præsertim curis atque sollicitudinibus indulgens, mense Augusto anni 1722. in eam primum incidit molestiam, ut hau-
flos mane potus calidiores, non minus ac singulas epulas nisi ipse vomitus, saltem laboriosi vomendi conatus exceperint. His per aliquot annos toleratis, accidit, ut vere anno 1725. mane expergescens dolores in toto corpore confusiores perceperit: quos vero cum eodem die evanescerent, parum curavit. Sed elapsi octiduo hi dolores recrudescabant atrociores, cum ea sensatione, ac si totus fustibus fuisset percussus; ac omnium fere actionum voluntiarum impotentia. Accitus medicus commendabat venæsec-
tionem; qua instituta, & adhibitis quibusdam remediis, largus noctu erumpet sudor, cum eoque varia tubercula ulcerosa efflorescabant, & dolores protinus remittebant. Interim molesti illi vomitus adhuc recurrebant quotidie; & tandem, cum circa utrumque æquinoctium venam præberet secundam, & sub epulis vino Gallico generoso uti coepisset, autumnali anni 1725. tempore cessabant aliquantulum. At vero novus succedebat affectus, longe molestior; namque dolor satis acutus caput in regione frontis, præsertim supra orbitam sinistri oculi occupabat quotidie; & ab hora nona matutina ad tertiam pomeridianam in-

star hemiceranæ inhærebat. Huic affectioni obviam ivit æger pilulis polychrestis, atque quotidiano pulverum præcipiantium usu; ex quibus non quidem perfectam sublationem, at insignem dolorum remissionem consequutus est. Præterea vero singulo & vere & autumno, vehementes accedebant sanguinis orgasmi, adeo ut tum per quatuordecim fere dies largissimos sudores nocturnos, & crebram mingendi cupiditatem sub somno toleraverit ægronus.

Quæ symptomata cum nullis obsecundassent remediis, mense octobri anni 1731. in atrocis demum abierunt malum. Namque dum post prævias animi graviores commotiones, vespertino tempore viri cuiusdam, summa dignitate conspicui interesset exequis; ibidemque partim piceos ex facibus fumos inspirasset, partim corpus insigniter refrigerasset: accidit, ut postridie suffocativum incurrit affectum, cum ruftuum flatuumque pertinaci retentione. Quandounque respirabat, videbatur veluti obex in imo ventre positus, qui præpediebat spirationem: atque tanta urgebat alvi constipatio, ut clysterum ope ipsam moliri oportuerit. Adhibuit contra has affectiones varia medicamina, insula vinosa, præsertim pulverem contra acredinem, & antispasmodicum Hallensium, nec non eorundem pilulas polychrestas, & essentiam antihypochondriacam; atque circa vernum currentis anni tempus venam curavit incidentam: quibus quidem mitigatae, sed nequitam adeo sublatae sunt, quin adhuc per intervalla redant, & sèpem numero molestis vomitibus, aut saltem dolorificis ad illos contibus junctè deprehenduntur.

Ceterum pro potu ordinario loco cerevisia Gardelebiensis, haec tenus potæ, suauem medici jam uititur ea, quæ Lutera regia sub nomine *Luchstein* coquitur, sed inde alvi segnitiem magis observat confirmari. Doloribus corporis, quos anno 1725. in sinistro potissimum latere passus est, tum acceperat frigida sensatio in occipite, ac artibus lateris sinistri; quæ abhinc assidua inhasit, neque perinti.

Etim.

Aum sinistro brachio fonticulum debelari potuit. Vultus color, plerumque floridus ac rubicundus, saepissime, praesertim circa oculos, commutatur in variegatum, acsi quidam digitorum suorum vestigia ipsi impresserit. Non minus perclus muco videtur repletum, quem quidem exscreare conatur; at adeo tenax inharet, ut inter tussiendum saepissime meru fit, ne suffocetur, atque dorsi percussione adjuvari debeat. Diatam, cum officii ratione crebris fungatur itineribus, haud observare potest accuratam; sed promisevis & cibis & potibus uti cogitur, neque etiam ab omni animi passione, licet summo nitatur studio, cavere sibi vallet. Nicotianæ fumum, quam olim in deliciis habuit, jam parcissime fugit; & si opus fuerit, omnium etiam vinorum, maxime Rhenani potum evitabit eo lumbentius, cum exinde sanguinis ebullitionem, ac ventriculi acrimoniam suboriri sentiat. Neque etiam ignorari oportet, fauces atque linguam per satis longum tempus, perpetuo ardoris sensu, acsi nimio Tabaci usu fuissent excoriatae, affici; quas ope gargarismatum, ac juscui avenacei cum faccharo permixti, aliquantulum mitigavit. Saliva vero viscida, tenaxque spuitur, adeo ut quidam pulmonalem tabem metuant, praesertim cum carnosa corporis substantia aliqualiter imminui videatur, & sub exscretione fetidus odor nonnunquam percipiatur. Ipse autem ægrotans, qui circa ventriculi ac diaphragmatis regionem præcipuas sentit molestias, ibidemque impæctam, quasi pituitam, semet asthmate laborare credit, seque curatum irisperat, si stagnationes sanguineæ discutentur, debilitas ventriculi restituetur, alvus lubrica fieret, atque præsertim pectus a nimia muci copia liberaretur. Novissime spasmi arthritici per intervalla videntur accedere; sed insequuto sudore mox dissipantur.

Quæcum ita sint, salubre jam æger ad recuperandam sanitatem efflagitat consilium, & præcipue doceri gestit, num commendatus sibi a medico quodam vieni inter epulas Burgundiaci, atque aqua-

rum Sedlicensium usus futurus sit conveniens.

CONSULTATIO.

Affectus præter naturam, quo viri consultissimus infestatur, non aliud est, quam qui a medicis hypochondriaco-spasmatico flatulentus appellatur. Quum enim in illo ventricoli concoctione lœsa deprehenditur, & ideo loco generosi chyli, cruditates acidæ, biliosæ, atque viscidæ generantur, cognitu omnino facilis fit causa omnia, quibus æger premitur, symptomatum, veluti sunt vomitus, flatulentæ distensiones ventriculi, rectos, constrictiones & anxietates præcordiorum, sanguinis ebullitiones, alvi segnities, atque dolores, qui artus occupant, arthritici. Hujus autem hypochondriacæ passionis primi natales partum vite generi sedentario, motus experti, atque nimis mentis laboribus cum meditatione junctis; partim diurnis curis, atque mœroribus; partim denique inordinate vixit rationi debentur, maxime si nativa generis nervosi debilitas, ut quidem videtur, accesserit. Atque difficultimum sane est, hisce vitijs solo pharmacorum usu mederi; si votis poteri velimus, omnis curandi vis ex pertinaci vivendi ac rerum non naturalium observatione expectari debet. Idcirco ante omnia nimias mentis fatigations atque meditationes moderari, & corpus potius crebris, sed temperatis exercitiis movere oportet. Præsertim vero omittere convenient omnem cerevisię potum, ventriculo in hisce morbis vehementer iniamicum: in cuius locum vel acidulis Selteranis cum quarta vini Rhenani parte maritatis, vel sequenti decocto uti præstabit: Recipe radicum scorzonerae, salsaparille, ching, rafore cornu cervi ana uncias duas, corticis ligni salsafras, seminis scenicali ana uncias semis. M. C. C. irrorentur cum oleo tartari per deliquium uncia semis, D. S. species, quarum uncie bing ex tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes decoquendæ sunt. Nec alienum erit, hujus po-

tationi parcum vini veteris aut Mosellani, aut Rhenani usum interponere.

Ex remedii commendo Elixirium meum viscerale, octoginta circiter guttulis sub finem prandii sumendum; & pulverem laxantem rhubarbarinum, cuius ope singulo octiduo alvus purgetur, necesse est. Et hisce denique fururo mente Junio adjungendum esse Pyrmontanorum vel Egranarum utrum, omnino sum persuasus.

Relatum abhinc est, ægrum ex commendata medendi ratione, præsertim Elixirio viscerali, symptomatum suatum egregium deportasse allevamentum.

C A S U S XXXVIII.

De affectu hypochondriaco-spasmodico flatulento.

Vix duos & quadraginta annos natus, debilioris ac strictioris corporis, variis ab incunabulis fere graviter infestatus fuit ægritudinibus. Præter varii generis febres enim, ac dysenteriam, decimo quinto ætatis anno perniones exaceratos passus est; & cum abhinc inordinato vivendi generi, atque crebris indulgeret crapulis, anno vigesimo septimo in Galliis degens, gravem toleravit pectoris affectionem. Ab hac cura lactis asinini liberatus, denuo perversam vietus rationem subiit; & cum præsertim nimium vini potum, atque calidioris Nicotianæ usum ad seram usque noctem protrahere sueisset: exinde omnes fere generosos succos exscreavit, & hinc tandem & fluidarum, & solidarum partium labem sibi met contraxit, ut nulla spirituosa, vel cibos aromatisatos absque molestia ferre potuerit, sed crebris vomendi conatibus, quin & ipsis vomitibus saepius laboraverit. Atque tali ratione sanitas magis magisque vacillare, & ventriculi robur adeo debilitari cœpit, ut jamjam ex levissimo diæta errore, graves ventriculi pressiones, rostos frequentiores, flatus ac murmura imi venis, atque saepius vehementem cordis

palpitationem patiatur. Pedes perpetuo sunt frigidissimi; haud raro matutino præsertim tempore nauseam incidit, cum tanto vultus pallore, ut mortuo videtur. Similis; adpetitu fruitur vario, & plerumque cibos duriores, & concoctu difficiles cupit, qui vomitum ipsi movent; somnus est turbulentus, terrificis insomniis stipatus, quem versus diluculum copiosus sudor cum subsequente lassitudine excipit; vigor memorie, & audiendi facultas sensim immittuntur; hyeme graves catharrales affectus, coryzam atq; tussim tolerat cum excretione muci largissima; quæ vero novissimis annis, cum pectoris calori magis studeret, longe fuerunt mitiores. In hoc rerum statu venam saepius tundendam præbuit, nec non vomitoria, purgantia, variique generis medicamina usurpavit, quæ inter a lactis usu efficacissimam semper deprehendit opem. Novissimo hyeme meæ se tradidit curationi; & adhibuit pulveres temperantes ex nitro, arcano duplicito atque cinnabari nativa concinnatos, magnesiam albam, essentiam stomachicam ex essentia corticum aurantiorum, pimpinelle, tinturæ proprietatis, ac oleo tartari per deliquum confectam. Non minus circa vernale æquinoctium, præviis pediluvii, venam incidentam curavi, & per sex successive dies pilulas de Gummatis Conderdingii propinavi. Neque male ex his habuit; sed cum nondum penitus debellatum sit malum, & animus jam in diversas atque graves rapi videatur cogitationes, salubre anhelat confitum.

CONSULTATIO.

EX communicata mecum morbi historia probe intellexi, ægrum ex affectu hypochondriaco-spasmodico flatulento laborare; quin ex perverso vivendi genere, calidiorum potuum, atque Tabaci nimio usu, animi affectibus, & fortitan corporis refrigerationibus suam traxit originem. In hoc vero morbi genere non solum fluidæ nostri corporis partes, im-

impuris, viscidis, scorbuticisque salibus ac folidibus imbutæ; verum etiam solidæ atque nervosæ, præsertim ventriculi, & intestinorum regiones destructæ & labefactæ deprehenduntur. Unde ipsammodicē primarum viarum distensiones suboruntur, quæ per alias nervosas partes propagatae cruentem vitalem majori impetu atque copia a corporis superficie ad caput & præcordia cogunt compelluntque: quibus etiam causis omnia symptomata, veluti sunt pressiones ventriculi, ructus, flatulentiae, borborygmi, cordis palpitationes, frigus partium extremarum, nausea, insomnia terrifica, sudores nocturni, lassitudo, atque memoriæ debilitas in acceptis ferenda sunt. Quæ mala cum iam longo durarunt tempore, adeo ut fluidæ non minus ac solide partes a statu naturali recesserint: necesse est, ut congruis subsidij oppugnentur, & hæc diu cum patientia adhibeantur. Idecirco præ aliis laudem merentur Egranæ, quarum vel cum una parte lactis vaccini, vel æqualem pondere asinini, si fuerit in promptu, permixtarum, singulo mane per quinque hebdomades mensura una cum dimidia potetur. Verum ante non minus, quam post illarum potum, sumenda erit potio laxans, cujus hæc est compositio: Recipe mannae electæ unciam unam & semis, ihababarri drachmam, terræ foliæ tartari scrupulos duos, aquæ florum acaciæ uncias quinque, coque & solvæ leni calore, colatura adde olei de cedro guttas tres. M. D. Sub ipsa curatione, singulo triduo quatuordecim pilularum mearum balsamicarum vesperi devorandas commendo; quippe quæ tonum atque partium solidarum confortando, flatus potenter discutunt. Præterea inter epulas ex ultimo haustu sexaginta guttas Elixirii mei balsamici adhibere convenient; & in vicem potus ordinarii, sequenti decocto uti: Recipe radicis scorzonerae, chingæ, salsaparillæ ana uncias quatuor, cichorei, glycyrrhize ana unciam unam & semis, cassiaæ caryophyllatæ, corticis ligni sassafras ana unciam semis. Conc. Cont. M. D. S. species, quarum unciae binæ ex tribus aquæ mensuris per

horam dimidiâ, addito passularum minorum uno manipulo decoquantur. Neque vero incongruum erit, hujus decoctionis potui haustum vini Rhenani, aut Burundiæ nonnunquam interponere.

Hæcce curatio eo auspiciator erit, si æger sub illa ab omnibus durioribus, concoctu difficultioribus, sale conditis, aut fumo induratis edulis probe libi carverit; corpus, cœlo existente sereno, sedulo moverit; nec non absoluta eacutatione rectum vivendi genus observaverit, ac subinde bis quotannis venam in pede tundendam præbuerit, & pilulas meas balsamicas, stomachicumque Elixirium continuaverit. Quod si humorum commotiones accederint, pulveres temperantes a medico ordinario commendati in usum trahi possunt. Ceterum operæ erit pretium, jusculis cum herba petroselini, asparago, radice scorzonerae, atque graminis, nec non succo citri ac aurantiorum, aut cancris paratis sèpius vesci; & pedes singula ferme vespera in temperata immittere pedilovia. Quæ si rite observentur, de felici curationis successu nullus dubito.

C A S U S XXXIX.

De affectu hypochondriaco spastico, atque flatulento, functiones animales simul turbante.

VIRI R trium quinquaginta annorum, statu mediocris ac tenerioris, ingenii vivacissimi, temperamenti sanguinei, sub præsenti morbo ad melancholicum vergenti, adolescentia annos inordinato transfigit vivendi genere. Namque non solum omnis generis cibis durioribus, acidis, salitis, pinguioribus promiscue vesci, vinisque acidis, ac fæculentis cerevisis ad excelsum uti suavit, verum etiam corpus satando, vel aliis caussis commotum sepiissime refrigeravit, quin haud raro totus calens frigidos ingurgitavit potus. Neque etiam minus tub multis, quibus interfuit juvenis, alterationibus, caput præsertim variis percussum est plagiis atque lassionibus: & abhinc

ab his crebris defunctus itineribus, gelidissimi aeris tulit injurias, atque passionibus animi sepiuscule indulxit. Interm in juventute post levissimam commotionem, sanguinem & naribus reddere suevit: qui incremente atate per vasta hemorrhoidalia, large atque statim temporibus fluxit. Nihilo tamen minus non fieri potuit, quin ex tam irregulari dæta sanitatis sibi met contraxerit labem: namque primum molesto aurium tinnitus infestabatur, & huic junctum est ventriculi vitium atque digestionis lassio; quanta pituitæ atque cruditatum copia in primis regionibus increvit, ut post intrusum faciebus excutiam ventriculi, qua per aliquot annos quavis hebdomade bis vel ter uti suevit, semper plus quam libra saburre cruda, acida, viscidæque eructata, & præterea per spontaneos, quos saepe toleravit vomitus, insigni quoque copia redditæ fuerit. Non minus vehementes in nucha atque brachiis percepit olim dolores pungitivos, qui jam evanescerunt: ac præsertim post acidorum vel dulcium ciborum usum ingentes, eosque rodentes circa umbilicum sensit cruciatus, qui subsequuta alvi dejectione mitigati, tandem vero evacuatæ per saepius adhibitum infusum rhabarbarinum, multis mucidis, ac nigris sordibus, proflus sublatis sunt. Has equidem molestias, multis variisque remediorum generibus, purgantibus, tinturis, essenceis, aquis mineralibus strenue oppugnavit; sed tantum abest, ut iisdem malum suum debellaverit, ut illud potius se penumero recruderet longe atrocios. Et ut illas, quibus jam cruciatur, affectiones tantummodo recenseam; has inter maximam crucem figit, aurium tinnitus, noctu præsertim tanta vehementia inhærens, ut omnem fere somnum agro eripiat, aut saltem soporem variis terriculamentis turbatum relinquit. Immaniter non minus sollicitatur capitis temulentia, atque dolore gravitativo; quem quidem attracto per narē pulvere nervino, & hinc emuncto tenacissimo muco nonnunquam mitigare, non vero penitus depellere potest. Nec constans levamen percipit ab infuso

laxante pronuper usurpato; licet evacuatis per illud multis acidis, viscidisque foribus, per aliquod tempus sublevatus fuerit. Quæ cuncta symptomata meo quidem arbitrio ex ventriculi cruditatibus natales suos mutuantur; quibus etiam procul omni dubio catharralis gravitas capit, atque aurium tinnitus debentur. Et cum in hisce tollendis omnia haec tenus usurpata remedia spem fefellerint, confugimus ad Te Vir Illustris; & a tuis consiliis certum speramus auxilium,

RESPONSIQ CONSULTATORIA.

Quæ mihi de gravi, quæ vir quidam Consultissimus premitur, ægritudine prescripsisti, ita sunt comparata, ut duo potissimum indicent via, quibus omnium symptomatum primi debentur natales. Primum enim nervosa capitis partes admodum debilitatæ, & vascula sanguisera cruore spissæ atque viscido infarcta videntur: unde æqualis humorum per cerebrum, membranæque illud cingentes circulatio impedita, capitis doloribus, somno turbulentio, terribilis insomniis, ac melancholicis molestiis, originem suppeditavit. Cum autem ex viscidis illis humoribus serosa potissimum colluvies per diurnam stagnationem separari soleat; non sane mirum, si mucosa ac viscidæ pituita per narē saepius excrenatur. Quoniam separatum illud in organis auditus, maxime concha, cochlea ac labyrintho auris serum, resolvitur in vapores halituosos; qui exitu per tubam Eustachianam destituti, sulurum tinnitusque aurium, somnum turbantem progenerant. Multæ autem fuerunt causæ, quibus capitis imbecillitas, dictorum mater symptomatum, in acceptis fereda est; quas inter vel graves illius contusions, refrigerationes in juventute toleratas, atque crebras animi commotiones allegasse sufficiat.

Deinceps destruto etiam ventriculi tono quædam debetur animadversio: hinc enim digestio lassit, alvi segnities inducitur, & in ventriculi ac duodenæ potissimum intestini cavitate generantur mul-

multæ acidæ , viscidæque cruditates , quæ non solum flatulentas angustias , inflations , doloresque imi ventris pungitivos pariunt ; verum etiam spasmos excitando , succos vitales majori copia ad caput compellunt . Quæ cum ita sint , præsens affectus nomen hypochondriaco - spasmodico - flatulenti , caput simul occupantis , & functiones animales perturbantis omni ruetur jure ; qui , nisi congruis remedii tempestive adhuc oppugnetur , metum omnino incurit , ne tandem in soporosos affectus , vel melancholiā , vel etiam apoplexiā terminetur .

Curatio vero tam fontici mali duabus iterum absolvitur indicationibus ; quarum prima est , ut roboro ventriculi elatere , digestioñis vigor naturalis restituatur , & hinc nimia cruditatum acidarum mucidarumque generatio præpediatur : altera , ut caput confortetur , impetuoso humorum ad illud raptus derivetur , eorumque liber ac æquabilis per cerebrum restituatur circuitus . Quibus scopis im petrandis convenientissimam puto hanc medendi rationem .

Quo nimirum impetus humorum a capite revellatur , opera erit pretium , singulis mensibus luna decrescente , binas cucurbitulas nucha , totidemque brachiis atque pedibus cum scarificatione admovere ; & quavis vespera pediluviis ex folia aqua fluviali paratis , tepidioribus dumtaxat uti , tumque lectum consondere , ac lenem sudorem expectare .

Deinceps in capite roborando non minus , ac molesto aurium tinnitu consolando , egregiam præstabit opem pulvis cephalicus , ex herba majoranæ , succini præparati ana uncia una , caryophyllorum aromaticorum uncia dimidia paratus , & pondere drachmarum duarum alternis diebus capitū inspergendos .

Tum vero ad acrimoniam temperandam , humorum ebullitionem demulcendam , transpirationem promovendam , atque fordes flatusque primarum viarum eliminandos , pulverem temperantem & pilulas meas balsamicas commendarem . Illius hæc est compositio : Recipe lapidum cancerorum unciam unam , cornu

cervi philosophice præparati , conchærum præparatarum , nitri depurati ana drachmas duas , cinnabaris nativæ præparatae , succini præparati ana scrupulos duos , olei de cedro Italici guttas octo . M. F. pulvis , qui pondere drachmæ unius brevi ante epolas ex aqua vino nupta assumatur . Vesperi autem octodecim pilolarum mearum balsamicarum capiantur , & in sequenti mane aliquot vascula decocti fabarum Coffee , aut infusi theiformis sorbillentur , quod sic se habet : Recipe herbae melissæ , betonicae , majoranae , salviae , summittatum millesolii ana manipulum unum , feminis scenicali drachmas duas . Conc . Cont . D . Hec duo medicamina alternare etiam licet , adeo ut vesperi sumatur pulvis , mane devorentur pilulae ; & hac curatione per quatuordecim dies continuandum est : atque interpositis tum quinque diebus , iterum commendatæ curationi insistendum suadeo .

Quod autem diætam attinet , qua ad debellandos ejusmodi morbos nihil est fructuosius ; necesse est , ut æger ante omnia ab animali affectibus , curis ac solitudinibus , quantum fieri potest , sibi caveat ; aerem frigidum humidumque fugiat , & præsertim vesperi omne sanguis a capite & auribus arceat .

Non minus a vino , præsertim Bohe-mico , cerevisiis spissioribus , spirituo-sis , atque sic dictis aquis destillatis calidioribus sedulo sibi temperare debet : & potius pro potu ordinario , sequenti uti decocto : Recipe radicis scorzonerae unciam unam , cichorei , liquoritiae ana drachmas duas , herbae cardui benedicti manipulum unum : M. coquantur per horæ diuidium in quatuor aquæ mensuris ; sub finem addantur cortices citri recentes . Quod decoctum sufficienti quantitate potare , & sub epulis haustum vini veteris Rhenani , aut Mosellani interponere decet . Præterea cibi fugiantur acidi flatulenti , cœna sit parcior ; corpus ante pastum moderate moveatur , & grato consortio animus erigatur . Et hæc sunt , quæ in salutem ægrotantis proponenda duxi : quæ

De us

Deus reddat fausta ac salutaria , ex animo precor .

C A S U S X L.

*De affectione hypochondriaca
& melancholica.*

JUvenis est 22. annorum , cui a quatuor jam annis , & amplius stomachus est debilis . Verum a novem aut decem præsertim mensibus , ventriculi ac primarum viarum graviores se manifestarunt affectiones , ita ut a pastu superveniant illi ventriculi gravitas , & angustia & cordis palpitationes , quæ non cessant nisi duabus aut tribus , quin saepius quatuor & quinque ab epulis horis : tum flatibus repellentur intestina , quandoque est vertiginosus , ordinario tristis & melancholicus , ita ut dum adsunt istæ angustiæ , nec verba , nec consortia sufferre possit ; visus sit debilis , & quod magis funestum , alvus ad tres vel quatuor dies constipatur , valde emaciatur , genua flaccescunt , & viribus privatitur . Interim supervenient dies , quibus prædictæ stomachi angustiæ cessant ; tum etiam melancholia remittit , & est hilaris , ac quasi sanus ; appetitus semper constat . Sunt dies , quibus comedit ; gravatur tamen semper stomachus ; sunt autem , quibus comedere non audet , quia , ut dicit , redeunt ac augentur angustiæ atque gravitas ventriculi : urinæ quandoque rubræ , turbidæ , cum sedimento lateritio , quandoque citrinæ minguntur . Ad hunc ergo morbum , quia medicis affectio hypochondriaca dicitur , debellandum , jam a quatuor mensibus præscripta fuerunt 1) decocta splenetica laxativa , tum 2) martialia in infuso , cum cremore tartari ac herbis amaris , 3) in forma electuarii , sumitis per intervalla pilulis ex gummatibus cum trochiscis alhandal acuatibus ; dixtamque servavit , nihil comedendo , nisi concoctu facilitiora . Interim hæc nihil proficiunt , remanent prædicta symptomata , corpus magis emaciatur , nec alvus nisi arte laxatur , magis melancholicus & morosus sit ; dormit autem secure , & nulla est febris .

Hoffm. Consult. Med.

C O N S I L I U M .

TRadita mihi est cum litteris historia , quam consultissimus vir ad me misit , rogans simul , ut meum de morbi genere judicium cum consilio medico , quamprimum fieri posset , redderem . Cui quidem desiderio lubens satisfacturus , casum iterato perlegi , eodemque probe pensitato , intellexi , juvenem , de quo sermo est , passione hypochondriaca , spastmodico-flatulenta , simulque melancholica affligi . Sedes hujus tam gravis malii in ventriculo potissimum , & canale intestinorum quærenda : ventriculus quippe repletus est flatibus multis ex prava digestione , & inde oriundis crudis , acidis & viscidis succis , prognatis . Intestina autem , præsertim inferiora , atrocibus stringuntur spasmis , ut nec fatus , nec excrements , rite transmittantur & egerantur . Unde postea alvus obliviscitur officii , & fatus retrocedunt ad superiora , ipsumque stomachum , eundem distendunt nimium , diaphragmatis descendens impediunt , & sanguinem sursum , maximeque ad caput agunt & congerunt . Atque hinc repetenda origo omnium ad eo infestorum symptomatum , anxietatis præcordiorum , doloris constrictorii in pectore , capitum & oculorum vertiginosæ perturbationis , cordis palpitationis , respirationis difficultioris , angoris , motus & inquietudinis animi . Quæ vero antecedentes externæ morbi fuerint caussæ , in ejusdem descriptione est quidem omisum : interim tamen multiplici confirmatum habeo experientia , in ejusmodi ægris , aut nativam quandam debilem cum exquisitiore sensu dispositionem , a parentibus hypochondriacis , maximeque matre hysterica acceptam , aut febrem intermittentem , cito nimis ac præpostere suppressam , aut graviora animi pathemata , aut etiam nimia & intempestiva Venoris exercitia ut plurimum fuisse accusanda . Sed quæcumque ex his præcesserint caussæ , jam curatio eo unice erit dirigenda , quo primæ viæ a crudorum succorum sentina , & acido-viscida colluvie-

A a libe-

liberentur; tonus ventriculi, & intestinorum, cum inde pendente digestione firmetur, flatus inferti discutiantur, maximeque omnium alvus libera servetur; & aperta. Quæ sunt, ut eo rectius perfici queant, præmittenda, nisi brevi facta fuerit, sanguinis in pede missio, ad sex vel septem uncias instituenda. Tum usurpanda medicamenta, & quidem methodo hac. Initium faciendum emetico leni, uti habet formula sub Litt. A. quod mane sumendum, & aqua tepida cum butyro liberalius condita superbibenda, idque vomitorium dandum ter alternis diebus. Dein quotidie vesperi dimidia drachma salis aperitivi, in schedula Litt. B. descripti, in aquæ puræ fontanæ uncis duodecim soluti sumenda; mane autem alterno die pilularum balsamicarum ex præscripto formulæ sub Litt. C. præparatarum septem vel novem numero deglutienda. His per 10. aut 14. dies insistendum, simulque interea in fine prandii, ad roborandum stomachum assumentæ quinquaginta guttae Elixirii, cuius præparationem docet schedula sub Litt. D. Tum circumacto hoc tempore singulis diebus mane & vesperi exhibenda spiritus nitri dulcis guttæ viginti vel triginta, ex uncis octo aquæ puræ fontanæ, tanto magis, si forsitan sanguinis præsto fuerit ebullitio. Quoad vitæ, vi etusque regimen, ererit, ut æger abstineat a potu exstiente calido, cibis crudis, acidis, maximeque e lacte paratis, ac in cena parum capiat; evitet animi pathemata, intensius frigus, imprimis pedibus admissum, vicissim animum oblectandi occasionem capiet, frequentius inter homines amicos versetur, aerem mutet, corpus subinde motu exerceat, eumque in finem iter suscipiat. Quod si autem morbus fuerit adeo rebellis, ut his penitus cedere nolit; ego longa & multiplici experientia edocet, certius & efficacius nullum fore auxilium censeo, quam ex usu acidularum: inter huic morbo quam maxime conducibles erunt Schwalbacenses; aut si forsitan harum non foret copia, Spadanae. Hæ portandas non domi, sed optime ad scate-

bram, nec nimis frigidæ, sed imposita in aquam calidam lagena obturata, paulisper tepefactæ, potatio instituenda mane, & bibendæ successive inter obambulandum duæ aut tres libræ medice; idque per quatuor, aut quinque hebdomades. Ante vero, quam hæc per potum acidularum curatio suscipitur, die antecedente alvus subducenda per potionem laxantem, cujus formula adducta sub Litt. E. idque in media, ac finita ipsa repetendum: & præterea quotidie, quamdiu potatio durat, atque etiam aliquamdiu posteam, prandio finito, sumenda dosis Elixirii stomachichi, supra laudati. Quæ omnia, si ex præscripto rite servabuntur, spem ego foveo haud dubiam, ægrum inde expectatum levamen fore experturum, & sanitatem recuperaturum: quod, ut Deus ita omnino evenire jubeat, ex animo precor.

Litt. A. Recipe radicis Ipecacuanha grana 24. tartari vitriolati, nitri depurati, salis tartari ana grana quatuor. M. F. pulvis pro una dol.

Litt. B. Recipe nitri purissimi, arcani duplicati, lapidum cancrorum ana unciam semis, terræ foliatæ tartari drachmas duas, sal aperitivum.

Litt. C. Recipe gummi ammoniaci, extracti centaurii minoris, rhabarbari, hellebori nigri, limatura martis, cinnabaris rite parata ana drachmam, extracti croci drachmam semis. M. F. l. a. pilule ex scrupulo uno no. XX.

Litt. D. Recipe essentię gentianę rubrę, corticum aurantiorum, cascarillę, tinturę tartari ana unciam semis, spiritus salis ammoniaci drachmas duas. M. D.

Litt. E. Recipe manne electę unciam, rhabarbari drachmam semis, terre foliate tartari, nitri puri ana grana 13. coque & solve leni calore in aquę veroniqe uncis 6. colature adde olei de cedro guttas 4. M. D.

C A S U S X L I .

De melancholia hypochondriaca ex pura retenta.

V Ir haud insimile dignitatis, quadraginta annorum, temperamenti san-

gu-

guinei, spongiosi corporis habitus, assidua hactenus mentis tranquillitate gavisus, neque præter purpuram æstivo sapientem tempore absque molestia toleratam, ullis unquam morbis obnoxius, sub hujus anni auspiciis crebram mœrorum, atque solitudinem habuit occasionem, & abhinc circa vernale æquinoctium venæficationem, quæ singulis antea æquinoctiis instituta fuerat, neglexit. Inde ex offici ratione per triginta millaria peregre fatus, in medio itinere noctu ex improviso insigni præcordiorum anxietate, angore & inquietudine mentis ineffabili, corporis lassitudine, & omnis adpetitus prostratione corripiebatur, adeo ut redire cogeretur. Reversus perpetua animi turbatione, ac corporis angustia excruciat; pulsus fertur inæqualis atque celer, humorum assidua vexat ebullitio, absque manifestis caussis. Tunditur protinus in pede vena, & derrahuntur octo cruxoris unciae; neque tamen minus præter continuam inquietudinem, vesperi præsertim æstus accedit præternaturalis, pulsus fit citior, & erumpit anxius sudor. Talis paroxysmus alternis potissimum diebus observatur atrocior; sub quo flatus etiam ac murmura in imo ventre percipiuntur, ac animus adeo contristatus, meticolosus, ac pusillanimis est, ut erigi nequeat, nec ullam admittat consolacionem: & præterea ciborum exigua frui tur adpetentia.

Pugnatum ergo fuit omnis generis medicaminibus, infusi clysteres, data præcipitaria, nitrofa, carminativa, stomachica, balsamica; cerevisia Martisburgensi, qua pro potu ordinario usus fuerat, substitutæ acidula Selteranæ; atque corpus crebris exercitiis, maxime vectione in rheda motum: non minus sanguis denuo missus est, cojunctor pilularum polychrestarum, saluumq; nitroforum ac aperitivorum usu. Sed malum quidem paulo mitigare, non vero penitus tolli potuit. Hinc ego tandem consultus percepi, ægrum olim purpura, sub præsenti vero affectu efflorescentia quadam in collo ac pectore, mox denuo evanescente laborasse, venæficationem neglexisse suetam, multis induluisse curis ac

ærumnis, atq; sub itinere corpus insigni exposuisse refrigerationi. Idcirco affectum, quo laborabat ille, nec pro hypochondriaco, qui a tardiori spissorum humorum circuitu originem trahit; nec pro febre anomala lenia declarare potui. Credidi potius, illius natales materię acri causticæ inflammanti, quæ purpura effectrix est, ex corporis superficie ad interiorum humorum massam redundanti, & membranis tunicisque cerebri nervis incumbenti deberi: unde spasmodicæ dictarum partium striaturæ excitatae, hinc animales totius corporis functiones destructæ, ac mentis idee fuerunt turbatae. Quare malum oppugnatorus, pro potu ordinario, in cujus locum aquis Selteranis, intermixto vino, hactenus usus fuerat, sed inde ventriculi debilitatem contraxerat, ordinavi decoctum, quod ita habebat: Recipe radicis scorzonerae uncias sex, sarsaparilla, chinæ, rasuræ cornu cervi ana uncias quatuor, radicis cichorei, glycyrrhiza, feciculi ana unciam semis. Conc. d. S. species, quarum binæ unciae ex tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes sunt decoquendæ. Dedi præterea sequentem pulvrem, ut duos illius scrupulos quavis vesperi assumeret: Recipe pulveris marchionum, matris perlarum ana drachmas duas, antimonii diaphoretici, nitri purificati ana drachmam unam, cinnabaris nativæ præparatae, corticis calcarillæ ana drachmam semis. M. F. pulvis. Tum quoque hora quarta pomeridiana triginta liquoris mei anodynæ guttulas ex haustu aquæ frigidæ propinavi; & corpus pilulis meis balsamicis quandoque purgavi, sub juncto sub tempestate amica corporis exercitio. Tandem sub finem Augusti acidulas Egranas commendavi; qua æger per tres hebdomades, bibendo quotidie integrum earum tepidarum lagenam usurpavit; simulque inter prandium essentiam corticis calcarillæ, & vesperi liquorem anodynæ adhibuit. Sub hac potatione multæ pustulæ, aqua repletæ, in toto corpore effloruerunt, & per quatuordecim dies cum ingenti pruritu, omnium vero symptomatum remissione inhæserunt: quibus tandem desiccatis, continuatos est

pulveris supra allegati, atque liquoris anodyni usus, & sic æger perfecte convaluit.

Epicrisis.

Discimus ex hac morbi historia, symptomata, quæ melancholiæ hypochondriacam comitantur, non semper ab obstructionibus, vel stagnationibus sanguinis in vasis mesentericis, atque visceribus imi ventris; aut a conaminibus vel contentionibus naturæ, ad fluxum hemorrhoidalem tendentibus, quibus a multis nostri ævi medicis omnium ferme spasmodicorum atque chronicorum morborum caussæ tribuantur, derivanda esse. Sæpiissime enim suboriuntur a dyscrasia ac intemperie humorum acri, scorbutica, ac fere caustica: quæ ad corporis superficiem propulsa purpuram constituit. Hæc nimurum, cum olim in nostris ac aliis Germaniæ regionibus, quæ scorbutum fovent, plane incognita fuit, iamjam universalem edere observatur stragem, multis morbis supervenit, & gravissima inducit symptomata. Quin, ubi semel purpuraceum ejusmodi seminium locum occupavit, ægerime se denuo expelli patitur; sed sensim altiores agens radices, nervos totius corporis partibus semet insinuat, & universæ machinæ graves excitat passiones. Sic in capite observantur vertigo, vehementes dolores, tinnitus atque susurrus aurium, idearum confusio, memoriae debilitas, gravia insomnia, meticulositas ac inquietudo: in pectore percipiuntur ejusdem graves oppressiones, constrictiones, anxietates, spiratio difficultis, anhelitus gravis; in imo ventre sentiuntur adpetitus prostratio, nausea, ructus, cardialgia, intestinorum flatulentia, borborygmi ac ingentia tormina; & denique totius corporis languor, molestus cutis pruritus, copiosissimi ac male olentes sudores, virium jaictura, artuumque dolores, ac si fustibus essent percussi sæpenumero deprehenduntur. Hæc symptomata, purpura foras propulsa, insigniter mitigantur, quin plane remittunt: contra vero, si ea intus fuerit acta, iterum recrudescunt; quid? quod veram insaniam, melancholiæ, motus epilepticos ac convul-

sivos inde propullulasse, haud raro observavi.

Neque vero ullus est morbus, cuius curatio tantam exposcit cautionem, atque providentiam, quam ipsa hæc purpura. Namque nec vini, nec cerevisiæ potum, nec calidiora, nec refrigerantia medicamina, nec alvi obstructionem, nec nimirum profluvium absque damno perfere soleat: præstantissimam autem opem a temporatis bezoardicis humectantibus, expellantibus, atque leniter sedativis, præsertim liquore meo anodynæ minerali consequitur. Non minus aquæ minerales temperatae egregiam in hoc affectu possident virtutem: de quibus observavi quodam, ex aquis Selteranis, alias ex Egranis, & quidem vel solis, vel lacte permixtis optime habuisse. Namque hæc, licet alvum copiosius moveant, ex hoc tamen profluvio tantum abest, ut malo damnum accedit, ut potius efflorescentia purpuracea cum maximo emolumento, exinde largius ad cutis superficiem propellatur. Non vero solum in nostris locis deprehenditur hæc molestissima affectio; sed ante aliquod tempus Illustris Augustissimi nostri Imperatoris Archiater, D. D. Garelli, & Experientissimus Regis Sardiniae Archiater D. D. Bianchi me fecerunt certiorem, illud morbi genus in Austria ac Sardinia oras ex nostris regionibus deportatum, magnam ibidem edidisse stragem; & ideo, qua in illo debellando medendi ratione uterer, scire desiderarunt.

Meo quidem arbitrio purpura chronicæ, terris nostris borealibus ac humidioribus, quibus familiaris etiam est scorbutus, ferme endemia, ex nimio potuca calidiorum, præsertim decocti fabarum Coffee usu suos mutuantur natales: quibus salia fixa ac scorbutica, quæ in humoribus hospitantur, in acriorem, subtiliorem ac volatilem quasi commutantur indolem, & tum impedito per cutim exitu, intra corpus remanentia, purpuraceos holce affectus inducent. Ex eodem fundamento contagiosum utique hunc morbum credo: dum enim putrida effluvia,

qua

que oris potissimum foetore cognoscuntur, poros aliorum corporum penetrant, atque humoribus pro varia eorumdem ad putredinem proclivitate, intimius insinuantur, producunt ac propagant ultius chronicam hancce passionem. Qui ultiorem illius cognitionem acquirendi cupidus est, adeat dissertationem, quam olim de purpuræ genuina origine, indole, ac curatione habui.

CASUS XLII.

De melancholia hypochondriaca cum haemorrhoidibus nimiis.

Vir temperamenti sanguinei, a primis incunabulis ad vigesimum ætatis annum, præter leves, quas ex diæta erroribus sibi met contraxerat, molestias, sub crebris itineribus, & vita generè laborioso, illibata fructus est sanitati. At cum post annum vigesimum, vitam insigniter mobilem vi officii in valde feditiam, noninterruptis mentis laboribus ac meditationibus stiparam commutare teneretur; præterea variis non solum animi affectibus, verum etiam perverse vixit rationi indulgeret: non fieri potuit, quin accederent insultus passionis hypochondriacæ. Namque melancholia quædam symptomata, veluti appetitus prostratio, insoliti angores & inquietudines, ac insignes artuum languores, semet exarser cœperunt; ob vivacissimum autem ingenium haud adeo invalescere potuerunt: neque etiam minus cœcæ haemorrhoides multam ipsi crumen fixerunt. Elapsis quatuor annis, aliud tulcepit munus, quod quidem priori longe quietius, & ab omni molestia vacuum erat: sed ratione laborum, lucubrationum, ac desidis sine motu vita illud longissime superabat. Hinc sanguineum temperamentum sensim in melancholicum mutari cœpit: primum enim expergescens manè artuum exterritorum insignem sentiebat gravitatem, somnoque fruebatur leviori, quem sa- pius totius corporis molesti horrores con-

turbabant, & ægrum cum summo terrore evigilare cogebant, Alvi succensus antea naturalis deficiebat, præcordiorum angustia nocte dieque inhærebat assidua, ciborum adpetentia prosternebatur, flatus admodum infestabant, ac maximi dolores splenis atque septi transversi regionem acerbe excruciant. His molestias per tres anni quadrantes misere sollicitatus, protinus ex improviso horrendas in dorso & osse sacro percipiebat puncturas, quæ statim potissimum horis invadebant, & frustra adhibitis variis remediis, frustra quoque instituto corporis motu per tres hebdomadas immaniter sœvabant: quibus tandem evanescentibus, atrox succedebat melancholia, ac tanta animi abjectio, ut nulla admittetur solamina. Neque vero ullis, utut pretiosissimis remedii mitigabantur haæ affectiones; sed potius, cum assiduis, horrendisque doloribus magis increcebant. Incredibilis enim adfligebat mentis angor, quem memoria peccatorum puerilium mirum in modum exacerbabat; adpetitus adeo dejiciebatur, ut sepius per aliquot dies nihil cibi adsumeret; flatus vexabant insigniter, nec ullis cedebant remediis, quia & caput occupare videbantur, tantisque adficiebant tormentis, ut memoriz pariter ac judicij vis paulatim periret; ac denique atrocissimi dolores circa diaphragmatis regionem inhærebat. Hi enim horrendis singultibus per quædam quotidie horas sœvabant, sermonem interrumpebant, & manum pectori admotam in altum elevabant. Præ ineffabili angustia æger nec stare, nec sedere, nec decumbere valebat, sed per diem vectione in rheda aut equo corpus fatigare; noctu in perpetuis vigilias obambulare debebat, ut sepius languore exanimis in terram concidisset; atque si nonnunquam obdormisebat, protinus vehementissimis agitationibus iterum evigilabat.

Postquam igitur in tam miserando statu per integrum fere annum, morti vicinus vixerat æger, & omnium remediiorum usum frustra adhibuerat, nec nisi lethiferam a Medicis percepérat prognosin,

Hofm. Confut. Med.

animorum tandem despondebat, & quacunque a vetulis pariter ac empiricis commendabantur, medicinas in usum trahebat. Has inter erat tinctura quædam amarulenta, ex cuius uso tantum percepit levamen, ut memorie ac judicii vigor, major fere ac antea rediret; licet melancholia ac reliqua molestia adhuc urgeant. Quamvis vero ex hac tinctura, cuius cochlear unum quotidie aslumebat, copiosissima sordium visciderum pariter ac flatuum colluyies per alvum excerneretur; attamen in ægro, ad cœcas hæmorrhoides proclivi, cum forsan justo calidior esset, hæmorrhoidum nimium concitavit fluorem. Hic enim per tres jam menses admodum copiosus inhæret, adeo ut singula hebdomade fere dimidia cruoris reddatur mensura, cum incredibili corporis languore, & virtutis prostratione, & metu fistulæ ani. Néque tamen minus, licet alvus quotidie respondeat, pertinaciter adhuc insilit flatulentia; artus externi gravativo dolore ac sensu afficiuntur; melancholia utrū mitior continuat, adpetentia manet prostrata, & somnus terriculamentis plenus observatur. Nec ignorari oportet, ipsum etiam quosdam religionis articulos in dubium jam vocare, & præsertim carnis resurrectionem, quam olim egregie defendit, pertinaciter negare. Quum ergo anxius anhelet vir triginta quinque annorum, ut mentem sanam pariter ac corpus sanum recuperet, tuum, vir illustris, flagitat consilium.

CONSULTATIO.

Communicatam mecum morbi satis gravis historiam, cum omnibus symptomatibus probe ponderavi; atque deprehendi, universum nervorum systema partim ipsius morbi vi, partim perversa medicatione, insigniter esse debilitatum. Præsertim vero nervosarum ventriculi ac intestinorum partium naturale robur, quod ad perficiendam ciborum concoctionem, ad eliminandos vapores haud secus ac humores inutiles summe est necessarium, prorsus destructum esse vide-

tur. Hinc enim intestinorum canalis & molestis, copiosisque flatibus repletus, & acerbis stricturis agitatus fuit spasmodicis; quarum ope crux spissus majori copia ad partes superiores, maxime caput, cor & pulmones compulsus, & in capite præcipue difficilius progrediens, phantasiæ turbavit, multisque anxiis, terrificis atque erroneis ideis pariter ac insomniis ansam dedit. Quamquam igitur natura ope remedii cujusdam, procul dubio aloeici excitata, abundantes atque spissos humores per fluxum hæmorrhoidalium imminuere tentaverit: hic tamen, cum justo copiosior fuerit, omnino malum penitus tollere haud valuit. Atque tali ratione inveteratum, totque calamitatibus stipatum malum, curatu sane est difficillimum, saltem cauissimam exposcit medicationem. Quam ut rite adgrediamur necesse est, ut ante omnia nimium sanguinis per hæmorrhoides secessum congruis subsidiis refrænemus, ne diutius persistente fluxu omnes prorsus vires dejiciantur; & deinceps labefactum ventriculi ac intestinorum tonum, blandis remedii, quæ non exstuant humores, corroboremus.

Hic scilicet obtinendis convenientissima remedia fore arbitror liquorem meum anodynominarem, atque Elixirum temperatum balsamicum, si hujus tres partes cum una tincturæ martis Zwölfferi fuerint permixtae. Mane nimirum liquoris anodyni 30. guttulæ ex haustu quæ frigidæ sumantur: paullo post quædam valcula infusi theiformis ex veronica, melissa atque menta parati solubilentur; atque vesperi, aut hora quinta pomeridiana Elixiri dicti sexaginta guttæ ex decocto inferius describendo capiantur, cum subiuncto corporis motu. Hæc per quatuordecim dies adhibeantur, purgato bis quavis hebdomade corpore, per hunc pulverem laxantem: Recipe rhubarbari electi scrupulos duos, solutionis oculorum cancri, nitri purificati analis scrupulum semis. Mihi. In locum porro sequens decoctum: Recipe ligni santalii rubri, citrini, radicum cichorei, sarsa-

parilla, scorzonera ana uncias quatuor, seminis foeniculi, corticis ligni sassafras ana drachmas tres. M. Conc. D. S. species, quarum binæ uncia ex tribus aquæ mensuris per horæ dimidium decoquuntur. Ceterum hortor, ut omnes cibi flatulent, acidi, saliti, & qui ex farina, simila, vel lacte parantur, omni studio evitentur, animique graviores commotiones, ac omnis corporis refrigeratio, sedulo fugiantur.

C A S U S XLIII.

De passione hysterica.

Matrona generosa, LV. annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, ingenii vivacissimi, sed animi valde sensibilis & ad iracondiam proni, habitus corporis carnosus, & maxime spongiosus, teneris tamen membris, ac exhoribus vasis praedita, sanguine ac succis plena, anno ætatis vigesimo primo matrimonii leges subiit. Sub hoc novem fetus feliciter enixa est, quorum tertium, gestationis tempore variolas palsa, lementrem dumtaxat, mortuum, ac variolis, quæ in utero materno totum embryonis corpus occupaverant, putrefactum exclusit. Neque etiam præter febres acutas atque pleuriticas, nec non dysenteriam ex terrore sexdecim abhinc annis toleratam, gravioribus per totum vitæ suæ tempus laboravit morbis, nisi colicis adhuc doloribus, qui vero spontaneo alvi prosluvio semper sublati fuerunt: & præterea lunare tributum, statim tempore ac legitimo ordine ad quinqueglimum quartum ætatis annum rite persolvit. Quum autem ante biennium maritus diurno morbo, quo etiam periret, infestabatur; nostra ipsi inservienti cupidissima, corpus noctu dieque admodum fatigavit, ac crebris refrigerationibus expulsit, tum ex inseguente obitu insigni luctu ac mœcrore affecta, & abhinc variis causis, quas vocant processus, coram judicibus sententias minus æquas ferentibus implicita, multos mœcrotes, æruninasque libimet contri-

xit. Hinc sensim crebris animi inquietudinibus turbari coepit; corpus sæpumero horridula pertudit sensatio, & tandem gelidissimus ventriculi regionem occupavit sensus. Consultus Medicus affectum habuit pro hypochondriaco, & præter varia medicamenta commendavit usum acidularum Pyrmontanarum. Has etiam & interne per quatuordecim dies potavit, & externe in balneorum forma adhibuit: sed tantum absuit, ut inde sublevaretur, ut sensim plura, gravioraque irrepererint symptomata, quorum tertio Nonarum Augusti anno 1731. hæc potissimum deprehendi. Ingentes ac suffocantes ferme anxietates atque constrictiones pectoris ac colli, animi deliquia, alvi obstruktiones, dolores tensivi circa regionem lienis, anxia ac labiorosa muci tenacissimi, quasi vitrei, & acidæ saburræ per vomitum eructatio, iti ventris tortuina, ventriculi inflatio ac dolorificus spasmus, dolores capititis, atque dorsi inter scapulas, pulsus admodum imminutus & obscurus, tantumque ventriculi ac artuum externorum frigus, ut gelu instar, nec frictionibus, nec facculis calidioribus potuerit calefieri. Hasce molestias, quæ per intervalla incidebant, horripilationes, oscitationes, ac pandiculationes prævie, mox in ælum volaticum desinentes antecedebant.

Contra tantas itaque passiones pugnati clysteribus emollientibus, atque remediis resolventibus, demulcentibus, antispasmodicis internis pariter ac externis, nimirum liquore anodyno minerali Hoffmanni, spiritu bezoardico Bussii, clementia castorei, croci & anodyna, pulvere marchionum, cinnabari nativa, sale absynthii, nitro, laudano hysterico ac externo linimento ex aqua Auhaltina, clementia succini, castorei, anodyna, spiritu vieni camphorato, balsamo peruviano, oleoque lavendulae ac nucillæ parato, regioni ventriculi inuncto. Quibus etiam factum est, ut paroxysmos egregie mitigare, sæpius plane avertere potuerit. Præterea vero cum agra quindecim abhinc annis fluorens

hæmorrhoidalem tulisset, nec venam ante Pyrmontanarum potionem tun-dendam præbuisset: omnia symptomata a cruento circa ventriculum, intestina, atque pectus copiosius congesto derivanda esse putavi. Idcirco, præviis pediluviis tepidioribus, post æquinoctium autu-male sanguinem ex vena in pede secata detrahendum curavi; & postea quasdam aquæ Sedlicensis lagenas, parca dumta-xat quantitate potari jussi; qua insignis pituitæ copia per alvum educta, & ma-lum quodammodo mitigatum fuit.

Sed inconstans erat valetudo: nam-que mense Octobri affectus recruduit longe atrocior, cum suffocationis metu: neque vero perferre poterat balsamum vi-tæ Hoffmanni, nec odorem remediorum ex galbano, afa foetida atque castoreo præscriptorum; quare naribus admoven-dum dedi spiritum salis ammoniaci; pe-ctori ac ventriculo inungendam exhibui aquam Anhaltinam cum oleo lavendulae & nucisæ mixtam, atque præter clysté-
res, interne propinavi confusa antipaf-modica pariter ac antiasthmatica. Nihi-lo tamen minus, sequentibus Novembri atque Decembri mensibus, memorata symptomata per temporis intervalla re-crudescabant; præsertim vero ventriculi spasmus, ac laboriosissimus muci ten-a-cis acidique vomitus immâniter infesta-bat, quem copiosior salivæ viscidæ fluor semper antecedebat. Quum ergo tam pertinax inhærebat malum, commenda-vi internum thermarum Carolinarum, externum vero balneorum Teplicensium usum. Interea ex medicaminibus singu-lo octiduo unciam dimidiā salis Angli-canæ, eum drachma una oculorum can-erorum præparatorum permixtam exhibui, quaæ alvum ter vel quater ducendo, insignem pituitæ vacuavit copiam. Non minus hora quarta pomeridiana pulve-rem absorbentem dedi; & sub epulis su-mendum elixirium stomachicum, quod ex corticibus aurantiorum, radice gen-tianæ ruhræ, extracto cardui benedicti, millefolii, florum chamomillæ vulgaris, sale tartari, croco, myrrha & succi-no cum vino Canariensi paratum erat.

Bis quoque singula hebdomade vesperi deglutientum propinavi scrupulum pi-lularum balsamicarum, quaæ habebant extraustum cardui benedicti, centaurii minoris, absynthii, millefolii, florum chamomillæ vulgaris, rhabarbarum e-lectum, aloen succotrinam, myrrham, olibanum, flores benzoës, crocum, ca-toreum, oleum de cedro, & chamæ-meli. Loco potum herbae Thee, vel fabarum Coffee, qui protinus move-bant vomitum, ordinavi infusum thei-forme ex summitatibus millefolii, flori-bus chamomillæ vulgaris, tiliæ, arte-misia, & aniso stellato concinnatum; & in vicem cerevisiæ, quam plane nequit ferre, præscripsi decoctum ex radice scorzonerae, cichorei, peoniæ, rasura cornu cervi & semine scinculi conse-
ctum: cui sub epulis interponit vinum Rhenanum. Interdum ano infundi ju-si clysterem ex chamomilla, millefolio, & sclarea in vini Gallici ac aquæ puræ æquali portione decoctis, atque cum oleo chamæmeli cocto, melle, nitro, balsamo vitæ & pilulis balsamicis Hoff-manni paratum: qui semper multum pituitæ, stercorum ac flatuum subdu-xit. Et denique, si phlogoses ac æstus volatici, qui crebro comitabantur pa-roxyssmos, accedebant, exhibui mix-turam ex aqua florum tiliæ, foliorum convallium, pulvere epileptico Mar-chionum, & bezoardico Sennerti, cum antimonio diaphoretico, arcano dupli-cato, & theriaca cœlesti compositam; quaæ movebat sudorem, acido odore na-res ferientem.

Verum enimvero horum omnium ef-ficaciam eludebat malum; &, quod no-table fuit, tamdiu silebat, quamdiu u-rina, quaæ citrina est, sedimentum mu-cosum deponebat; quaæ si tenuor esse cœperit, altero vel tertio die post re-crudescunt cardialgiae nauseosæ, anxie-tates, constrictiones ventriculi spasmodeæ atq; vomitus cum motibus tam violentis, ut metus omnino sit, ne dífrumpantur quædam sanguifera vasa, maxime in cere-bro. Ante horum symptomatum vero in-vasionem tensivi circa pectoria, at-que

que dorsum sentiuntur dolores , & sensibili in manibus ac ventriculi regione formicatio , atque rosio , acsi subeffent vermes . Finito paroxysmo totum corpus languet , & tandem paulatim redeunt vires , ut in suo cubili obambulare possit ægra ; appetitu fruitur vario , mox avidiori , mox exiguo , mox nullo ; somnus quoque mox placidus , mox turbulentus est . Præterea in sinistro hypochondrio tensivus dolor percipitur assiduus , alvus sine arte nunquam redditur ; regio ventriculi , quin totum abdomen sèpius adeo intumescit , acsi utero gereret ; explosis vero flatibus , imminuit ea inflatio : & novissime tuberculæ dolorifica in intestino recto , instar hemorrhoidum cœcarum adparuerunt . Mea quidem sententia affectus hic non aliis est , nisi hypochondriaco-hystericus , atque spasmodico-flatulentus ; quo non tantum fluidæ partes depravatae , verum etiam solidæ nervosæ regiones , præfertim tunice ventriculi ac intestinorum adeo destructæ sunt , ut loco generosi chylî , humores viscidi acidique generentur , & per inversum intestinorum motum peristalticum ad superiora compellantur , excitatoque ventriculi spasmus , tandem per vomitus rejiciantur . Neque etiam ignorari oportet , usurpata hactenus remedia , egregias malo dedisse inducias ; illud vero propria ægrotantis culpa semper iterum recruduisse . Namque illa admodum est sensibilis , & a levissima causa ad vehementissimam concitat iracundiam : deinde adpetentiæ , quæ ob abundans acidum austерum sèpius justo avidior est , nimium indulget , & plus ciborum assumit , quam ventriculus concoquere valet . Tum quoque inter epulas vino Rhenano majori , quam ipsi convenit , utitur copia ; nec temperat sibi a potu decocti Caffee , licet exinde semper sentiat symptomatum suorum exacerbationem ; nec denique a cibis incongruis ac oleribus abstinere potest . Carolinis vero thermis uti recusat , & solis medica minibus restitui cupidit .

RESPONSIO CONSULTATORIA .

Ex iis , quæ de morbo generosæ mulieris satis ample mecum communicata sunt , luculenter omnino patet , eam laborare effectu hysterico spasmodico sati gravi , cuius sedes in ventriculo potissimum ac intestino duodeno , saburra acri , acida , viscida , biliosa repletis residet . Hæ namque sensibiles ac nervosæ partes , si vel spasmis constringantur , vel flatibus distendantur , vi consensus , quo cum toto nervoso genere gaudent , has affectiones ad alias , easque nobiliores transferunt regiones . Hinc per externum corporis habitum sentiuntur horripilationes ac oscitationes ; circa ventriculi regionem intensissimi frigoris sensatio , alvi pertinacissima adstrictio ; accedunt vomitus muci viscidi ac acidi , suffocative præcordiorum angustiæ , fauicium constrictiones , animi deliquia , dolores tensivi circa lienem , tormina imi ventris , dolores capitis atque dorsi , scapulas simul occupantes ; pulsus est durus ac intermittens , urinæ albæ tenuesque . Inter remotiores vero , quæ hoc malum induxerunt , caussas , potissimæ sunt , temperamentum ægræ sanguineum , sanguinis missiones parciiores , dispositio ad fluorem hemorrhoidalem , cessatio mensium , & vehementes ex obitu mariti moerores . Accedit præterea temperamentum cholericum , & crebra iracundia : quibus nervosum genus insigniter debilitatur , biliota saburra generatur , & humores magis commoventur .

Quod autem attinet medicationem hactenus institutam , de illa sane , cum sit accommodatissima , non habeo , quæ moneam : hujus autem effectus , quod votis nondum responderit , partim inordinato vivendi generi , partim nimis animi affectibus in acceptis ferendum esse arbitror . Si igitur libere eloquar , quæ sentiam , sequentem proponerem curationem .

Primum quidem ter quotannis , nimirum circa æquinoctium utrumq; & solstitium

tium mense Junio vena in pedibus secunda erit: atque cum ex tuberculis, anum jam obsidentibus, ægra insigni ad hemorrhoides proclivitate pollere videatur, magnam opem pollicentur hirudines, uno nonnunquam numero quinque vel sex admovendæ. Tum vero præcipua medendi intentio, ad eliminandas, quæ in ventriculo ac intestino duodeno stabulantur, eruditates biliosas atque viscidas ferri debet: cui scopo apprime faciet satis pulvis laxans, ex rhabarbari eleeti drachma dimidia, lapidum cancerorum granis quindecim, nitri depurati granis sex, oleique macis gutta una paratus. Hic alternis diebus circa vesperam assumatur; sequenti vero mane serum lactis capilli, cum succo citri confectionum, ad sex vascula, tepide potetur, eique interdum, si tulerit ventriculus, uncia dimidia mannae addatur. Reliquis diebus in hujus locum mane vel decoctum herba Theebois, cum corticibus citri ac aniso, stellato mixtum, vel infusum theiforme, a medico ordinario commendatum forbilletur. Præterea etiam pro potu ordinario vel acidulis Selteranis, cum tertia vini parte commixtis, vel proposito jam decocto uti convenit, ex quo sub epulis ostoginta guttas Elixirii mei visceralis capienda suadeo. Non minus operæ erit pretium, vesperante lecti introitum, sequentis pulveris dosin ex haustu aquæ frigidæ adhibere: Recipe pulveris Marchionum, lapidum cancerorum, corticis chinæ ana drachmam unam, nitri purisfati, tartari vitriolati ana grana quindecim, extracti castorei solubilis grana quatuor. M. F. pulvis, div. in sex partes. Quod si vero vomitus, atque spasmus ventriculi accesserit; quindecim guttulas liquoris mei anodynii mineralis ex pura aqua, assumere; & contra nimiam flatulentiam, clysterem emollientem carminativum anno infundere expediet.

Tandem vero exactam diætæ, qua in hice morbis nihil est fructuosius, rationem habere oportet: fugiantur itaque omnes animi affectus; quo scopo egregium erit, ut mense Mayo ægrora itineribus animum laxet. Inter cibos omnes

saliti, acidi, flatulentii, olera, aliisque concoctu difficultiores, ac omnia vina calidiora, maxime Gallica evitentur; atque potius juscule gallinacea cum radice cicchorei, chærefolii, acetosa, & succo aurantiorum permixta crebro sumantur. Cœna sit parcior; omnia edulia probe masticentur, ac potus Coffee parcus bibatur: & denique ante singulas epulas corpus sedulo moveatur. Extrinsecus ob vehementem cardialgiam sequens emplastrum stomachale ventriculo adplicetur: Recipe theriacæ, olei nucisæ expressi anaunciam dimidiæ, camphoræ, balsami Peruviani ana drachmam unam. M.D. Quæ rite observata, quin malum sint mitigatura, nullus dubito.

CASUS XLIV.

De passione hysterica cum fluore albo.

O pem meam imploravit generosa quædam mulier, annorum triginta, vultu florido prædicta, statura mediocris, habitus corporis strictioris, animi vero admodum sensibilis, & ad iracundiam facillimi. Hæc decimo septimo ætatis anno viro nupta, sed conjugio obmaritum paullo morosum parum jucundo fructa, multos toleravit moeres: quibus etiam cræbra accedebant pueraria, & tandem fluxus mensium imminutior. Tribus abhinc annis, cum utero gestaret, ultimis circiter mensibus, videbatur foetus in utero e loco suo moveri, ad pubis regionem procumbere: quam festationem protinus excipiebat fluor albus, ad hanc usque diem inhærens; & insequutum puerperium ob insigem embryonis magnitudinem admodum erat laboriosum. Ante bientulum denuo gravida, primis gestationis mensibus pertinaci laboravit idero, cui postea quarta febris supervenit, nullis remedis obsecundans, & tandem brevi ante partum copioso corticis chinæ usu suppressa. Tum vero male habere cœpit, partus erat valde difficilis, fluxus uterinus, quem Lochia vocant, tertia die sublîtebat, albus.

hos autem fluor magis increcebat, & abhinc assiduis tentata fuit ægritudinibus. Neque tamen minus Julio elapsi anni mense, iterum partum edidit, successu felicissimo, & cum lochiorum satis regulari ac sufficienti excretione: ubi notari meretur, quod brevante puerperium, ingentis frigoris sensationem in imo ventre percepit, epithemate ex spiritu rofarum & balsamo Peruviano confecto sublata. Abhinc ægrotare cœpit, & postquam multorum medicorum ac medicastorum ope, variisque remediis frustra fuerat usa, me tandem in consilium accivit. Molestiae, quibus infestabatur, erant hypochondriaco-hystericae: namque accedit incredibilis præcordiorum anxietas, cum tensionis sensatione, singulo mane primam ventriculi regionem obidente, deinde ad cor, & tandem per dorsum ac omnia fere corporis membra fese diffundente; jungitur nausea, gelidus sudor, anxii ad vomendum conatus, saepius eru-
statio multæ pituitæ, ac nonnunquam noctuum explosio cum levamine: quæ symptomata per intervalla aliquot horas adfligentia recurrunt. Et, quod memorabile est, tantum abest, ut alvus obli-
viscatur sui officii, ut potius ex hæredita-
ria dispositione non solum laxa temper-
observetur; sed etiam singulo mane sub
ipso paroxysmo copiosum accedit illius
profluviom, absque ulla mali remissio-
ne. Unicum vero, in paroxysmo mali
solatium, ex odore asæ foetida habet.
Ego cum tribus adhuc aliis medicis de-
crevimus ægræ pilulas ex extracto mille-
folii, florum chamomillæ vulgaris, afa-
fetida, galbano, sagapeno, opopana-
ce, castoreo, croco &c. concinnatus pro-
pinare, quæ mitigabant quidem, haud
vero penitus tollebant affectum. Nam-
que ventriculitonus adeo debilitatus erat,
ut nec retineret assumta remedia, sed
pleraque vomitu redderet: accedebat tul-
sis siccâ molestissima, linctu ex oleo amygdalarum dulcium, spermate ceti, croco
& pulvere radicis iros Florentinæ parato
aliquidum consopita; urinæ mingeban-
tur tenues & aquose.

Tandem æstus volaticus sensim succe-

debat ~~meritis~~ Decembri, & paullo post in
~~septem~~ Octam desinebat longe gravissi-
mam, adeo ut morti videretur vicina.
Ab hoc sôntico morbo ope temperantium
mixturarum, intra quatuordecim die-
rum spatiū vindicata, incidit denuo in
pristinas affectiones: fluor enim albus
quotidie per intervalla invadit, cujus ac-
cessionem spasmatica agitatio, instar
arthritidis vagæ, omnes corporis artus
occupans præcedit; neque etiam minus
nausea atque præcordiorum anxietas sin-
gulo mane illam adoritur, eo magis, si
terrore, aut aliis animi affectibus pér-
culsa fuerit. Hinc consultum putavi, ab
omni remediorum usu abstinere, & non
nisi essentia stomachica temperata uti:
quo etiam factum est, ut paroxysmi &
mitiores & rariores reciderint. Pilulas
autem balsamicas exhibere non aude-
bam, quoniam laxantia vel levissima
statim movebant diarrhoeam, & ipsa
quovis mane ter quaterve alvum dei-
cere solebat.

Ceterum ab hæmorrhoidibus cœcis se-
pius insignes patitur molestias; circa
quævis æquinoctia, maxime gestationis
tempore venam tundendam præbere sue-
vit, & inde semper bene habuit, sed
cum de præsenti somma sit virium deje-
cio, nec sanguis nimia mole peccare vi-
deatur, prætermittendam in futuro æ-
quinoctio arbitror venæsectionem. Olim
insigni lateris sinistri, maxime brachii
atque pedis laboravit debilitate, ac fer-
me resolutione paralytica; quæ quidem
maximam partem cessavit, superest ta-
men adhuc ejusdem lateris quædam insi-
mitas, quippe quod dextro frigidius de-
prehenditur, & sinister oculus nonnun-
quam lippitudine afficitur. Pro potu or-
dinario utitur infuso theiformi, vel jus-
culis, præsertim avenaceis; decocta en-
im, sicuti quoque cerevisiam ventricu-
lus non fert: sub epulis bibere suevit vi-
num Rhenanum vetus; jam vero Mosel-
lanum haurit; nec interdixi lactis capri-
ni usum, cui a teneris ad suevit, & haud
sine fructu mane pariter ac vesperi indul-
get. Ciborum appetentia non penitus est
prostrata; neque vero velicitur cibis du-
rio.

rioribus, neque alios in dicta committit errores, quippe qui paroxysmos admodum exacerbant. Somno fructus satis tranquillo; variisque modis corpus intra conclave movere studet; quoniam in libero versari aere, ob nimiam ad catharales defluxiones proclivitatem haud audet. Non denique silentio prætermittere possum, quod olim insignem ascaridum copiam excreverit: unde etiam vereor, ne fortasse præsens malum adhuc sustentent hi vermes.

C O N S U L T A T I O .

Affectus præter naturam, cujus cauſa consultus sum, corruptus valde, ac inveteratus existit; & ejus omnino est indolis, ut prædiorum alias efficacissimorum opem eludat, præsertim cum ægra constitutionem corporis valde imbecillam, sensibilem, & ad suscipiendos motus irregulares admodum proclivem obtinuerit. Meo quidem arbitrio in hisce morbis, qui in habitum degenerarunt, non fructuosius ac efficacius est præsidium, quam quod ex ordinato vivendi genere, & recto rerum non naturalium usu desumitur: multiplici enim edoctus sum experientia, ejusmodi subsidia, temporis diuturnitate ac patientia adjuta, omnium pharmacorum efficaciam quam longissime superare. Quod si ergo proponam, quæ abs re futura judico, commendarem vehementer, ut ægra-futuro vere cœlum, aerenque permutteret, atque inter jucunda confortia, ubi animus a curis domesticis, aliisque passionibus liberaretur, aqua quadam minerali utatur. Hoc nomine suadeo acidulas Pyrmontanas, quarum dimidia parte lactis asinini aut vaccini tepidioris permixtarum, singulo mane mensuram unam successive potet, & per quatuor vel quinque hebdomades continuet: sub hac potatione alternis diebus circa vesperam balnea temperata, quæ ex tribus aquæ pluvialis vel fontanæ partibus, & una Pyrmontana confecta sint, ingrediantur; & postquam per tres circiter horæ quadrantes illis infudit, in lectum se conserat, levem expe-

riatura sudorem. Ex remediorum censu non alia commendare possum, quam Elixirum viscerale meum, atque pilulas balsamicas: illius enim sexaginta guttas inter epulas adhibere; harum pulveri præcipitanti nuptaruni undecim, singula hebdomade semel deglutire conveniet. Præterea operæ pretium erit, corpus sedulo movere, animi tranquillitati studeare, juscum ex carne gallinarum, nasturtio atque cicchoreo paratis crebro veseli, abdōmen aqua Hungarica, in cuius libra una, uncia dimidia balsami Peruvianī sit soluta, saepius lavare, atque suffumigare ex succino frequenter uti. Tali ratione æquabilis humorum per uterum, ac reliqua imi ventris viscera circuitus promoveri, mensum regularis successus restitui, atque fluor albus commode debellari poterit: præsertim, si nonnunquam licet meus anodynus, cum quarta essentiæ castorei parte maritatus adlumatur. Ceterum usum aſe foetide haud laudo; utpote quæ palliativum dumtaxat præbet auxilium, & insignem nervorum relinquit infirmitatem: commendarem potius in hujus locum odorem corii illius, quod vocant Juchien leder; hujus enim odor magis roboret nervos, & aboleat betule, quo corium istud in Moscovia imbuitur, ut a vermis muniatur, dependet. Et hec sunt, quibus egrotę saluti consulere volui, quæ Deus fausta redat, ex animo precor.

C A S U S X L V .

De morbo hysterico scorbutico.

Matrona quedam illustris, annorum triginta novem, temperamenti melancholico-sanguinei, ad animi affectus, & passiones hystericas proclivis, quotannis semel venesectionem celebrare, & thermis Carolinis uti suavit. Has vero novissime elapsa estate, ordine minus debito, ac inordinato regimine potavit; atque etiam venesectionem præterivit. Quare septem circiter abhinc septimanis, præviis quibusdam animi ac corporis commotionibus, de-

do.

dolore gravativo ac tensivo pedum cum cephalagia stipato conqueri coepit , cui paullo post molestus ari tenesmus atque stranguria supervenit . Consultus medicus hanc affectionem pro febre catharali , epidemice tum grassante habens , præter decoctum quoddam tenuius , mixturam anticatharralem pariter ac pulveres bezoardicos ordinavit . Cum vero ægrotans nullum inde levamen perciperet ; alterius medici opem imploravit , qui memoratum illum ani tenesmum , unguentis atque fotibus mox quidem debellavit ; ægram vero immanibus pedum doloribus tensivis , præcordiorum compressionibus , cum perpetua inquietudine atque vigiliis insigniter torqueri deprehendit . Oppugnavit ergo has molestias frictionibus , pediluviiis tepidioribus , pulveribus antispasmodicis , oleo amygdalorum dulcium ex jusculis gallinaceis sumto , infusis theiformibus , decoctis modo ex radice scorzonerae , cichorei , tamarendis , semine anisi & corticibus citri recentibus , modo ex aqua simplici , milca panis tostii , & citri corticibus paratis ; atque insuper moderatum corporis calorem , & a panificis , placentis , cibis flatulentis , pinguis ac frigidis abstinentiam commendavit . Verum cum malum nihilominus persisteret , & medicus illud non pro catharrali febre , cuius nullæ aderant notæ , sed potius affectu spasmatico hysterico-hæmorrhoidalí haberet , atque pulsus magnum & plenum deprehenderet , venam in sinistro pede secati , & inde sex cruris unicas detrahi jussit . Sed ægra sub ipsa vena incisione , vehemens cardialgia suffocativa , cum anxia & difficiли spiratione , molesta in regione scrobiculi cordis pressione , & totius corporis horrore stipata corripiebatur ; quæ quidem brevi tempore evanuit , nostram autem , vano præjudicio prioris medici , ac si venæficio mortiferum in hisce morbis esset remedium , occupatam , in suo magis confirmavit errore , adeo ut per totam hanc diem vehementer contristata esset , & hora demum septima vespertina in eundem paroxysmum hysterico-cardialgi-

cum , cum mentis errorē , ac pristinis symptomatibus junctum inciderit . Inhaerebant hæ affectiones per octo horas , & tandem ope liquoris anodynī mineralis , cum quarta essentia castorei parte remixiti ita mitigabantur , ut non solum placidus insequeretur somnus , sed etiam altera dies sub quieta mentis alacritate , & corporis incolumente transigeretur . Neque tamen minus præter dicta medicamina , adhuc propinabatur pulvis antispasmodicus cum oculis cancri citratis , & antimonio diaphoretico mixtus , & vesperi pondere unius scrupuli ex aquis diacono-pectoralibus datus . Hinc videbatur melius habere , & menses etiam copiosiores ac olim revertebantur : sed inconstans tamen erat valetudo . Namque licet ægra per aliquot sapienter dies optime vigeret ; attamen ex improviso paroxysmo suo hysterico adfligebatur , quem plerumque vehemens brachiorum pruritus , ditorum formicatio , & notabile pedis sinistri frigus comitabatur . Neque alia , quam prius recensita in usum vocabantur remedia ; nisi quod interdum , alvo existente segniore , blanda laxantia exhiberentur ; & cum molesta præcordiorum compressio urgeret , infusum pectorale ac resolvens ordinaretur . Hujus potum , octo circiter abhinc diebus , exceptis efflorescentia purpuracea , totum corpus præter faciem occupans cum tanto omnium symptomatum levamine , ut ægra per proximum biduum optime haberet , urina copiosum deponeret sedimentum , & magna spes fuerit convalescentia . Quare , injuncto bono ac temperato regimine , infusum pectorale continuabatur , & insuper pulvis temperans diapenicus dabatur . Sed tertia nocte ægra denuo inquieta esse coepit , & hora octava matutina recruduit paroxysmus cum spirandi difficultate , corporis languore , gravi singultu , & atroci constrictione tam circa cordis scrobiculum , atque claviculas , quam in regione umbilicali stipatus ; cui etiam novum symptoma , quod in sonitu quondam momentaneo , ac si fistula caneret , per nares edito confitebat , supervenit . Ceterum scire licet ,

ægram

ogram clysterum infusionem vehemen-
ter aversari ; ciborum adpetentia satis
integra frui ; sepius molesto ad alvum
non minus ac urinam reddendam dfligi
stimulo , cum nulla vel exigua exc etio-
ne ; & denique se penumero pungentem
ardentemque in intestino recto percipe-
re dolorem . Quare graves ac periculosa sibi
fingit ideas ; & doceri avert , qua-
tione ha affectiones ulterius oppugnari
debeant , & num periculum minentur ?

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Ex his , quæ de gravi matrona cuius-
dam egritudine mihi prescripta sunt ,
probe intellexi , illam in affectione spa-
modico-hysterica , cum scorbutica suc-
corum vitalium dyscrasia , & insigni ge-
neris nervosi debilitate stipata consistere .
Ad hanc vero generandam , præter ni-
miniam animi sensibilitatem , gravesque
passiones , multum contribuit mensum
irregularis ac imminutus fluor , qui im-
pedito humorum per viscera imi ventris
circulo debetur . Quando enim crux vi-
talis in abdome stagnans , nec per ute-
rum , nec venas sedales suo potitur exitu ;
caussa plerumque fit vehementissimorum
imi ventris spasmodorum , qui ventriculum
imprimis occupantes , cardialgias , præ-
cordiorum anxietates , spirandi difficul-
tatem , & totius corporis frigus post se tra-
hant . Acrimonie vero humorum scor-
buticæ non modo tensivi artuum , ma-
xime pedum atque capitis dolores , sed
etiam purpuracea efflorescentia in accep-
tis ferendi sunt : neque vana est suspi-
cio , quin variæ tempestatum mutatio-
nes , quas præterito Novembri mense
observeavimus , tanquam morborum epi-
demicorum ac februum catharralium causas ,
quam plurimum etiam in nostra æ-
grotante fecerint , ad producendam hu-
morum impuritatem , præfertim cum
vanus missionum sanguinearum metus
accederit .

His affectionibus oppositam hæc tenus
medicationem quod attinet , nihil est ,
quod circa illam reprehendere possim ;
quippe quæ , acres humores temperando ,

naturæ utique sicut congrua : Effectum
autem illius longe auspicatiorem suisse
credo , si illustris mulier clysteres sibi in-
jici permisisset ; qui in demulcendis imi-
ventris spasmodis , ac discutiendis flatibus ,
præclaram possident virtutem . Ipse qui
dem morbus non tantum minatur pericu-
lum , quantum sibimet imaginatur ægra :
sed cum jam quidem infarctus in hypo-
chondriis , maxime liene adesse videan-
tur , curatio omnino erit diuturnior . Que-
ut rite instruatur , consultissimum doço ,
ut ante omnia ab animi affectibus , quan-
tum fieri potest , probe sibi caveat illu-
stris matrona ; corpus ventriculo a cibis
vacuo moderare exerceat ; atque in vi-
cem potus ordinarii , acidulis Selteranis
vinu nuptis utatur . Ex remediis com-
mendo liquorem meum anodynominare-
alem , cum essentia castorei , & pulve-
re præcipitante maritatum , & sub ipsi
paroxysmis cardialgicis sumendum . Non
minus insignem pollicetur opem Elix-
irium meum viscerale , ex temperatis bal-
samicis ac amaris absque spirituoso men-
struo paratum : quod per aliquod tempus
quotidie sub epolis ad sexaginta guttas
usurpatum , ventriculum roborabit , vim
digestivam , & alvrexcretionem adjuva-
bit , atque fluxus uterini , quin & ha-
morrhoidalis , si ad hunc inclinaverit na-
tura , legitimum conservabit successum .
Extrinsecus denique hand sine fructu utri-
que hypochondrio circa costas spurias ad-
plicabitur emplastrum saponatum Barbet-
te , bene camphoratum , quippe quod in
sanguineis viscerum infarctibus efficacissi-
mum deprehendi : quo etiam scopo em-
plastrum de cicuta cum gummi ammoni-
aco permixtum in usum trahi poterit .

CASUS XLVI.

De affectu hysterico spasmodico .

Virgo honesta , 26 annorum , in
prima iam infantia ea crurum im-
becillitate affecta fuit , ut , quando ere-
cta stabat , pedem unum super altero de-
cussatum ponere , & abdomen eo conatu ,
quo ad alvum exonerandam utimur , com-
pri-

primere invita deberet. Hoc quidem vitium increcente ætate paulatim remisit; at eo, quo menstrua accessit purgatio, tempore longe atrocius iterum rediit. Præterea vellimentiis compressoriis, more huic sexui consueto, a primis fere incunabulis usq; est; iisque ab octavo præsertim atatis anno, cum spina dorsi paulo prominere videretur, eo arctius per diem pariter atque noctem, ingenti sanitatis detrimento, inclusa fuit, ac veleti incarcerata. Sedecim tandem annos nata, insignem circa pectus, & in ventriculi regione sentire coepit pressionem, qua cum magnis doloribus, præcordiorum anxietatibus, vehementi mentis angore, atque continua molestia majus indies sumvit incrementum. Accersitus medicus, cum mensum obstructionem subtilem percepit, hanc calidioribus emmenagogis ac fortioribus purgantibus reserare frustra conatus est. Ægra potius anno atatis vigesimo primo febrem acutam, gravi delirio stipatam incidit; quod, superata licet febre, per integrum anni quadrantem, omnium remediorum omnipem eludens, inhæsit pertinacissimum; donec tandem sponte evanesceret, & ratio rediret. Post elapsum abhinc semestre uterinus quoq; adparuit iterum fluor; sed admodum irregularis, mox per aliquot menses suppressus, mox deueno succedens, parca semper quantitate. Quamobrem ea rursus fuit medendi intentio, ut ordinatus hujus excretionis successus conservaretur; ideoque pediluvia crebro adhibebantur; sanguis ex vena in brachio tusa sapientius mittebatur; & præter varii generis medicamina, acidulae Selteranae, laeti nuptæ usurpabantur: sed omnia in casum, quia fortassis temporis opportunitas haud fuit observata. In tali rerum statu, affectiones, quarum superioris mentio fuit facta, magis magisque invalecebant; & cum primum mensibus rite fluentibus vehementer mitigarentur; anno proxime elapo sub iplo etiam uterino fluxu, utut copioso, violenter infestabant. Namque mense præsertim Mayo precedentis anni, dum post praviam veæfectionem, & multa medicamina, ma-

xime purgantia, & menses carentia, copiosus & fere nimius ex utero redderetur sanguis: sub hoc ipso profluvio angustia atque compressiones pectoris vehementer insistebant, cum sensatione ponderis in abdomine, quod quasi ascenderet, ac sauges strangularet. Accedebant gravativi ac pressorii capitis dolores, & tanta cruciabant saevitia, ut gesticulationes faciei atque sermones confusi exinde originem trahentes, pristini metum injicerent deliramenti. Et haec affectiones per quatuordecim inhærebant dies; abhinc ad hanc usque diem ita alternantes, ut si per binas hebdomades silverint, denuo per idem temporis spatium adfligant: novissimus paroxysmus vero per tres saevit septimanas, sub quo etiam crux uterini, qui per satis longum tempus haud succederat, aliqualis fluxus, per tres dumtaxat horas durans observatus est. Ipsam mali accessionem prænunciant maculae rubrae, facie non obsidentes, quas excipiunt gravativi in vertice dolores, & tunc reliqua symptomata, quæ inter adhuc notari meritur insignis ardor, quem sapientius in imo ventre atque pudendis percipit; & quod valde memorabile est, sub summa mali exacerbatione, ciborum cupiditas observatur vehementissima. Nec denique ignorari oportet, alvum per totam hanc ægritudinem fuisse laxam; & ægram per novem jam annos albo laborare fluore.

In tali rerum statu omnium, quotquot consulti sunt, medicorum opera fuit frustanea; nec & ego certam sanitatis spem facere potui, quoniam timui, ne forsitan in hepate, ac reliquis visceribus, præsertim mesenteriis ac mesocolicis glandulis gravis subfester obstratio, difficillime referenda. Quamobrem manus admoveare nolui, nisi Tuo, vir illustris, consilio adjutus; & interea mixturam stomachicam ex essentia corticum aurantiorum, gentianæ rubrae & tinctura tartari, sexaginta guttulis inter epulas sumendam ordinavi. Non minus contra magnos angores dedi remedium, cuius haec erat formula: Recipe essentia corticum aurantiorum drachmas duas, castorei, spiritus nitri dulcis ana drachmam unam, olei flo-

florum chamæmeli scrupulum unum. M. cuius dosin sexaginta constituebant guttulas: singulo mane viginti quinque guttas liquoris terræ foliatæ tartari exhibui; & ob ingentem sitim, serum lactis cum tamarindis paratum commendavi.

C O N S I L I U M .

EX litteris ad me datis cognovi, morbum pariter, quo virgo quædam honesta misere cruciatur, ac medendi rationem, qua ipsum oppugnavit medicus novissime consultus, quamque etiam vehementer laudo ac approbo. Morbum vero ipsum, qui motibus violentis atque spasmodicis, ex debilitate partium nervosarum, suam originem trahentibus absolutur, merito ad affectus foeminarum hypochondriaco-hystericos, quorum præcipuum fundamentum in irregulari menstruæ excretionis successu consistit, referendum esse arbitror. Horum vero morborum indoles ac verus genius plerosque medicorum fugit; & ideo multis, quas ordinare solent, medicinis purgantibus, emmenagogis, stomachicis calidioribus, carminatibus, martialibus &c. majorem sane noxam, quam utilitatem induci, quotidie deprehendimus; sicuti etiam in præsenti calu factum fuisse, recte judicavit medicus. Ego quidem in hisce passionibus, magis diaeticis pugnare soleo præsidii; quibus naturæ vires optime refocillari, crebra doctus sum experientia. Præsertim vero ad potum respicere suevi, cui nulla prouersus convenit cerevisia; sed potius vel acidulae Selteranae, cum quarta vini Rhenani parte commixta substitui possunt, vel hoc decoctum: Recipe radicis scorzonerae, saraparille, rasuræ cornu cervi ana uncias quatuor, cichorei, glycyrrhizæ ana unciam unam & semis, corticis ligni sassafras, seminis foeniculi ana unciam semis M. C. C. D. S. species, quarum binæ unciae ex tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes sunt decoquendæ.

Præterea, cum in nostro casu primæ officinæ multis acidis cordibus, quæ avidioris causæ sunt adpetitus, scatere vi-

dentur; eo maxime curatio dirigenda erit, ut hæc acrimonia temperetur, ac robur ventriculi confortetur: hinc enim laudabilis generari potest chylus, ex quo generosus sanguis, ac lympha spirituosa suboruntur. Hunc finem respexisse medicum ordinarium, formulæ, quas prescripsit, testantur: & ego eundem imperatrum iri confido, si cibi probe masticens, & parca quantitate, licet sapienter assumentur. Tam quoque huic scopo accommodatissimum erit Elixirium hæratione conficiendum: Recipe extra di centaurii minoris, absynthii, corticis cascarillæ, ching ana drachmas duas, radicis gentianæ rubræ unciam unam, corticum aurantiorum recentium drachmas sex, salis tartari drachmas tres, aquæ melissæ seu menthe uncias sex. M. stent pro digestione. F. Elixirium, cuius cochlear unum sub epulis capiatur. Non minus suadeo, ut bis circiter quavis hebdomade prime viæ blando purgantur laxante, quod esse potest sequens pulvis: Recipe rhabarbari electi scrupulos duos, lapidum cancerorum scrupulum unum, terræ foliatæ tartari grana octo. M. F. pulvis, div. in duas partes, quarum una vesperi circa somni tempus, altera mane assumatur; superbibendo infusum theiforme ex summatibus millefolii, florum chamomillæ, aniso stellato, & cortice ligni sassafras concinnatum. Reliquæ cure medici relinquo; neque vero meis consiliis unquam deero.

C A S U S XLVII.

*De variis symptomatibus, hysterico-
spasmodicis ex lochiorum &
mensium retentione.*

Generosissima mulier, de cuius ageritudine Excellentissimus Hoffmannus ante sex jam annos consultus, dedit responsum, quod sub Litr. A. adne sum est, & ex quo etiam satis bene habuit, denuo sevissimis per viginti jam hebdomades cruciatur symptomatibus. Nimurum cum ante dictum tempus puerpera varios animi affectus tolerasset, non so-

solum Lochia, parca jam ante quantitate plorantia, penitus subsisterunt: verum etiam menstrua excretio abhinc prorsus siluit. Idcirco ab eo tempore, praeter perpetuam fere alvi obsipationem, flatulentis atque spasmodicis affectionibus misere agitatur, praesertim si cibos assumat. Tum enim spasmus maxime ventrieulum occupat, tanta quidem vehementia, ut assidens epulis, nihil quicquam deglutire valeat, sed in stando comedere cogatur: ascendunt simul flatus, atque fauces adeo constringunt, ut suffocari videatur. Neque enim ab alvi solutione, vel spontanea, vel blandis clysteribus procurata, ullum percepit solatium: tantum abest, ut facta excretione, inflatiæ imi ventris passiones atrocissimæ adfligant. His demum molestiis novissime accesserunt atroces tenfivi ac lancinatorii brachiorum dolores, & tanta totius corporis imbecillitas, ut vis obambulare valeat.

In puerperio, cum supprimarentur Lochia, venælectio in pede celebrata, & quatuor post finitum puerperium hebdomadibus, iterata, atque in praesenti rerum statu, vinum medicatum per octo dies usurpatum est; sed nullo effectu. Quamobrem salutare jam flagitatur consilium, qua ratione hisce molestias mederi liceat, & num conferant aquæ medicatæ.

Litt. A.

Morbus, quo cruciatur generosissima mulier, ut partim ex communicata mecum illius historia percepit, partim coram exploravi, in inverteratis, & in habitum fere degeneratis motibus spasmodicis partium nervosarum admodum irregularibus, & abhinc pendentibus humorum motus turbis, ac impeditis excretionibus consistit. Quam arduum vero ac difficile sit, hanc perversas totius economiae animalis motiones in ordinem redigere, ii norunt optime, qui in frequenti artis versantur exercitio. Namque in iis præternaturalibus fluidarum potissimum partium motibus, mens etiam

Hoffm. Consult. Med.

affici solet, & ad inordinatos affectus, iram, atque terorem facillima deprehenditur; quæ sola animi passionum in temperantia salutarem medicamentorum effectum remorari potest. In praesenti casu adhuc accedit peculiaris remediorum idiosyncrasia; qua illas medicinas abhorret ægrotæ, quæ alias hisce affectibus deprehenduntur convenientissimæ. Quas inter cum praesertim aqua, & infusa theiformia aversetur, non possum etiam aquarum mineralium portionem commendare. Balneorum vero temperatissimorum usum haud dissedeo; quippe quæ, si tepidiora sint, ne sudorem moveant, ac per aliquot hebdomades adhibeantur, cum motu corporis, peregrinatione, ac aeris mutatione, in debellandis hisce spasmodicis morbis, omnium remediiorum virtute atque longissime superant. Interim ex pharmacorum censu proponendum duxi Elixirium meum stomachicum, quod ex herbis radicibusque amaris, & temperate balsamicis cum menstruo lixivio pa- ratur, & sexaginta vel octoginta guttulis aut brevi ante prandium, aut hora quinta pomeridiana exhibetur. Hoc enim remedii genus, praesertim per satis longum tempus usurpatum, insignem virtutem obtinet, tonum ventriculi roborandi, acrimoniam temperandi, digesti- nem promovendi, & alvi successum adjuvandi. Præterea ex usu mihi est, sal Epsomense aut potius Sedlencse, æquali pondere cum canctorum lapi- dibus maritatum: cuius drachena una bis vel ter quavis hebdomade aut mane, aut brevi ante epulas ex vino aquæ nupto capienda est. Hocce sal alvum referat, tunc resolvit, acrimoniam temperat, & flatus discutit. Et denique etiam venælectionem in pede commendo, qua quinque vel sex cruris uncizæ mittenda sunt: quo tempore omne frigus a corpore arceatur, humidus aer evitet, & cibi emollientes, ac concoctu faciles assumantur. Hæc sunt, quibus ægritudinem generosissimæ mulieris nisi debellatum, saltem insigniter sublevatumiri confido.

B b

CON-

CONSULTATIO:

QUÆ mihi de præsentî matronæ generosissimæ affectione prescripta sunt, confirmarunt me in priori sententia, quod nimirum altas jam egerit radices morbus, & non solum fluidæ dyscrasia laborent scorbutica, verum etiam solidæ ac nervosæ partes admodum debilitatæ, perversis motibus spasmodicis, cum mentis turbatione, afficiantur. Et hanc ob caussam haud consultum duco, malum per potum aquarum mineralium, aut curam lactis oppugnare; quoniam metus est, ne ob destructum ventriculi robur hæc fluida intra corpus subsistant. Eo potius respiciendum esse judio, ut ventriculus roboretur, motus partium nervosarum irregulares sopiantur, & naturales excretiones, viis ad istas probe dispositis, restituantur. Hisce scopis consequendis, tria potissimum proponerem remedia, nimirum pilulas meas balsamicas, pulverem præcipitatem, ac Elixirium stomachicum. Pilularum cum drachma dimidia pulveris præcipitantis mixtarum novem sub lecti introitum ex convenienti vehiculo primum alternis diebus, postea fracta paulom morbi vehementia, singulo triduo, vel quadriduo assumentur: mane vero, & hora quarta pomeridiana triginta vel quadraginta Elixirii guttae capiantur. Quod si vero spasmodicæ accenserint agitationes, operæ pretium erit, sequentis pulveris, quantum duo cultri cuspides capiunt, interdum adhibere: Recipe pulveris Marchionis drachmas duas, antimonii diaphoretici scrupulos duos, cinnabaris rite paratae, nitri puri ana scrupulum semis, pulveris castorei grana sex. M. F. pulvis. D.

Potui ordinario nulla convenit cerevisia, sed magis accommodatum erit decoctum ex radice scorzonerae, cornu cervi, hordeo mundato, & corticibus citri recentibus confectum, & quarta vi ni parte permixtum. Tum vero, quantum fieri potest, corpus sub tempestate serena, vectione in rheda movere oportet;

tet; quoniam motus ille pariter, ac aeris mutatio in ejusmodi morbis curandis, maximum conferit momentum, in primis si animi graviores affectus sedulo surgantur. His per quatuordecim dies usurpatis, acidularum Selteranarum potationem, operæ omnino pretium esse facturam confido: quæ tali ratione institui poterit. Mane nimirum aquarum istarum, quantum dimidia lagæna continet, cum tertia lactis alaini parte adhuc intra lectum tepide hauriatur; & hora pomeridiana quarta sex dumtaxat earundem unciae potentur. Hæc curatio per sex circiter hebdomas protrahenda est, ita tamen, ut sub illius initium pariter ac in fine, quin & singulo inter potandum octiduo novem pilularum mearum devorentur; atque etiam Elixirium balsamicum quotidie usurpetur. Ceterum nec alienum erit, iusculis, quæ ex jure carnis vitulinæ, cum radice scorzonerae & cichorei decocto parantur, crebro uti; nisi illa aversetur mulier generosissima. Neque enim dubito, quin proposita medendi ratio egregium ipsi latura sit allevamentum.

RELATIO.

Postquam illustris ægota commenda ta remedia per tres hebdomas præscripta ratione usurpaverat; menstrua excretio, cum insigni mali levamine, primum denuo rediit. Et cum deinceps horum medicaminum usum continuasset, & Selteranas acidulas rite adhibuisset, factum est, ut perfectæ restueretur sanitati.

CASUS XLVIII.

De pathematibus hysterico-spasmodicis cum tumore pedum edematoſa.

SErenissima quædam Princeps, annos quinquaginta tres nata, semestri circiter abhinc tempore, crebris agitari cœpit vomitibus, quibus nullos unquam cibos, sed plerunque mucum glutinosum,

te.

tenacemque, nonnunquam bile permixtum parcissima reddidit quantitate. His juncta saepius fuit insignis praecordiorum anxietas atque cardialgia, ut in lecto commorari haud potuerit: quæ vero rursum explosione mitigantur. Sinistrum subinde pedem occupavit quedam intumescentia cedematosa; quæ per vices evanuit, jam autem utrumque ad genua usque obsidet. Ciborum adpetentia, prorsus dejecta, jam redire videtur; atque somnus sapientum per aliquot dies nullus fuit. Accedunt interdum capitum dolores magis obtusi atque tensivi, quam pulsatiles, cervicem simul occupantes: ac sub spuriis costis per intervalla tensio quedam ac inflatio percipitur; qualis in subjectis, viscerum obstructione laborantibus deprehendi solet. Menses ante aliquot jam annos per etatis rationem cessarunt; sed quinque abhinc hebdomadibus magis albi ac mucosi adparuerunt, & ante aliquot dies rubicundiores iterum per tres dies fluxerunt: quibus evanescentibus spasmodicae succederunt passiones. Alvis nunquam, nisi hysteribus, aut globulis molchatis solicitata respondet; pulsus debilis fertur & durus, qualis in hypochondriacis ac hysteris manum ferit; fauces sapientum sensationem pali ipsi infici patiuntur; in imo ventre crebra sentiuntur murmura, cum flatuum excretione nonnunquam insequente; & haud raro ani tenesmus adficit. Quæ symptomata cum haec tenus variis generis remediis apertentibus, nervis, resolventibus, antihypochondriacis, cardiacis interne pariter ac externe usurpati nondum debellari potuerunt: abs Te, Vir illustris, doceri cupit serenissima, qua ratione abillis vindicari queat?

C O N S I L I U M.

GRATISSIMA, quæ Principem serenissimam per semestre jam tempus cruciarunt symptomata, nimurum conatus vomendi, ipsæ pituitæ tenacissimæ vomitiones, nausea, praecordiorum anxietates, inquietudines, capitum dolores,

constrictiones faucium, ac alvi pertina-
ces obstrunctiones, non alia certe sunt,
quam hysterico-spasmodica, & a tributo
lunari, post quinquagesimum ætatis an-
num cessante suos mutuantur natales.
Frequentissime enim fit, ut humores exi-
tu suo per loca uterina, per etatis ratio-
nem destituti, nisi tempestiva succurra-
tur venefectione, ad imi ventris viscera
regurgitent; & distendendo præsertim
tunicas ventriculi ac intestinorum nervo-
sas, ingentes spasmos ac anxietates pro-
generent; quin spasmis istis per consen-
sum ad alias membranaceas regiones pro-
pagatis, constrictiones faucium, dolores
capitis, atque dorsi, ad scapulas usque
extensos, imi ventris murmura, reten-
tionem flatuum, inflativas ac tensivas
abdominis molestias, atque sensibilem
intestini recti stricturem atque tenesum
causentur. Hisce symptomatis, sere-
nissimam Principem diu jam infestanti-
bus, cum pedum cedematosa accesserit
intumescentia: vero videtur simillimum,
quod in hepate aut liene quidam humo-
rum infarcitus aut obstructio præsto sit:
quæ non solum diurnorem ac diffi-
liorem promittit curationem: verum
etiam metum omnino incutit, ne ob
humores inertes hanc ob causam gene-
ratos, tandem virium decrementum, ca-
lor hecticus, aut hydropica superveniat
affection. Quare tempestivum malo fe-
rendum est auxilium, & nisi jam insti-
tuta fuerit, in pede administranda ve-
næfæctio. Quæ si ob pedum tumorem
locum haud invenerit, opera erit pre-
mium sex cucurbitulas scarificatorias,
duas videlicet dorso, duas lumbis, duas
que in femoribus supra genua admovere.
Quando enim humorum moles non-
dum tuerit immunita, irritus erit omni-
um remedium effectus: nec parca
sanguinis quantitas, sed, si possibile sit
venam secare, quinque vel sex cruris
unciae ad minimum detrahi debent.
Tum vero in ejusmodi spasmodicis,
hystericisq; passionibus excellentem præ-
stabilit usum liquor meus anodynus mi-
neralis; si ad guttas quindecim vel so-
lus ex aqua ceraformum nigrorum, vel

cum aliquot guttis essentia castorei, vel corticum aurantiorum mixtus, bis quotidie sumatur. Egregia porro virtus est sequens pulvis: Recipe pulveris Marchionis, lapidum cantrorum ana drachmam unam, cinnabaris nativae bene preparatae, nitri purificati ana scrupulum unum. M. F. pulvis, div. in sex partes. Non minus mirificam vim possidet infusum theiforme ex millefolio, floribus chamomillæ vulgaris, & semine scinculi paratum, quod minus saturatum mane loco decocti herbæ Theeo-bois forbillari potest.

Præterea vero alvi libertati summi-pere studendum est, quo flatuum excretione rite succedere queat: cui quidem scopo vel clysteres domestici, ex juseulo avenaceo, floribus chamæmeli vulgaris, binis olei amygdalarum uncis, & tantillo salis communis confecti; aut pilulæ meæ balsamicæ, numero quatuordecim, sub dolorum ac vomitionum remissione circa vesperam singulo triduo assumenda facient satis. Has si respuerit ventriculus, triginta earum in aqua destillata solvi, & cum clystere ano infundi possunt: & denique eo respicendum suadeo, ut ventriculus atque pedes, sub paroxysmis plerumque frigidiores, in temperato conserventur calore.

R E L A T I O .

E Lapso quodam abhinc tempore relatum mihi est, serenissimam ægrotam ex commendatis remedii non nisi præscripto pulvere, & liquore meo anodynῳ usam, magnam quidem symptomatum remissionem percepisse, & vomitum omnino siluisse; at pedum tumorem majora in dies sumsisse, incrementata. Hinc non potui, quin de viscerum labefacitus, minus auspicatum morbi evenitum prælagarem; qui etiam proh dolor brevi post est insequutus.

C A S U S X L I X .

De affectu spasmodico-hysterico hypochondriaco, cum concretione calculosa in vesica fellea.

Q UÆ annos habet quadraginta tres, virgo generosissima, temperamenti languineo-cholerici, statuaræ mediocris, constitutionis tenerioris, habitus sanguine & succo pleni, vasisque exilioribus instructi, ingenii vero vivissimi, circa serias res, ac meditationes semper occupati, vitam a teneris gessit, variis utut levioribus ægritudinibus contaminatam. Harum potissimum fuerunt capitisi dolores, atque hypochondriaco-hystericiæ, quæ matrem ægrotantis etiam diu multumque cruciaverant: neque tamen menstrua purgatio sub his affectionibus suppressa fuit, sed sueto semper tempore, licet justo minori quantitate rediit. Quatuor autem vel quinque circiter excurrerunt anni, quibus post prævias graviores mentis ac corporis defatigations, sudores nocturnos toleravit latis copiosos: quos sensus in cute formicans præcedere, saepius corporis refrigeratio comitari, & congruo regime tractatos, per diem integra valetudo excipere solet. Accesserunt insuper per intervalla vehementes cordis palpitationes, & molestæ rosionis in cordis scrobiculo sensatio, cum anxia inquietudine stipata, clysterum autem injectione plerumque mitigata. Denique per novissimum biennium, quo labores mentis pariter ac corporis magis increverunt, pejus habere, ciborum appetentia imminui, digestio labefactari, & alvus officii sui cœpit oblivisci, adeo ut pulveribus salinis ex nitro, arcano duplicato & auro fulminante confectis sollicitari debuerit, quoniam alia purgantia atque laxantia, maxime pilulæ, quæ vel tantillum aloes continent, insignes ipsa crearunt molestias. Supervenerunt quoque, præter virium decrementum, tensivi ac pressorii in dextro hypochondrio dolores, & mox per aliquot hebdomades

inhäserunt, mox per integros siluerunt menses. Neque vero votis responderunt ulla remedia haec tenus usurpata; nec acidulae Amasianæ, nec Egranæ; quarum has novissima æstate, sed haud si ne variis solicitudinibus atque memoribus potavit.

Verno currentis anni tempore incidit præter consuetudinem in catharralem narium defluxionem, quæ ingentem pituitæ copiam per octo hebdomades naribus ploravit. Hac cessante, cum ad esset æquinoctium, venam in pede more solito tundendam curavit; & accedit, ut eodem die, quo vena lecabatur, menses eruperint, & satis larga quantitate fluxerint; cum e contrario, elapsione mense, & copia pariores, & consistencia spissiores redderentur. Octo abbinc diebus accedebant atrocissimis dolores, hisque brevi post molestæ circa cordis scrobiculum rosiones, cum insigni corporis languore, alvi oblitipatione, & immunita mictione, sifpatae succedebant, nec clysterum ope mitigari poterant. Quin imo post aliquot dies jungebantur his molestiis, anxiæ & inanes vomendi conatus pariter, ac ipsæ vomitiones, pectorisque vehementes constrictiones, & inessabiles praecordiorum anxietates: veneæ subsidebant, brachia & femora vinculis quasi ligata videbantur, pedes frigebant insigniter, vultus expallescet, sanguis ebulliebat; pulsus ferebatur ater, tamen oppresus; alvus erat obstruta, & urina pauca, rubicunda, post aliquot horas sedimentum depoñens turbidum ferebatur: quæ symptomata per vices redibant, & septem dies sivebant.

Aceritus medicus ad spasmum demulcendum atque componendum partim pulveres temperantes antispasmodicos, cum nitro, cinnabari ac magnesia mixtos, partim liquorem Hoffmanni anodynominarem, partim liquorem terræ foliatæ tartari cum spiritu carminativo de tribus, spiritum nitri dulcem, partim clysteres lenientes, carminativos, oleosos ordinavit. Sectionem autem veng, quæ in ipsis spasmorum pa-

Hoffm. Consult. Med.

roxymsis hos exacerbare solet, eo minus commendare voluit; cum symptomata mitigari viderentur, efflorescentia purpureæ pectus, dorsum, brachia ac femora copiosæ obsiderent, ac denique statio ac ordinario tempore uterinus fluor, cum sanguine magis, ac ante sero accederet. Interim elapsis ab hac sanguinea excretione septem diebus, eadem symptomata, paullo tamen mitiora recrudecebant, & alternis dumtaxat diebus invadabant. Omittébatur denuo crux ex vena detractio, quoniam non solum vernalē imminebat solsticiis; verum etiam tanta sanguinis moles, copiosis sudoribus admodum imminentia, haud aderat, que ipsam indicaret. Idcirco ad sedadam humorum ebullitionem, & congestios motus revellendos, insistebant medici pulverum temperantium, antispasmodicorum, ac arcani tartari cum spiritu carminativo mixti usui; primas vias per potionem mannatam, tremori tartari ac rhabarbaro nuptas, iterato purgabant, & tum robori ventriculi consulebant essentia carminativa Wedelii, corticum aurantiorum cum spiritu nitri dulcis; atque pilulis ex extracto centaurii minoris, pimpinellæ, corticibus aurantiorum & rhabarbaro confectis. Non minus ad relaxandas penitus stricturnas spasmodicas, pediluvia ac balnea ex aqua flaviatili, & furfuribus triticeis concocta commendabant; quorum primum, justo calidius, insignem humorum ebullitionem, cum pulsu velociori ac capitibus doloribus excitabat; reliqua vero magis prodesse videbantur, adeo ut sub horum pariter, ac ante dictorum remediorum usu, ægra melius haberet, & denique extra lectum posset commorari.

Neque tamen minus assidue inhæbant pectoris compressiones, atque dolorificæ in dextro hypochondrio, sub costis spuris, ac circa cordis scrobiculum tensiones, mox inferius ad umbilikalem regionem extensæ, mox totum pectus, maxime latus sinistrum occupantes, adeo ut praecordia æctissimis vinculis contracta viderentur & spiratio fieret difficultis. Accedebant insuper per intervalla

calores præternaturales, magis volatichi, cum pulsu citatiore ac febrili: urina, quæ manœ primum reddebat, rubicunda erat, & post aliquot horas turbata, deponebat album mucosumque sedimentum. Ceterum adpetitus gaudebat satis integrus, servata tamen recta vixit ratione, bibendi vero desiderio fruebatur admodum exiguo; pro potu sub epulis aquis Amasianis vino nupris, ordinario autem aqua cum Cassia lignea decocta utebatur; alvus post usum infusi manna-ti, ac pastularum rhabarbarinarum quotidie respondebat, & copiosam faburram, quandoque frusta indurata reddebat; sa-pius saliva paullo tenacior ferebatur; somnus plerumque placidissimus erat, nisi nonnunquam molesta circa cordis scro-biculum rosione turbaretur; in nullo la-tere absque spirandi angustia decumbere poterat; ac denique menses etiam satis regulares succedebant, nisi quod aliquot demum post tempus ordinarium eru-perint diebus.

Medicus igitur, hunc morbum fundi-tus expugnatus, habuit illum pro spas-mo hypochondriaco hysterico; quem partim a turgescencia sanguinis circa imi-ventris viscera, ejusque circulatione im-pedita, & restrictione ad partes superio-rem facta; partim ab atonia ventriculi ac intestinorum, & hinc oriunda earum partium inflatione, ac præternaturali versu diaphragma pressione, natales suos mutuari judicavit. Quamobrem hu-morum vitio prospexit, venæctione convenienti tempore in pede ad uncias septem facta, subjunctisque remedii temperantibus, antispasmodicis, nitro-sis, ac cinnabarinis. Tum ad roboran-dum ventriculi & intestinorum tonum, omnes cruditates ex primis viis penitus eliminandas, atque viscera, maxime hepatis ab infartis humoribus prorsus vin-dicanda, commendavit usum therma-rum, quæ in Carolinis scaturiunt mola-rium, & cum haec non arriserint, potatio-nem aquarum Amasianarum per quatuor intervalla, quorum quodvis septem dies habebat, proposuit: & denique ad con-fortandum viscerum, atque nervosi gene-

ris totum subjungenda suasit balnea Fré-yenwaldensia, aut Radebergensia.

Morem quoque his consiliis gesit ægra generofissima; & licet septimo iterum post mensium fluorem die, paroxysmo sibi sueto, & superiori recessito, longe mitifissimo prehenderetur: tamen postea venam sibi tundendam curavit, & ab-hinc ad fontes Amasianos se contulit, quos etiam tepidos convenienti ordine ac ratione jam potare cepit. Neque tamen minus adhuc continuant tensio-nes ac constrictiones pectoris, & præ-sertim in latere dextro, magis autem remissiones; & per aliquot dies dextrum illud latus, sinistro tumidius adparuit, absque ullo rubore: artus externi con-stricti, ac quasi ligati videntur, & mo-tus corporis oppressionem pectoris ex-acerbat. Hæc symptomata sub ipso pastu mitiora, tempore vero digestionis atro-ciora observantur. Novissimi porro die-bus in utroque latere non impeditus est decubitus; lupinus autem malum adau-ger; quin denique excretiones naturales per alvum, sudorem ac urinam rite suc-cedunt; & hæc tingitur citrina, rarius pallida, nec turbatur, nec deponit sedi-mentum, sed quandam tantummodo nu-beculam. Quæ cum ita sint, & hæc pathemata nullis obsecudent remediis; veretur generofissima Virgo, ne gra-viores, quam quidem medicus pronun-ciat, subsint cauſæ; atque suspicatur vel hepatis indurationem, quoniam dol-or magis in dextro hypochondrio per-cipitur, & decubitus in illo nonnun-quam molestus observatur; vel diaphrag-matis, pleuræ, musculorum intercostalium, aut ipsius ventriculi ac intestino-rum sive ulcerationem, sive excrescen-tiam præternaturalem, quia gravissimam pectoris constrictionem sentit, ejusque dextrum latus paullo tumefactum vide-tur. Non minus valde est sollicita de pe-ctoris hydrope, & cum urina jam fera-tur tenuis ac naturali similis, naturam nimis debilitatem, sordibus cum lotio-expurgandis minus sufficere existimat; hinc etiam aquarum Amasianarum po-tationem continuare recusat. Et quam-vis:

vix etiam medicus ordinarius, ex presentibus morbi symptomatibus illos, quos ægra sibi met imaginatur eventus, nondum præfigere queat, sed speret omnino, fore, ut malum congruo aquarum Amasianarum interno, balneorum vero externo usu, conjunctis balsamicis, nervinis, & antispasmodicis remedii, temporis diuturnitate expugnetur: attamen generosissima Virgo aliorum etiam doctorum virorum judicium scire aet, & præfertim doceri cupit: 1) Utrum morbus, quo laborat, sit solus spasmus hypochondriaco-hystericus, & num curatio hactenus instituta fuerit conveniens? 2) Quæ sit vera illius causa, quæ prognosia, & an denique metuenda sit vi-ferum labes.

CONSULTATIO.

MOrbum, cuius causa consultus sum, probe perlustravi, ejusque cuncta momenta sedulo mecum perpendi: nec habeo, quæ circa medici ordinarii judicium de causa illius latum, & medendi rationem, legibus artis apprime respondentem monere possim. Ut autem meam simul mentem proponam; nullus quidem dubito, quin morbus iste gravis inter spasmodico-hystericos & hypochondriacos sit referendus; verum sunt adhuc quædam symptomata, quæ, quod attinet sedem mali, altiore omnino requirunt indaginem. Hæc inter numerare licet perpetuas tensiones, rosiones, atque pressiones, quas ægra in dextro hypochondrio, circa regionem hepatis & cordis scrobiculum, cum insigni lassitudine, alvi segnitie, vomendi conatu, & ipsis vomitibus sputatis sentit: deinde spasmodicas tractiones, totum pectus, cum summo angore, occupantes, cum venarum subsidentia, artuum constringione pertinaci, pedum frigore, vultus pallore, sanguinis ebullitione, pulsu celeri, ac oppresso, & mictione imminuta; & denique pectoris aliudias compressiones & constrictiones, acsi vinculis ligatum esset, maxime in dextro latere, cum hujus intumescientia, ac spirandi

difficultate obvias. Quæ insolita plane in hoc morbo symptomata, digna omnino sunt, ut veram illorum sedem atque caussam rite perquiramus. Quamquam enim minime negari queat, quin orificium ventriculi dextrum, principium duodeni, ea coli portio, quæ hepaticæ & duodenæ adhæret, septum transversum, nervi pneumonici, & alias nervosæ partes graviter in præsenti morbo a spasmodicis strictris afficiantur: restat tamen adhuc explorandum, quænam horum spasmodicorum motuum, ac præfertim doloris sub cordis scrobiculo rodentis, vera sit & materialis causa. Quamdiu ergo medicinam feci, (feci autem per quinquaginta jam annos) occurserunt mihi aliquot nostro similes casus; quorum causa, uti ex nonnullorum defunctorum sectione deprehendi, in calculosis concrementis, vesiculam felleam obsidentibus sita fuit: dum nimirus biliolus humor, per poros vesiculæ felleæ perspirans, vicinas partes, maxime colon intestinum, orificium dextrum & fundum ventriculi, flavo colore imbuerat, & procul dubio illas ad spasmodicas strictruras proritaverat. Quamobrem firmiter sum persuasus, in præsenti malo præcipuum vitium in hepate, & quidem vesicula fellea, calculosis concretionibus repleta hærente. Quemadmodum enim in calculo rerum fieri solet, ut ille ureteres ingrediens, horum non minus ac vicinarum regionum atrocissimos patiat dolores: ita quoque contingit, ut, si calculus felleus in ductum cysticum irruperit, ibidemque substiterit, hic nervus admundum canalis dolorificis strictris agitetur: quæ vi consensus ad partes adjacentes, veluti præcipue sunt ventriculus, intestinum colon, septum transversum, pleura, musculi pectorales &c. propagantur, variaque in his mala machinantur.

Quod si vero de caussis remotioribus, quæ hoc malum induxerunt, dispiciam; eas partim in connata ex hæreditaria, ex vitio matris acquisita sensibiliitate ægrotantis, & insigni ad motus irregulares proclivitate; partim in crebris, quos passa est, mœroribus, atque exande-

scientia saepius suppressa collocare haud vereor. Dum enim affectus iracundiax illius est indolis, ut ductus biliferos præfertim graviter afficiat, & biliosum humorem valde commoveat: facile patet ratio, cur iis adfectibus obnoxii, morbos ex bile subortos plerumque patiantur. Et cum præterea propter graviores illos spasmos, ac violentos motus, qui a teneris fere cruciarunt ægram generosissimam, partium fluidarum temperatus ac aquabilis circuitus perturbatus; excretiones salutares, quæ per alvum, cutim, & urinam sunt, immunitæ; & ideo recrementa intra corpus retenta fuerint: vero omnino est simillimum, succos vitales in nostra ægrotante impuros & salibus scorbuti: is imbutos existere. Præfertim vero lympham materia acri, purpuracea contaminatam esse, certus credo; quæ nervosas partes vellicando, calorum præternaturalium, defluxionum catharrallium, dolorumque per caput & artus errantium præcipuum suppeditat caussam.

Quæ cum ita sint, clarissimum est, omnes curationis scopos his potissimum absolvit indicationibus, ut nimis irregulares partium nervosarum motus consopiantur; deinde humores acres, salini, scorbutici demulcentur, & viscidii diluantur; tum excretiones salutares per alvum & transpirationem promoveantur; & denique concretiones calculosa, quæ, cum nihil nisi mucus compactus sint, aqua solvi possunt, quantum fieri potest, dissolvantur. Hisce scopis satisfactorius, laudo vehementer usum emplastri, quod ex diachyli simplicis uncis duabus, spermatis ceti drachmis sex, croci, camphoræ ana drachma una concinnatum, dextro hypochondrio sub scrobiculo cordis adplicetur. Deinceps inter aquas minerales convenientissimas judico acidulas Selteranas; quæ ob sal earum alcalinum non solum in omnibus calculosis affectibus insignem laudem merentur; verum etiam scorbuticas ac purpuraceas humorum impuritates attemperandi, egregiam possident efficaciam. De his ergo tepidioribus singu-

lo mane lagænam unam bibendam, & hanc potionem per quatuor hebdomas, sub recta vivendi ratione continuandam suadeo; neque minus easdem, cum quarta vini generosi parte permixtas, in locum potus ordinarii commendabo. Et si tulerit ventriculus, majus adhuc ex hisce acidulis spero emolumentum, si binæ earum partes cum una lactis ab initio maritatæ per sex hebdomas potarentur. Tum quoque operæ facient pretium balnea temperata ex furfuribus triticis, lacte, aqua pluviali aut flaviatili para, tepidiora: quorum virtus in relaxandis stricturis spastmodicis, sopiafidis doloribus, & restituendo humorum aquabili circulo deprehenditur excellentissima. Et denique ex pharmacis, non nisi sequentem pulverem propono: Recipe cornu cervi sine igne, antimonii diaforeticæ, lapidum cancerorum ana drachmas duas, summitatum centaurii minoris, cinnabaris, succini, feminis cypriani ana drachmam semis, nitri purificati drachmam. M. F. pulvis, cuius drachma dimidia, aut scrupuli duo prodssi nonnunquam sumantur.

CASUS L.

De malo hysterico, convulsivis & epilepticis motibus slipato.

Virgo honesta octodecim annorum, temperamenti phlegmatico-sanguinei, habitus corporis sp̄ongiosi, animi semper hilaris, & nullis affectibus gravioribus obnoxii, admodum plethoraica haud ita pridem, mensibus per sex hebdomas suppressis, post præviam refrigerationem, tussi convulsiva cum metu suffocationis ex improviso corripiebatur. Adhibitis congruis & diaforeticis, & antispastmodicis, & insequuto sudore remittebat quidem penitus hæc affectio; at vix elapo triduo, majori force recidebat acerbitate, ut præter vehementem strangulationis sensationem, perpetuo, sed inani ad vomendum angerevit desiderio. Alvis simul erat strictissima; cutis aridissima; urina sublisterbat; ex-

tremæ corporis partes , maxime pedes frigebant , cor palpitabat vehementer , facies rubicunda intumescebat , arteriæ capitis , temporumque pulsabant validissime , & ægra sub summo angore & inquietudine in lecto se jactitabat , adeo ut omnes apoplexiā timerent . Sed post horæ quadrantem conquiescebat omnia , nisi quod de vehementi cordis ac diaphragmatis , ubi jungitur transverso septo , conquereretur dolore . Interim remanebat tam arcta pharyngis constrictio , ut nec fluida absque summa molestia deglutire potuerit ; pulsus tangebatur debilis , parvus , & inæqualis ; & ipse paroxysmus singula ferme hora recrudescebat vehementissimus . In tam periculo igitur rerum statu , detrahebantur protinus ex vena in brachio tusa septem cruxis unciaæ , qui sub ipso effluxu statim coagulabatur , nullo supernante sero . Tum siloit per octo horas paroxysmus ; at his transactis , crudelior rediit , & postridie in veros epilepticos motus , quorum accessiones per duas durabant horas , desit . Quamobrem cum periculum in mora sit , lolidum flagitatur consilium , atque huic malo debellando opportunum auxilium .

CONSILIU M.

Postquam morbi historiam , mecum communicatam , sedulo perlustravi ; probe intellexi , motus illos spasmodico-convulsive.epilepticos , qui misere discruciant virginem nobilissimam , non nisi ad passionem & epilepsiam hysteriacam esse referendos . Mirandum vero utique est , quod cum ægra nec sensibilioris , & ad commotiones proclivis sit animi , nec menses nisi per sex hebdomades fuerint suppressi , nihilominus ram graves spasmodico-convulsive accessiones afficerint ; veluti sunt tussis convulsive sicca , æstissima faucium constrictio , quæ nec liquidis descensum permittit , naufea , urinæ retentio , alvi obstruacio , cordis palpitationes , ac violentæ artuum extenorum agitationes . Quidquid sit , omnia hæc symptomata

stagnanti circa uterum , tunicas intestinorum , & inferiorem medullæ spinalis partem sanguini unice debentur . Quo in rerum statu licet somme necessaria sit sanguinis missio : attamen multiplici eductus sum experientia , eam minime in superiori corporis regione aut brachiis esse instituendam . Optassem igitur , ut in præsenti etiam easu in pedibus detractus fuerit crux ; unde in affectibus spasmodico-hypochondriacis vel hysteriacis magnum redundare solet emolumen : neque etiam secunda vena , si pedes adhuc constricti ac a paroxysmo frigidi fuerint , siquidem tum longe major humorum ad caput raptus atq; congestio plerumque insequi observatur . Eadem molestia comitatur venæ secundæ non in brachiis celebratam ; & ideo notabile in nostro casu , quod licet post illam protinus conquiererint motus violenti , illi tamen haud ita multo post sæviores redierint , & in ipsam eruperint epilepsiam . Ut ergo proponam , quæ profligando huic malo convenientia futura sint præsidia ; morendum ante omoia duco , parum auxillii ab internis medicaminibus expectandum , sed externis potissimum fore dimicandum . Hæc inter commando clysterem antihystericum , ex juscule avenaceo , florū chamaemeli manipulis duobus , olei chamoillæ uncii binis , aza foetida drachmis duabus , & salis communis uncia dimidia conficiendum , & si opus fuerit , iteratis vicibus ano infandendum . Tum vehementer laudo unguentum nervinum , nucha ac spinæ dorsi inungendum , cuius hæc sit formula : Recipe spiritus vini camphorati uncias duas , spiritus salis ammoniaci , cornu cervi ana unciam semis , olei ruta drachmam dimidiā . M.D. Nec ludetur opera , si vesica bubula , juscule avenaceo tepidiori repiera , collo ac pectori adplicetur : quo fit , ut homines stagnantes resolvantur , & constrictæ partes solidæ blande relaxentur . Quo porro fine efficacissima sunt pediluvia tepida dumtaxat , ex aqua flavatili ; furfuribus triticeis , floribus chamaemeli , ac malvæ concinnata ; quibus pedes paullo

paullo profundius imponantur; in quā locum etiam pedum fomentatio, supposito vase, aqua calida pleno, aut aliis modis impetranda substitui potest.

Sic relaxatis stricturis, si libera redierit deglutitio, in usum vocandam horror sequentem mixturam: Recipe spiritus bezoardici Buffii, liquoris anodynī mineralis ana unciam dimidiā, essentia croci, castorei ana drachmas duas, camphorae grana quatuor. M. F. mixtura, triginta vel quadraginta guttulis nonnunquam sumenda; cui etiam drachma dimidia pulveris temperantis interponi potest, qui sic se habet: Recipe pulveris Marchionis unciam semis, cinnabaris nativæ præparatæ, succini præparati, nitri depurati ana drachmam unam, extracti castorei grana quatuor. M. D. & denique vulgatum quidem, sed usus egregii subsidium sunt plumæ perdicum accensa, & vapor naribus admittendus; quo motus illi violenti statim sedari solent. Hæc sunt, quibus ægræ consolere volui; quæ felici a Deo secundentur evenitu, ex animo precor.

Relatio.

Nunciatum mihi est, adhibitis iis, quæ commendavi, remediis, intra binos dies & convulsivos motus, & spasmos hystericos, & reliqua symptomata penitus remisisse. Quum autem, superato hoc gravi paroxysmo, ægra gula nimium indulgeret, pristinis affectiōibus iterum infestari videbatur; quæ tamen, dato tandem blando laxante, prossus conqueverunt.

C A S U S L I.

De passione hysterico-melancholica.

Matrona, duos ultra quadraginta annos nata aliquor liberorum felix mater, jam vero per decem annos vidua, vita sedentaria, curarumque plenæ deditissima, & a levissimis causis in mortorem conjecta, temperamenti sanguineo-melancholici, alvi obstru-

tionibus, per aliquot sœpe dies inhospitalibus, & hysteris passionibus obnoxia est. Accidit autem ante tempus aliquod, ut vesperi lectum petens, & alto somno gavisa, subito expergesieret; & defunctum maritum, sibi adstantem videre putaret; recte vero consideratam, non nisi vanam deprehenderet imaginem. Quare iterum ad somnum semet composuit; in quo admodum turbulentio, vir quidam longioris staturæ, ac proceri corporis, illius lectum descendere, ipsi os comprimere, ut nec loqui, nec claram posset, tum cum ipsa verum contum celebaret, & demum discedere, visus fuit. Vocavit tum protinus ancillas & filias, quæ nihil nec viderunt, nec audiverunt: ipsa vero ab eo tempore se gravidam reputavit, eo magis, cum perpetuo quædam motitationes ac murrura in imo ventre percipiat. Nęquatenam, licet jam nonus exinde agatur mensis, abdomen intumuit; & uterinus crux singulis mensibus, eti pariori quantitate, fluxit, viresque magis magisque de jiciuntur. Quare nemo quidem graviditatem suspicatur; at ægra a sua opinione nullo modo deflecti potest, noctesque perpetuis ærumnis ac querelis insomnia, aut terrificis insomnia turbatas transfigit. Hinc medicum de hoc casu judicium flagitatur, præsertim, unde motatio illa abdominis valde flaccidi suborta; & quomodo toti malo mederi liceat?

Judicium cum Consilio.

MOrbus, cojus caussa consultus sum, non alias est, nisi passio hysterico-melancholica: quæ caussam agnoscit in sanguine crasso atque spizzo, ex abdomine ad caput copiosius compulso. Hic enim per minimam cerebri vata difficilius progrediens, hæc valde distendit, atque tali ratione ipsam turbatphantasiam, ut inde & terrifica insomnia, & fallæ imagines ac ideae de viro robusto, ægram imprægnante, sub somno leviori, & pertinax graviditatis imaginatio, suos mutuentur natales. Ad hoc vero malum inducendum præter temperamentum mer-

ian-

lancholicum, contribuerunt quam plurimum vita sedentaria, perpetui mœrores, atque curæ, mensium imminutus fluor, & alvi pertinax constipatio: quæ causæ non solum intestinorum volumen ad spasmodicas constrictiones proritant, quarum vi humores majori ad caput rapiuntur copia verum etiam has nerveas regiones relaxando, generandis flatibus efficacem suppeditant occasionem, quorum murmura, motitationem embryonum mentiuntur. Et cum in tali rerum statu, destruta ciborum digestione, humores gererentur minus laudabiles, somnusque eripiatur, saltem haud reficiat: clarissime patet, cur magis magisque dejicantur vires, & carnoſa corporis consumatur substantia.

Ut igitur ab hac gravi ægritudine vindicetur ægra, operæ erit pretium, ut protinus adhibitis per aliquot dies pediluvias, octo croris unciaæ ex vena in pede tufa detrahantur: tum elapso biduo, drachma una salis mei aperitivi, in aqua soloti mane sumatur, superbibendo quædam infusi theiformis vascula; & subinde quotidie brevi ante epulas septuaginta Elixirii mei visceralis guttulae, vesperi vero undecim pilularum mearum balsamicarum, per quatuordecim successive dies capiantur. Sub hac curatione solitudines fugere, atque jucundis confortiis uti; non minus jusculis tenuioribus crebro vesci, & in vicem cerevisiæ pro potu ordinario, sequens decoctum ad binas quotidie mensuras potare oportet: Recipe radicis cichorei, sarsaparillæ, glycyrrhizæ anauncias quatuor, seminis fœniculi unciam semis. *Conc. Cont. D.S. species.* quarum binæ unciaæ ex tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes sunt decoquendæ. His si malum cedere recusaverit, suadeo, ut matrona nobilissima ad fontes Egranos adeat, iisque, quotidie lagænam unam bibendo, per quatuor circiter hebdomades uratur; cuius portationis initium ab usu salis aperitivi capiendum; & deinceps singulo octiduo vesperi pilulae balsamice, quotidie sub epulis sexaginta Elixirii commendati guttulae adsumendas, & quavis vespera pediluvia temperata, ex aqua

fluvialili, & furfuribus tritici adhibenda sunt. Quæ si, accidente recta vivendi ratione, probe observentur, certam reconvalescentiæ spem soveo.

Et relatum abhinc quoque fuit, ægram proposita medendi ratione, ac acidulis Egranius iam, & a melancholica, & hysterica perfecte vindicatam fuisse passionibus.

C A S U S LII.

De melancholia hysterica.

Virgo sensibilissima, viginti duos annos nata, maximam temporis partem sedendo, atque nendo consumens per annum fere dimidium de crebra nausea, ructibus, dolore crurum gravativo, spirandique difficultate, inter scandendum per scalas, & loca acclivia, maxime urgente conquesta fuit: quorum symptomatum caußam, a piscibus cum fastidio ante semestre comedis, & postridie per vomitus spontaneos, maximam partem rejectis derivare volunt. Neque ideo, cum ciborum adeptitia integra, somnus naturalis sit, & alvus rite respondeat, ea magni fecerunt; sed cessatura putarunt, si mobilis vita institueretur, eo magis cum menses debito tempore, atque bono successu, licet parciores, ac olim fluenter. Verum enim vero cum hi & imminutiores, & pallidiores reddi cepissent; ante eorum duorem præter blandum laxans, infusum ex radicibus aperientibus, herba marubii albi, summitatibus centaurii minoris, corticibus aurantiorum concinnatum porrigebatur, & sub ipso fluxu mixtura ex effentia pimpinellæ albæ, hellenii, & mirrhæ parata propinabatur. Quum autem præterea eructationes ventriculi, abdominis inflatio, alvi segnities, ardor fauicium ex cordis scrobiculo ascendens, dolores capitis ac vertigines urgeret; his opponebatur Elixirium stomachicum, & pulvis Stahlii antispasmodicus. In tali rerum statu ægra solitudines amare, hominum societatem fugere, saltem ægre ferre,

re, mœroribusque indulgere cepit. Præsertim judicia de hominibus sibi amicis paullo iniquiora graviter adverrit, & inde aliquando in summum mentis angorem & spirandi difficultatem conjecta, quin matris adhortationibus in majorem tristitiam, ac eam opinionem perduxit, ac si mater se amare desineret. Intervim breviterum cellabant hæ mentis affectiones, & pro effectibus irregularis dictæ habitæ, nullis oppugnabant medicaminibus. Postea in convivio quodam, fructus persicorum ac nuces juglandes recentiores justo majori assuebat copia; & inde protinus de nausea, ruboribus, inflatione abdominis, anxietatibus præcordiorum, & difficiли spiratioне conquerebatur. Hinc consultus medicus post pulveres incidentes ordinavit pilulas laxantes, quæ extractum panchymagogum Crollii, & pilulas tartareae habebant, multumque laburræ mucida educebant; tum præscripsit mixturam ex essentia carminativa Wedelii, cori cum aurantiorum, castorei, & sale volatili oleoso compositam. At angustiæ, & anhelitus gravis inhærebant; & accedente menstruo tempore, præviis tensivis imi ventris terminibus, crux uterinus parcius, & valde pallidus reddebat. Inlequente termino, idem sanguis ferebatur, prioribus diebus pallidior, ultima vero crassus, & ater, odoris naufragi; & præterea albus sèpenumero mucus ex uteri vagina effluiebat. His maxime contristata, & ab amicis perterrefacta, se vel catarrho suffocativo, vel apoplexia perituram, nisi sanguinem curaret mittendum, venam præbuit in pede tundendam: ex qua erupor stillabat parcissimus, eo tamen effectu, ut melius haberet. Sed vix elaplo biduo recidebant denuo graves angustiæ, cum suffocationis metu; & abhinc per paroxysmos invadabant, qui sequentem in modum ægramprehendebant. Antecedunt crebræ oscitationes, excipiunt horrores, & brevi post velocissima, ac difficillima anhelatio; quæ emanentibus, quod sèpe fit, horroribus, post unius, quandoque duarum horarum intervalla demum insequi-

tur gravem anhelitum; tum succedit sanguinolenta agitatio; anxia collectatur manus, iisque pectus percudit, ac si quid ex illo removere vellat, ac luctuosa lacrymas fundit. Revertitur hic paroxysmus quotidie, sub quo pulsus mox fortis, mox intermitens fertur; neque vero facies rubet, nec astu perfunditur, neque etiam ronchus, aut sibilus in pectori auditur; sed lola præcordiorum constictio gravissime angit. Alvis ceterum aperta est, & stans per superiora pariter ac inferiora eructantur, cum nullo insequente levamine: nec hypochondria observantur præternaturaliter tensa.

Novissime paullo aliter se habebat paroxysmus: namque præviis oscillationibus, excipiunt ventris ac præsertim colli vehementes inflationes, cum eo sonitu, quem columbi semet intumescentes referunt, atque rubore vultus, per horæ quadrantem inhærentes. Tum facies expallescet; tensivi dolores vagi mox humeros, mox manus prehendebant, nunc ridebat, nunc inter fletus deplorabat miserandum statum, in quo vivit, & quod præter risum sine causa, spasmis exerceatur. Accedens hinc quædam generosa matrona commendabat venæ letationem, cujus egregiam virtutem in simili casu se vidisse affirmabat: quæ etiam in pede celebrabatur, detractis sex circiter cruris ex atro rubentis uncis. Sed nihilominus recurrebant quotidie ad hanc usque diem mali accessiones, cum oscillationibus ac tensionibus, riu ac flentipata. Ceterum somnus est turbulentus, idei anxiis atque terrificis conjunctus; adpetentia naturalis; animus lubrillus, melancholicus; urina plerumque tenuis mingitur, sed hodie turbari coepit; & ex utero sèpius fertur mucus albus, instar seri lactis; abque illa ramea veneris cupiditate. Quamobrem, cum parentes ægram ab hac gravi valetudine vindicari cupiant, tuum vir illustris anhelant consilium: quod priuquam ad nos perveniat, adhibentur pulveres antispasmodici ex pulvere Marchionis, antimonio diaphoretico, cornu cervi, specifico cephalico, & nitro confecti; ma-

ne datur infusum theiforme ex herba melissæ, atque abrotani paratum, pro potu ordinario decoctum quodam; & quavis vespera usurpantur per diluvia.

CONSULTATIO.

EX iis, quæ mihi de aduersa valitudine virginis cujusdam nobilissimæ præscripta sunt, ægre percepit, eam gravi partium nervosarum spasmodico affectu, ex mensium ac uteri vitio originem trahente, & animæ functiones simul turbante, laborare. Nihil enim aliud innuunt symptomata, quibus adficitur, veluti sunt præcordiorum anxieties, perversa phantasia, falsæ ac inanæ rerum imagines, animi affectus, metus tristitia, diffidentia, involuntarius risus, fletus, planctus, solitudinis amor, & quod nullas admittat consolations; quæ cunctæ non nisi cerebri ac nervorum debilitati debentur. Languor vero corporis, tensivi ac lancinatorii dolores, somnus turbulentus, mutabilis vultus color, pulsus mox tardus, mox velox, horrores, æstus &c. non nisi spasmodicarum motionum clara sunt documenta.

Meretur hic morbus omnino nomen melancholiæ hysterice, quæ ex sanguinis menstrui excretione magis magisque imminuta ac turbata suos mutuantur nazales. Inde enim motus humorum magis ad interiora convertuntur; qui ad antestina, ventriculum, caput, pulmonesque majori regurgitantes copia, ructuum, flatuum, inflationis ventriculi, tensionum ac lancinationum imi ventris, constrictions pectoris, oscitatum, ac singultuum veram suppeditant rationem. Et si de caussis hujus mali remotioribus dispiciam, has inter corporis texture sensibilis, vasorum sanguineorum exilitas, vita sedentaria, potus parvior, usus fructuum ac pomorum, forsitan etiam acidorum nimius, & frequenter animi commotiones sele offerunt.

At vero neminem fugit, quam arduum sit, ejusmodi morbos, in quibus anima cum corpore afficitur, penitus debellare, cum præsertim animi pathemata, salutarem medicaminum effectum iterum destruere, sèpissime obseruentur. Neque vero proficuum est, solis ac multis pharmacis hos adfectus oppugnare, quippe quorum nimio usu magis perversos fuisse, ex crebra didici experientia: omnem potius paginam absolvet rectum, ac caute institutum vivendi genus, interpositis blandis atque lenissimis remedis. Atque, ut verum fatear, præcipua curationis indicatio hæc erit, ut ad demulcendos atque sistendos partium nervosarum motus irregulares, omnem impendamus operam. Huic vero scopo non præstantius conveniet subsidium, quam acidularum Selteranarum, æquali pondere cum lacte asinino permixtarum potatio, futuro vere per sex circiter hebdomades, singulo mane mensuram unam cum dimidia, tepide sorbillando, instituenda. Curationis initium ab assumto infuso mannat ac rhabarbarino capendum est; quod etiam sub ipso aquarum potu, singulis decem diebus iterato assumi, atque sub finem denuo adhiberi deber. His etenim subjectis aeris mutationes, & peregrinationes ad alia loca, ubi amicis ac jucundis consortiis uti possunt, conjunctio corporis motu, insignissimum spondent emolumentum. Potus porro sit facilis, atque summo studio fogiatur cerevisia crassa foeculenta, cuius in locum subtilitatem praefat decocta ex hordeo mundato, cornu cervi, radice scorzonerae, cichorei ac semine seniculi concinnata.

Prius vero, quam tempus laudatæ medicationi opportunum accedat, ope ræ credo pretium, ut ægra singulo mane adhuc intra lectum, corpore probe tecto, mensuram dimidiad aquæ frigidæ fontanæ cum triginta liquoris mei anodynæ guttis hauriat; vesperi autem cubitum itura, de eadem aqua, totidem liquoris guttulis nupta, quartam mensuræ partem poter, & per integrum mensum continuet; quo etiaga tempora,

in pediluvia tepidiora vesperi pedes immittat. Sub hujus aquæ potu, bis quavis hebdomade, loco liquoris anodynæ, pulvis laxans ex rhabarbari drachma dimidia, tartari vitriolati scrupulo dimidio, & sex nitri granis compositus mane adhibetur, superbibendo quedam infusi calidi theiformis vascula.

Et sic sedatis spasmodicis partium solidarum affectionibus, majori fructu ac feliciori successu, menstruam excretionem promovere licebit: quo quidem fine, paucis ante illius fluxum diebus, mane quatuordecim pilularum balsamicarum aut mearum, aut Stahlianarum devorare, & vesperi drachmam unam borracis venetae assumere conveniet. Circa hoc quoque tempus utilissimus erit corporis motus, pediluviorum usus, & interpolitus nonnunquam vini generosi, præser-
tim Hungarici haustus. Denique etiam, octo circiter ante fluxum menstruum diebus, sanguis ex vena in pede tusa mit-
tendus est; sed probe observandam sua-
deo proportionem inter vires & habitum corporis, ut debita quantitas, nec justo major, nec minor cruris detrahatur; utroque enim modo, majus induci da-
num, quam emolumentum, experien-
tia persuasus sum. Néque etiam dubito, quin ex hac medendi methodo, rite ob-
servata, magnum ægra consequentia sit levamen.

Ulterior relatio.

ACcepitis meis litteris, & consilio, protinus inchoabatur curatio cum potu aquæ frigidæ, liquore anodyno, pulvere laxante, & pediluvii instituta. Et licet quidam usum aquæ frigidæ in dubium vocarent, & inde metuerent, ne major ventriculi debilitas, ac virium ja-
ctura insequeretur; attamen eventus do-
cuit contrarium; siquidem symptomata molesta, anhelitus gravis, flatus, risus, tensiones ac motitationes brachiorum, non solum mitissima, sed etiam rarius, & sepe post aliquot demum dies revertabantur. Antecedebant quidem mensum eruptionem, mutatio coloris in vultu,

cordis palpitatio, difficilis spiratio, brachiorumque tensiones; sed levissime erant, breviisque cessabant: tum quoque crux rubicundus, mucoque viscidus per mixtus, largior ferebatur, ac antea. Dabatur insuper sob epulis haustus vini Hungarici, & ex præscripto alterius me-
dici, durante fluxu uterino, quadraginta guttulae mixturæ ex essentia pimpinelle, hellenii, centaurii minoris, ac corticum aurantiorum confectæ quotidie propinabantur. Pilulae vero balsamicæ & borrax veneta haud in usum vocabantur; quoniam dubium videbatur, num hæc remedia sub ipsa aquæ potatio-
ne, aut potius ea finita, & hinc conso-
pitis spasmodis essent adhibenda; & præ-
terea metus erat, ne aliquantulum mi-
tigati motus iterum excirarentur. In-
terior leire licet, somnum jam plerumque admodum quietum esse, nisi ab in-
gratis objectis, mœrore, aut alio qua-
dam mentis affectu derturberetur. Cibo-
rum adeptentia sibi constat, & in edulia
minus convenientia, panificia, & ex simila pista major fertur. Contra vero
alvus, non nisi clysteribus admonita re-
spondet; & tum sub continuis borboryg-
mis, largam viscidæ, tenacisque salutæ reddit quantitatem. Urina mingitur
plerumque citrina, sedimentum ad fundum; & latera matula deponens; mox
turbida, mox vero tenuis; & tunc spasmorum recursum prænunciat. In hoc re-
rum statu commendat quidam medicus,
ut finita aquæ frigidæ potatione, qua-
vis vespera pulvis incidunt, ex lapidibus
cancrorum, & radice aronis sumatur;
vesperi mixtura ex essentia pimpinelle,
succini, ac spiritu cornu cervi parata
capiatur, interpositis pilolis Stahlianis;
versus menstruum tempus pulveres ex
borrace veneta, myrrha & cinnamomo
adhibeantur, & tum thermæ Caroling
usurpentur. De his vero, & quæ ad-
huc in usum sint vocanda, tuom vir
Experientissime, expectamus judicium
ac consilium.

CON-

C O N S I L I U M .

EXIMO pectori gaudeo, quod nobis
lissima Virgo, ex commendatis re-
mediis, & præsertim potu aquæ frigidæ,
melius habuerit, menes debito ordine,
& absque gravioribus molestiis fluxerint,
atque passiones hysterico-spasmodicæ pau-
lulum conquieverint. Quod vero jam at-
tingeret commendatum a medico quodam
thermarum Carolinarum usum, huic sub-
scribere non possum, cum illæ in mor-
bis, qui magis in motuum vitio harent,
desideratam opem ferre haud deprehen-
dantur; & præterea eo minus necessa-
rium reputem, hoc pretioso uti præsi-
dio, quo certiorem soveo spem, fore
ut in loco votis nostris portiamur. Quum
potius sensibilis ægrotantis natura, aque
frigidæ, liquori anodyno nuptæ potum
bene ferre videatur; & eo ipso viam
quasi ulterioris curationis monstrat: nec
ea commendare audeo remedia, quæ
quandam sovent acrimoniæ, & succos
vitales exstucare valent, qualia omni-
no pulvis & essentia, a medico proposi-
ta existunt. Licet etiam de his prædicari
possit, quod sint innoxia; attamen
jam non de his agitur, quæ innoxia sunt;
quæ revera morbo convenientia, & effi-
cacia deprehenduntur; quæ distinctio a
plerisque medicorum, qui lectatores sunt,
nec proprio in medendo utuntur iudicio,
rarisimè observatur. Quare jam non
nisi duo medicaminum genera proficia
iudico, quorum alterum est liquor meus
anodynus, triginta guttulis cum aquæ
frigidæ ea, quam quarta mensuræ pars
capit, quantitate, alternis vespere assu-
mendum; alterum Elixirium meum bal-
famicum viscerale, absque menstruo spi-
rituoso paratum, quod sexaginta guttis
ex ultimo sub epolis haustu capiatur. His
si recta vivendi ratio accesserit, & cibi
& farina assimila confecti evitentur; de
eoptato curationis eventu nullus omni-
no dubito.

C A S U S L III.

*De morbo spasmodico flatulento cum
excretione ciborum indi-
gestorum.*

BINIS abhinc annis, medio hyeme co-
piosissimo alvi profluvio, quo multi
tatus pariter ac fortes acres & biliosæ red-
debantur, correptus, multorum medi-
corum opem requisivi: qui frustra datis
varii generis remedii, ad opiatorum de-
mum usum deveniebant, atque crebris
vomitoriis, purgantibus, & stomachicis,
quotquot fere sovent officiæ pharma-
ceuticæ, malum oppugnabant. Non mi-
nis mihi propinabant multa oleosa, aro-
matica, volatilia, quin & martialia;
sed tantum aberat, ut inde levamen per-
ceperim, ut potius quotidie pejus habe-
re coepirim. In cassum quoque annuo
abhinc tempore domi potabam acidulas
Schwalbacenses; & hacestate aquis Ama-
rianis, & interne, & externe in forma
balneorum per tres hebdomades usus.
iterum bibi Schwalbacenses. Hinc miti-
gabantur quidem symptomata; atque ni-
miae anxietates, ardores, ac flatulentie
paululum remittebant: at cum hyems
jam appropinquat, recrudescunt mole-
stia, eadem, ac antea, acerbitate. Nam
flatulentæ nocte dieque, cum summis
angoribus, æstu volatico, imi ventris
torminibus, nausea, continuis ructibus,
rejectione muci acidissimi, lassitudine,
dolore contusorio artuum, maxime ped-
um stipitæ, insigne me affligunt; &
omni biduo diarrœa quedam, cum om-
nium symptomatum exacerbatione, ci-
borumque indigestorum excretione ac-
cedit. Præterea alvis semper est liquida,
hypochondria veluti conglutinata viden-
tur, somnus plerumque turbatus; atque
sub motu levissimo, flatus instar aqua-
rum in abdomine fluctuant; qui ex sinis
potissimum hypochondrio progre-
dientes, circa ventriculi regionem subsi-
stunt, meque immanni ferocitate excru-
ciant. Licet etiam copiosissimi per infe-
riora non minus, ac superiora explodan-
tur;

tur; eadem tamen quantitate subito regenerantur. Sub his calamitatibus a tussi quidem immunis sum; sed, quamvis vehementi fruar ciborum adpetentia, magis magisque contabesco. Abdomen molle, ventriculi vero regio inflata nonnunquam cernitur; a levissimis laxantibus, quin & salibus alvus movetur insigniter; clysteres cauulantur & alvi profluvium, & flatuum retentionem, quem etiam effectum pilule Stabilianæ relinquent. Longe majores molestias procreant remedia fortiora & calidiora, & veneni instar sunt adstringentia: dietam observo strictissimam, & pro potu ordinario inter pastum bibo vinum generosum. Secta parcissima quantitate, extra epulas utor aqua fontana cum ligno sassafras & cinnamomo decocta. Atque nulla sane in officinis amplius prostant remedia, etiam absorbentia, quæ non adhibuerim: omnium vero effectus adeo fuit irritus, ut nisi junior ætas, ac naturæ vigor aliquam adhuc relinquenter spem, prorsus utique desperarem. Annum enim jam ago trigeminum primum, & juxta floridum vultus colorem, ingeniumque vivacissimum, quo olim gavisus sum: nullas etiam per totum vitæ tempus, præter leves tusses ac catharros, toleravi ægritudines. Jam vero miser expallesco, marcesco, tristis sum, nec officiis meis fungi valeo; & tuum, vir Excellentissime, anhelo consilium.

CONSULTATIO.

Gravissimus affectus, quo Te Vir Generosissime immaniter tractari, vehementer doleo, turicarum, quæ intestina cingunt, villosæ ac glandulosæ per succos acidos, corrosivos, bileque permixtos factæ arrosoni, procul omnino dubio in acceptis ferendus est. Exinde enim primum resultat morus harum partium peristaltici insignis perturbatio, atque partim spasmodica distensio, partim flatulenta resolutio: quibus cauissimata symptomata, nimis copiosa flatuum generatio, eorumque in ventriculi cavitate, ac coli præsertim flexuris, cir-

ca hypochondriorum regionem sitis retentio, & inde dependentes præcordiorum anxietates, æstus volatichi, dolores intestinorum, ructuum frequens explosio, ac spirandi angustia omnino debentur. Neque porro minus ex depravato ventriculi ac intestinorum tono suam originem trahit ciborum indigestorum excretio; unde in intestino duodeno multæ cruditates relinquentur, quæ stagnando acescentes, & acri bili aut assumptis pinguisibus nuptæ, calori præternaturali, ardori ventriculi, æstui volatichi, capitis temulentia, ac septi transversi spasme, somitum suppeditant perennem. Et cum destructa tali ratione concoctione, genera que sic humorum impuritas, universum nervorum genus magis magisque debilitetur: non fieri potest, quin vires consumantur, corpus contabescat, somnus sit minus reciens, ac animus tristis, inquietus atque meticulosus redatur.

Ad hanc vero insignem ventriculi ac intestinorum atoniam inducendam pariter ac confirmandam, quam plurimum contribuit incongruus, ac perversus remediorum opiatorum, purgantium acriorum, vomitoriorum, adstringentium, martialium, salium volatilium, aliorumque irritantium usus, & frigidarum acidularum potatio. Haec enim in hisce morbis plane non conveniat; quoniam blandam, quæ intestina obducit, mucinam simile exurbando, nervosam eorum tunicam a sic dicta mucosa fere denudant, eamque tali modo vellicacionibus, stricturis, & atoniis magis redundat obnoxiam. Nec immerito inter remotiores hujus mali causas collocare licet, nativam generis nervosi debilitatem, habitum corporis spongiosum, & forsitan errores ac excessus in dieta, corporis refrigerationes, animi commotiones, ac denique crux per venas hemorrhoidales denegatam evacuationem.

Quamquam autem hæc affectio plus incommodi, quam periculi involvat; attamen omni studio eo respiciendum est, ut tempestive debelletur; ne altio-

res agat radices , aut in tympanitidem transeat . Sed opus est patientia , constanza , ac temporis diuturnitate , quoniam blandis ac diaetericis dumtaxat subsidiis desperditus intestinorum ac ventriculi tonus restaurari debet . Mea igitur sententia sequens medicatio erit convenientissima . Sub epulis videlicet quadraginta guttae Elixirii mei balsamici ac visceralis capiantur ; & hora pomeridiana quinta , quo tempore , peracta digestione , cruditates acidæ potissimum stimulare solent , ex hausto aquæ florum chamæmeli , cum cervisia triticea , Bruhan , destillatae assumatur drachma una sequentis pulveris : Recepta lapidum cancrorum , cornu cervi philosophice præparati , ossis lepiz , matris feriarum , succini præparati ana drachmam unam , corticis calcarilla serupulum unum , olei cinnamomi , nucis destillati ana guttas quatuor . M.D. Cujus pulvis drachma dimidia , etiam breviante epulas ad demulcendam ventriculi acrimoniam , ex eadem aqua chamomillæ potest adhiberi . In mali exacerbatione , ac nimia symptomatum ferocitate , commendo porro grana quatuor mitridatii probe parati , aut duodecim confectionis de hyacintho , mane sumenda .

Quod si vero hæmorrhoides perruptio- nem tentaverint , uti ex ossis sacri dolo- ribus , ardore ac inflatione venarum seda- lium adparebit ; ano prius vapore ex de- cocto florum malvæ , chamæmeli , & sam- buci cum lacte , fomentato applicandas suadeo hirudines ; quarum in locum , si forsitan symptomata exacerbaverint , sectio venæ in pede erit substituenda . Præterea , quod potum attinet , cuius in morbis ejusmodi chronicis , cum atonia primarum viarum plerūque stipatis magna vis est ; omni studio fugiantur & cerevisia , & vi- num maxime acidulum . Præstat potius vel vino generoso Hungarico , vel Bur- gundiaco , vel illo quod vocatur Pontac , aquæ puræ atque leviori nupto uti . Le- vioris autem aquæ nota sunt , si ex instilato oleo tartari per deliquium haud albe- scat , nec turbetur : qualis si obtineri ne- queat , illius defectum resarciet aqua flu- viatilis ex vesica , addito pane ex farina

Hoffm. Consult. Med.

secalina , semine fœniculi , ac cymini pi- sto destillata . Mane intra lectum cum blando regimine sex vel octo vascula infusa theiformis , quod habeat melissam , ve- ronicam , salviam , ac corticis citri , po- tare deceat ; herba melissæ enim nervosis partibus , has roborando , & leniter ad- stringendo , valde amica est . Tale infu- sum interdum etiam alternare juvabit cum jusculis ex carne gallinarum , succo aurantiorum , radicibus petroselini , apii , ac nasturtio aquatico paratis , non nimis pinguibus . Et his denique moderatum corporis exercitium , cœlo existente sere- no aut curru , aut equo vehendo , peracta demum digestione conjungere oportet . Tum futuro vere abs re erit , thermas Ca- rolinas interne potare , & posthæc balneis Toeplicensibus , iisque sulphuratis uti ex- pediet . Quibus si accesserit recta vivendi ratio , sub qua refrigeratio fugiatur , epulæ , maxime cœna , sint parciores , po- tuum excessus , Tabaci largior usus , ira- cundia cane pejus & angue fugiantur : non dubito , quin molesto malo desideratam sint allatura opem .

C A S U S L I V .

De hernia intestinali , passionem iliacam minante .

Quinquagenarius vir quidam , anno pueritiae circiter quinto , more pueris sueto , equo ligno insidens lusit , & inde deportavit in inguinum regione tu- morem , magnitudinem ovi columbini su- perantem . Incrementate , evanuit quidem hæc intumescientia ; at decem ab hinc annis post lapsum graviorem , rursus adparuit . Gestato igitur subligaculo intro- actus iterum fuit tumor , & in situ suo na- turali mansit ; donec missis illis subligaculis , denuo proruperit , & præsertim scrotum in latere sinistro magnitudine ovi gallinacei obsederit . Abhinc vario modo se habuit hæc hernia ; ex decubitu ægræ supino retroivit ; post usum dulcium

C c

aut

aut acidorum ciborum increvit cum doleribus ; & cum aliquando acida comedissem, corpus simul refrigerasset, & mero-ribus indulsisset, pragrandis facta, non potuit in naturalem reduci situm, sed dolor tenetum molestissimum, cum pertinaci alvi obstructione post se traxit. Quare summis lene laxans, ex manna, rhabarbaro, & tartari tremore conseruum; quod accedente perverso regimine, loco desiderata evacuationis, pertinaciorem reddidit constipationem, doloresque & in parte affecta, & intestinis peperit. Postridie anno clysterem infundi curat; cuius cum etiam inanis fuisset operatio, tres salis Epsomensis drachmas ex aqua pura caput, & inde vehementes vomitus incurrit, nulla insequente alvi dejectione. Tandem loco affecto, vesica decocto ex herbis emollientibus repleta imponitur, & partes inguinis dolentis tendinosae axungia humana inunguntur: unde factum est, ut dolor remitteret, & hernia manu reponi posset. Hinc decoctum fabarum Caſſee larga sorbet quantitate, & inde alvum septies deponit; cuius solutione, sale Epsomensi adjuta, post magnum lan-guorem iterum consanuit æger, de quo ad-huc notari meretur, quod patre, herniam per multos annos passo, fuerit generatus,

Epiceris.

EX hac morbi historia, origo herniae inguinalis, & postea intestinalis optime addisci potest; videlicet, quod sit divaricatio crurum in infantia, item dispositio a parentibus hæreditaria. Inguinalis vero subligaculis commode adaptatis in situ retinetur, quæ si negliguntur, & aliis cauſis accedentibus fortiori nempe visu in deponenda alvo, vel ventre cibis inflantibus replete, majori peritonæi dilatatione facta, intestinum profundius descendit in scrotum, & gignitur enterocele.

Subligacula, quibus in situ contineri solet ille portio prolapsa, non semper eundem, atque laudabilem, ut antea praestant effectum, quia variat dispositio cor-

poris, dum homo ratione aetatis crescit, pinguis & crassior evadit, unde amplius corpori aliter disposito adaptari commode nequeunt; quare ratione circumstantiarum subligacula in herniis saepius mutari oportet.

Si tumor autem flatibus & stercoribus infarcitus prorsus renuit, in locum naturalem compelli, & introferri, eumque dolor, tensio, & alvi constrictio comitatur, præpostere laxantia stimulantia, infelicitate vero purgantia dantur, eo quod fortiter constricta per spastmos ilei portione incarcerata, motus peristalticus invertitur, neque per alvum fatus, neque excrementa transmittuntur, sed potius ad superiora haec omnia regurgitant, & vomitiones efficiunt.

Prima & præcipua intentio esse debet, partis affectæ membranas & fibras tenas, duras & constrictas emollire, relaxare, & dolores placare; postea repositionem placide tentare; quo fine commodissime unguentum ex axungia humana recenti paratum, nec non fatus emollientes conferunt.

Reposito intestino prolapsu in suum situm, sedatoque dolore & spastmo, non modo tormina, quæ antea abdomen valde excruciant, cessant; sed & sponte tunc incipit alvus ferri, & laxantia & stimulantia ante aliquot dies exhibita, nunc demum operationem per inferiora satis faciliter, & bene exequuntur.

C A S U S LV.

De hernia inguinali.

Vir generosus, annorum quinquaginta sex, temperamenti sanguineo-cholerici, olim cruentem per venas hemorrhoidales saepius excernere suevit; cuius fluoris jam suppressi in locum, sensatio ani exquisite ardens, absque tumore, & tormina intestinalium succederunt. Deca abhinc annis in dextro inguine tumor adparuit, qui pro hernia inguinali a quibusdam habitus; sed a perito Chirurgo potius pro congestione quadam declaratus fuit.

Po-

Potavit ergo ex præscripto Medici ordinarii acidulas; & inde optime habuit. At per novissimum bientium recruduit tumor, instar globi durioris, in dextro inguine supra membrum virile conspicuus, & non nunquam testiculum dextrum cum dolore occupans. Interim post urinæ excretionem; aut corporis incalescentiam plerumque imminuitur; & si in latus sinistrum decubuerit, videtur etiam tumor ad illud latus devolvi, atque tunc haud raro semen præter voluntatem effluit; cumque urina cum lancinatorio in urethra dolore redditur. Alius tantum non semper aperta est; & post diuturniorem sessiōnem, memoratus ille globus vesicæ regionem obsidet, doloresque caußatur tensivos, donec urinam, licet difficulti conatu, reddere possit, tum enim cessat hæc molestia, quæ novissime nocturno sèpius tempore redire observatur. Urgent præterea flatus, noctemq; reddunt inquietam, quamvis cena utatur parciōri: ad somnum se compositurus, supinus obdormiscere tenetur, sed post aliquot horas expeſefatus, demum absque molestia in utrumque latus decumbere potest. Junguntur præterea colici dolores, sumis potissimum e-pulis per tres plerumque hora ſavientes; explosis vero per anum flatibus, non ſolum hi mitigantur, ſed tumor ille globosus in inguine ſepe ſimul evanescit. Ceterum generofus æger pertinacissimam fervat diatam; & cum multa in cæſum adhibuerit remedia; ex tuo, Vir illustris, conſilio ſe ſublevatum iri ſperat, illudque anxius flagitat.

C O N S U L T A T I O .

Postquam gravem, qua vir quidam generofus adfligitur, molestiam percepi, ejusque historiam probe mecum perpendi, non possum, quin tumorem illum inguinis dextri globolum, pro hernia inguinali habeam. Videtur ſcilicet portio quædam intestini ilei per tendinosos muſculorum abdomenis annulos, ob debilitatum peritonæum nimium dilatatos prolapſa, non quidem intra ipſam icroti cavitatem penetratæ, ſed intra peritonæum dum-

taxat duplicaturam, ſub qua vesica urinaria ſita eft, descendiffe, ibidemque tumorem globiformem conſtituiffe. Quod ſi ergo hæc incarcerateda portio flatibus expansa; vicina vero vesica urina fuerit replete: necesse omnino eft, ut ſpasmi atque dolores in affecto loco excitentur; & vi-cifim, miſſo lotio, aut flatibus vi caloris diuſiſis, iterum mitigentur; poſtquam prius ſphincterem vesicæ, urethram, atque vasa ſpermatica, per consensu ratio-nem, graviter adſeceront. Ex eodem conſenſu, quo vasa atque tunice nervosæ invicem gaudent, & cujus ratio-ne in præternaturalium motionum ſocie-tatem ſæpiffime abripiantur, ratio etiam perenda eft, cur a ſpasmus ilei incarceratedi, dolores ac flatulentæ ad reliquorum in-teſtinorum, maxime coli, ſive potius ilei volumen propagentur, atque ſub colice ſorma ſeſe maniſtaverint. Præterea ve-ro nullum eft dubium, quin dolores in-teſtinorum, ac flatulentæ moleſtia ſimul crurois hæmorrhoidalis impedito fluxui quam plurimum debeatūr. Atque in tali terum ſtatu, ubi inverteſum eft malum, parum utique ſpeſi ſupererit, ad illud penitus debellandum, atque partes debilitatas in naturalem ſitum reducen-das. Neque tamen minus, ut partim mi-tigentur ſymptomata, partim graviora arceantur, ſequentiem valde opportunam fore credo medicationem.

Nimirum ob ſuppreſſam hæmorrhoidū excretionem, ante omnia venam in pede lecare conueniet. Deinceps opera eft pre-tium, ut æger ſæpiuſcule in balnea tem-pe-rata, ex aqua fluviatili furforibus triticeis parata deſcendat, uſque per duas horas inſideat; tumque affectam partem ſequenti onguento tepido inagi curet: Recipe axungie humanae, ſpermatis ceri, ceræ albe ana unciam ſemis, olei hyoscyami drachmas duas, camphoræ drachmat. M.D. in fäßili. Poſthęc accerſendus eft penitus Chi-rurgus, qui intellina blanda manu reponere, eaque ope adaptatorum ſubligaculorum in ſitu naturali continere ſtudeat; ne forſan, accedente refrigeratione, aut gra-viori animi affectu, inflammatione in-teſtini, aut morbus plane iliacus ſuperveniat.

Cæterum probe cavendum est ab omni corporis refrigeratione, cibis flatulentis, ac purgantibus; & interne usurpanda es-
tentia carminativa, qualis est Wedelii, aut zedoariæ, cum spiritu de tribus, atque nitri dulci permixta. Et hæc sunt, quæ in salutem generosissimi ægrotantis proponenda duxi; quæ summis languorum nostrorum medicus fausta ac felicia esse jubeat, ex animo precor.

C A S U S LVI.

De singulari quadam hydroceles specie.

VIR generosus, quadraginta anno-
rum, habitus corporis strictioris, anno etatis duodecimo præternaturealem scroti sinistri tumorem, magnitudine ovi gallinacei minoris toleravit: quem consultus chirurgus pro hernia intestinali habens, primum blanda repositione removere tentabat; hac vero in cassum adhibita, variis fomentationibus, ac cataplasmatisbus adeo depellebat, ut sensim evanuerit. Abhinc per sedecim annos immunis ab hac molestia vixit; saltem quibuscumque corporis exercitiis, equitatione, saltatione, aliisque militum muneribus commodissime defungi potuit; licet etiam aliqualem affecto loco per intervalla senserit intumescentiam. Verum enimvero, postquam anno millesimo septingentesimo nono per integrum ferme nycthemeron equo uestus corpus insigniter commoverat; accidit, ut insequuta nocte recrudesceret ex improviso tumor, atque subito ad pugni magnitudinem increceret. Consulti celeberrimi Chirurgi, morbo nomen imponere nescierunt; donec tandem quidam artifex anno 1711. Hag. Comitum ipsi indicaret, morbum esse hydrocelen, seu herniam aquosam, atque aquam in scroto contentam ope instrumenti, quod Galli vocant Proisquart, evacuaret. Sed cum brevi post increceret denuo aquarum moles; hæc, facta anno 1712. scroto incisione, detrahebatur eo effectu, ut per biennium abesset tumor. Hoc autem elaglo, inter tunicam vaginalem at-

que testiculum iterum collecta est serosa colluvies, tanta copia, ut testiculus nullo tactu explorari potuerit. Hinc cum æger ipsius testis extirpationem renueret; palliativa tantummodo curatione; & aquæ per scroti lanceola factam, & quotannis repetitam puncturam instituenda vacuatione sibi consulere debuit; qua mensura semper dimidia, sèpius integra serosi laticis effluxit.

Quum autem ante tres circiter hebdomades eadem operatio a chirурgo, qui illam jam quinques feliciter peregerat, denuo instituebatur: factum est, ut vix facta deligatione, prægrandis aquarum moles subito afflueret ac scrotum in ingentem elevaret magnitudinem: que etiam successive per recens adhuc vulnus stillabar, & adjuto per sacculos calidos effluxu, intra octo dies tota excrenebatur, vulnusque coalescebat. Brevi post, cum in horto obambulasset, iterum intra pauca momenta ab irruentibus aquis non solum scrotum distendebatur insigne, verum etiam regio superior inguinis cum horrendis doloribus inflabatur; donec per recentem scroti cicatricem, instrumento exploratorio irritatam, exitu potiretur aqua, omnèque tum-cessarent dolores. Neque tam minus notabilis adhuc lymphæ quantitas in scroto resideret; ad quam evacuandam, nec cicatricem ampliare, nec novum quicquam infligere audet vulnus. Quare jacientes resultant quæstiones:

1.) Unde aquarum tam subitanæ profluxus provenerint; an vasis lymphaticis nimis relaxatis aut plane disruptis debeat, an lymphæ collectioni, in certo loco prope peritonæum factæ, & post hæc, qua data porta erumpenti in accessis sint ferendi?

2.) Num spes supersit, hoc inveteratum malum penitus expugnandi, & qua ratione potiri queamus?

3.) Neque enim credit æger, se operatione quadam chirurgica iri sublevatum: namque si etiam totum testiculum, cum omnibus spermaticis pariter ac lymphaticis vasibus sibi amputari permetteret; scire avet, anne nihilominus.

nus verenda sit serosi laticis in confiniis peritonæ collectio, & ipsa denique hydroperitonea affectio?

4) Numnam nimius lymphæ affluxus, ope internorum remediorum intercipi, aut vasa lymphatica læsa, vel relaxata consolidari queant?

5) Utrum denique licet, cultro inguinis regionem pertundere, in eaque, ligatis per filum orichalceum iis, quæ ad scrotum abeunt, vasis, aperturam affluam conservare, ex qua humores affluentes sensim vacuari possent? Talis enim punctura in scroto facienda, parum auxili ferre videtur, cum aquarum molles non in ipsa scroti cavitate, sed potius inter testiculum, ejusque tunicam vaginalis collecta est. De his vero, aliisque convenientibus praesidiis salutare flagitatur consilium.

JUDICIUM ET CONSIGLIUM MEDICUM.

Notatu sane dignissimus, quem ex communicatis mecum litteris percepisti, est casus, cuius resolutionem suppeditatur, & ad primam questionem: unde copiosus ille, atque subitaneus lymphæ ad cavitatem scroti ortum traxerit profusus? responsurus; ante omnia monendum duco, herniam scroti aquosam, quam vocant hydrocelen, duplicitis potissimum esse indolis, duplitemque fovere caussam. Prior sedem suam in ipsa scroti cavitate habet: aut enim aqua propter sero in abdomen extravasati descensum prolabitur in scrotum; & inter hujus tunicas, ac ipsum testiculum, involucris suis adhuc rite involutum stagnans fluctuat, ut fit in hydrocephalus: aut ex sanguine per vasa venosa, in tunica vaginali & musculo cremastere contenta, ob eorundem perpendiculariter situm, suamq; crassitudinem, difficiliter regrediente, portio serosa in vasa lymphatica, aut potius porosam hujus tunicae substantiam secedit, & ex hac in ipsam scroti cavitatem extravasatur. Talis herniosus tumor subjectis cachecticis admodum familiaris est, & per remedia hanc lympham discutientia, carminativa, & sanguinis cir-

Hoffm. Consult. Med.

cuitum per testium tunicas promoventia, facilime tollitur. Altera hydroceles species consistit in serosa colluvie, intra tunicam vaginalis, seu erythroideam, ac ipsam testiculi substantiam, sive tunicam illius albugineam contenta: quæ non minus diversam agnoscit originem.

Quo autem vera hernia scroti aquosæ generatio eo melius dispalescat; haud ignorari oportet, tunicam sic dictam vaginalis externam, quæ testiculum cum epididymide, vasis spermaticis & deferentibus involvit, ex peritonæ duplicatura, in qua, veluti sacco, cuncta fera interna abdominis viscera includuntur, proficiunt, quin imo hujus prolongationem esse. Deinceps generatim tenendum est, omnes aquosos tumores, & seri, vel lymphæ in quandam corporis cavitatem factas extravasationes, primos natales a justo tardiori sanguinis per venas refluxu mutuari. Hinc enim fit, ut fluidior ac serosa portio a sanguine separetur, & vel in porosam partium solidarum substantiam extravaseretur, vel vasa lymphatica copiosius subintret: cumque porro lymphatici laticis refluxus per vasa sua ad cisternam lumbarem, ob situm perpendiculariter retardetur ac impediatur: hæc tandem nimium distenduntur, & plane dilacerantur. Tum quoque ex principiis anatomicis notari meretur, quod venæ spermaticæ, sanguinem ex testiculis revehentes, maxime in latere sinistro, in quo hydrocele observatur frequentissima, a vena emulente, tanquam sua origine, quam longissime sint remotæ, neque etiam recto itinere, sed variis contortionibus ac incurvaturis deorsum tendant. Hanc ob caussam crux per has venas vectus, præsertim, si in personis, quæ vitam amant sedentariam, justo spissior fuerit, refluxit ægerime; & hinc inter tunicam vaginalis, vasa spermatica & testiculos stagnans, lympham subtiliorem dimitit, quæ vel per poros transudat, vel vasa lymphatica disrumpit, atque sic extra vasa prægrandem tumorem cum dolore caussatur. In tali vero tumoris genere funditus extirpando, non sufficit scrotum dumtaxat, ac tunicam vaginalis

instrumento illo, quod dicunt trocart, pertundere; siquidem hac operatione non nisi tenuior ac subtilior portio emittitur, spissior vero & gelatinosa lymphæ pars remanet, ac pressione sua regressum sanguinis impediendo, novæ tumoris generationi amplam suppeditat occasionem. Præstat potius ope lanceolæ scrotum atque ac tunicam vaginalem paulo majori incisione dissecare, & contentam lympham spissiorem, vi quadam exprimere: quo særissime fit, ut hic morbus nisi penitus depellatur, saltem ejus recursus per aliquot annos præpediatur.

Jam vero in quæstionem potissimum venit: Unde tunica vaginalis lanceola factam incisionem, vix vacatis aquis, rarus humorum affluxus excepit, ut tumor scroti priori longe maior redierit? Meo quidem arbitrio ratio hujus momenti, a vasis lymphaticis, quæ circa inguina in peritonæi duplicatura continentur, disruptis derivari debet: unde factum est, ut lymphæ ibidem collecta, dato inferius exitu, uno quasi impetu descendens scrotum irruperit. Hecce vero vasa jam eo tempore, quo post diutinam & per 24. horas continuatam equitationem tumor primum apparuit, violentiam quandam passa ac dilacerata fuisse videntur. Et recte annotavit celeberrimus Nuckius, quod ex ruptura vasorum dictorum lymphaticorum, quæ intra peritonæi duplicaturam copiosa reperiuntur, facilime hydrops peritonæi, quem saccatum vocat, suboriatur; de quo valde timeo, ne, denegato humorum per scrotum exitu, nostrum etiam ægrotum aliquando corripiat.

Quod autem juxta secundam quæstionem, hujus mali curationem attinet: illam in tumoribus ejusmodi aquosis scroti, qui sunt inter tunicam vaginalem atque testes, perarduam, & absque recidivarum metu, impossibilem esse arbitror. Namque partes affectæ, cum extra corpus propendeant, nec tanto caloris vigore, nec tam vivaci humorum affluxu, quam quidem aliaæ interiores partes gaudent: earumque debilitates,

a nimia fibrarum extensione inductæ, difficillimam admittunt restitutionem. Quælibet præcipua medendi intentio jam ea sit, ut imminente cachexiam, aut hydropeum preceaveamus: eoque fine blandis laxantibus atque balsamicis flatus discutiamus, alvum lubricemus, & præterea lenioribus diureticis & alcalinis pugnemus; quæ inter cræbrum tinctura tartari, antimonii acris, cum oleo balsami de Copaiwa destillato maritatæ, ac pilularum balsamicarum, vel Becheri, vel Stahlii, vel mearum usum, etiam atque etiam laudo atque commendô. Porro vita sit mobilis, ac vietus facilis, in quo cibi crassiores, flatulentî, acidi atque saliti, nec non potus acidi cane pejus ac angue fugiantur, & omnes animi commotiones, meditationes, & acritores mentis labores sedulo evitentur. Quod si æger fuerit plethoricus, gulæ nimium indulserit, quin & aliquam ad hemorrhoidalem fluxum senserit proclivitatem; consultum erit, bis quotannis venam secare; atque, ut alvus maneat libera, singulis quatuordecim diebus, per biduum semper adhibere aquas Sedientes, singulo mane dimidiâ earum mensuram bibendo. Deinceps operæ erit pretium, externas partes, scrotum ac regionem inguinalem, externis quoque remedii corroborare, ac æquabilem haemorum per illas circulum restituere. Quo fine regionem hypogastricam, ac inguinalem balsamo meo vitæ in loco calido inungere præstat; & scroto adplicare pithema ex herba menthae, melisse, foliis rosarum rubrarum, cum vino Pontac decoctis confectum.

Plenariam vero testiculi extirpationem, de qua in tertia quæstione mentio fit, suadere minime possum; quippe que non solum periculi plena est; verum etiam metum incutit, ne aquæ tunc extra scrotum in duplicatura Peritonæi subsistant, & graviora mala inducant.

Quæstioni quartæ, sub response ad secundam jam satiseci; & quod quintam vasorum ad scrotum abeuntium ligatore, cum reliqua perpetua apertura, calculum ad-

addere, ob magnum, quod inde vereor, periculum interdicor. Quare commenda potius medendi ratione malum oppgnandum esse arbitror; quam ut Deus reddat felicem, vehementer opto.

C A S U S LVII.

De ictero diurno contumaci, emeticis demum expugnato.

VIR generosus, annos quadraginta natus, vita sedentaria ac librorum lectionibus deditissimus, cibos duiores, salitos, fumo induratos in delicis habens, atque sub epulis vino adusto uti solitus, neque ullis, nisi ante annum tempus, diuturnæ febi quartanæ, obnoxius morbis; intra novissimum semestre ex conjugis caritatem, & duorum liberorum obitu insignem pallus est merorem. Binis, & quod excedit, abhinc mensibus vehementi excandescet iracundia; quam protinus praecordiorum anxietates, auriginosus cutis color, ac denique contumacissimus icterus, ad hanc usque diem, frustra adhibitis cuiuscunque generis medicinis durantes exceperunt. Namque, ut praesentem agri statum describam; facies, album oculorum, atque totius corporis cutis, veluti tintura croci suffusa flavescit; quin faciei color flavus, novissime in viridem commutari videtur, metuque nigri incutit. Urgent quotidie ructus, putrem spirantes odorem, nausea, ciborum fastidium, praecordiorum angustia, adpetitus dejectio; crebri vexant conatus ad alvum pariter ac urinam reddendam; sed sicuti per illam pauca, eaque cinereo colore imbuta dejiciuntur iterora; ita locum quoque mingitur parcum, instar crassoris cerevisiae opacum, absque omnifedimento, linteal flavo pingens colore, & adeo saturatum, ut illius tressumtaxat unciae cum integra aqua mensura permixtae, vix naturalem urinæ exhibeat consistentiam. Si vel exiguum cibi sumserit portionem, pressionem ventriculi, & pectoris anxietatem cum ge-

lido totius corporis sudore sentit; extra lectum commorari nequit; atque saepius, prævio horrore, astu præternaturali ac oris siccitate torretur. Arteriarum pulsus languidus fertur, ac debilis; somnus est inquietus & turbulentus; regio sinistri hypochondrii & circa cordis scrobiculum tensa observatur, & a pastu paullulum inflata; contra dextrum hypochondrium, & hepatis regio, ab omni dolore, tumore, atque duritie est liberum.

Consuluit in hoc rerum statu varios medicos; ab iisque infusis purgantibus, pilulis Stahlianis, polychrestis, amarisque essentis frusta tractatus, meam tandem implorabat operem. Dabam spiritum nitri dulcem, salia digestiva ex terra foliata tartari, & arcano duplicato para ta, ac clysteres ex amaris, carminativis, saponeque Veneto confectos injici jubebam. Ex his nonnunquam symptomatum levamen percipiebat; faeces quandoque flavo colore tinctæ reddebantur: at brevi post accedebat albi obstructio, & tum primita ludebatur scena. Neque vero vomitorii uti sum ausus, quoniam rebar, ne illis praecordiorum spasmis exacerbentur, & caussa mali, quæ procul omni dubio in ductuum biliariorum obstructione, aut calculorum felleorum vitio latet, augentur pariter ac exasperetur. Quamobrem cum consilio jam inops sim; ad Te, Vir illustris, confugio, tuumque judicium expeto.

RESPONSO CONSULTATORIA.

EX communicatis mecum litteris probe intellexi, Virum quandam generosissimum gravi ac pertinaci labore ictero. Quemadmodum vero variae sunt, quæ icterum inducunt, caussæ; ita medicum, illius curationem aggreditorum, veram ante omnia perscrutari oportet originem. Scilicet frequentissima icteri causa, in ventriculi, ac duetus cholici spasmo, præsertim circa hujus orificium, fibroso cinctum sphinctere, per quod bilis in duodenum fertur intestinum, se se exferente resi-

det, & potissimum ab iracundia fortiori excitatur. Hinc quam plurimæ suppetunt mihi observationes, ubi vehementem animi excandescientiam, maxime si brevi post ciborum, aut vini quid capiatur, non solum atroces ventriculi spasmum ictero exceperunt, verum etiam asthma convulsivum, cum corporis decremento, virium jactura, & adperitus prostratione stipatum, per aliquot menses durans fuit insequutum. Huc quoque illi pertinent casus, quorum non paucos novi, quod fortioribus emeticis, vel purgantibus, vel etiam vehementiori colicæ, ac prælertim cardialgia, quam vulgus nomine der Oher. Colique exprimere solet, supervenerit color faciei, oculorum, quin totius corporis icteritius, cum urina saturationi, præcordiorum anxietatibus, nausea, ructibusque junctus. Tales autem affectus intra paucos dies profigari possunt, si interne congrua antipasmodica, veluti est liquor meus anodynus, aut pulvis ex lapidibus cancrorum, pulvere Marchionum, nitro ac rhabarbaro confectus, aut emulsiones ex cannabis, quatuorque frigidis se minibus, & absorbentibus concinnatæ &c. abhibeantur, extrinsecus abdomen ac ventriculi regio, balsamo meo vita inungatur.

Meam opem tribus circiter abhinc annis flagitabat, tali affectu infestatus Vir quidam generosus, in eximia dignitate constitutus. Afferebat secum binas & octoginta medicamentorum, frustra haec tenus, & cum majori sanitatis detrimento usurpatorum formulas; quæ continebant emetica, purgantia, sudorifica, antiasthmatica, aperientia ac amara remedia. Morbus erat corruptissimus, & cum præterea longo & ultra viginti milliarium itinere, quod huc fecerat, vires adeo exhaustas consiperem, ut sane ipse de salute desperarem; reculabam primum, manus admovere. At precipibus fatigatus, explorabam, quæ tanto malo originem dederat, caussam, quam, cum generosus æger recenseret, se post vehementem excandescientiam, mox sub epulis multum ciborum pariter ac

vini assumsisse, & brevi post ictero contaminatum fuisse, in violentis præcordiorum, ventriculi ac intestinorum spasmissitam esse, facile intelligebam. Consulti antea medici hanc plane non attenderant caussam, & vel ad cachexiam, vel hepatis obstructionem, cu randi intentionem direxerant. Hinc ipsum felicioris eventus fovere coepi, atque paucis remediis, videlicet liquore meo anodyno minerali, sale aperitivo, & Elixirio viscerali balsamico, misere cruciatum ægrum intra paucas hebdomades ab omnibus vindicavi symptomatis, pristinæque, quæ Dei est gratia, restitui sanitati.

Deinceps vere icterus haud raro natales suos a calculo vesicæ felleæ mutuatur. Scire autem licet, hunc in cylide sua immotum, atque quiescentem nunquam generare auriginem, sed molestam dumtaxat pressionem, & gravitatum in hepatis regione excitare sensum. At si eorum calculorum portio ductum cysticum irruperit; tunc non tantum dolores præcordiorum rodentes, ardentes, nausea, vomitiones, partium exteraarum refrigerationes, anxietates ac inquietudines tuboriuntur; verum ipse etiam icterus resultat; qui non nisi spasmus sedantibus, internis pariter ac externis oppugnari debet medicinis.

Non minus icterus bili spissæ, viscidæque, intra ductus hepatis biliosos stagnanti, hosque distendentí frequentissime debetur, & pro caussa remotiori, qui uti in canale intestinali, ita quoque in ductibus biliferis locum habet, nimiam horum resolutionem agnoscit. Tali ex caussa subjecta vitæ sedentarie, motusque experti addicta, fluidorum potationem respuentia, ciborum vero duriorum, vicidorum atque acidorum amantissima, inceroribusque, curis ac sollicitudinibus obnoxia, sapissime deprehenduntur ictero contaminari. Quodam valorum hepatis sanguiferorum, atque sanguinis per ramos venæ portæ tardior circulatio præsto fuerit, difficilima sane est curatio; quoniam vel ca che-

chesia hydropica tandem accedit; vel, dicit etiam auriginosus color evanescat nonnunquam, illius tamen vix evitabilis esse solet recursus, & niger denique arquatus, foedo spectaculo jungi observatur.

Quod igitur praesentem, cuius caussa consultus sum, attinet casum: calculum in tubulis biliferis, aut felleo sacculo haerentem suspicari neutiquam possum. Hunc enim metum & symptomata adhuc mitiora, & morbi diurnitas, & denique excrementorum color, qui interdum cernitur flavus, omnino depellunt. Credo potius, icterum, quo vir laborat generosus, a bile copiosiori, viscida, & in ductibus biliosis non minus ac intestino duodeno stagnante, suam trahere originem: & cum nec hepatis induratio, nec cedematosus pedum tumor, nec asthma spasmodicum aut convulsivum adhuc jungi videam, haud dubiam saturationis spem soveo. In tali casu non praestantiora emeticis sunt praesidia; quae licet in malo, ab iracundia vehementiori inducto, & adhuc recentiori majus minentur detrimentum; tamen in eo diurniori ac inveterato, felicissimo adhuc bentur successu. Hinc saepius ex unica emeticci dosi dimidiā, quin & integrā bilis crassæ & obscurioris mensuram eructatam fuisse, & inde cuncta symptomata remisisse, ciborum adpetentiam rediisse, fæces ac urinam colorem naturalem recuperasse, & cutis inquinatum penitus evanuisse vidi. Non tamen raro opus est, ut iterato detur vomitorium, eoque restitantes adhuc sordes, quæ novum malo pabulum præbent, proflus eliminentur. Observavi etiam plus simplici vice, quod post emetica ictericis data, calculi fellei cum alvo fuerint excreti; & vix quidam excurrerunt menses, ubi haud incelebris mercator, ictero, asthmate convulsivo & hydrope diu solicitatus, post sumtum corticis sambuci medii infusum, non modo aliquoties vomuit, sed etiam per alvum, aliquoties exoneratam, ultra tredecim calculorum, qui erant triangulares, & partim quatuor, partim duodecim grana pendebant,

reddidit, unde quidem malorum suorum per aliquod tempus levamen percepit, nihil tamen minus hydrope post aliquot menses recidente perire.

Hinc ergo luculenter patere existimo, quanta emeticorum sit efficacia in reserandis tubulis jecinoris bilem vehentibus, atque ipsa coagulata, & in lapideam ferre duritiem commutata bile attenuanda & e corpore proscribenda: quem effectum ab aliis incidentibus, aperientibus ac amaris medicaminibus, testante etiam praesenti casu, frustra expectamus. Ex classe vero emeticorum in usu mihi est tartarus emeticus, quem granis duobus vel ex haustu vini generosi, vel ex infuso mannato, superbibendo juscum avenaceum, propinare suevi. Præterea pulveres præcipitantes ex lapidibus cancrorum, terra foliata tartari, & nitro depurato concinnatos, atque temperatum amarumque Elixirum meum commendare; pro potu vero ordinario decoctum ex passulis, radice cicchorei, chinæ, carduo benedicto, tartaro vitriolato, & nitro antimonio confectum ordinare soleo. Idcirco nostro quoque ægrotanti lene emeticum exhibere, consultissimum duco, cum illius usum non tantum securissimum fore spondeo; sed ad debellandum hoc pertinacissimum malum non aliud subsidium suadere possum.

RELATIO.

Elapsis quatuordecim diebus, nunciavit mihi medicus, se ex praescripto meo Generosissimo ægrotanti, scrupulum unum radicis Hypocacuanæ, cum unico tartari emetic grano permixta exhibuisse; & hinc vacuata per quinques iteratum vomitum, insigni laburre viscidae, ac bilis atræ crassæ que quantitate, ipsum melius habuisse; somnumque tranquillum, ac egregiam ciborum adpetentiam recuperasse. Tum in usum vocatis pulvere rhabarbarino, pulvere digestivo salino, ac decocto palmarum, fæces ac urina naturali colore imbui, ac cutis paullo nitidior fieri cœpit. Quare, ægro sic desideran-

de, iteratum prius emeticum, & inde ultra dimidiata mensuram bilis vomitu reddita est, eo effectu, ut iterius color magis magisque disparuerit, & æger ad pristinam redierit sanitatem.

C A S U S LVIII.

De atrophia cum febre lenta.

Persona quædam serenissima, virginatis flore adhuc conspicua, annorum quinquaginta quinque, ingenii vivacissimi, venis potita haud adeo exilibus, cardialgia, & hystericis suffocationibus junior olim graviter per intervalla laboravit. Ab his ope remediorum martialium, & frequentioris corporis exercitii ita confanuit, ut ad annum ætatis usque quadragesimum quartum, qui anno mundi millesimo septingentesimo vigesimo primo celebrabatur, prospera ac illibata gauderet sanitate. Hujus autem anni autumnali tempore febrem incidit continuam, & hac die septimo remittente, quotidiam intermittentem toleravit, adeo pertinacem, ut non solum per aliquot hecmodades inhæserit, verum etiam sequenti vere recruduerit; tumque primum cortice chinæ de china tractata, posthac pilulis cuiusdam celebrioris Medici confortantibus ac pulveribus temperantibus penitus debellata fuerit.

Anno 1723. præternaturali alvi profluvio, crebris vomitibus stipato prehendebatur; &, frustra usurpati variis remediorum generibus, ope pilularum Stahlianarum prorsus sanabatur; ut ab hinc per aliquot annos optima frueretur sanitatem, neque ullis, præter pilulas confortantes, quas ad conservandum uterini fluxus successum, quavis sumebat hebdomade, medicinis uteretur. Verum anno 1728. de crebris phlogosibus, ac sudoribus, magis magisque invalescentibus conqueri coepit; quibus, præsertim cum uterina purgatio per ætatis, cuius jam binos & quinquaginta annos exploraverat, rationem cessaret, & vehemens ac diuturna accederet mœstia, hæmor-

rhoidalis fluor quotidianus jungebatur. Sub his affectionibus, quibus per integrum biennium singula die crux, quantum cochlear capit, ano reddebatur, carnosa corporis substantia, edendi cupiditas, somnus atque vires cœperunt inminui.

Elapso novissime anno, mense Iulio cum tempestatem calidissimam ac aridissimam horrida frigidaque aeris exciperet constitutio, phlogos pariter ac sudores sponte remittebant; at Augusto mense circa horam vespertinam nonam, tam atroces ægram serenissimam invadebant capitis dolores, ut mens turbaretur, sensus vacillarent, extrema perfrigescerent, vultus ruberet, scintillæ oculis obversarentur, ac hora demum nocturna prima ea rationis potentia rediret, qua ægra significare poterat, se torqueri cephalalgia. Hæc vero cum nausea, vomendi conatu, ardore, doloreque manus & pedis sinistri, ac pulso celeri stipata, urina existente naturali, ad quartum affligebat diem; quo largo totum corpus perfundebatur sudore, & lotum rubicundius, album deponebat sedimentum. Tum remittentibus sensim capitis pendulumque doloribus, succedebat febris quotidiana, quæ singula vespера, oscitationibus, manuum atque pedum refrigeratione, cum subsequitis pulsu celeriore, astu mitissimo, & corporis inquietudine invadebat, & hora matutina quarta, in copiosum desinebat sudorem. Per diem ab omnibus libera erat symptomatibus; sed languor virium adeo increscet, ut opus fuerit, cortice chinæ febri obicemponere. Elapso post sumptum hunc corticem biduo, efflorescentia quædam cum insigni pruritu lumbos potissimum obdabant: quare millo illius uta, pulvis, quem de Kente vocant, primum solus, deinde salibus nuptus, atque mixtura ex liquore terræ foliata tartari & essentia gentianæ rubrae composita adhibebantur, eo effectu, ut febri pedetentim conquiesceret, somnusque ac appetitus rediret.

At vero presso pede sequebantur phlogos, ac sudores; neque nocte tantum,

sed etiam die aliquoties, cum summo vi-
riū decremente serenissimam crucia-
bant. Præterea obnubilus oculos prehen-
debat sensus, qualis eorum est, qui in-
tentius solem intuentur; atque epulas
potissimum præcedit, absque ullo illorum
rubore, aut externo vitio. Quo loco no-
tari meretur, scintillas ac imagines a mul-
tis jam annis, modo ante alterutrum,
modo utrumque oculorum observari sue-
visse; & visionem quidem impedivisse,
sed brevi post semper disparuisse.

Ceterum adhuc per intervalla crux
hæmorrhoidalis egeritur; at alvi obstruc-
tio tanta vexat pertinacia, ut, nisi suc-
curratur globulis saccharinis, vel pilulis
Stahlianis, vel contra obstructionem,
vel etiam liquore terra foliatæ tartari, vel
fero lactis tamarindinato, quod nuper per
quatuordecim dies potavit, illa sui officii
plane obliviscatur. Appetitus aliquantulum
viget; sed cibos paullo pinguiores,
aut concoctu difficultiores, statim ventri-
culi pressio ac ruetus acidi sequuntur. So-
mno fruitur plerumque placido ac refi-
ciente; attamen sèpius turbulentio, su-
doribusque interruptio; & urina mingi-
tur copiosa, instar aquæ tenuissima.

Vires non adeo dejectæ sunt, quam
quidem a tantis morborum cohortibus
fuisset expectandum; at carnoſa corpo-
ris substantia, non obstante vi etiæ pleniora,
magis magisque depascitur. Sanguis
etiam singulis æquinoctiis, sex unciarum
quantitate, per longos jam annos ex ve-
na in pede tula detrahi solet.

Quæ cum ita sint, salutare jam desi-
derat Princeps serenissima consilium, ac
doceri præsertim cupit, qualis sit, quo
laborat morbus? quibusnam remediis
gravia illa symptomata, veluti sunt ocu-
lorum caligo, alvi obstratio, sudores
copiosi, & corporis consumptio debellari
debeant? & num a medicinis martiali-
bus, quæ olim satisfecerunt votis, solam
possit expectari?

CONSULTATIO.

POstquam gravissimam, qua serenissi-
ma quædam Princeps male habetur,

affectionem, cum omnibus momentis pro-
be mecum pensitavi: illam non nisi pro
atrophia, ex diathesi humorum calidiori,
scorbutica inducta, symptomatibus
hypochondriacis, debilitate ventriculi,
ac universi nervorum generis stipata de-
clarare possum. Scorbuticam enim hu-
morum acrimoniam non modo sudores
copiosi, salutari consilio excitati, calores
volatichi, pruritus & efflorescentiae, lum-
bos potissimum post superatam febrem
occupantes; verum etiam somnus turbu-
lentus, lassitudo corporis, hujusque con-
sumptio, ob inopiam chyli generosi magis
increscens, ac denique capitis ac oculo-
rum molestæ affectiones luculenter signi-
ficant. Nec obscurò passionum hypochon-
driacarum documentum, inter alia sunt
pertinaces alvi obstructions; quæ ure-
rini fluxus cessationi, hæmorrhoidalis ve-
ro evacuationis inordinato debentur suc-
cessui. Hinc quoque cephalalgiae atroci-
simæ, ac imaginum ante oculos obver-
fantium patet ratio; quippe quæ non
nisi a cruento, vi spasmorum ac resolutio-
num flatulentarum, intestina obsiden-
tium, ad capitis cavitatem, & nervos
opticos compulso suos mutuantur natales.
Harum vero omnium affectionum pri-
mum fundamentum, in ventriculi debili-
tate, ac prostrata vi concoctrice col-
locandum esse puto; quam acidi post ci-
borum pinguium, ac concoctu difficultio-
rum usum insequentes ruetus testantur,
ex qua etiam alvi obstratio, ac chyli
minus laudabilis, humorumque impuro-
rum dependet generatio.

Quod ergo attinet horum symptomat-
um curationem; hanc sane insignis ven-
triculi debilitas, humorumque vitalium
spissitudo & acrimonia, reddit difficulti-
tiam, ac valde diuturnam: & quæ ex
viectus ac rerum non naturalium pertinaci
observatione desumentur subsidia, ma-
xime si temporis beneficio ac patientia
adjuvetur, insignissimam spondebunt
operam. Præcipue vero medendi indica-
tiones sunt, ut primum sanguinis cir-
cuitus per viscera imi ventris, mesente-
rium, lien ac hepar equabilis reddatur,
tum fordes partium fluidarum impure
per

per debita emunctoria proscribantur , & denique ventriculi digestio , servata ubique alvi lubricitate , temperatis stomachicis confortetur .

Quos ut consequamur scopos , ante omnia illa remedia cane pejus & angue fugienda suadeo , quæ intestina magis exsiccant , sanguinem & humores exstuant , & hemorrhoidalem fluxum stimulando provocant ; quorsum pilulae Becheri , polychrestæ , aliæque medicinæ , quæ multam fovent aloen , copiosius sumatæ pertinent . Præstat potius , si quædam ad excretionem hemorrhoidalem præsto fuerit proclivitas , novem pilolarum vel Stahlianarum vel mearum balsamicarum , pulveri præcipitanti nuptarum per vices devorare ; utpote quæ sanguineum illum fluorem & promovendi , & si nimius succedat , tutissime coercendi egreiam obtinent virtutem . Huic quoque scopo convenientissimum judico , sanguinem frequentius mittere ; ejusque ex vena alternatim mox in pede , mox in brachio tusa , singulis octo hebdomadi bus , si vires permiserint , quatuor círciter detrahere uncias . Neque etiam minus excellentissimum fructum , partim in promovendo sanguinis circuitu , partim adjuvanda transpiratione , & hujus ope eliminandis e corpore acribus , salisque humoribus , partim denique roborando stomacho expectare licet , a moderato , tamen crebriori corporis exercitio , quoconque fiat modo , ventriculo a cibis vacuo , & vel matutinis , vel vespertinis horis instituendo . Et ne salutares ex hisce subsidiis sperandi effectus , perversa vivendi ratione impedianter , aut plane iterum destruantur : iis vescendum est cibis , qui concocta sunt faciles , nec flatus progenerant ; & potu utendum , qui humorum acrimoniam temperat , & per vias urinarias prompte redditur . Quo quidem fine in locum potus ordinarii vel acidulas Selteranas vino nuptas , vel serum lactis , si tulerit ventriculus , commendabo . Præstantissimum est hoc remedi genüs in scorbutica potissimum atrophia , & febribus lenti , & paratur , si lactis vaccini recentis mensura una igni

admoveatur , & addito citri succo coquatur , donec coaguletur ; tum percoletur , & additis cancrorum lapidibus , ad usum asservetur . Quod si vero neutrum ariserit , in eorum locam substitui potest sequens decoctum : Recipe radicis chinæ , scorzonerae ana unciam unam , cichorei , liquiritiae ana drachmas duas . M. F. species , & in quatuor aquæ mensuris , cum passularum minorum manipulo permixtis , per tres horæ quadrantes coquantur .

Tum ut confortetur stomachus , ac concoctrix vis restituatur , operæ erit pretium , Elixirium quoddam balsamicum , ex herbis amaris absque spirituoso menstruo paratum , quale est meum viscorale , aut quod in notis ad Poterium descripsi , adhibere , ejusque sexaginta guttas , per octo hebdomades continuando , ex ultimo sub epulis haustu capere . Hoc enim medicamen , & tonum ventriculi ac intestinorum restaurandi , & acrimoniam primarum viarum obtundendi , & alvi lubricitatem adjuvandi vi pollet egregia .

Ad alvum porro solvendam , præstans auxilium spondent passulae rhabarbarinæ , quarum hæc est compositorio : Rhabarbari pulverisata uncia una cum quatuor aquæ veronicae uncis leniter coquatur , percoletur , & additis passularum Corinthiacarum libra dimidia , saccharique candi duabus uncis , super prunis inspissetur ; cuius remedii duo circiter cochlearia manu sumantur interdum , superbibendo insulm theiforme . Quo denique humorum acrimonia demulcentur , & stricturæ spasmodicæ leniantur , simulque phlogoles consopiantur : confulo , ut bis quavis hebdomade vesperi liquor meus anodynus , ad viginti guttas , cum drachma dimidia pulveris absorbentis , quod oculorum cancrorum præparatorum , pulveris Marchionum ana drachmam , nitri depurati scrupulum , & binas olei destillati macis habeat , maritatus , ex aqua florum tiliæ , vel cerasorum nigrorum capiatur . His si futuro vere potatio acidularum Selteranarum , vel Schwabacensium , sub recto vivendi

generi adjungatur, de auspiciatissimo curationis successu nullus dubito. Quum autem in ejusmodi diuturnis ægritudinibus, symptomata sibi commutari solent; horum conveniens tractatio praesenti Medico curæ cordique esse debet: ceterum nec ego consiliis meis unquam deero.

C A S U S L I X .

De atrophia luxationem femoris sequente.

Puer generosus novem annorum, ingenii vivacissimi ac temperamenti sanguineo-cholerici, uno cum dimidio abhinc anno, dextro pede claudicare coepit. Accitus medicus mali sedem in genu collocabat; quam ego, cum tandem vocarer, potius in osse femoris dextra harere putabam. Namque sub ingressu nullo quidem dolores percipiebat; at tota corporis moles, versus dextrum magis propendebat latus. Adplicuerat interim chirurgus quidam spiritus varios ac emplastra per sex integras hebdomades; sed non solum claudicatio invalescebat, verum etiam genu affecti pedis horrendiprehendebant dolores; alvus, nisi clysteribus solicitata, non respondebat, & lenta accedere videbatur febricula. Ordinabam igitur contra has molestias varia medicamina, inuncto extrinsecus osli femoris spiritu nervino; ex quorum uso & dolores remittebant, & febris evanesceret, & alvus rite succedebat. Visitabam quoque os femoris, atque pedem dextrum sinistro longe breviorem deprehendebam. Continuato autem spiritus nervini ac discutientis uso, luxatum os femoris iu pristinum situm reprobatur, piske affectus naturalem recuperabat longitudinem. Remanebat tantum in postica femoris parte, ejusque junctura tumor quidam, qui medicinis discutientibus obsecundans, brevi post medium illius regionem occupabat; & mox evanescens, mox iterum rediens, se ultra adhibuit externe spiritu ac emplastro discutientibus, interne diaphoreticis,

diureticis, ac lenioribus laxantibus, per integrum inhærebat semestre. Tandem, absque præviis nec inflammatione, nec doloribus, sponte suppuratus, intra paucos dies integrum puris spissi, viscidi, viridescentis mensuram plorabat, & ab hinc frusta simul fibrosa, omni fetore vacua fundebat. Injiciendum ergo curabam balsamum quoddam vulnerarium: unde post diuturnum tempus coalescebat vulnus. Interim aridura, qua a primo malo initio pedem affectum ad talum usque obsederat, facta jam consolidatione magis invalescebat; & tendines muscularum, qui tibiam movent, in poplite, veluti indurati cernebantur, ut puer pedem extendere haud valeret. Conabar hanc contrâcturam unguento quodam demulcere, eodemque ariduram oppugnare; nec sine felici successu; sed suau chirurgorum, me invito, puer ter quavis hebdomade in balnea, ex herbis emollientibus, & aqua, in qua antea canis dilectus, & caput cum pedibus vitulinis decoquebantur, parata descendere debebat, hisque relaxatis magis partibus, gravorem sibimet contrahebat ariduram. Novissime igitur contra hæc vitia comedabam spiritum quendam, ad mentem Purmanni, ex radice angelicæ, zedoarie, galangæ, herba majoranæ, gummi ammoniaco, laudano, storace, mastiche, benzoe, succino, euphorbio & camphora, cum spiritu vini infusis & destillatis paratum: atque unguentum nervinum, ex axungia humana, cati lylvestris, canis, mastiche, gummi ammoniaco, benzoe, therebinthina, balsamo Peruiano, atque camphora, in olei formam destillatis concinnatum. Quæ cum votis nondum fecerint satis, salubre flagitatur consilium.

C O N S I L I U M .

F Emoris luxatio, cuius causa consistunt sum, internam potissimum caussam, nimium humores acres scorbuticos agnoscit; quibus etiam atroces in genu dolores, femoris tumor suppuratus, & seri impuri viscidi effluxus debentur. Ei-
dem

dem vero scorbuticæ humorum vitalium acrimoniae procul omni dubio, aridura quoque affecti pedis in acceptis ferenda est; siquidem sero existente acri, falso atque viscido, non solum tenuissimi canales, qui succum vehunt nutritium, obstruuntur; verum etiam subtilissimi nervorum ramuli ad spasmaticas proritantur stricturas. Quamobrem cum interna cunctorum symptomatum sit causa; internis quoque medicaminibus eo est respiciendum, ut eliminatis impuritatibus succi vitales naturalem temperiem, ac blandam spirituascentiam recuperent; inque partes atrophicas, majori ubertate, deriventur. Hisce scopis non convenientius mihi suppetit auxilium, thermis Emsensibus in balneo subdecenti regimine usurpati; quæ si minus arriserint, sequentem operæ premium factoram credo medicationem.

Primum quidem hoc commendo decoctum; Recipe radicis sarsaparilla, scorzonerae, ana unciam dimidiā. M. C. decoquantur ex binis aquæ mensuris per duas horas. Hoc mane calidum loco infusi Theiformis; reliquo tempore frigidum pro potu ordinario potetur. Deinceps bis quavis hebdomade corpus purgetur leni laxante; cui drachma dimidia rhabarbari pulverisati, eum scrupulis duobus salis Epsonensis, ac binis drachmis manæ ex commendato decocto sumta, optime inserviet: tumque singula vespera pulveris ex cornu cervi, lapidibus cancerorum & cinnabari confecta scropulus unus capiatur. Præterea balnea vaporosa ex aqua pura, floribus Chamæmeli & femine lini parata, in ulium vocare decet; & ab his pedem affectum linteis siccis perfriicare, usque ad rubedinem. Nec denique ludetur opera, si ad roboranda loca affecta pes ille, vino calidiori, aquæ Hungaricæ, & oleo Lavendulae nupio, probe inungatur. Quæ nisi nimis inveteratus fuerit affectus, quin opem sint allatura, non dubito.

CASUS LX.

De ædemate & debilitate pedum summa.

V Iginti septem annorum virgo, que gaudet sanguineo cholericō temperamentio, decem abhinc annis pulmonum abscessu, cum capitibz intolerabiliter dolore, ac summa pedum debilitate laboravit, eaque ægritudine per novem integratos menses lecto fuit affixa. Debellatis feliciter hisce tandem molestiis, succedebat ædematosa pedum intumescencia; & hac etiam congruis praesidiis sublata, remanebat perpetua, &c ad hanc usque diem perdurans pedum infirmitas. Quæ per novissimum triennium tanta sumvit incrementa, ut ob musculorum fibras penitus relaxatas in publicum prodire interdicatur, ac si in conclavi forsitan obambulaverit, repente strepitus circa pedum taleulos audiatur, & illa brevi post, nemine accidente, in terram prosternatur. Per proximum semestre, circa mensium tempus, qui per octo vel novem circiter dies quantitate satis copiosa, sed loturæ carnium simili colore imbuti fluunt, accedere observantur atroces capitibz dolores, nucham simul atque dorsum spinam occupantes. Et his affectionibus solicitata, querit auxilium.

RESPONSO CONSULTATORIA.

V Idi probe ac intellexi ex præmissa morbi historia, quæ virginem nobilissimam exerceant ægritudines: at optasse, ut adhuc quedam momenta, scitu necessaria, fuissent memorata; nimurum quo ægra utatur vita genere, quo adpetitu, quo somno? an menses; olim debito ordine succellerint? an pedes adhuc tumeant? an ad animi affectus prona sit? & quo vultus colore? num pallido, anne horido gaudeat? Quidquid vero sit; ex iis, quæ allegata sunt, symptomatis facile adparet, genus partium nervosarum ac membranacearum natura insigni pollere debilitate; quæ diurno quem

quem decem abhinc annis toleravit morbo, & accidente posthac pedum cedemate, magis utique adaucta est. Præfertim hisce cauiss robur partium solidarum ac musculolarum, quæ pedes constituunt, destruetum ac valde relaxatum videtur: quibus vitiis, diætæ forsan errores, ac uterinæ excretionis irregularis fluor, satis amplum dederunt pabulum; & menses adhuc serosum solummodo plorantes humorem, insigne subministrant nutrimentum.

Ut ergo debellentur hæ molestiæ, operæ erit pretium, ante omnia ventriculum corroborare, succo chyloso blandam conciliare spirituscentiam, & debitum purgationis menstruæ successum adjuvare; tumque externis nervinis ac balsamicis, perditum pedum robur restituere. Hisce satisfactorius indicationibus, primum commendo Elixirium balsamicum, cuius hæc sit formula: Recipe radicis zedoariæ, galangæ, costi veri, corticis cascarillæ, extracti centaurii minoris, cardui benedicti, gentianæ rubræ, myrræ electæ, croci, succini, ana drachmas duas, salis tartari unciam semis, vini Hungatici libras duas, M. digerantur, F. elixirium, cuius quantum cochlear capit, ex aqua vino nupta inter epulas adsumatur. Hoc remedii genus partim ventriculum confortat; partim etiam menses ciendi vi egregia pollet; præsertim si insuper quavis hebdomade de pilularum balsamicarum, aut meæ compositionis octodecim vesperi devorentur. Exdēm pilulæ proximis ante mensium eruptionem diebus singulo mane capiantur; & hora quinta ponueridiana pulvis digestivus, qui ex lapidibus cancriorum, terra foliata tartari, tartaro vitriolato & nitro, componitur, adhibetur; conjunctis omni vespera pediluvii. Et si denique plethora fuerit agra, sanguiferaque crux tulerint vasa, suadeo, ut vena in pede incidatur, & sex circiter crux unciæ detrahantur: quibus subfusis legitimus evacuationis uterinæ successus procul omni dubio restituetur.

Quod vero pedum attinet roborationem, ei nec sola spirituosa, nec multa uactuosa medicamina satisfacient. Magis

abs te erunt vel linimenta, quæ habeant saponem venetum, aquam reginæ Hungariæ, spiritum serpilli, & essentiam bal- lami Peruvianæ, ter quotidie junctoris geauum, atque talis inungenda; vel si tulerit, emplastra, & ex his aut illud, quod manus Dei nuncupant, aut saponatum Barrette, cum camphora, & oleo lavendulæ subactum. Quæ cuncta sum- mū secundet precor Numen.

C A S U S LXI.

De affectu cachectico ex atonia ventriculi ac intestinorum.

NOstra Princeps serenissima, quæ vi- tam agit motus expertem, & deco- ctum fabarum Caffee valde saturatum quotidie solubillare suevit, per aliquot jam menses, hypochondriorum inflationibus, tensivis doloribus, & quadam ventriculi duritie cruciata fuit. Quæ autem mole- stiæ, hisce novissimis hebdomadibus adeo increverunt, ut ob flatulentam imi- tris expansionem, spiratio fieret angusta, atque regionem dextri potissimum lateris hypogastricam dolor occuparet atrocissimus. In usum vocabantur pulveres ab- stergentes, ac digestivi, clysteres, ac un- guenta nervina; hisque in cassum adhibi- tis, substituebantur, præter pulveres ab- stergentes, partim infusum aperitivum laxans, ex radice pimpinellæ, galangæ, ari, bryoniæ, rhabarbari, hellebori ni- gri, summitatibus melissæ, centaurii mi- noris, semine carvi, anisi, fœniculi, cor- ticibus aurantiorum cum vino Rhenano paratom; partim mixturæ tonicæ, liquor terræ foliatæ tartari, aliaque; eo quidem effectu, ut libera spiratio rediret, venter que detumelceret, & vestimentis compres- foris denuo includi posset. Verum, cum paucō interjecto tempore, insigni mero- re, ac paullo post vehementiori excande- scientia percelleretur mulier serenissima; redire cœpit spirandi difficultas; atque se- cata tum in pede vena, tussis supervenie- bat humida, quæ primum assida fere, ac

ac tanta muci viscidi tenacisque expectoratione verabat, ut omnem penitus eriperet somnum; post aliquot autem dies minor facta, per intervalla dumtaxat, ejiciebat pituitam. His novissime jungebantur insignis corporis languor, sitis, adpetitus jactura, inflatio ventriculi, praecordiorum compressio, interpolata respiratio, & alvi obstruacio. Quamvis etiam haec symptomata mixturi balsamicis, ex effentiis scordii, succini, pimpinellae confectis, pulveribus nitroso-bezoardicis, infusis theiformibus, & alvi segnities potionculis laxantibus, non omissis extrinsecus balsamis, unguentis ac sacculis nervinis oppugnata fuerint; & antea singulis sequinoctiis, præmisso pilularum balsamicarum usu, secata sit vena: attamen ad hanc usque diem misere discruciant ægræ, & metum tympanitidis omnino inceunt.

CONSULTATIO.

Quæ Principem serenissimam graviter infestarunt symptomata, inflatione cilicet ventriculi flatulenta, liberam præpediens respirationem, alvi obstruacio, corporis decrementum, adpetitus prostratio, bibendi desiderium &c. & quæ, convenientissimis remedii, interne pariter ac externe frustra usurpati, adhuc immaniter adfligunt; ita sunt comparata, ut prima eorundem origo ex atonia, sive robore membranarum nervearum ac muscularium, quæ ventriculum & intestina cingunt, dejecto omnino derivari debeant. Neque leves se querentibus offendunt causæ, quæ dictarum partium relaxationem sensim procreare valuerunt; quas inter mœrores ac sollicitudines diuturniores, vitam sine motu desidem, cervisia spissioris, ac decocti fabarum Caffee saturationis potum, & denique mensium, per ætatis, quæ quinquagesimum annum attigit, rationem, factam cessationem memorasse sufficiat. Non sane parvi æstinanda est canalis istius membranacei, qui alimenta nostro corpori adaptare debet, atonia; quippe qua ciborum

digestio labefactatur, laudabilis chyli sequestratio, & sordium excrementiarum rejectio viriatur, & hinc succi vitales, maxime sanguis, lympha nutritia, abundumque nervorum tenuissimum, inertes, crassi ac viscidi generantur: unde non vires tantum protervuntur, sed etiam temporis successu viscerum labes inducitur, ut ideo graviores tandem morbi, præterim cachexia, tympanitis, vel hecica febris non immerito sint metuendi.

Qui ut arceantur, & præsentes expungentur; ante omnia usus rerum non naturalium ita dirigendus est, ne sanitas quid detrimenti inde capiat. Nimirum corpus, cœlo existente sereno, sedulo move; cerevisia leviori, ac tenuiori, quæ simul sit diuretica, uti; jusculis ex carne gallinarum, vel vitulina, radice petroselini, cichorei, scorzonerae, & succo aurantiorum paratis crebro velci; ac loco potus Caffee infusum theiforme, quod tale esse potest, sorbere decet: Recipe herbe veronicae manipulos duos, cardui benedicti manipulum unum, florum urticæ mortuæ, chamomille vulgaris ana pugillos quatuor, cardamomi minoris drachmas duas. M. conc. d. f. species.

Ex remedii pauca sunt, quæ commando; præter enim pilulas meas balsamicas, quarum novem alternis diebus vesperi, ad alvum ducendam pariter, ac tonum intestinalum roborandum assumantur; & balsamum vitæ, regioni ventris mane ac vesperi inungendum, opem præclaram spondet essentia carminativa, cuius hæc sit formula: Recipe essentia corticum aurantiorum, tinturæ tartari ana unciam, corticis cascarillæ, spiritus nitridulcis, ana drachmas tres, olei de cedro, ligni sassafras, macis ana guttas sex. M. D. Hujus essentia quinquaginta guttae ex largiori aquarum Selteranarum haustu vesperi capiantur: & inter prandium quinquaginta guttulae Elixirii visceralis assumantur. His denique, si forsitan præternaturalis accesserit, interponatur pulvis nitrosus, & pariter ac essentia in cyatho acidolis Selteranis pleno adhibeatur. Opto ceterum, ut hanc medendi

rationem alius Deus serenissimæ Pinci-
pi jubeat esse faustum ac salutarem.

C A S U S L X I I .

*De affectu rariori cachectico, cum tu-
more uteri scirrhofo, & fluxione
dolorifica in malleolo pe-
dis sinistri.*

etiam pinguedinose illius excrecentia
attribuerunt caussam. Verum utraque
ratio locum non invenit: priorem enim
mali refutat diurnitas, quippe quæ ab
ulcerosis tumoribus admodum aliena de-
prehenditur; alteram autem refellit ana-
tomica structura, quæ uterum nulla adi-
posa pollere membrana, neque ideo ad
eiusmodi excrecentiam opportunum esse
demonstrat.

Quod si vero mecum reputavero, af-
fectum hunc a novissimo puerperio suam
traxisse originem; illustrem foeminam
& ante, & post illud puerperium assi-
duo fluore albo laborasse; atque flatu-
lentia, ut ita loquar, uterina, qua co-
piosi per uterum exploduntur flatus, insi-
gniter cruciari, neque etiam, more a-
lias sueto, post superatum partum, ute-
rum unquam blandis laxantibus fuisse re-
purgatum; in eam omnino inducor o-
pinionem, ut ipsum uterum ab inhæren-
tibus ipsi viscidis, spissis, coagulatisque
fordibus, infractum, expansum, ac veluti-
ti induratum, pro caussa admirandi illi-
ius tumoris habeam. Sæpissime enim
observavi, ex fluore albo, vel abdomi-
nis refrigeratione, vel remediis adstringen-
tibus improvide datis cohibito, sub-
ortos fuisse tales imi ventris tumores: qui
adhibitis internis ac externis discutienti-
bus, ac emollientibus, hisque intra ca-
vitatem uteri injectis, & inde materia
mucida, gelatinæ instar tenaci excreta,
protinus disparuerunt, ut illis affectæ
rurus utero gesserint, felicisque partes
ediderint. In tali vero affectu, ubi simul
uteri substantia indurata, illiusque pori
obstructi, hinc perspiratio humorum
impurorum impedita est; non fieri po-
test, quin flatus in illius cavitate gene-
rentur; qui accumulati, & exitu suo
destituti, ex pandunt matricem, & ac-
cedente præsertim intestinorum flatulen-
tia, tumorem constituant attractus per-
quam durum: explosis autem flatibus,
paullò molliorem. Atque hæc in nostro
etiam sic contingit calo, cuncta docent
symptomata: neq; vero fugiet in arte paul-
isper versatum medicum, quanta ex hoc
affectu in reliquum corpus redundare
pos.

Potquam ego vocatus statum ac vale-
tudinem illustris & Generosissimæ
Baronis coram inspxi, & penitus ex-
ploravi; tria potissimum calamitatum,
quibus per decennium graviter infestatur,
genera occurserunt consideranda. Ho-
rum primum atque maximum est tu-
mor regionem epigastricam, infra um-
bilicum occupans, prægrandis, magni-
tudinem capitidis infantilis ferme adæ-
quans, attactu durissimus, ex puerperio,
quo novem abhinc annis defuncta est,
subortus, & sensim sensimque majus na-
tus incrementum, adeo, ut abdomine
flatibus expanso in majorem increbat
molem, ipsamque umbilici regionem ob-
sudeat; contra vero, vacuo a vaporibus
ventre, imminuatur, ac mollior fiat.
De hoc ergo tumore in questionem ve-
nit, quænam illius sit sedes, quæ ori-
go, & quæ ab illo noxæ sint metuenda?
Medicorum quidam accusarunt scirrum,
intra uteri substantiam hærentem; quo-
rum opinionem vero mensum regularis
fluor, quo mulier illustris gaudet, vi-
deretur oppugnare. Quamobrem alii cre-
diderunt, intestinorum canalem, velu-
ti induratum, flatibus nullum permitte-
re transitum; hinc in tantum elevar tu-
morem, tympanitidis utique significan-
tem primordia. Sed & huic sententiæ
partim morbi diurnitas, partim ipsius
tumoris rotunda figura valde repugnat:
namque prioris ratione vero est simili-
num, totum abdomen intumescere de-
buisse, & respectu posterioris momenti,
conceptu est difficillimum, qua ratione
intestina, halitusis vaporibus distensa,
globosum semper formarent tumorem.
Hinc denique alii ulcerationi uteri, vel

Hoffm. Consult. Med.

possint detimenta? Proximum enim est, ut sanguinis circuitus per uteri substantiam, ob vascula minima a tumore scirrhoso compressa & obstructa, retardetur: hinc stagnando acrimoniam quandam contrahunt uterini succi, quam cum reliqua ac universa humorum massa, ad illam reversi communicant. Ob eandem rationem crux ille, qui menstruo tempore adhuc efficit, non solum quantitate paucatim imminuitur, verum etiam a naturali temperie recedit, sordibusque viscidis imbutus fertur: neque etiam in tali rerum statu, ulla futurae imprægnationi spes relinquitur.

Alterum, quod illustri ægrotæ molestiam creat, malum est fluxio dolorifica in malleolo pedis sinistri. Ex illo enim loco, certis temporibus ichor acerrimus ac corrodens exfillat, tantusque jungitur dolor, ut nec insistere pedi valeat, sed lecto affixa teneatur: cuius calore si affecta pars fomentata fuerit, intra paucos dies sponte evanescit omnis dolor non minus ac fluxio. Tum vero protinus excipiunt atrocissimi in femore cruciatus, qui non prius mitigantur, quam donec pedis tumor saniem plorare atque dolere rursus cœperit. Pes adfectus simul contabescit; & turbata quoque totius corporis nutritione, omnes languescunt vires. Exinde vero adpariet, quantus sit infirmi pedis cum osse femoris consensus; nec dubium est, quin acre serum, quod ulcus pedis per intervalla plorat, ab osse femoris ad pedem derivetur; & ad illud ex vicini uteri indurata, ac muco obducta substantia deferatur.

Tertium denique morbi genus, cui insignis debetur animadversio, constituant passiones hypochondriaco-hystericae, quæ foeminam generosissimam misere discruciant. Has innuant flatulentæ distensiones, ac spasmodica imi ventriforma, qua versus menstruum tempus atrociora observantur, anxieties praecordiorum, cordis palpitaciones, inquietudo ac angor animi, ejusque ad terrorem, & graviores affectus in signis facilitas; ventriculi debilitas, digestio turba-

ta, atque tanta alvi segnitias, ut non nisi pilulis sollicitata respondeat. Et cum ventriculi robore tali ratione labefactato, invicem sanguinis ac chyli laudabilis, humores impuri, acres, biliosi getierentur; non solum vires totius corporis prosteruntur, & pulsus arteriarum cordisque admodum languidus fertur, verum etiam omnes solidæ partes, debito nutrimento orbatae contabescunt.

Quæ cum ita sint, eo jam dirigere oportet omnes curandi scopos, ut quæ præstio sunt mala, convenientibus remedii debellentur, majora vero atque futura, maxime tympanitis aut hectica præcaveantur. Verum funditus extirpare omnem calamitatum cohortem, vel ob scirrhosum uteri tumorem, qui cunctis originem præbet symptomatis, erit difficultum, & sufficiet, si atroces passiones mitigaverimus paullisper. Quod ergo ipsum illum uteri tumorem attinet, illum emollire, ejusque incrementum impedire conveniet. Quam ob caussam experientia fultus commendo semen milii cum lacte, ad consistentiam pulsis crassioris coctum, & intra linea duplicita, ne humectet ventrem, nocturno præsertim tempore tumori illi adplicatum, continuando per aliquod tempus, & insuper omne frigus, uti generatim ab imo ventre, ita præcipue ab affecto loco probe arcendo: namque hoc remedii genere tumores mammarum scirrhosos, ac fere carcinomatosos emollitos pariter atque curatos vidi.

Ut porro flatulentæ expansiones discutiantur, simulque ventriculus cum intestinis corroboretur, nihil est præstantius balsamo meo vitæ, extrinsecus abdomini inungendo, & superimponendo linea calefacta. Quo eodem scopo, & ad præcavendam cruditatem in ventriculo generationem, egregiam excret opem, viscerale meum atque balsamicum Elixirium; quod ut quotidie sub epulis ad quadraginta guttas ex hau- flu vini Hungarici capiatur, auctor sum suaforque.

Quum autem præcipuum, ut cunctarum affectionum, ita maxime dolorificæ flu-

fluxionis in pede fundamentum in scorbutica, viscida ac biliosa humorum vitium intemperie latere videatur: ab interno, ac bene ordinato thermarum Carolinarum uso, sequentem in modum insituendo, præstantissimum expectare licet auxilium. Postquam nimis uter hosc fontes accesserit illustris mulier; post unius diei, ad recuperandas vires permisit otium, summis vesperi pilularum mearam undecim, inchoetur postridie aquarum potatio. Hujus sint tria intervalla, quorum binis prioribus per sex semper dies molares thermæ; ultimo per septiduum ordinaria, quas den Brudel dicunt, hauriantur: molares enim longe leviores magisque spirituolas fovent aquas, quam quidem ordinaria, quippe quæ multa terrefri ac calcarea scatent substantia. Primo die mane undecim aquarum vascula, prout ibidem ex usu sunt, potentur; altero quindecim vel sedecim, tertio viginti duo: qui summus esto numerus. Nimirum enim aquarum moles praesenti morbo minus est conveniens; & hanc ob causam, si thermæ per alvum ac urinam rite operentur, melius est sequentibus diebus numerum vasculorum immunuere. Finita sex dierum periodo, abstineat ægra per unam diem a potu, & summis eadem vespera iterum pilulis, alteram, sicque etiam tertiam adgrediat periodum. In fine curationis per biduum successive devorentur dictæ pilulæ, ita ut vesperi septem earum, totidemque mane deglutiuntur. Sub hac autem potatione, præter commendatum superius Elixirium, inter pastum capiendum, pedes, ut corroborentur, quavis vespera in pediluvia ex aquarum molarium & lactis vaccini æquali portione parata immittantur, inque eo per horæ dimidium detineantur. Non minus alternis diebus pulvis meus præcipitans cum quindecim guttis liquoris mei anodynii, ex aqua cerasorum nigrorum adhibetur: & denique pro potu ordinario vel acidula Selterana inserviant, vel sequens decoctum: Recipe hordei mundati manipulos duos, radicis scorzonerae, cornu cervi raspati ana unciam

unam. M. coquuntur in vase clauso cum tribus aquæ mensuris; percotentur, ad ditisque olei de cedro septem guttis, & sacchari una uncia, in usum adserventur.

Postquam igitur, feliciter absoluta thermarum istarum potatione, redux facta fuerit Baro generosissima: consutissimum erit, ut autumnali præfertim ac vernali tempestate, per aliquod hebdomades, singulo mane mensuram unam acidularum Selteranarum lacti asinino nuptarum hauriat; aut sero lactis utatur, cuius hæc est præparatio: Lactis recentis vaccini mensura una, additis vel vini Rhenani binis cochlearibus, vel succi Citri dimidio cochleari, leviter coquatur, ut coaguletur, tum percöletur, ejusque mensura una quotidie sorbeatur, cuius portio dimidia mane tepida, a meridiæ frigida potetur. Neque levem præstabunt operam, juscule medicata mane vel loco infusi theiformis capienda, vel cum sero lactis alternanda. Ad ea conficienda sumuntur gallina in frusta discissa, tres cancri, dum vivunt, in mortario contusi, radicum cichorei, scorzonerae, chinz, petroselini, eboris raspati ana uncia una, coquuntur in vase stanneo cum mensura una aquæ puræ, sub finem tantillum salis communis, florum macis, ac succi aurantiorum additur, & sic sorbillatur. Præterea terquis anno, sub finem scilicet Februarii, Septembri, ac ineunte Junio, venam in pede secare, atque quatuor vel sex cruoris uncias detrahere oportet.

Et quod denique ad pharmacorum usum spectat; ex iis Elixirium sepius dictum quotidie ab epulis sumendum; ac per vices liquorem anodynū cum pulvere præcipitante ex aqua frigida vesperi capiendum, pilulasque meas quandoque interponendas suadeo. Imprimis, instantे menstrua periodo, ad fluxum promovendum, per aliquot dies quavis vespera septem dictarum pilularum, vel solas, vel pulveri præcipitanti nuptas vehementer laudo deglutiendas. Quibus omnibus, si mentis tranquillitas, omniumque mœrorum atque curarum evitatio, & moderata corporis exercitatio

accesserit: haud dubito, quin dirorum symptomatum exoptatum sint allatura levamen.

CASUS LXIII.

De cacheetica corporis constitutione ex soda diurna.

Vix generosus quinquaginta quinque annorum, temperamenti cholericō-melancholici, adolescentiæ suæ periodum sub perpetua animi hilaritate, ac illibata corporis valetudine, felix transegit. Verum cum partim in Academiis degens, partim in vita militari, cui nomen dederat, multis victus, potusque excessibus, atque erroribus indulseret, variisque corporis defatigationibus obnoscens fuisset: ipse non miratur, quod yictum robur successive labascere cœperit. Præsertim adhuc junior, vinis calidioribus, fumo Nicotianæ largiori, & quotidiano spiritus yini usui adsuetus, id effecit, ut per triginta jam annos, molestan sapissime patiatur sodam. Ab hac liberari cupiens, multos consuluit medicos, & quamplurima usurpavit medicamina; ex quorum numero non præstantius solamen, quam ab ipsa creta percepit. Hac per viginti annos uti suevit, dum illius quindecim grana, vel scrupulum unum, imminente malo assumit, cum ardoris istius momentanea remissione. Quod si vero illam haud ceperit, horrendo cruciatu infestat soda, nec remittit, nisi vomitu vel sponte insequuto, vel digitis in fauces intrusis procurato. Redundunt per illum fortes acidissimæ, dentes fere arroentes; tumque per aliquot dies, prout cibos incongruos evitaverit, a malo suo liber est: quare etiam per multos jam annos, ab omnibus acidis, pinguibus, similagineis, quin & potu spiritus yini abstinuit, nec amplius herbam Nicotianæ sugere suevit. Contra vero pulveres sternutatorios ad hanc usque diem, largissima quantitate naribus attrahere solet; iisque tantum humorum salivalium ad glandulas pituitarias ac sali-

vales adfluxum sibimet contraxit, ut non tantum de die multum salivalis humiditas & spuat, & naribus ploret, verum etiam noctu limpidi succi ex ore fluant. Præterea ciborum adpetentia magis magisque imminui cœpit; quā restauratus, suau Medicorum, sex abhinc annis acdulas Egranas, sequenti anno Teinacenses potavit, cum successu felicissimo. Sed posthac vires corporis cum adpetitu pauplatim evanuerunt, maxime per novissimum triennium: quo, singulis epulis, nihil nisi aliquot julculi, aut lactei pulsis cochlearia assumere; carnium vero, vel solidioris cibi rarissime quicquam, aut non ultra unciam comedere valet. Neque ventriculus fert cerevisiam; in cuius locum quotidie ultra binas vini Neccariensis mensuras potare soluit, quo vires aliquantulum refici putavit. Postquam autem tantam vini quantitatatem, ventriculo a cibis vacuo, admodum inimicam dissuassent medici, idque alvi obstructio- ne, qua sèpius per aliquot dies laborat, comprobassent: paruit ipsorum consiliis, vinumque tertia aquæ cum aniso stellato decocta parte permixtum babit. His denique molestiis novissimo anno supervenit violenta tussis, qua singulo mane albam tenacemque exscreat pituitam, cum corporis contabescientia, ac adpetitus in dies aucta prostratione. Quæ cum vernali hujus anni tempore, atrocioribus laterris puncturis, dorsisque doloribus complicata invalesceret, meum tandem auxilium flagitavit vir generosus.

Datis ergo congruis medicaminibus, remiserunt dolores, tussis paullulum mitigata est; quam penitus consopire eo minus consultum judicavi, quo magis ager sub rejectione muci optime habet. Interim molestus ventriculi ardor, licet strictissimam servet digestam, quotidie ferme, & tempore secunda in duodecimo concoctionis urget. Hinc putavi, sodam illam ac vomitionem ex faburra ventriculi acida, virio succi pancreatici sustentata, originem traxisse; & postea partim crebris vomitibus, partim etiam continuo cretæ usu, ventriculi rôbur adeobefactatum fuisse, ut inde & adpetitus jactu-

jacturæ, & infirmæ digestionis ratio posset suppeditari. Quamobrem, rejecto cretæ usu, commendavi ad aciditatem temperandam, & stomachum confortandum, mixturam ex liquore terræ foliatæ tartari, tintura salis tartari, & martis tartarifæ Ludovici concinnatam: quam vero, dum non ferret subitanæam opem, omisit æger, & cretæ rursus indulgere ceperit. Adventante æstate, & ventriculo ad potandas minerales aquas existente incepto, haud alienum credidi, ad primas vias ab omni saburra viscida non minus ac acida repurgandas, potionem aquarum Sedlicensium commendare. Annuit quoque consilio meo generosus æger, & intratres dies earum aquarum unam dumtaxat bibt lagænam, sumta die quarta, ex aqua simplici, dimidia salis Sedlicensis uncia. Verum cum sub hac curatione, semel tantummodo singula die depositisset alvum, & aquas, simulac potæ erant, protinus per urinam fuisse redditas affirmasset, destitit ab ulteriori potatione; nec minus commendatis loco cretæ pulveribus, qui crocum martis aperitivum, oculos canerorum citratos, terram foliatam tartari, & arcanum duplicatum habebant, ut reclusavit. Desideravit potius exterorum ac celebrium medicorum de statu illius morbo judicium; quod in primis abs Te, Vir Experientissime, flagitamus, & doceri præsertim aevemus:

1. Quinam sit præsens morbus; quæ illius cauſa, atque origo; & num ex aſſidua tufi, corporis contabescencia, inſigneſ languore, ac perpetua refrigerationis ſenſatione, heclicam ſuſpicari li-eat febrem.

2. Qua ratione ea mala curari ac præſervari poſſint.

CONSILIIUM MEDICUM.

Cuncta, quæ virum generosum gravi-ter ſollicitant, ſymptomata, veluti coniuncta, & per triginta annos inhærens ſoda, quam demulcere, leque a ſævit tor-mentis, vomitibusque acidissimis præſer-

Hoffm. Consult. Med.

vare ſolet cretæ uſu; porro copioſa ſalivæ pituitaſ per nares fluxio, atque ſputatio, tuſſis diuturna, appetitus jactura, alvi ſegnities, corporis contabescencia, vi-riuumque decrementum, clarissimo ſunt documento, vim ventriculi digestivam; a copioſa ſaburra acri & acidissima, in primis viis ſtabulante, admodum eſſe la-befactatam. Inde vero chylus non niſi crudus, indigestus, ſemiacidus ac minus temperatus generatur, ac reliquias humo-ribus permisctetur; a quo non tantum tur-bata nutritio, viriumque jactura ſuos mu-tuantur natales; verum etiam, dum ſero-fa tenuiorque ſanguinis portio copioſius ſecedit, largior ſputatio, multaque pitui-tæ e naribus ac pectori ejectio ſuam trahit originem. Eadem præterea acida humo-rum acrimonia præcipitat, ac veluti coe-rect particulas ſpirituofas ſulphureas, quæ bilem conſtituunt; quare ipſe ſuccus bi-liofus, ad cicurandum in primis viis con-tentum acidum utilissimus, redditur iners; viſcera ſanguinea, maxime hepar, atque pancreas a crasso ſanguine obſtruuntur, & hinc nec ex hepate ſufficiens ſpiri-tuoſ bilis ſcretio, nec ex pancreate lymphæ tenuioris fermentalis legitima ſe-queſtratio, irreparabili digeſtionsi danno, contingere poſteſt.

Ad horum vero malorum, præſertim moleſtissimæ ſodæ tantam diuturnitatē quotidianus ac nimius cretæ uſus con-tribuit: hæc enim, licet acidum pro-mote absorbeat, ac præcipitet, attamen nocivum adſtrictionis effectum relinquit; unde non modo graviores tunicae glan-dulosæ, quæ ventriculum, ac i[n]teſti-nūm ambit, conſtrictiones, ſed alvi quoque pertinacissimæ inducunt obſti-pationes. In quo rerum ſtatu heclica quidem nondum præſto eſſe videtur; at quin ob digeſtione viſitatem, & viſce-ra male conſtituta, cachectica corporis conſtitutio utique jam invalauerit, nul-lum prorsus eſt dubium; nec vanus fa-ne metus, ne tandem lenta febris, cum tumore pedum, ac corporis contabescen-tia inſequatur.

Quare cum periculum in mora ſit, conſultissimum puto, ut malo quam ocylli-

Dd 3 me

me ferantur suppetitæ , & hac intentione eruditates primarum viarum eliminentur, blanda chylo ac sanguini restituatur spirituascentia , & obstruta referentur viscera: quo scopo remedia amara , visceralia , roborantia , aperitiva , & sic dicta anticachectica usus sunt præstantissimi . Commendo igitur vinum laxativum, quod sic le habet : Recipe radicis cichorei , rhabarbari ana unciam unam , radicis pimpinellæ , gentianæ , corticis ligni sassafras , limaturæ martis ana drachmas tres , passularum minorum uncias tres , terræ foliatæ tartari drachmas duas . C.C.M.D. S. species , quæ cum una & dimidia vini mensura infusæ , intra sex dierum spatiū , mane adsumuntur . Hoc potu ab soluto , ter quavis hebdomade pilularum balsamicarum , ad modum Becheri , vel Stahlii confectionarum quatuordecim , cum pulvere absorbente maritatæ vesperi devorentur . In locum potus ordinarii , felicissime substituantur acidulæ Selteranæ , earumque binæ partes cum una vini Rhenani commixtæ ; aut etiam decoctum scorzonerae cichorei cum vino paratum . Præterea corpus sedulo moveatur ; ac sub epulis capiantur quadraginta gutta Elixirri temperati , quod ex extractis amaris , cardui benedicti , centaurii minoris , succino , myrrha , sale tartari , cum vino Hungarico sit concinnatum . Quod si denique vires permiserint , prævia hac commendata suratione , insignissimum ab usu thermarum , quæ in Carolinis scaturiunt , molarium , polliceor auxilium .

C A S U S LXIV.

De cachexia cum asthmate & tumore hydropem minante.

Qui jam ago quadragesimum sextum ætatis annum , statua corporis longiori præditus sum , ac olim vegeta sanitate , & integra ciborum adpetentia gavisus fui : octo circiter abhinc annis , insignem scroti pruritum , stillicidio quodam lymphæ tenuioris , ex affecto loco

instar sudoris transpirantis stipatum tollere coepi . Expugnatus hanc molestiam , quotannis potavi acidulas Pyrmontanas , vel Schwalbacenses ; ante binos annos balneis Wisbadensibus usus sum ; & extra hasce curationes , acidulas Wildungenenses , vino nuptas pro potu ordinario adhibui . Quum autem hæc & alia remedia spem fellissent : tandem ante tres circiter menses , aquas adstringentes loco adfecto applicui , eo effectu , ut pruritus non minus ac lymphæ acrioris stillicidium brevi tempore remitterent . At vix sublatis his affectionibus , aliæ successerent longe graviores , quæ ad hanc usque diem me habent sollicitum . Nimirum gravi præcordiorum compressione cum sibili sensatione , cordis palpitatione , insignique spirandi difficultate , noctu præsentim discrucior ; quibus symptomatibus hora matutina quinta , æstus præternaturalis , & oris siccitas superveniunt . Abdomen est tensum , alvus obstruta ; flatuumque urget retentio , ut sèpè cyste vel purgante uti cogar remedio . Mictio fit difficilior , sed urina redditur tenuis , ac iusto rubicundior , & post diurniorem paullo moram , sedimentum deponit mucosum ex albo roseum , quantitate sat copiosa . Ciborum adpetentia sensim prosternitur ; pedes quavis vespera intumescere videntur , & abdomen , non obstante crebriori alvi fluxu , manet tensum & expansum ; sed pectus , caput , artusque superiores contabescere cœperunt . Pulsus fertur languidus , & celer : ac denique ab omni spiritus vini usu abstineo , pro que potu ordinario æstate aquas Wildungenenses , cum vino Rhenano mixtas , hymene cerevisiam potare soleo .

Judicium cuiusdam Medici .

Generosissimus vir , & perquam strenuus Chiliarcha per multos abhinc annos atrocibus scorbuticis in dextro pede doloribus , tam tensivis , quam ardentibus , brachiorum lancingationibus ac molestissimo testium pruritu , atque lymphæ acrioris ex illis stillicidio , misere cruciatus fuit . Adhibitis præstantissimis

remediorum generibus, remiserunt quidem hæc symptomata; ac cum generosus & er procerò gaudeat corpore, & passionibus hypochondriacis obnoxius, insigne ad hæmorrhoidalem fluxum possidat proclivitatem, testantibus tuberculis, haud ita pridem anum obsidentibus; factum utique est, ut ante aliquot menses, asthmate flatulentò hypochondriaco, imi ventris tensione ac intumescencia, pedum tumore, lotiique difficiiliori motione stipato corriperetur.

Cuncta vero hæcce mala, partim a sanguinis, exitu suo per venas hæmorrhoidales destituti, stagnatione circa venam portæ, quæ in corporibus sanguineis ac obesis ob vasorum sanguineorum exilitatem frequentius solet contingere; partim ab obstructione vasorum minimorum, ac viscerum abdominis suos procul dubio mutuantur natales: unde quoque tensionem, pressionem sub costis spuriis, flatulentiarum, spirationis difficultis, ac ferme suffocative, aliarumque affectionum causæ sunt repetendæ. Et quamvis horum vitiorum, præsertim inveteratorum curatio tantis circumscripta deprehendatur difficultatibus, ut potius verendum sit, ne ex illis hydropticæ, vel alii immedicabiles suboriantur affectus: tam inauspicatam tamen in nostro ægrotante ferre prognosin, ciborum adhuc integra concoctio, & color faciei floridus, & a cachectico remotissimus minime permittunt; neque tilla preternaturalis lymphæ extravasata congeftio, hydropsis prænuncia, observatur. Et præterea, sicuti probe annotant, ac experimento confirmant Acta Anglicana, subjecta languinea, ac proceræ minus obnoxia existunt morbis hydropticis; quoniam seri acrimonia, si quæ fuerit, per nimiam pinguedinem attemperatur, atque coercetur.

Quod igitur tanti mali curationem attinet; in nostro quidem ægrotante, diurna ac fere triginta trium annorum experientia suffultus, sequentem commendavi. Primum ut stagnationi sanguinis succurratur, venam in pede secandam, eamque sectionem bis vel ter quotannis

repetendam, atque simul duas cucurbitas cum scarificatione femoribus admoveendas curavi. Tum in ipso asthmatis paroxysmo, ad tiæmorrhoidalem defuper respiciens fluxum, ano infundi jussi sequentem clysterem: Recipe florum verbasci, summatum millefolii ana drachmam unam cum dimidia, foliorum sennae drachmas duas, tartari tartaratis scrupulos duos, trochilorum alhandal, aloes lotæ ana grana quatuor, herbae galopeidis manipulos duos; infundantur cum s. q. aquæ communis ferventis e.g. uncis octo, stent per 24. horas in loco calido, vase clauso: Colatur adde olei lilio rum alborum unciam unam. M. D. Deinceps curæ mihi cordique fuit, ut viscerum pariter ac alvi obstructionem referarem, flatulentos vapores per inferiora expellerem, atque mictionem tedderem faciliorem. Hisce scopis inservierunt familia alcalia, tum media fixa, tum volatilia, magnesia alba cum arcano duplicato mixta, sal genistæ, absynthii, ciciorei, artemisiae, tartarus vitriolatus, regulus antimonii medicinalis &c. quæ remedia mane ad drachmam dimidiæ propinavi. Non minus alvum purgavi, & hoc fine semel quavis hebdomade dedi extractum esulæ, vel elaterium, cum manna solutum, accremore tartari permixtum; aut per aliquot dies exhibui pilulas, quæ habebant gummi ammoniacum, aloem rosatam, extractum centaurii minoris, myrrham, ac nitrum &c. aut etiam mercurium in pilularum forma ordinavi. Ad ciendum urinæ fluxum, arcum tartari liquidum, cum extracto fumaræ, & tinctura rhabarbari mixtum, & quotidie ad drachmam dimidiæ datum, operæ fecit pretium. Atque, ut flatulentæ succurrerem, bis quotidie sub epulis sumendas jussi sexaginta guttas tincturæ tartari, antimonii, succini, spiritu salis ammoniaci anisato, & aliquot olei foeniculi, corticumque aurantiorum guttis maritate; in cuius locum nonnunquam substitui essentiam carminativam, quæ ex spiritu nitri dulcis, essentia aurantiorum anauncia dimidia, tincturæ tartari, spiritus

tartari , salis ammoniaci ana drachmis duabus , olei chamomillæ Romanæ , atque carvi ana guttulis binis erat confecta .

Quod si denique asthmaticus invaderet paroxysmus ; haud sine singulari frumento dedi octoginta circiter guttulas liquoris , qui sic habebat : Recipe florum ammoniaci in aqua scabiosæ solutorum unciam semis , infundatur pulveris fuliginis uncia uni , stent ad tincturæ extractionem ; filtretur , colaturæ adde salis cornu cervi drachmas tres . Filtretur & detur ad usum . Nec irritam in ejusmodi asthmaticis passionibus deprehendi operam mixturæ , cujus hæc erat formula : Recipe aquæ aperitivæ uncias quatuor , foeniculi , veronicæ ana uncias duas , tincturæ tartari drachmas duas , liquoris cornu cervi succinati , spiritus salis ammoniaci anisati ana drachmam unam , spiritus lumbricorum volatilis drachmas tres , syrapi veronicae parum . M. D. S. mixtura , cujus cochlear unum singulis binis horis capiatur .

Cæterum præter thermas ac acidulas , commendavi , ut generosus æger , ab omnibus alimentis acque ac medicamentis justo calidioribus , exæstuantibus , cibis acidis , faltis , aromatisatis , flatulentis , & concoctu difficultioribus , viuis calidioribus , dulcibus , spiritu vini , animique commotionibus , maxime mætore , omni studio sibi caveret . Contra vero auctor fui , suaforque , ut corporis exercitatione per equitationem ac vesci- nem in curru sedulo uteretur ; ac denique ex vinis Mosellanum , super sale genisti , ab synthii , ac petrofelini infusionem , ob virtutem , quam possidet , diureticam potarer .

RESPONSIO CONSULTATORIA.

EX litteris Viri generosissimi , & adnexo ipsis judicio medici ordinarii probe intellexi , ipsum cachexiam cum asthmate , & tumore hydropem minante complicata , graviter infestari . Expugnaturus vero hoc malum , non modo ad ipsa morbi symptomata , sed

præsertim ad caussam illius , curandi intentionem dirigere suivi . De qua si dispiciam ; eam non nisi in lymphæ acrioris stillicidio ex scroto , per aquas adstringentes , forsan remediis mercuralibus nuptas , improvide cohibito collocandam arbitror . Hac enim factum est , ut acrior illa materia ad nobiliores corporis partes , maxime pœcordia , & transversum septum compulsa , illas ad spasmodicas constrictiones proritaverit ; hinc liberum ac æquabilem humorum vitalium progressum impediverit , & graviora illa symptomata progeneraverit . Nec pauca mihi succurrunt exempla , ubi ex podagra retropulsa , scabie improvide exsiccata , fluore albo adstricto , & ulceribus præmature consolidatis &c. similes affectiones , anhelitus graves , tumores cedematosi , hydropici , at tuum superiorum ariduræ &c. haud sine vita periculo fuerunt subortæ . Longe graviora vero symptomata , & majus periculum minantur horum exanthematum improvidæ curationes , si nobiliorum viscerum , maxime hepatis post se traxerint obstructions , quippe quæ curationem quoque reddunt longe intricationem , quam quidem est , si sola adhuc spasmodicæ partium nervosarum ac membranacearum peccaverint stritture . Quom itaque in præsenti casu , viscera adhuc salva , & a labe immunia fore spero : nullus quoque dubito , quin curationi felici sit potitura eventu , si illa rite instituatur , temporisque diurnitate ac patientia adjuvetur . Quod attinet medicamina a medico ordinario commenda ta ; illa quidem generatim in hisce morbis non aliena deprehenduntur ; sed iam eardo rei in eo consistit , ut jam ea se ligamus præsidia , quæ speciatim præsenti malo , & viri generosi constitutio ni sint adaptata . Hoc fine ab omnibus purgantibus , ac calidioribus medicinis abstinentur , etiam atque etiam hor tor ; & sequentem medicationem fore convenientissimam confido .

Primum quidem singulo mane sex circiter vascula infusi theiformis forsil landa suadeo , quod sic se habet : Recipe her-

herbae cardui benedicti manipulum unum, summitatum millefolii, florum chamæmeli vulgaris ana pugillos quatuor, seminis foeniculi drachmas duas. Conc. Cont. D. Ante hujus potationem, pariter ac vesperi 50. guttulae florum sambuci capiantur; & brevi ante prandium, nec non hora quinta pomeridiana drachma dimidia salis mei aperitivi assumatur. His per tres dies usurpati, quarta mane haud fecus, atque praecedente vespera sedecim pilularum balsamicarum, quæ maxime sunt compositionis, deglutiantur: eademque die a reliquis medicaminibus abstrahatur. Tum priora per tres dies reperantur; & summis quarto iterum pilulis, hæc medicatio per aliquod tempus, alternatim dicta ratione continuetur. Denique pro potu ordinario commendo sequens decoctum, cum tertio vini Mosellani parte remixtum: Recipe saraparilla electæ uncias quatuor, radicis cichorei unciam unam, seminis foeniculi unciam semis. Conc. Cont. F. species, quarum unciae binæ ex tribus aquæ mensuris per horam deuantur dimidiæ. Quæ si rite observentur, effectum procul omni dubio præstabunt saluberrimum.

CASUS LXV.

De affectu cachectico tympanitico.

VIR quidam consultissimus, annorum quinquaginta novem, temperamenti cholericofanguinei, statura procerioris, tam robusta olim valerudine gavisus fuit, ut prater varolas, morbillos, & acutam febrem anno ætatis vigesimo quinto, cum in Italia degeret, perpetiam, nullos unquam toleraverit morbos. Viginti circiter abhinc annis, nocturno tempore, ex improviso ipalmo quodam oris ac narium corripiebatur; quo sponte remittente, sanus vixit, nec ideo ullis medicinis, nec venaectione nisi inordinata usus fuit. Interim crebram tristitia, iracundia, aliorumque animi affectuum habuit occasionem, ac præfertim ob dua-

rum uxorum, & filii, spei optimæ, præmaturum obitum, multis acerbisque indulxit moeroribus. Hinc ante annum tempus corpus emacrescere cœpit; sed cum præterea bene haberet, somno fructuoso placidissimo, ciborum præter carnium fastidium integra gauderet adpetentia, suisque muneribus vegeus præesse posset; parvi æstimavit illam contabescientiam. Mense demum currentis anni Aprili, summis forsan inter convivium, ex simila ac butyro pistis edulis, & paullo post porta cerevisia triticea; accidit, ut insequente nocte, subito prefforium, vehementerque in pubis regione dolorem, cum ardore urinæ, ac veluti stranguria flipatum perciperet, & continua mingendi cupiditate, mictione vero parciori & dolore in urethræ orificio molestissimo urgeretur: qui ad hanc usque diem, maxime sub lotii missione, aut si curru super stratis lapideis vectus, fortius concusserit corpus, vehementer adfligit. Præterea sensit nonnunquam aliqualem ad fluxum hæmorrhoidalem proclivitatem, dum ante decennium non minus, ac circa æquinoctium vernale, novissime elapsum, crux tantillum cum fæcibus per alvum reddidit; sed ipse fluor nunquam successit. Quare Augusto mense acidulas Egranas potavit; quæ nullum quidem sudorem, ad quem natura est difficillimus, moverunt; at per alvum ac urinam præstantissimum ediderunt effectum, adeo ut sub earum potatione optime viguerit. Verum hac finita pedes primum circa taleulos, & brevi post ipsum abdomen tumere cœperunt, & reliquum corpus, præfertim facies, magis magisque contabescerat; atque inter scandendum per scalas spirandi accedebat difficultas.

Meum tandem ante quatuordecim circa dies flagitavit consilium. Ideo cum ex bene ponderatis omnibus morbi momentis, non sine ratione, viscerum, præfertim hepatis obstructionem suspicarer, atque cachecticum utique statum vererer; eo curandi scopos direxi, ut obstructa viscera referarentur, tonus eorum

confortaretur, serum superfuum ac stagnans e corpore prosciberetur, flatus discuterentur, ac vis stomachi digestiva adjuvaretur. Hoc fine adhibui pulveres salinos resolventes, leniter diureticos, interpositis martialibus, anticachecticis, stomachicis, ac carminativis; & extrinsecus adiplicui sacculos ac emplastra discutientia. Laxantia ore tenus exhibere, & ob insigne, quo ager illa prosequitur, fastidium, & virum defectum timui; & potius clysteres a no fundendos curavi; quibus faeces copiosissimae, nigrantes, induratae, cum multis flatibus educebantur, & abdomen siebat mollius. Superveniens quoque tussicula, nocturno potissimum tempore adfligens, recensisit remedium cedebat; & post topicorum usum, pedum tumor imminuebat.

Sed quam maxime vereor, ne aliqua viscerum labes, & status tympanitico-hydropicus actu praesto sit. Namque ventre maximam habet molem; & vacuatis nequicquam clysterum ope flatibus & que ac copiosis stercoribus, manet tumidus: neque minus crurum pedumque tumor, licet sub decubitu in lectis calidis, paupisper decrescat, erecto rursus corpore protinus adest. Urina per pauca meitur, minimeque assumotorum respondet quantitati, colorem refert aurantium, obscuriorum, ac rubrum deponit sedimentum; quale eorum, qui inflammationibus laborant, lotium dimittit. Novissime etiam scrotum attollitur; & humorum jam quedam extravasatio facta fuisse videtur. Nec silentio prætermitti debet, ægrum sepius, euorem ex atro rubentem e naribus fundere; ceterum animo esse subtristem, & ad commotiones patheticas facillimum: pulsus percipitur debilis, ac frequens, absque calore prænaturali; ac denique ciborum adpetentia prorsus dejecta, somnus turbulentus, corporisque vires penitus prostratae.

CONSULTATIO.

SYmpromata, quibus virum Consultissimum male haberi, ex præmissa morbi historia intellexi, sunt sane gra-

vissima, & magnum portendunt periculum. Nisi enim viscera imi ventris adhuc a crasso feculentoque sanguine tantummodo infarcta crederem; & ea ab omni induratione immunita haberem, sane non possem, quin imminentem, imo actu præsentem corporis inferioris tumorem hydropicum, superioris vero contabescientiam suspicarer. Nec latent causæ, quæ ad ingenerandum hoc grave malum contribuerunt, quas inter vita sedentaria motus sufficientis expers, crebri moeres, ac animi commotiones, hemorrhoidum denegatus flos, & parcior sanguinis per sectiones venæ misso sunt præcipue. Curatio porro, quam huic morbo adaptavit medicus ordinarius, ita est comparata, ut nihil fere super sit, quod addere possim. Unicum adhuc monere liceat, quod nimurum in ejusmodi tumoribus hydropicis, potentior paullo evacuatio sit necessaria: cui scopo cum purgantia draistica, ac vehe mentiora minime convenient, felicissimo cum successu satisfaciet infusum mannatum, cuius hæc sit compotio: Recipe mannaæ electæ uncias tres, terræ soliatæ tartari, tremoris tartariana drachmam, aquæ florum acaciaæ uncias sex: coque & solve leni calore, colaturæ adde essentia corticum aurantiorum, centaurii minoris ana guttas quadraginta, olei de cedro Italici guttas sex. M. D. Hæc potio singulis quatuor diebus repetenda, mane successivis haustibus, interponendo potum juscui avenacei, assuntur.

Deinceps ad spasmos demulcentos, & flatus discutiendos ingentem opem præstabit liquor meus anodynus, cum qua ta parte balsami vitæ maritatus, & ter quotidie ad triginta guttas ex decocto quodam, vino Mosellano nupto capien dus. Roborat ille ventriculum, & universum nervorum genus, urinam flatul que pellit, & prælertim, cum febrilis nondum præsto sit calor, egregii est usus. Præterea pilularum balsamicaruar, ad Becherii, Sthalii, vel meam mentem paratarum, octodecim alternis circiter vesperis deglutiendas suadeo, & altero mane drachmam unam salis aperitivi

somendam commiendo, cuius haec est formula: Recipe lapidum cancerorum, solutionis oculorum cancri, salis absynthii, tartari vitriolati, salis Sedlicensis analachmias duas, nitri antimoniat drachmam unam. M. F. pulvis. Potui ordinario convenient decoctum salsaparille, corticis ligni sassafras & Juniperini, cum tercia vini Mosellani parte remixtum: quibus, si res adhuc integra fuerit, restitutum iri ægrum, eo minus dubito, quo plures mihi occurrerunt personæ, quæ eodem morbo, iisdemque remedis tractatae, pristinam recuperarunt sanitatem.

CASUS LXVI.

De morbo tympanitico.

Matrona triginta annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, ex odore suaveolentium male habens, matre, quæ arthritide, nephritide, & contratura per biennium perseverante laboraverat, nata, iisdem articularibus passionibus ante aliquot annos misere cruciata fuit. Mensum ceterum fluore, satis regulari, gavisæ, & tempore conjugij (secundas autem nuptias jam celebravit:) ex vehementiori terrore ac iracundia quater abortus, quorum novissimo ante duos annos molam simile excrevit, cum copioso profluvio stipatos passa est. Nihilo tamen minus ante septem anni quadrantes utero gerere cœpit; foetus gestationis tempore in dextra abdominis latere, & ultimis mensibus ante partum circa epigastricam regionem situm esse sensit; tum legitima periodo post vehementes labores feliciter peperit; at secundinis rite excretis, immunitiore lochiorum fluxum toleravit. Et postquam infans, cui ipsa ubera praebuerat lugenda, tredecim hebdomas natus, vitam cum morte commutavit; abhinc menses & irregulares & parciores fluere cœperunt, & mamma ad hanc usque diem lac continent. Senserat ante hoc puerperium in regione epigastrica ad umbilicum usque, dolores obtusos, qui,

enato post partum in eadem regione tuberculo, magnitudine nucem avellanam superante, & magis intrinsecus, quam ab extra percepto, redibant tanta molestia, ut ad neutrum laterum, sed supina noctu decumbere cogeretur; & ideo somno minus reficiente frueretur. Atque novissimo mense Junio, absque ullo diæta errore prævio, accidit noctu, ut vehementiori colica hysterica, respiratione difficulti, præcordiorum anxietate, & alvi obstructione corriperetur; sed adhibitis interne carminativis, uterinis, balsamicis, cinnabarinis, externe emollientibus, discutientibus, atque venæ in pede sectione brevi tempore ab iis symptomatibus vindicabatur; menses fluebant rite, & criticum alvi præfluvium absque nullo rumoris interni decremento accedebat. Hinc suauè medici ordinarii mense Augusto, balneis Toeplicensibus uti cœpit; simulque acidulas Egranas, licet ipsi vomitum eierent, nec per collatoria iterum abigerentur, potare debuit. Finita potatione febrem incidebat acutam, & gramque sanatam domum redire cogebat; sed subitnere tam ob solis fervorem, quam æstum internum sibi urgebatur, nullo potu, nec aqua extinguibili. Reduci factæ abdomen magis magisque tumebat, tumor internus siebat grandior, adpetitus deficiebat, & demum febris intermittens, eaque irregularis superveniebat. Hanc medicus ordinarius primum vomitorio ex radice Ipecacuanha, & arcano duplicato confecto, dein Elixirio balsamico viscerali, & pulvere cachectico, qui habebat succinum, lapi des cancerum, arcanum duplicatum antimoniatum, bezardicum Joviale, atque olei cinnamomi aliquot guttulas, opugnabat; alter medicus essentiam amaram, pilulasque Becheri addebat. Malo non remittente, plures consultabantur medici, quorum alter tumorem uteri scirrhosum cum ascite junctum accusabat, & frustra per multas hebdomas adhibitis variis generis medicaminibus, tam alterantibus, quam drasticis evacuantibus, tandem suadebat paracentesis. Verum cum de hac instituenda varia mo-

verentur dubia: exterorum medicorum opem nostra flagitabat, variaque ab illis medicamina usurpabat, scilicet antimoniū martiale cacheoticum, pulverem stomachalem Wedelii, infusum cum vino diureticum, & anticacheoticum cum limatura martis, tinctura martis Zwælferrī, pilulas laxantes, mixturam carminativam & balsamicam ex essentia carminativa Wedelii, amara, & castorei cum oleo destillato mixtam; externe oleum plantaginis, & anisi, emplastra de cicutā, de galbano, nec non aurum fulminans cum arcano duplicato &c. Balnea autem Laconica, ac fatus commendatos in usum trahere recusabat.

Interim, omnibus in cassum datis, imus venter ad immensam molem elevatus, expansus, ac tympani instar tensus jam est; & novissime tumor cœdematofus pedes occupavit; ac tussicula levior cum aliquali spirandi difficultate accessit. Præterea adpetitus penitus dejetus, somnusque turbatus, hisce diebus se melius habere videntur, sed summa lassitudo, & insigne virium decrementum valde cruciat ægram. Lotium, frustra sumitis variis diureticis v.g. tinctura antimonii acri, tartari, arcano tartari, sale polychresto, solutione oculorum cancri paucissima redatur quantitate; tumque copiosum depositum sedimentum. Nec menses legitimo ordine succedunt; & novissima eorum eruptio malum exacerbare videbatur: quibus denique adnumerandi sunt ructus ac vomitus, sumitis epulis sèpius supervenientes.

Quæ cum ita sint, sequentes occurunt quæstiones, quarum solutio ab ægrotante nobilissima flagitatur.

1) Quoniam laboret morbo, an tympania, uti quidem ex quibusdam symptomatis, borborygmis scilicet, inflatione ventriculi, ructibus, hypochondriorum extensione, abdominis inflatione, ac tensione instar tympani tanta, ut non cedat digitorum pressioni, colligere licet, præsertim cum nulla aquarum fluctuatio in abdomine sentiatur: an potius tympanitide cum ascitide complicata, id quod tumor cœdematofus, qui non soluta

pedes, sed etiam illam abdominis regionem obsidet, cui emplastrum de cicuta, de ammoniaco, diachylon cum gummatibus, diaphoreticum Myrsichti &c. fuerat impositum, significare videtur; anne denique hydatibus?

2) Qualis sit tumor in abdomine, an sarcoma vel scirrus uteri, anne mesenterii?

3) Num huic tumori interno reliqua symptomata prænaturalia debeantur?

4) Utrum paracentesis locum habeat? & num ea facta, ipse tumor quadam operatione sit tractandus?

5) Et quæ denique in usum sint vocanda, ut ægra vindicetur?

CONSULTATIO.

A Cceptis litteris, quibus adversa valetudo matronæ cujusdam spectissimæ describitur, statim ponderavi, perpendique mecum morbi momenta: & ex illis probe intellexi, quod cum ægra sit temperamenti cholericæ, sanguine succisque plena, largum 'cruorem, tam per menstruum fluxum, quam sub crebris, quos passa est, abortibus ex utero fuderit, deinceps vero, & lochiorum & mensium parciorum excretionem tulerit, & per longum tempus, variis spasmodicis, arthriticis, nephriticis, colicis, hysterics, vomibundis, cardialgicis, ac hypochondriacis passionibus agitata fuerit, non omnino fieri potuerit, quin sub tantis tamque diuturnis spasmis, non modo viscerum internorum insignis atonia enata, verum etiam tumor in abdomine subortus fuerit. Et forsitan remedia, quæ his affectibus, & imprimis abortibus, quorum cautissima debet esse curatio, opposita fuerunt, eam obtinuerunt indolem, ut malum magis exacerbaverint: quibus ex causis viscerum, & præsertim hepatis labem inductam esse, haud sine ratione credo.

Quibus suppositis, primæ quæstionis facturus, morbum pro tympanitico, cum ascite complicato habeo; licet nul-

Ja adhuc feri extravasati in abdomine deprehendatur fluctuatio ; namque tympaniam nimia , dura ac renitens imi ventris expansio significat . Quod autem tumorem illum internum attinet ; de eo nihil certi determinare possum , cum nec memoretur , in quo latere haeret , & mox in epigastrica , mox hypogastrica abdominis regione latere describatur . In tanta enim incertitudine vel pro scirro uteri , vel pro infarctu inferioris hepatis tractus , vel pro sarcomate omenti , aut membranarum circa intestinum colon declarari posset ; quarum opinionum singula vero videtur simillima , licet , deficiente exactiori descriptione , quæ illarum vera sit , adfirmare nequeam . Quam obrem juxta tertiam questionem , tumori huic primam morbi originem imputare nolle ; sed illam potius ex crebris abortibus , partu difficulti , spasmis nephriticis , lochiorum vitiis successu , passionibus hystericas , hypochondriacis atque colicis , & hinc relata viscerum atonia , vel etiam obstructione derivarem ; allegatum autem tumorem pro causa haec symptomata magis augente , & accelerante haberem .

Et in tanto , tamque periculo morbo tantum abest , ut proficuum credere paracentesin , ut per illam lethalem potius eventum acceleratum iri , crebra experientia eductus statuam . Ne que enim , hac instituta , tumori ipsi suspecto , nec remediis , nec manuali operatione succurri poterit ; ideoque illam prorsus omittendam utique suadeo . Et si ad quintam denique questionem mentem meam aperiam ; morbum praesentem valde pericolosum , & fere immedicablem judico , cum non solum pessimis symptomatibus , veluti sunt viuum & adpetentia defectus , asthma , ac urina imminuta , complicatus ; verum etiam per binos iam annos tam multis , ex parte incongruis remedii plane corruptus fuerit ac depravatus . Nihilo tamen minus omne auxilium denegare haud deceat : sed sequenti ratione malum adhuc oppugnare expediet . Primum quidem clysteres carminativos , & decem

granulis pilolarum Becherianarum nuptos , anno infundendos hortor . Deinceps decocta ac infusa vinosa resolventia , mediocriter roborantia , cum tartari arcano maritata ; nec non alia abstergentia , tarrarisata , maxime Anglicanum , interposito per vices partim pilularum Becheri , partim essentiarum vineotoxici , ari , petasitidis , caryophyllatae , gentianæ rubrae &c. usu commendo . Nec alienum erit , trageas ex radicibus ari , hellenii , petasitidis , diptammi albi , vincetoxicæ , zingibere , squilla , caryophyllis aromaticis , & baccis lauri parasas adhibere ; & extrinsecus emplastrum saponatum Barbette , linteis inclusum tumori admovere . Quod si adhuc spes salutis restiterit , ea sane hac medendi via obtinebitur ; in qua omnia martialia ac opiate medicamina cane pejus & angue sunt fugienda .

C A S U S . LXVII.

De tumore hydroperico cum metu tympanitidis .

Vix quidam litteratus , annorum quinquaginta novem , temperamenti sanguineo-cholerici , præter acutam febrem , anno ætatis decimo toleratam , & feliciter superatam , illibata ac integra olim gavisus est sanitatem . Vigesimo ætatis anno præservandi dum taxat , & plethoram imminuendi fine , venam primum secundam præbuit ; eamque bis abhinc quotannis circa utrumque æquinostium incidi , sed proximo quadriennio semel tantummodo , ineunte semper vere , tundi curavit . Quadraginta annos natus , podagra primum mitiori , successu vero temporis , sensim atrociori infestari coepit ; quæ abhinc singulis annis sed unica tantum vice rediit ; nec ullis medicinis , præter Elixirium quoddam antipodagricum , oppugnata fuit . Novissimum illius insulatum ante tres annos mense Majo toleravit vehementissimum ; & abhinc omnes dolores , nisi forsitan vagi & transitorii , penitus siluerunt . Verū successit habitus corporis cachecticus ; & ob diurnos meiores , curas ,

curas, et umbras, vitam motus expertem, mentisque continuos labores, cum meditatione junctos, majora in dies sumit incrementa. Elapso abhinc anni quadrante accedebat scabiosa corporis descedatio, quæ crebra horripilatione, absque tamen inseguente astu, stupata ad hanc usque diem adfligit. Jungebatur subinde dolor dextri pedis, podagram simulans; sed post paucos dies remittebat, & imi ventris aliqualem relinquebat intumescientiam. Hæc cum per dies quatuordecim tolerata, parvi vero curata & pro flatulentia habita, sensim increaseret; meam tandem opem requisivit vir eruditissimus.

Accitus ergo, & de retrocedente podagra certior factus, hanc per lenia dia phoretica ad pedes revocare studebam; & cum alvi obstruktionem, atque imminutam mictionem jungi observarem, vi num medicatum leniter dia phoreticum, ac carminativum, agarico in petia ligato, foliisque sennæ nuptum, cum aqua & vino infusum ordinabam. Hujus, quantum unum vel duo vitra, quibus ad vinum bibendum uitum, continent, singulo mane dedi; præterea per bis quotidie trigesinta guttas mixtura, extinctura antimonii tartarifata, atque spiritu lumbicorum terrestrium concinnata propinavi, & frequentem corporis exercitationem, prælertim moderata equitatio ne instituendam commendavi. Inde factum est, ut carpum dextræ manus do lores, levisque tumor occuparent, spem que reddituræ chiragras facerent; sed intra biduum rursus evanescerent. Hinc alvi constipatione perseverante, scopo laxante pariter ac incidente exhibui sal Epsomense, in aqua fontana solutum: quod cum neutquam moveret alvum, sed vomitu cum larga pituitæ copia red deretur; post aliquot dies bolum ex specifici jalappæ scrupulo dimidio, gummi guttae granis sex, cum syrupo cardui benedicti, ac conserva roscarum paratum, præbui deglutiendum. Alvus inde non nisi binis vicibus dejiciebatur; quare laxante scopo, purgantia drastica abhor tens, non nisi extracti panchymagogi

Crollii, in essentia alexipharmacæ soluti, quadraginta guttulas per vices dedi, eo effectu, ut magis lubrica evaderet alvus. Præterea ad roboranda viscera, vini generosi haustum sub epulis suis, quoniam remediorum usum aversabatur ager: hisque obtinui, ut melius habe ret, ac insigne symptomatum suorum perciperet levamen.

Verum paullo post recrudescet malum: namque abdomen in majorem sensim elevabatur molem: pedes afficiebantur tumore cœdematoso, qui foveas digito impressas, absque ullo dolore retinebat; decumbens spiritum ægerrime trahebat; adpetitus imminuebatur, somnus turbabatur; urina mingebatur pauca, coloris aurantii saturationis, cum sedimento crasso, roseo, & pingui cuticula, vi resque insigniter prosternebantur. Quæ symptomata magis magisque exacerbantur; & tympanitis metum incutiunt, licet nullus adhuc præternaturalis calor sit præsto. Præscripti quidem pulveres temperantes, leniter diureticos, cum clysteribus carminativis oleosis: at, cum malum perarduum videatur, nihil amplius, nisi Tuo, Vir Illustris, consilio adjutus, moliri audeo.

C O N S I L I U M .

Postquam omnia ac singula morbi, cuius causa consultus sum, momenta probe mecum reputavi, virum dorsum tumore hydropticæ, in tympanicum transsturo, laborare deprehendi. Illum non modo ventris & pedum cœdematosa expansio, verum etiam mictio imminuta, urina rosea, cum sedimento indicant. Et quoniam intestinorum tonus adeo destructus, & labefactatus est, ut alvi assida urgeat obstrutio, nec clysteres, nec fortiora purgantia desideratam ferant opem; justissimus utique metus est, ne expansa magis magisque intestina, tandem post se trahant gravem tympanitidem. Hæc vero malitia nulla alia causa, quam materia podagræ, olim ad articulos depulsa, jam vero debilitatis partim per profectionem atque

xtatem, partim animi affectus, nimia-
que lucubrations viribus, intra corpus
acta, suos mutuantur natales. Multipli-
ci enim experientia doctus, firmiterque
persuafus sum, ex podagra retenta, vel
ob refrigerationem corporis, animi pa-
themata, maximeque terrorem retro-
pulla, tumores asciticos atque tympaniti-
cos suboriri. Namque acris tartarea ma-
teria vel ad tunicas bronchiorum devol-
vit, has ad spastmodicas proritat stri-
aturas, & sic impedito libero sanguinis
per pulmones circuitu, spirandi difficultate
progenerat; vel ad nerveas inten-
siorum membranas deponitur, illorum
tonum ac motum peristalticum invertit,
& hinc chyli secretionem, facumque
alvinarum excretionem pessumdat; vel
etiam ductibus in hepate biliaris, ac u-
rinariis incumbens, eos graviter constringit.
Tali igitur ratione humorum no-
xiorum & excrementiorum secretiones
vitiantur, excretiones inhibentur, &
massa sanguinea impuritatibus acribus,
salinis, acidis imbuitur: id quod in præ-
senti casu & scabiosa cutis desordatio, &
vagi artuum dolores, testatum faciunt.

Quamvis autem hæc vitia in nostro æ-
grotante jam altiores egisse videantur
radices, haud tamen abjiciendus est ani-
mus, sed strenue oppugnandum malum;
cui quidem scopo sequentem curationem
deprehendi accommodatissimam. Per se-
pTEM nimium dies singulo mane devo-
rentor quatuordecim pilularum mearum
balsamicarum; & vesperi sumatur dra-
chma una salis mei aperitivi, ex deco-
to, quod in vicem cerevisia, his in
morbis minus convenientis pro potu or-
dinario commendo, & sic se habet: Re-
cipe sarsaparilla electæ uncias sex, radicis
chinæ uncias tres, cichorei, glycyrrizæ,
feniculi ana unciam semis. M. C.C.D.
S. species, quarum unciae binæ ex tri-
bus aquæ mensuris per tres horæ quadran-
tes, additis olei tartari per deliquium
triginta guttulis decoquuntur. Quod de-
coctum etiam vino Mofellano permisce-
re licet. Tum iterum per septem dies
ter quotidie capiantur ex eodem decocto
guttae quinquaginta Elixirii diuretico-an-

spastmodici, & carminativi; cujus hæc
sit formula: Recipe tincturæ antimoniij
acris unciam, spiritus tartari, nitri dul-
cis ana unciam semis, salis ammoniaci
cum calce viva parati drachmas duas. M.
D. Et hæc medicamina sic alternentur
per aliquod tempus, singula septima
vel pilulas, vel Elixirium adhibendo.
Alvi vero segnitiei cylsteribus domesticis
est succurrentum: quæ cuncta si rite
adhibeantur, de felici eventu nullus
dubito.

C A S U S L X V I I I .

De ascite cum tympanite juncto.

Vir quidam honestus, ante aliquot
annos assidua fere, tantaque exar-
deceruevit iracundia, ut sèpius in ve-
hementes præcordiorum anxietates, ins-
anesque vomendi conatus sub ipso animi
affectu inciderit. Quod si nonnunquam
pilulis Emmanuelis Norimbergensibus,
ad quarum usum, tanquam sacram an-
choram consogiebat, sibimet consulere
vellet; illarum tamen salutaris effectus,
superveniente nova excandescencia, ple-
rumque turbabatur, viresque naturæ a-
deo prosternebantur paullatim, ut male
habere cœperit. Namque primum cor-
pus contabescet, adpeitus evanescet,
in scrobiculo cordis molesta sentie-
batur pressio, spirandiisque angustia, ac tan-
ta lassitudo, ut vix amplius obambula-
re valeret. Accedens forsitan medicus se-
ctionem venæ commendabant, atque
medianam in sinistro brachio aperien-
dam suadebat: quæbis frustra tusa, ter-
tia deum vice plorabat cruentem aterri-
num, ac fere coagulatum, qui vix gut-
tatum exstillabat. Exhibebat præterea
quasdam medicinas; sed symptomata,
maximeque corporis languor adeo inva-
lescebant, ut tandem lecto affigeretur.

Tum de æstu præternaturali conqueri-
cepit; qui dato pulvere Hallensium an-
tispastmodico paullisper consopitus, postri-
die intensione recrudescet, omnesq; vires
penitus prosternebat, ac a medico quodam
pro febre ardente maligna habebatur.

Quam-

Quamobrem præscribebat coactum valde regimen; siquidem lectis non modo obruebatur æger; sed, licet æstiva fuerit tempestas, coclave etiam, accensis in fornace lignis, admodum calefiebat; atque cum miliaris efflorescentia collum perclusus occuparet, nec inducia permutari concedebat.

Longo tempore sic cruciatus, tandem convalescebat, ciborumque redibat adpetentia: attanta remanebat stomachi debilitas, ut simulac cibos vel butyro frixos, vel acetato conditos assumeret, protinus in atrocissimos in cordis scrobiculo spasmos, doloresque pressorios incidere; qui a consulto medico nomine colicæ flatulentæ biliosæ insigniebantur. Hæc sa pius per duodecim affligebat horas, cum pertinacissima alvi obstructione, & colore oculorum ac faciei iæterio sifata: explosis flatibus vel ructibus mitigabatur, & vel alvi solutione, quæ raro siebat, vel, quod plerumque contingebat, crebris vomitibus, vehementem tussim excipientibus, prorsus solvebatur. Temporis successu sponte remittebat hæc molestia; at in ejus locam succedebat tumor cœdematosus, pedes, crura, ventremque usque ad præcordia occupans.

Frostra adhibitis variis generis medicaminibus, squalu amicorum herbam & radicem chelidoni plantis pedum applicuit, eo effectu, ut pedes quidem detumescerent, ac venter molem suam retineret. In tali rerum statu per annum fere dimidium miser vixit; neque tamen minus & equitare, & baculo adjutus obambulare valuit. Tandem vero circa novissimum æquinoctium autumnale, post præviā insignem corporis lassitudinem, increvit denuo tumor, tantaque mole pedes & ventrem expandit, ut rumpi videantur. Ipse tumor frigidus est, & si premitur, fossulam, impressi digiti vestigium habet, quæ tarde rursus impletur, venter tynpani instar expansus; attractaque durissimus est, & umbilicus valde prominet: bibendi urget inexplicable desiderium, lotium quantitatii assumitorum haud respondet; atque corpus reliquum emacrescit insigniter.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Cuncta morbi mecum communicati symptomata sunt comparata, ut nihil nisi hydrope ascitem cum tympanite junctum redoleant, qui spasmoidias ventriculi, intestini duodeni & duetum biliferorum stræturas excepit, & ab illis originem traxit. Quando enim nervae ventriculi orificia vi spasmorum constringuntur, coercentur vapores halitus, ne exire queant: qui retenti ventriculi inflationem caussantur, & liberum septi transversi motum ac descentum præpediendo, spirationem reddunt difficultorem. Exdem vero spasmoidæ constrictiones, si ad inferiorem intestinorum canalem propagentur, alvum clausam efficiunt; duetus autem biliferos occupantes, bilis transitum ad intestina impediunt; quæ ad sanguineam resorptam massam, iæterum parit. Quod si autem orificia ventriculi relaxentur, tuncque flatus & ructus libere eructentur, omnium symptomatum levamen insequitur, neque minus stabulantes in ventriculo aut intestinis cruditates per vomitum recipiuntur. Continuantibus præterea hisce spasmis, præcordia, hepar, intestina, & transversum septum in confusum rapientibus, comprimuntur simila vasa minora venosa, quæ succos vitales ab extremis corporis partibus ad cor revehunt, horumque liber regressus retardatur. Quare stagnant in diffisit primorum regionibus, & ob moram diuturniorem dimitunt portionem tenuiorem lymphaticam; quæ in vasa lymphatica pariter ac habitum corporis majori copia irtuens, hydropicum tam pedum, quam ventris progenerat tumorem. Et sic ratio patet, cur inflationes ventriculi, asthmata spasmoidica, affectus hydropeci sè penumero excipiant. Neque etiam obscura est prima tantorum malorum, maxime spasmoidarum ventriculi constrictiorum à nostro ægrotante origo; quæ nimurum motiones, & præsertim iracundiam debetur preclivitati. Hæc enim illam ob-

tinet

tinet indolem, ut si præsertim paullo post eibi vel potus quidpiam capiatur, vel plane purgantia assumantur, totum ventriculi ac intestinorum tonum subito pervertat, destruat, & ad irregulares disponat motiones.

Verum enim vero hi affectus hydro-pici, ac tympanitici, præsertim si fuerint inveterati, adeo sunt pertinaces, ut paucam admodum curationis spem relinquant, atque remediis neutiquam obsecundent. Interim cum junior ad-huc sit ægrotantis ætas, ciborum sibi constet adeptentia, & hepar ab omni abhuc labo immune videatur: nondum plane desperandum puto; sed sequen-tiem curationem operæ facturam esse pretium haud dubito. Ter nimis quotidie Elixirii balsamici, ex saturiori salis tartari ac nitri lixivio, ex-tracto cardui benedicti, & corticibus aurantiorum parati, quantum cochlear capit, ex aqua florum acaciae, vino Mosellano nupta capiatur. Tum per aliquot dies, mane pariter ac hora quinta pomeridiana adhibeatur balneum vaporosum, ex aqua, floribus chama-meli, & semine lini confectum, cuius vapor per horam dimidiā abdomini admittatur, pectore capiteque probe velatis.

His emollito corporis tumore, mane capiatur infusum mannatum, quod sic paratur: Recipe manna electæ uncias duas cum c. midia, cretoris tar-tari drachmam unam & semis, solve in aqua florum acaciae uncis quinque; adde tartari emetici soluti grana tria. M. D. Posthac per aliquot dies iterum in usum vocentur & balnea vaporosa, & Elixirium balsamicum; tandemque repetito infusi laxantis usu, rursus us-ventur. Quæ ut secundet divina clemen-tia, ex anima precor.

C A S U S LXIX.

SISTENS CONSILIO MEDICUM.

De Hydropre præcavendo.

PER litteras requisivit opem meam, vir quidam illustris, Viennæ de-gens, cuius morbi ideam sequens suppe-ditabit historia. Est ille octo ultra sex-a-ginta annos natus, temperamenti cho-lerico melancholici, proceræ olim cor-poris constitutionis, & in juventutis suæ annis ob vitam sedentariam, multaque meditationes ac lucubrations, hypochon-driacis obnoxius fuit passionibus. Interim hujus mali atrociam variis congruis medicamentibus admodum consolivit; & præter dorsi dolores, flatulentas mole-stitias, pectus potissimum affidentes, & usu spiritus vini anisati frustra oppugna-tas, satis bene habuit, bonoque gavisus est adpetitus. Verum quintus jam agitur mensis, ex quo malum illud flatulentum vehementer invaluit; siquidem imus ven-ter assiduis vel flatibus, vel distensioni-bus, torquetur; digestio prorsus dejec-ta, adpetitus prostratus, somnus turba-tus vexant; & perpetua vomendi urget proclivitas, saepiusque ipso vomitu albus tenaxque redditur mucus. Imminuit præterea urinæ excretio, mingiturque fere flammea, cum sedimento rubro sa-bulo-so: accedunt molimina hemorroi-dalia, & parcus nonnunquam crux cum fæcibus egeritur; intumescunt pèdes, & reliquum corpus contabescit. Quam ob caussam ea jam incidit quælio, qua ratione flatulento huic malo mederi, urinæ fluxum facilitare, & illustrem agrum a metuendo hydropem præcavere liceat?

Perpendi quidem mecum cuncta morbi momenta; sed optasse, ut alia adhuc ad formandam prognosin summe necessaria fuissent commemorata. Nimis an æger venam secundam præbere sueverit, ac deinceps intermisserit? an olim flu-xerint hemorrhoides, an ne semper cœcæ, ac inordinatae fuerint? num li-bera

bera gaudeat spiratione , anne potius
anxia sit , ac difficultis ? & utrum tumor
ad ventrem penetraverit , inque primis
dextrum hypochondrium sub spiriis co-
stis occupaverit ? Quicquid vero sit ;
nullum sane superest dubium , quin præ-
fens morbus non nisi ex circulo sanguini-
nis per viscera abdominis , præsertim he-
patis impedito , ac retardato suam tra-
xerit originem : unde scilicet factum est ,
ut humores in capacioribus imi ventris ve-
nis stagnaverint , & per venas hæmorrhoi-
dales exitum affectaverint ; id quod assi-
dui , quos olim in dorso toleravit dolo-
res , abunde confirmant . Retardato au-
tem tali ratione humorum per vasculo-
sum hepar circuitu , & denegato eorum
dem per sedales vias exitu , sèpius fit , ut
illi intra tunicas ventriculi ac intestino-
rum valde nerveas atque sensibiles sta-
gnantes subsstant ; & hinc flatuum re-
tentionem , alvi obstructionem , abdo-
minis inflationem , præcordiorum an-
xietatem , murmura ac tornina intes-
tinorum , variaque sonica machinen-
tur symptomata , qua perverso vitæ ge-
nere , epulis liberalioribus , ciborum
genuina masticatione , vel potu incon-
gruo sustentantur magis , ac exacerban-
tur ; & circa hypernum solstitium atro-
ciora infestare solent .

In hoc rerum statu , nihil est conve-
nientius , quam ut fluxum hæmorrhoi-
dale congruis subsidiis promoteamus ,
& sanguinis ex pede missione facilitemus :
quo etiam scopo , thermis Carolinis non
est efficacius præsidium . Neque enim
dubito , quin , si his aquis statim ab ini-
tio morbi rite usus fuisset vir illustris , a
malo suo jamdudum fuerit vindicatus . Ve-
rum cum plerique medicorum hæmorrhoidal-
e negotium haud bene perspectum ha-
beant ; communis illorum mos est , ut
neglecta venæ sectione , statim ad cali-
ptra stomachica , & carminativa con-
fugiant , iisque flatibus obviam ire con-
tendant ; quin alvum , quæ plerumque
sui officii oblivia scitur , per fortiora pur-
gantia reserare moliantur . Hinc autem
cussam morbi neutiquam tollunt ; sed
suis ventriculi ac intestinorum robur ,

a quo adpetentia , concoctionis , clysi-
cationis , & alvina excretionis integri-
tas dependet , magis debilitant . Nec pau-
ca novi exempla , ubi æ gri , ex repulsa
podagra , vel inordinato hæmorrhoidum
successu , spirandi angustia , & malo fla-
tulento solicitari , repetito purgantium
usu , hydropicos sibimet contraxerunt af-
fectus : quo nomine noxiissimum il-
lud gummi guttae , magnis celebratur
laudibus , a quo tamen omnes sinceros
viros sedulo dehortor .

Quod speciatim ad præsentem attinet
ægritudinem ; vereor , ne cachexia hy-
dropica , obstructis successive visceribus ,
altas tandem agat radices ; viscera vero
adhuc a graviori labore immunita , & non
nisi sanguinis & humorum stagnationem
præsto esse , ob inherētia fluxus hæmor-
rhoidalis molimina vero videtur simillimum . Atque ideo haud dubiam foyeo
spem , fore ut congrua medicatione , ab
omnibus symptomatis , Deo auspice ,
liberari queat generosus . Hæc autem ,
ut recte instituatur , ante omnia eo respi-
ciendum suadeo , ut evitatis cunctis pur-
gantibus , non nisi clysterum ope alvus
seretur lubrica , flatus deriventur &
eliminentur , ac hæmorrhoidalis fluor
adjuvetur . Enemata alternis diebus ano
infundi , & ex florū chamæmeli ma-
nipulo uno , feminis cymini drachmis
duabus , in aquæ mensura dimidia coctis ,
atque cum viginti quatuor pilularum bal-
samicarum , salis communis drachmis bi-
nis , oleique chamomilla cochleari per-
mixtis parari commode possunt . Præter-
ea ad tonum ventriculi roborandum e-
gregiam spondet operam Elixirium meum
viscerale , cuius quinquaginta guttulas
ter quotidie , mane quidem ex infuso ca-
lido , reliquo tempore ex potu ordinario
assumere conveniet . Eadem scopo sati-
faciet balsamus meus vitæ , si abdomini ,
ac ventriculo nonnunquam inungatur ,
superimpositis linteis calidioribus .

His per octo circiter dies usurpatis ,
abs re erit , ut singulo mane pilularum
mearum balsamicarum , quæ magis ro-
borante , quam laxante gaudent vir-
tute , viginti deglutiantur ; vesperique
pul-

pulvis antispasmodicus, interposito sub epulis commendato Elixirio, assumatur; & haec medicatio per octo dies protrahatur. Pro potu denique ordinario decoctum, vino generoso vel Rhezano, vel Mosellano nuptum commendando; cuius haec sit formula: Recipe radicis saraparillaæ, chivæ, rafure coriæ cervi ana uncias duas, herbae cardui benedicti manipulum semis, feminæ sceniculi, arcani duplicati ana draconis duas. Conc. Cont. D. S. species quarum uncia una cum dimidia ex binis aquæ mensuris, per horæ dimidium decoquatur. Sed opus est patientia, & diuino commendatorum medicaminum usu; quæ, si res fuerit integra, procul omni dubio fecilicissimum præstabant effectum; quem summum Numen secundet benignissime.

C A S U S LXX.

CONTINENS

*Relationem sectionis magni Germaniae
Principis, hydrope defuncti.*

Serenissimus Princeps, dissecatus post obitum, ob aquam intercutem, sequentia ostendit phænomena. Imus ventre, qui magna elevatus mole, insigniter propendebat, maculis hinc inde ceruleis pictus, ac inferius in utroque inguine paululum excoriatus, aquam plorabat: sed haec excoriatio altero dænum post obitum die in conspectum veniebat. Ungues utriusque manus cœruleo pariter suffusi erant colore; atque pedes, tibiae, genoa, femora, abdomen, dorsum, undique tumebant, & foveas manibus digitisque impressas diu retinebant. Nec membrum virile, maxime circa præputium; nec scrotum a tumore, magis tamen ventoso, quam aquoso, erant libera: sicutdem dissecata vapores continebant, & nullam aquam fovebant, quæ alias plerumque ex abdome in scroti cavitatem solet descendere. Ipsum corpus attactu & intinsecus, maxime circa hypochondria

calidum erat; veluti recens mortuum solet esse.

Pertusa abdominis cute, copiosus adparebat adeps, spongiosus valde, & aqua permixtus; qualis etiam in dorso, lumbis, cruribus, suris, pedibusque deprehendebatur, adeo ut adactum cultrum undique sequeretur aquarum proventus. Secato prope umbilicum peritonæo, larga seti extravasati ex abdominis cavitate profiliebat quantitas omentum versus superiore retractum, ceterum sanum, more consueto haud contegebat intestina. Ventriculus valde expansus, ac vesicæ instar tenuissimus, præter copiosissimos flatus non nisi paucam partitæ ex atra rubentis contingebat copiam. Intestina, mesenterium, pancreas nihil præternaturale, nec ullos scirrhos, aut indurations monstrabant: neque etiam hepar ullo laborabat vitio.

Loco cystidis felleæ occurrebat parvus folliculus, magnitudinem nucis moschætae vix adæquans, superioris prope hepatis; cuius ductus communis cholidochus, atque hepaticus, nihil alebat monstri; ad ductus cysticus fovebat calculum felleum in eo circiter loco, ubi cum hepatico commune iter adgreditur; ceterum plane coalitus, ac ibi ligamentum fere mutatus videbatur. Intra ipsum folliculum tres latebant calculi, alter rotundus, major, reliqui minores oblongi: qui intra corpus hærentes, colorem ex viridi flavum, aeris autem expositi aurantium referabant; pondere leviores, insipidi, consistentia moliores, friabiles, & materia viridescente spissiori erant obducti; quæ attacku mollissima, insipidaque sub aere flavum quoque induebat colorem. Neque vero circa hunc folliculum, vicinalique partes, ullum bilis extravasatæ cernebatur vestigium.

In trunko aortæ descendente, infra diaphragma, prope arteriam cœliacam, locus quidam rotundus in conspectum veniebat, qui cartilagineam, quin osseam assumerat naturam. Lien naturali minor atque rotundior videbatur: nec non renes, maxime sinister, justo minores, ex atra bruni coloris, molles, ac flaccidi

adparebat; quorum sinister in ipsa substantia binas cavernulas, calculis ac fabulo repletas, ostendebat.

Pectus cavitate gaudebat valde parva ac angusta; & aqua unam circiter sovebat mensuram: contra vero pulmones justo maiores, nullam monstrabant labem, nisi quod in dextro latere cum pleura concreti fuerint. Pericardium multa feri mole scabebat; cor a statu naturali plane non recedebat, nec ulla ostendebat concrementa.

Cranium tenuerat quidem, sed solidum erat, nullumque profsus suturarum nec in convexa, nec concava sui parte exhibebat vestigium. Huic tam artis vinealis adhærebant dura mater, ut absque vi a lassione separari non potuerit. Nec in cerebro denique præternaturalis quidpiam conspiciebatur, nisi quod in fronte circa processum falciformem tuberculum osseum, ac paullo posterius tres adhuc ejusmodi tumores visui se offerrent; ac præterea serum in plexu choroideo extravasatum; & quædam hydatides in cerebello observarentur.

CASUS LXI.

De rara abdominis intumescentia.

M Atrona annorum quadraginta novem, qua sub perpetua mentis a-lacritate, constanti quoque ac illibata corporis gavisa fuit valetudine, ante binos annos hyemali tempestate, post præviam refrigerationem, insigni, & plus quam panico percellebatur terrore: quo factum est, ut postridie dolorificum, ac hernia similem in dextro inguine tumorem, ovim magnitudinem adæquantem perceperit. Hunc intra annum tempus tanta excepit abdominis intumescentia, ut gemellos utero gerere videretur; pedes subinde tumore cœdematolo grandescabant, & ciborum deficiebat adpetentia. Cutis colorē naturalem refert, nec nimis densa est, attamea digito percussa, tanquam tympanum sonat, atque menstrua a primo morbi insultu suppressa adhuc retinentur, nec ulla arte possunt revocari.

Consulti medici, hydrope in subesse rati, fortioribus purgantibus, ac demum quis Wisbadensibus illum frustra oppugnabat: accedebat potius febris intermitens, præter solita symptomata, inexplebilis potus desiderio stipata; & tandem frequenti salium mediorum ulu, una cum siti, ac pedum tumore feliciter profligata. Abhinc cibos rursus adpetere, somnoque tranquillo frui coepit; mictio pro aſſumtorum quantitate est sufficiens; alvus rite respondet, & partes corporis superiores ab omni vitio deprehenduntur immunes. Verum menses nondum fluunt; abdominis moles eadem manet, ac antea, nisi quod flatum eruptione paulluloni videatur imminui; flatus urgent, frustra usurpatis variungenis carminativis; & quod notable est, simulac obdormiverit, largo ac male olente sudore tota perfunditur. Quare suorum symptomatum congruam querit medelam.

JUDICIJ CUM CONSILIO.

E ST hic affectus non unus ex multis, sed in paucis propemodum singulans; qui, quoniam rarius incidit, & notis non adeo distincte expressis manifestatur, quandam sane in cognoscendo, dijudicandoque difficultatem exhibet. Potest enim specie hydrops, vel tympanitis oculorum judicio imponere: quoniam nihil proprius sit, quam ut medicus incitor, & parum cautus, veri captus similitudine, in erroneam medendi viam obducatur. Has vero hic non subesse ægritudines, id magno in primis indicio & argumento est, quod hydrops, cuiuscunq; sit speciei, non subito & quasi ex tempore nascitur infanis & recte valentibus: neq; tumor abdominalis hydropticus tam lentis incrementis grandescit, ut anni spatium requiratur: sequitur etiam plerumq; malos succos corporis, & vitiosam viscerum habitudinem; cuius in ægra nostra nullum adparet velutum. Cernimus insuper invalescere mortalia macie extenuari, & subtracto ciborum fructu contabescere, qui nutritionis defecatus hoc in casu non animadvertiscit.

Quæ-

Quamobrem videmur nobis proprius ad verum accedere, si huic tumoris fixam sedem, ac domicilium, circa generationis officinam adsignamus, ubi procul dubio emersit ex stagnatione, seu potius separatione seri nutritii; quod primo in vicinia ovarii excitavit tumorem, qui postea latius procurrens, atque per ipsas uteri membranas exorrectus, ibi corpus spongiosum, carneo-membranaceum efformavit, quale concrementum nonnulli ex recentioribus molam nutritionis vocare solent. Caussam & originem hujus mali referendam esse putamus ad vehementem & inopinatum terrorem, cuius interventu menstrua sanguinis per uterus expurgatio, tunc temporis imminentis, ex toto compressa fuit: unde sanguis consueto & solenni exitu prohibitus, retroferri, & fixa statione immorari coepit utero, inque ejus vasis spissus, & copiosus, quam pro loci capacitatem collectus, liberum humorum iter intercludendo, materiam & caussam subministravit secessioni seri a sanguine, & generationi talis spissamenti, seu molis carneo-membranaceæ, quæ processu temporis in majus extubans, universum abdominis ambitum ingenti tumore implevit. Est etiam hic necessaria ipsius aetatis animadversio, quam si quis ad generationem hujus malorum conspirasse autem, eum vero convenienter judicare arbitramur. Nam ægra, expletis quadraginta novem annis, attigit utique illam aetatis metam, cui admotas foeminas secundum naturæ morem a menstruis defici observamus: ac docet nos constans multorum temporum experientia, foeminas sub illo aetatis æru, quo lunare tributum solvere desinunt, stagnationibus & secessionibus seri singulariter fieri obnoxias.

Crediderim inter initia nascentis morbi averti potuisse hujus mali proventum, mature & convenienter administrata venæctione; cuius præsidii neglectus laboranti utique damno & calamitati fuit. Purgantia vero hic prorsus temere & inconsulto fuisse adhibita, quis non intelligit? nam tumor iste, qui

Hoffm. Consult. Med.

incumbit abdomini, non subnatus fuit ex aquis extra vasorum alveos effusis, ac in ventris spatio coeuntibus; sed potius hæc regio inflata est atque intumuit ex infraposto, & qui subtus circa uterum firmus ac stabilis inhærescit, globo carneo-membranaceo, qui ab exiguis initiis per pauxillos & inobservabiles austus, tandem ad grandiorum molem pervenit. Hic vero ætate fit matus non evelli potest purgantibus; unde non mirum est, eorum usum nihil attulisse emolumenti. Eandem observationem frustaneus fuit usus thermarum Wisbadensium, quæ ad tale concrementum liquandum, extenuandumque plane nihil valent. Subsequutus est tumor pedum cedematofus: quoniam moles ista nisu & pondere suo subiecta vasa iliaca vehementer coartat, & comprimit; hinc retardato humorum per venas reditu, serum a sanguine secedit, quod postea in poros ac interstitia carnis sese insinuat.

Est vero imprimis, qui meditacionem nostram in se convertit, sudor ille exuberans, quo foemina, quam primum ipsi obrepit somnus, prope modum liqueficit ac resolvitur. Familiariissime ejusmodi sudore madent, quorum succi vitales multis rejectaneis, & a naturali sanguinis textura alienis humoribus sunt inquinati, qui postea per cuticulares meatus, sub somno imprimis magis laxos ac patulos, cum leri vehiculo e corpore effluunt. Hanc vero impuritatis labem, ægrotantis nostræ sanguini citra dubium adspergit fordidus ac lutulentus humor, qui ex illo uterino tumore, velut ex sentina quadam in corpus dimicat: nam quando huc aliquis appellit succus, per se sincerus & integer, protinus ob moram, & cunctatiorem progresum a naturali desciscit temperamento, & viuum concipit, qui postea receptus in venas, putida partium squalidarum illuvie sanguinem universum contaminat.

Dispicienda jam venit ipsa hujus insolentioris morbi sanatio, cujus profecto

spes in angusto est; nam recte rem asti-
mantibus nobis, morbi indoles ejusmodi
esse videtur, ut certum auxilium plane
nequeamus promittere. Quis quæso tan-
tum ingenio, vel arte valet, ut resol-
vere, vel discutere possit molem istam
carneo-membranaceam, quis potius o-
mnem remediorum vim & efficaciam
eludit?

Quamobrem erecta morbum ipsum tol-
lendi facultate, id saltem agendum est, ut
vitam tueamur, aliaque incommoda,
quorum metus ex neglectu hujus mali
nascitur, ut sere sunt partium superio-
rum consumptio, tumor pedum cœdema-
tosus, terminosæ flatuum turbæ, præ-
cordia angustantes, convenientibus re-
mediis avertamus.

Atque his omnino obviam iri poterit,
si alvi vacuationem salvam præstemus
tam alimentis, quæ id faciunt, quam
sobter datis clysmatibus, aliisque, quæ
ventrem solvunt, eumque duriorem blan-
de emolliant. Deinde tale medicamen-
tum propinare oportet, quod non pro-
venire finit cruditates: quod flatus dis-
jicit, vel foras elidit; ac denique lauda-
bilis ac generosioris chyli confectionem
adjuvat. His autem dotibus, si ullum a-
liud, mirifice excellit Elixir nostrum
temperate balsamicum, quotidie inter
cibos sumendum; in cuius usu si diutius
ægra perseveraverit, non dubitamus fore,
ut egregium levamen persentiat.

Insuper ex toto circumcidenda sunt
omnia, quæ modo, vel materia nocent,
quæ malos succos fovent, quæ difficilius
atteruntur a ventriculo, vel denique ma-
gnam inflationem habent. His diligen-
ter, & cum cura servatis, id omnino æ-
gra consequetur, ut sequururis temporibus
vacuitate plurium molestiarum frui,
& reliquum vitæ spatium, melius suavius
que traducere possit.

C A S U S LXXII.

*De subita renis & vesicæ excoriatione
a suppresso fluxu hæmor-
rhoidali.*

Vir annorum quadraginta quatuor,
temperamenti sanguineo-melan-
cholici, robustioris corporis habitus, lau-
ta semper ac opipara usus diæta, ob nari-
um hemorrhagias, sèpius intentatas, &
nonnunquam parcus profluientes, juve-
nis adhuc multis congestionibus, vertigi-
ne, animique deliquiis infestatus fuit; led
cetera ætate proiectiore rectissime valuit,
suetisque congestionibus, per venæficio-
nes bis quotannis institutas commode su-
perfedit. Quatuor abhinc annis, post
prævias intestinorum stricturas, hæmorr-
hoidalem fluxum primum expertus, &
postea singulis mensibus ter vel quater
absque ullis molestiis passus est; nisi quod
alvum sub ipso fluore haud sati liberam,
mictio dolorifica, ac paullo difficultior
exceperit, quæ, cum cessante profluvio
cruento, etiam remitteret, nec urina
unquam mucoso, purulenti, vel fabulo-
si quid ostenderet, parvi æstimabatur,
& pro effectu hæmorrhoidum haud rite
succedentium habebatur.

Verum sexta jam agitur septimana,
quam post horrendum frigus, dolores
tensi atrociissimi dorsi ac intestinorum
ægrum invaderent; &, non succedente
sueta sanguinis excretione, magis ex-
acerbat, in acutissimum tandem renis
sinistri ardorem, cum mictu per quam
difficili, multisque pressionibus stipatum
desinarent. Consultus prædictus, qui chi-
rurgiam simul exercebat manualem, ac
acusabat renalem calculum; at quum nec
remediis accommodatis, nec intruso ure-
thræ cathetere, urinæ profluxum ciere
valeret; bini adhuc in auxilium voca-
bantur medici, qui ex accidente mictu
cruento, ac vasis hæmorrhoidalibus exter-
nis, ad digitæ crassitiem tribus in locis tur-
gescentibus, erroneum naturæ in negotio
hæmorrhoidali successum suspicati, ui-
bus

Hus vasis applicabant hirudines. His, licet ultra measuram sanguinis detraherent; tantum tamen aberat, ut dolorum levamen procurarent, quin illi potius, insulatu febrii stipati, exacerbarentur, & per tres fere dies crux per urethram, plus quam lotii redderetur. Quinta tandem die post operosam catheteris applicacionem, pus cum urina effluere coepit; & horrendi renis sinistri dolores remittebant; hinc removebantur cataplasma lumbis haec tenus admota, & vesicæ regioni, ad demulcendas stricturas, imponebantur. Non minus, cum excreta fantes foetorem spiraret penetrantissimum, mixtura quædam ex decocto liquoritiae, altheæ, theribinthina, & vitellis ovorum confecta, ope syringæ in vesicam mittebatur; eo quidem effectu, ut intra triduum lotium ab omni pure vacuum excerneretur. Interim absque catheteris auxilio nulla proorsus redditur urina; licet spissæ caseofæ materia, quam antea chirurgus urinam provocatus, cathetere pertundere debebat, nullæ amplius præsto sint notæ; & post recrudecentes hemorrhoidales passiones, heri ex improviso, dexter testiculus adparabat inflammatu. Quamobrem justissime veretur æger, ne in pristina recidat symptomata; ac restitans forsan materia, spissiorem, quin calculosam assumat consistentiam; ideoque salute anhelat consilium, inque primis doceri cupit, num perforatio colli vesice locum habeat?

RESPONSO CONSULTATORIA.

Affectio, cuius medela a me fuit implorata, perardua sane periculis plena est: siquidem non ren sinister solus, sed quoque vesica, a stagnante, retentoque hemorrhoidalii crux, inflammationem pariter ac ulcerationem jam subiisse videtur. Clarissimo hujus rei documento sunt peracutus & ardens utriusque regionis dolor, fantes foetida, & ipse crux cum urina effluentis: juncta vero febris, & dextri testiculi immunitio, malum jam altas egisse ra-

dices, testantur. Urinæ præterea retentio non aliis debetur cauſæ, quam orifici vesicæ, ab humorum affluxu, & inflammatione factæ intumescentia ac contractio: & optandum omnino foret, ut in ægrotante nostro, tanquam subiecto sanguinis succorumque pleno, continuo in morbi principio, vena vel in brachio vel pede secata fuisset; quo factum procul dubio esset, ut sanguis fugatur gredis ani venis admotæ, feliciorem præstiterint effectum. Verum cum negligenta fuerit sectio venæ; non mirum, si hirudinum intempestivam applicacionem, major sanguinis ad vesicam, tanquam ano vicinam partem affluxus excepterit. Nec negligenda sunt remedia ad infringendum calculum adhibita, & cataplasma emollientia: quippe quæ ad inducendam crux missionem, & maturandam subitanam renis sinistri suppurationem, quam plurimum contribuerunt.

Quo in rerum statu, ea potissimum esse debet curandi intentio, ut inflammationis progressus omni præscindatur studio. Primum operæ hoc scopo faciet serum lactis, loco potus ordinarii, sufficieni quotidie forbillardum quantitate; quod sequenti parari poterit ratione. Lac vaccinum recens, addito citri succo coquitur, sub fine manipulo florum papaveris rhæados permiscetur, tum percolatur, & ad absorbendam aciditatem, cum cancerorum lapidibus & melle maritatum, usui destinatur. Deinceps convenient pulveres temperantes ac nitro ex antimonio diaphoretico, lapidibus cancerorum citratis, cornu cervi philosophice præparato, & nitro purificate parati; quibus interponere expediet infusum theiforme, quod herbas veronica, nummularia, pyrolæ, summitates millefolii, radicem glycyrrhize, & semen scenici habeat. Ex iis porro, quæ extrinsecus juvant, emplastrum saponatum Barbette, bene camphoratum, lumbis ac pubis regioni adficandum, urethrae vero decoctam liquoritiae, & altheæ, theribinthina, mellique nocte suadeo injiciendum. Sed colli vesice

perforationem, cum periculo haud careat, tanquam supervacaneum commendare haud possum remedium.

CASUS LXXIII.

De calculo rerum.

ELAPSIS ab auspiciis praesentis anni quatuordecim diebus, mane vix expergefactus ex improviso, leviores primum spasmos in scroto, ac maxime testiculo dextro persentiebam; quibus jungebantur intestinorum termina, pungitivus in latere sinistro circa regionem renis dolor; isque simul atrocissimi tormentis os sacrum, cum sensatione pali eidem infixa, occupans; & denique, sumto prandio, copiosissimi sequebantur vomitus. Haec symptomata sensim invalescebant, atque sua ferocitate omnem ferme superabant patientiam: alius præterea obstruxa erat, & post crebros desidendi conatus, nihil nisi mucum album, tenacemque reddebat, neque etiam flatus transmitebat. Imputabam itaque huic alvine obstruioni omnium afflictionum caussam, ad quam referandam, primum aquæ vitæ haustum, deinceps quinquaginta guttulas essentia, quam cortices aurantiorum præbent, & tum spiritum carminativum de tribus, cum essentia castorei, atque corticum aurantiorum maritatum adhibebam. Quorum omnium vim quam eluderet malum, immisi anno moschatos globulos, atque tum hora matutina secunda, cum alvi quadam libertate, & flatuum explosione, desideratum a doloribus obtinebam otium.

Sed succedebat urinæ retentio; siquidem hujus aliquot tantummodo guttulas, non sine ardore ac lancinatione urethræ, post magnos nisus exprimere poteram: donec accedente vespera, per triginta horas immaniter tractatus, a cunctis liberarer molestiis. Abhinc sepiissime redierunt memorata symptomata; verum nec dolorum atrocia æquiparabant priorem paroxysmum, nec per tot inhærebat unquam horas; nec de-

nique semper vomitibus, aut alvi sequentie juncta erant. Interim stranguria saepius me vexabat; quid? quod aliquando calculus, instar viciz, absque ullis doloribus, me infcio cum urina excretus, suspicionem affectionis calculosæ quibusdam moveret. At vero, cum calculum absque doloribus urethram transire posse non crederem; nec ullum ex parentibus, vel cognatione mihi junctis cognoscere, qui calculo fuisset cruciatus; me quoque ab eo adhuc liberum, & inventum in matula calculum, non nisi coagulum in ipso vase successive generatum esse, certus arbitrabar. Sed solitus meus paroxysmus, qui sequente mense Aprili vehementer me invadebat, rei monstravit veritatem. Postquam enim dolores lumborum ac ossis facri simul & femel cessaverant; protinus urethra affiebatur, & ego lotii retentione, stranguriaque acutissima miser torquebar. Sumtis igitur essentia sic dicta dulcis octoginta guttulis, obdormiscebam; finitoque sopore, cum urina sine magna molestia reddebam calculum, pisum magnitudine sua adæquantem; quo excreto, liberum lotio restituebatur iter, & ego valebam rectissime, convictus, me ex calculo laborasse.

Hanc ob caussam ab omni casei usu, cuius eram amantisimus, prorsus abstinerem ceipi: neque tamen minus non modo sub fine mensis Aprilis, calculum instar lentis, facilis negotio excernebam; verum etiam sequenti mense Mayo, vehementiori prehendebat insultu. Namque sumto prandio percipiebam in solitis regionibus horrendos dolores, cum vomitibus slipatos; nec ab essentia dulci mitigatos. Hora vespertina quinta cynobati grana, tanquam præstantissimum contra calculum remedium, ex prescripto coiudam amici, quantitate duorum cultri cuspidum surmebam; eo effectu, ut protinus siluerint dolores, atque cena non minus, quam somno per insequentem noctem placido uiri potuerim. Sed postridie ab epulis recurrebant tormenta, & tandem sequebatur calculus, ovali figura præditus; quo eva-

euato, in renum regione pondus quod-dam impaetum videbatur, & postquam per aliquot momenta federam, tantus dorsum occupabat rigor, ut ægre eretus stare valuerim. Hæc dorli rigiditas per multum continuabat tempus: curabam venam in pede sinistro secandam; ac usurpabam pulverem, a D. Abelio in libro, quem Medicum studiorum vocant, contra calculum præscriptum, & sic se habentem: Recipe spermatisci, lapidum cancerorum pulveri fatorum ana drachmam semis, cinnabaris nativæ scrupulum, salis volatilis succini grana sex. M. D. Ex hojus pulveris uero flexilius reddebat dorsum, multumque fabuli per lotium excrebam; quod ut omne proscriberetur, mane hauriebam potiunculam ab eodem Abelio dicto fini desinatam, cujus hæc est formula: Recipe tartati vitriolati scrupulum, syrapi de quinque radicibus aperientibus, fragorum ana drachmas sex, aquæ cinnamomi drachmas duas, lapidum cancerorum scrupulum. M. D. Hoc remedii genus illum præsedit effetum, ut abhinc urina post aliquam moram semper deposuerit sedimentum, muco tenaci simile; quod vitro urinatorio probe agitato, instar nubis ascendet, atque tum, ubi requievit, in forma rubicundi fabuli ad fundum decumbit; ex quo, mea quidem sententia, calculi ipsius derivo generationem. Ceterum mensé Mayo adhuc aliquoties calculos minores sine doloribus excrevi; nec ad hanc usque diem sueti paroxysmi accessum sustinui. Mictio haetenus, mox largior, & assutorum quantitatibz sufficiens; mox parcior fuit: neque vero ullum prætermitto stimulum, quin ei obsecundans, mingendo me accingam.

Ex remediiis, quæ ad infringendum calculi augmentum mihi commendabantur, erat quoque allium, per nycthemeron spiritui vini infusum, & in ipso, quo luna sit nova, articulo sumsum: quod etiam, non sine fructu, & cum in sequente facilitiori calculorum excretione, eo lubentius sumsi; quo magis

Abelius loc. cit. illud commendat, & quod acidum coagulans & lapidificans impedit, testatur. Quum porro in urina observavi sedimentum mucosum, fabulum rubicundum dimittens, constitui tinctora ex aqua petroselini nonnunquam uti; quippe quæ mucum incidere, attenuare, & ad exitum disponere dicitur. Evolvi non minus varios medicorum libros; & ex quibusdam malum meum immedicabile fore percepi, ex aliis autem vidi, non omnem adhuc spem penitus evanuisse; atque simul intellexi, quod curationem cantam esse oporteat, neque intempestiva pellentia, aut resolventia adhibeantur. Vid. WEDELII tr. de medicamentorum facultatibus cognoscendis & adipicandis pag. 115. Credi ergo, me operæ pretium facturum, si ea usurparem medicamina, quæ totum corpus, maximeque sanguineam malassam a particulis tartareis, calculi nutritiibus, repurgarent: cum autem hæc ad impedienda concrementa in renibus calculosa minus sufficientia arbitrarer, haud alienum putavi, nephriticas interdum conjungere medicinas; quas inter commendatum ex Zwingeri tr. quem vocat den sichern und geschwinden Arzt, pulverem, pridie novilunii pariter ac plenilunii pondere unius drachmæ capiebam. Ille sic se habebat: Recipe semenis anisi, foeniculi, cymini, petroselini, lapidum cancerorum ana unciam unam, feminis nasturtii drachmas duas. M. F. pulvis. Nec omittenda duco emollientia, aperientia, ac lubricantia, ut iisdem viæ, per quas calculi pariter ac fabulum abirent, fierent magis lubricæ: ac denique egregium fore eorum usum, quæ calculum imminuant, persuaserum: ex quorum censu a medicis prescripta lego, radices ononis, urticæ, semen urticæ rubræ, genistæ, baccas juniperi, grana cynosbati, lapidem spongæ, nephriticum, sanguinem hircinum, leporinum, testas ovorum in cinerem redactas, corallia rubra adusta, lignum nephriticum, gemmas perœ, cremorem tartari cum diagrydio, calculum humanum in pulverem reda-

dactum, lapides cancerorum præparatos, sal calculi humani, volatile succini, volatile tartari, chrystillum calcinatum &c. Quum autem magna opus sit in adhibendis hisce remediis, & providentia, & prudenter, nihil sponte moliri audeo, sed tamen, Vir illustris, consilium flagito.

CONSULTATIO.

Quantum ex tuis litteris, Vir Reve rende, percepit, omnino mihi videris insigni, ad calculosam in re ne sinistro concretionem pollere disposi tione; quæ in eo consistit, quod ren iste, tono ac robore suo naturali privatus, & valde opportunus sit ad recipienda, quæ secretum lotium secum advehit, recre men ta tartarea, diuturniori mora in cal culum abeuntia. At remedia, quæ pa sim legisti, & quorum permagnus in scri ptis Medicorum reperitur numerus, ita sunt comparata, ut majus fere damnum minentur, quam emolumentum: con sultissimum potius est, ut a prudenti me dico ea feligantur, quæ tuæ constitutio ni sint maxime accommodata; & ea sob inde vivendi ordinetor ratio, quæ tibi conveniat. Quamobrem ante omnia ta lem potum feligendum suadeo, qui levis, nec nimis exsiccans, ac spirituofus est, & promte cum urina redditur; quo nomine cerevisæ triticeæ, præ crassis lopulatis in calculosis affectionibus semper obtinent palmam. Præterea ex cibis fugienda sunt cunctæ acida, caseosa, flatulenta, & quæ alvi inducunt obstructionem. Contra vero inter remedia duo sunt, quæ ad præ servationem commendo; quorum alterum constituit infusum theiforme, ex summitatum millefolii duobus manipulis, radicis liquiritiæ uncia, seminisque sceni culi drachmæ tribus concinnatum, & singulo mane ad sex vel octo sorbillandum vasa. Alterum est pulvis, qui ex radicis pimpinellæ nigrae, iridis Florentiæ, liquiritiæ, lapidum cancerorum ana uncia una, & olei macis guttis octo componi, & pondere unius drachma bis qua vis hebdomade vel mane, vel vesperi ad sumi potest. Sub ipso autem paroxysmo,

si calculorum excretio diffcilior succedit, & dolores pariat; præstat olei amygdala rum dulcium quatuor vel quinque cochlearia, cum drachmis duabus succi citri ex juscule sorbillare, nec non liquoris mei anodynii, qui dolores demulcit, vomitusque sedat, quadraginta gottas non nunquam adhibere. Quibus addere licet clysteres oleosos domesticos; & si malum iis cedere recuset, balneis aquæ dulcis umbilico tenuis per tres horæ quadrantes insidere oportet. Et hæ sunt, quæ pro ponenda duxi; quæ Deus reddat salutaria.

CASUS LXXIV.

De affectione calculosa rerum cum podagra.

Generosissimus vir triginta octo annorum, temperamenti cholericofanguinei, ad animi affectus, præsertim iracundiam facilimus, quam tamen sup primere, & artificiose simulare potest, primos juvenitis annos tam in Academiis, quam in aula Principis cuiusdam, luxu, diætæque erroribus, quos jam adulterior strenue fugit, transagit. Neque vero juvenis ullis calamitatibus generibus, præter gonorrhœam, pressus fuit. Elapsis abhinc septem annis in febrem acutam, tum populariter grassantem, incidit; quæ post aliquot hebdomades feliciter profligata relinquebat sudores copiosissimos, nullis cedentes remediis. Tandem, suau amicorum, binas vini rubri mensuras potabat, eo effectu, ut sudores quidem protinus cessarent, horrendi vero dolores, in ipsam denique podagram desinentes, pedes occuparent. Hæc podagræ affectio statim postea redire suevit temporibus; & non nisi per aliquot dies inherens, insequens pedum tumore semper evanuit. Sed post biennium accedebant dolores dorsi, ac lumborum, quos sabuli ac calculorum mixtio ne sequebatur. Arque hi duo affectus semper conjuncti erant; podagræ enim cruciatos excipiebant dolores ex calcu lo; qui licet atrociores essent, tame

bre-

brevi temporis spatio, excreto calculo ac fabulo, remittebant; & vix omni semestri recurrebant.

Verum enim vero, hoc novissimo anno exacerbari videntur symptomata. Namque decem circiter abhinc hebdomadibus invadebat pedes dolor podagrīcus; qui ab omni quidem tumore vacuus, sed eo majori præcordiorum anxietate, & pectoris dolore stipatus, per tempus diuturnum adfligebat; atque tum in nephriticum dolorem, cum vomitibus, intestinorum terminibus, ac alvi obstruktione junctum terminabatur. Quæ affectiones quamvis variis medicaminibus plurimam partem sint debellatae; tamen dolores lumborum per ilia ad coxendicem excurrentes adhuc urgent, & fabulum pariter, ac minores calculi quotidie excernuntur. Inter remedia, his malis opposita, est infusum vinosum laxans; & sal volatile oleosum Sylvii, quod ager sub epulis capit; neque minus a tintura quadam antinephritica, quæ nihil est, nisi tintura salis tartari, solamen percepsisse affirmat. Epula ob adeptentiam exiguum sunt parciores; nec nisi boni succi comeduntur cibi: sed potui indulget liberalius, vitando vina & cuncta spirituosa. Absoluta digestione versus vesperam, corpus moderata equitatione exercere, & ab omnibus lucubrationibus abstinere solet. Alvus, quæ in paroxysmo clausa est, extra hunc rite fungitur suo officio: urina mingitur valde cruda, turbida, & aquosa, deponitque sedimentum album mucosum, cum fabulo albo, calculisque rubicundis, permixtum: sed post levissimum corporis motum, rubicundior adparet, atque cruenta, & jam parcius reddi observatur. Quæ cum ita sint, tuum, Vir illustris, ad hæc mala abarcenda petit consilium ager generosus; & in eo determinari cupit, an liceat thermis, vel acidulis uti?

CONSILIUM.

REste per venerunt ad manus meas litteræ, in quibus Viri generosissimi

adversa valetudo, quæ in podagrīcis potissimum ac calculosis affectionibus consistit, ample satis ac copiose describitur. Quod si igitur tunc morbi momenta, sedulo mecum reputem; facile intelligo, massam humorum a salibus scorbuticis tartareisque esse contaminatam; quorum subtilliora, ac volatiliora, ad articulorum ligamenta nervosa, tendinoaque procumbunt, & podagram constituunt; crassiora vero, fixiora, atque terrestria, in lotii forma excernenda, in renibus subsistunt, & concretiones calculosas efformant: quæ in ureteres nervosos impactæ, dolores, spasmos, vomitus, aliaque caussantur symptomata. Harum autem scorbuticarum sanguinis impuritatum primum fundamentum, procul omni dubio in hereditaria dispositione situm esse videtur; cui deinceps crebri diætæ errores, in juventute commissi, ac forsan præmaturum, nimiumque veneris exercitium, longe maioris addiderunt augmentum; quippe quibus cauissis, tonus ventriculi ac intestinorum destruetus, & hinc minus laudabilis generatus fuit chylus. Et sane præternaturalis ejusmodi solidarum pariter ac fluidarum partium dispositio, quo altiores agit radices, eo difficiliorem ac intricatorem reddit curationem: quæ in nostro ægrotante adhuc omnino locum habet.

Maxima vero curationis præservatoria vis in recto vivendi genere later: quo nomine omnes calidores potus, cerevisias spissiores, ac valde saturatas, libera liorem vini potationem, cibos crudos, salitos, flatulentos, acidos, nimium casei usum, fortiorum corporis exercitacionem, maxime quæ per equitationem fit, & animi commotiones, in primis incertorem, cane pejus ac angue vitare oportet. Contra in locum potus ordinarii, cerevisia triticea, leviori, quæ nullam fovet aciditatem, nec flatus gignit, sed promte vias permeat urinarias, uti; aut si hec non in promptu fuerit, sequens decoctum potare expediet: Recipe radicis chinæ, Icorzonera ana uncias quatuor, cicchorei unciam, feminis foeniculi draconias tres. Conc. cont. D. S. species, quarum una cum dimidia uncia ex binis aquæ

aquaæ mensuris, per horam decoquatur dimidiā.

Præterea operam præstabit egregiam infusum theiforme manæ ad sex vel septem vascula forbillardum, quod sic parari potest: Recipe herbæ veronicæ manipulos duos, summitatum millefolii manipulum unum, radicis glycyrrhizæ unciam unam. Conc. Cont. D. Tum inter aquas minerales commendo acidulas Schwalbæcenses, per quatuor hebdomades ad ipsam leatebram potandas, & tum subiungenda balnea, quæ vocant das Schlangen-Bad, valde ludeo. Quemadmodum porro omnia purgantia, quæ tormina excitant, præsertim folia sennæ, probe sunt fugienda: ita e contrario leniora laxantia, maxime infusum mannatum, etiam sub acidularum potatione, nonnunquam sumere conveniet. Tale hoc esse potest: Recipe mannae electæ uncias duas, tremoris tartari, terræ foliaræ tartari ana drachmam semis; coque & solve leni calore in aquaæ florum acaciae uncis quinque; collatura adde olei de cedro Italici guttas quatuor. M. D. pro una dosi. Nec alienum erit, bis quotannis ex vena in pede tusa, sex vel septem cruoris detrahere uncias. Non minus egregio cum fructu, tam præservandi, quam curandi fine, adhiberi possunt liquor meus anodynus, & polvis præcipitans, humorumque temperans acrimoniæ: quibus, si defecerint, & spiritum nitri dulcem, & pulverem, ex lapidibus cancerorum, matre perlata ac nitro depurato confectum substituere licet. Contra podagricos dolores, externis emplastris ac unguentis uti, nihil est nisi oleum camino addere; melius est, solutis paululum tormentis, ad roborandas debilitatas partes, spiritu vini camphorato balsamo meo vita nupto, pedes vesperi inungere. Quibus consiliis si aures dederit generosus ager, de felici curationis evenitu neutiquam dubito.

C A S U S LXXV.

De calculo renum inveterato, cum hernia scrotali.

V Ir quidam, duos & quadraginta annos natus, temperamenti sanguineo-cholerici, decimo jam quarto ætatis anno tormenta a calculo renibus illata sensit, tumque primum lapidem ex rene sinistro excrevit. Aboeo tempore ad hanc usque diem ren sinistra ab omni dolore mansit liber: atque calculi, quos posthæc reddidit, præsertim illi duo, ex tatis vigesimo secundo anno excussi, ex dextro semper rene propullarunt; nec nisi levioribus ac brevioribus stipati fuerunt paroxysmis. Octo jam excorrerunt anni, cum inito matrimonio, pristino malo frequentius agitari cœperit: siquidem non modo prioribus conjugij annis, post atrociores dolores, modo grandiores, modo minores abierunt calculi; verum etiam novissime elapsa æstate urina sæpius, cum multis arenulis candidioribus, rubellisque calculis referta, absque doloribus, fere profluxit. Præterea ante binos annos, autumnali pariter ac vernali tempestate, febrem toleravit tertianam; quæ usu corticis Peruviani semper debellata, ultimo vere siluit, & non nisi Augusto rediit mense. Sed post binas accessiones sponte conquivit, & suetum post se traxit calculos paroxysmom. Neque vero pristinis par erat; verum atrocioribus symptomatibus stipatus per octo inhærebat hebdomades. Namque dolores in dextrum renem incumbebant affidui; frequentes vexabant vomitiones, & ingens opium ciborum fastidium; urinæ mingebantur interdum cruentæ, cum nullo calculi proventu: vires sensim prosternebantur, & sangois, qui ob metum febris symptomatica, aut inflammationis renum, ex vena detrahebatur, crusta inflammatoria obductus adparebat. Adhibitis convenientibus medicinis, tandem remitebant & vomitus, & ciborum fastidium; ægerque adpetitum, ac vires recuperabat adeo, ut

ut absque molestia cunctis muneribus fungi, ambulare, curru vehi, decumbere jam possit. At vero urina adhuc est diluta, pallida, nonnunquam subcruenta; dolor stabilis in regione dextri renis, lumborumque inhærescit, mox levior, mox gravior; nec per tres jam menses, more alias sueto, arenulae abierunt: quæ symptomata metum utique faciunt, ne major lapis renem dextrum occupet, ei que gravissimas minetur lassiones.

Præter hunc affectum, aliis adhuc est, qui permultam ægrotanti figit crucem. Nimirum quam sibi juvenis contraxit, adhuc gestat herniam, enteroceles nomine a medicis insignitam; qua portio omenti ac intestini coquidam in scrotum delapsa videtur. Hæc vero ad trigesimum nonum usque etatis annum, nullam prouersus creavit molestiam; & licet testiculus dexter sinistro semper major fuerit, atque durior, ægrum tamen neutrīquā impedivit, quo minus equo vehi, ac secundis defungi potuerit coitus. Sed a tribus annis, obtusum ac quasi sensivum dolorem in inguinis dextri regione persensit, & ipse tumor herniosus magis grandescere cecepit: quos effectus æger partim atrocioribus a calculo tormentis, partim catharralibus, quas sè penumero toleravit, affectionibus imputavit. Et quamvis hi dolores in dextra inguinis regione sint levissimi; attamen cum assidui inhæserunt, & sinistrum quoque latus occupare minantur; vereor utique, ne ex hac hernia simplicio ri tandem fiat incarcerata. Ea enim, dum valde inveteravit, nec manu perita reponi, nec ullis subligaculis coerceri potest.

Neque ceterum ignorari oportet, ægram per plurimos annos circa utrumque æquinoctium venam præbere tundendam; viatu utri per quam regolari; non nisi triticeam potare cerevisiam, & ad excandescientiam esse faciliuum. Non minus congestiones varias, flatulentias hypochondriacas, & alvi flegnitum, absque ullis hæmorrhoidalibus fluxus notis, crebro patitur; assiduumque pedum sensit frigus; qui simul intumescunt.

Quæ cum ita sint, judicium consilium que tuum, Vir illustris, flagitamus; & ad sequentes quæstiones benevolam expectamus responsum, 1.) Quæ remedia calculosæ renis dextri affectioni opponere liceat, ut præsens tuto eliminetur calculus, & imminens renum inflammatio, vel ulceratio arceatur?

2.) Quæ in usum vocanda sint præsidia, si forsitan calculus in ureteris intraverit canalem?

3.) Aone sit impossibile, herniam reponere; numnam nulla sint auxilia, quibus debilitati cum toto nervorum systemate, processus peritonæ adeo roborari possent, ut nec major eorundem relaxatio, nec incrementum hernie, nec intestinalium incarceratedebeant timeri?

4.) Num naturæ ac constitutioni ægrotantis sit conveniens, præservatoriæ curationem quotannis instituere, quæ ventriculus, cuncta viscera, totumque nervorum genus confortetur, alvi excretio promoveatur, flatus discutiantur, circulus humorum aquabilis reddatur, & hinc recensia mala præcaveantur?

CONSULTATIO.

Gravia sunt, quæ spectatissimum ægrotum immoiter tractant, vitia; quibus consultatus, si nulque propositorum quæstionum priori: Quæ remedia calculosæ renis dextri affectioni opponere liceat, ut præsens tuto eliminetur calculus, & imminens renum inflammatio, vel ulceratio arceantur? satisfacturus: non omnino possum, quin satis arduam dextri renis labem, ejusdemque non modo nimiam relaxationem, verum etiam ipsam ulcerationem suspicer: unde partim urinæ subcruentæ, & ab extravasato sanguine tinctæ, partim sabuli, calculique mixtio suam petunt originem. Jam igitur ea elo maxima curationis intentio, ut molli tam inveterati ulterius incrementum præpediamus, majorem inflammationis, ulcerisque progressum inhibeamus, atque metuendam lentam ac hecticam febrem præservemus. Quibus scopis assequendis, consultissimum judi-

eo, ut more hactenus sueto, ter quotannis vena in pede fecetur, sanguinisque sex vel octo detrahantur unciae: cui operationi Februarius, Junius ac October menses sunt opportunitissimi. Deinceps egregie conveniet potatio acidularum Selteranarum, lacti asinino nuptarum: quæ, sorbillata quotidie mensura una cum dimidia, & interposito singulo octiduo laxante quodam, per sex continuandas sunt hebdomades. Laxans etiam sub initium portationis assumi debet, & hoc fine vel quindecim pilularum mearum balsamicarum, vel infusum mannatum erit proficuum, quod sic se habet: Recipe manna electæ unciam cum dimidia, rhabarbari electi drachmas tres, cremonis tartari ana drachmam, coque & solvete leni calore in aquæ petroselini uncis quinque, colatura adde liquoris anodynii guttas 20, olei de Cedro guttas tres. D. pro una dosi. In hisce sane renum vitis acidulis Selteranis, cum lacte asinino mixtis, nihil deprehendi salubrius, quippe quæ sanguinem a sordibus purificant, acrimoniam temperant, & ipsi opitulantur ulcerationi: lacti vero asinino etiam vaccinum substitui potest. Ad roborandas porro debilitatas partes, haud ludentur opera, si æger scrupulos duos pulveris mei præcipitant, alternis vesperis ex aqua pura fontana sumferit, cui etiam scopo utique satisfaciet liquor meus anodynus, alternis pariter diebus ad viginti guttas, ex aqua frigida capiendus. Hoc enim remedii genus non modo in ipsis paroxysmis, horrendos mitigat dolores, verum etiam præservandi fine ad roborandas debiles partes, magnam possidei efficaciam. Neque minus congruum erit, singulo mane infusum theiforme sorbere, cuius sequens sit formula. Recipe herba veronica, summisatum millefolii ana manipulos duos, radicis liquiritiae unciam dimidiad, semen foeniculi drachmas duas. C. C. D. Et cum denique ad hypochondriacas passiones inclinet æger, non sine fructu singulari adhibebit Elixir nostrum viscerale, tanquam præstantissimum stomachicum, minus spirituosum, quod ter quavis hebdomade vel sub epu-

lis vel hora quarta pomeridiana ad sexaginta guttas sumi potest.

Hilce simul quarta questione soluta, ad alteram: Quæ in usum sint vocanda, si forsitan calculus intraverit urereres? respondendum duco: quod tum nihil sit accommodatus, quam alvo per clystes domesticos, largiter oleosos solura, aliquot cochlearia olei amygdalarum dulcium, cum viginti liquoris anodynii guttis ex juscule tepidiori devorare; & loco dolenti vesicam decocto, ex floribus malvae, sambuci, chamæmelii vulgaris, semine cymini & lacte parato plenam applicare: quibus spastici, doloresque soportantur, & partes paulisper relaxantur, ut commode transire possit calculus.

Et quod denique tertiam questionem attinet: Anne prostant remedia, quibus relaxati processus peritonæi ita queant corroborari, ut præcaveatur herniæ incrementum, & incarceratio intestinorum? duo sunt, quæ hoc fine usurpanda suadeo medicamina. Interne nimis quatuordecim pilularum balsamicarum vel manœ vel vesperi nonnunquam devorentur, ut earum ope fortes partite ac fatus, herniæ inerementum procurantes, eliminentur. Extrinsecus vero ad inguinalem regionem emplastrum de miloto, cuius uncia cum binis camphore scrupulis sit permixta, imponere, & locum affectum ab omni frigore probe munire expediet.

C A S U S LXXVI.

De affectu nephriticō simplici.

Purimum Reverendus vir, tempore ramenti cholericо-sanguinei, a teneris studiorum amantissimus, post vitam per septennium in Academiis sub sarcina integra valetodine absolutum, sex annos munere scholastico, tædii pathemataque pleno transigit. Neque tamen minus redditissime valuit, nisi quod tandem pectoris affectionibus premeretur, quæ vero, postquam munus, in quo cerebra equitatione corpus movere potuit, subierat, penitus cessarunt; & ille, huic offici-

officio per decennium praefectus, prater est harrales, & interiecto biennio tertiam febres, nullis succubuit morbis. Tum alio ecclesiastico ornatus munere, vitam ingressus est magis sedentariam: in qua non nisi autumno, atque vere, ad visitandas ecclesias, brevibus fungebatur itineribus; nec in hoc vita genere, quinquaginta jam annos natus, habebat, de quo conquereretur. Haemorrhoides nunquam ipsi fluxerunt; sed nonnunquam tumor fabam magnus, ani regionem occupavit, semperque sponte evanuit. Praterea a quatuordecim jam annis veniam singulo anno in brachio tundendam curare suavit; quæ suauis medici semel in pede secata, & circa autumnale elapsi anni æquinoctium ob gravia negotia plane non incisa est. Ceterum diætam observat strictissimam; spiritum vini fugit, nec vinum, nisi inter convivia, parcissime bibit; cerevisia vero levioris unam cum dimidia subepulis potare solet mensuram. Natus quoque est parentibus saniissimus, prater quod mater ante triginta annos ex calculo laboraverit; quæ abhinc ad hoc usque tempus bene habet. Neque ipse calculosam unquam perpessus est affectionem, nisi quod interdum sabulum rubicundum matulæ adhaerit, quod medicis pro saburra scorbutica habuerunt.

Verum enimvero, elapso circiter anno, sumtisque forsan in prandio tribus vini Franconici haustibus, repente veluti stranguriaprehendebatur; dolores in sinistro lumborum latere gravativi actenivi per dorsi spinam, juxta ureterum tractum ascendebant, & ipsum lecto affiebant; sed applicatis sacculis calidioribus, sumtisque pulveris antispasmodici binis portionibus, intra tres horas remittebant. Postridie eodem tempore revertebantur eadem passiones, nec obsecundabant dictis pulveribus: mictionis potius assiduum urgebat desiderium, urina vero guttatim exprimebatur, & graves dolores, iisque tensivi atque pressori finito reni incumbebant: ipsum lotium copiosum demittebat sedimentum, ac tandem sabulum, cum nullo calculo. Tandem hora matutina tertia remittebant

hæ symptomata, impositoque lumbis sacculo discutiente, qui flores thymame li habebat, oleoque nervino illis inuncto profus evanescebant. Vix elapo octiduo recrudescebant, & per acto horas, utut leviora inhærebant, atque molesto ad alvum deponendam nisu, atque faciem primo, tumque pituita alba excretione stipata erant. Talis paroxysmus posthac bis singulo mense rediit, & nec horrores, nec vomitus, sed largos sudores semper habuit comites: neque etiam extra paroxysmum a perpetua circa internum urethra orificium pressione æger immunis erat.

Consulti Medici ordinabant insulsum antinephriticum, pilulas polycrestas, tinturam tartari, varios pulveres, pediluvia, quin & liquorem anodynūmine ralem; quibus quidem muneri suo fungendo reddebatur idoneus, attamen molestam illam pressionem per intervalla patiebatur: quæ nec tula in pede vena, sed paucō detracto sanguine, mitigabatur, nec per institutam sequenti estate peregrinationem depelli poterat, licet sub hac melius haberet, & majori ciborum fruere tur adpetitu. Missio sanguinis, quæ novissimo æquinoctio autumnali instituebatur, mitigare videbatur gravativam illam in orificio vesicæ molestiam, cui pungens per vices jungebatur dolor; sed illa mox revertebatur, & præcipuum est incommodum, de quo jam conqueritur æger.

In primis versus epulas invadit; sed, quamdiu his utitur, penitus silet: sumtum insulsum quoddam calidum, aut portam ordinariam cerevisiam, vehementes excipiunt ad mingendum stimuli, cum ardore in urethra, & sèpenumero tensivis lumborum doloribus juncti: tumque redditur urina tenuis absque sedimento. Sed quam jejunus mingit, citrino colore imbuta, & diluta est; ac post aliquam moram, farinaceum ad matulæ fundum deponit sedimentum, quod agitato vitro, nubis instar ascendet, tumque arenulas intermixtas ostendit. Quom itaque malum adhuc recens, tamen pertinax videatur: opportunum utique judicat æger, ut

ut ipsi obviam eatur, & ob illam caussam
Tuo, vir illustris, uti cupit consilio.

C O N S I L I U M.

MOrbus, quo Vir plurimum Reve-
rendus divexatur, adhuc est ne-
phriticus simplex; qui nisi tempestivis
præsidis oppugnetur, metum omnino fa-
cit, ne in calculosum transeat. Hujus au-
tem origo son modo hæreditariæ, & a
matre accepiæ dispositioni; verum etiam
ipsi ægrotantis ætati, quæ virilis est, ac
denique intermissa sectioni venæ debetur.
Causa mali hæret in uretere sinistro, ubi
in vesicam ingreditur, non a calculo, sed
mucagine spissa, sabulo permixta obdu-
cto: unde lotii descensus in vesicam im-
peditur, & violenti spasmi, doloresque
in uretere, vesica, urethra, ac vicino
recto intestino ardentes, suos mutuantur
natales. Præterea spasmorum istorum
atrocias, libero humorum per venas hæ-
morrhoidales itineri, obex ponitur, ideo
que partim tuberculorum anum obsiden-
tium, partim tenesmi, atque excretio-
nis materiæ pituitosæ pellucidæ ratio lu-
culenter patet. Præcipiuus autem fomes,
ex quo saburra pituitosa ac arenosa, ure-
teribus impacta, propullat, non nisi in
rene latet sinistro: in quo, malo diutius
perseverante, obtonum nimis laxum ac
debilitatum, calculosa concrementa fa-
cillime poterunt generari.

Quo igitur convenientes ferantur sup-
petia; necessarium ante omnia duco, ut
vena in pede circa quodvis æquinoctium,
quin etiam æstivum solstitium, regulari-
ter incidatur. Deinceps adventante vere,
curationem cum acidulis Selteranis opor-
tet instituere; quæ etiam præsenti tem-
pore, si tres earum partes cum una vini
Mocellani fuerint permixtæ, vicem potus
ordinarii commode explebunt. Tum ex-
cellentem operam pollicetur liquor meus
anodynus; cuius quadraginta guttae, cum
pulveris præcipitantis drachma dimidia
maritatem ex haustu aqua frigidæ, tam in
ipso paroxysmo, quam extra illum alter-
nis vesperis assumi possunt. Non minus
singulo mane, sex circiter vascula infusi

theiformis sorbillare convenit, quod sic
se habet: Recipe herbae veronicae, sum-
mitatum millefolii ana manipulos duos,
seminis fœniculi drachmas duas. C. C. D.
Præsertim vero alvi lubricitati semper
studendum est; cui scopo vel clysteres,
vel manna, pondere unciae usius cum
cremoris tartari drachma assumta, opti-
me faciunt satis. Neque minorem utili-
tatem spondent moderatæ corporis exer-
citaciones; sub quibus pariter ac omni re-
liquo tempore, pedes & dorsum in æquali
conservari debent calore. Extrinsicus
denique, si dolorum nimia fuerit perti-
nacia, convenientissime loco affecto ad-
plicabitur vesica, lacte calido, cum flo-
ribus sambuci ac chamæmeli decocto re-
pleta.

Relatio ulterior.

REDE & ex præscripto usus est æger
commendatis præsidis, sed Selter-
anas aquas, cum illarum haud fieret par-
ticeps, potare non potuit. Accidit au-
tem, ut dum corpus aliquando sub itinere
vehementer concuteretur, hæmorrhoi-
des erumperent, & per octo dies modera-
tæ fluenter: unde quidem magnum cun-
ctorum symptomatum levamen est inse-
quutum; at pressio circa vesicam, urinæ
ardor, atque sabuli mihi inhaerent.
Quare ulterius petit auxilium.

Commendavi itaque, ut usui præscri-
ptorum medicaminum diutius insisteret,
& corporis exercitio sedulo studeret; quo-
nam affectus ejusmodi, temporis diutur-
nitate porissimum expugnantur. Præter-
ea vero, cum accesserunt hæmorrhoides;
pilarum balsamicarum quatuordecim
nonnunquam capiendas suasi.

C A S U S LXXVII.

*De dolore nephritico cum numerosa cal-
colorum excretione.*

VIR quidam illustris, annorum qua-
draginta sex, temperamenti san-
guinei, robustæ constitutionis, parenti-
bus senili missus natus, & a teneris reflissi-

me valens , venatoria rei semper fuit amantissimus , atque rusticulas venando perseguaturus , in locis humidis ac paludosis ad ventrem usque obambulare solitus , insignem non raro toleravit refrigerationem . Hinc ad hanc usque diem tanto frigore algent pedes , ut nec calidissimis soveri queant linteis . Præterea per decem jam annos , singulo fere mense , cruentum per sedales venas excernere sive copiosissimum ; neque minus quotannis , nonnunquam bis venam tundendam præbuit ; & per totum illud tempus a cunctis intestinorum terminibus , aut spasmodicis vel hypochondriacis symptomatis vixit immunis .

Verum tertius jam agitur annus , ex quo acerbissimi , atque more infixa aculei pungentes dolores in rem sinistrum incumbeant , tanta acerbitate , ut eger nec stare , nec ambulare posset . Intervallum excurrebant hæc tormenta ad imum ventrem , vomitibus , ac summo ciborum fastidio stipata ; & binis abhinc annis calculi triginta duo uno impetu sub atrocissimis doloribus excernebantur ; cunctorumque symptomatum levamen post se trahebant . Neque vero ab illo tempore conquiescebant tormenta a calcuolo illata , sed per intervalla cum vomitione , atrocique ad alvum , urinamque reddendam stimulo , tanta lapie adfligebant ferocitate , ut morti videretur vicinus ; donec tandem lapides cum multa pituita excussi solamen inferrent . Interim singulis binis mensibus fluebant hemorrhoides ; & post fortioriem equitationem , cruenta sè penumero mingebatur urina .

Vixit ceterum satis ordinato utitur , nisi quod acidis interdum delectetur cibis ; vinique vel Rhenani , vel Mosellani unicam quotidie potet mensuram . Tandem Carolinas thermas sub recto regimine per viginti duos bibit dies ; subque hac potionem decem , viginti , quin triginta quotidie excrevit calculos . Urna profluxit crassa , ac uberrimo mucoplena , qui siccatus , & carentibus injec-
tus prunis , volatilium ac fœtidissimum sparsit odorem . Calculi fuerunt albican-

Hoffm. Consult. Med.

tes , vel potius horum confractæ partes ; & , quod reliquum est , ab usu dictarum thermarum bene habuit .

Ex his luculenter adparet , atrocium passionum , quibus vir illustris male habetur , caussam , concremento calculoso , renem sinistrum obsidenti , & inde per meatus urinarios ad vesicam devoluta in acceptis esse ferendam . Quum igitur thermæ Carolinae non sine insigni fructu adhibita fuerint , scire desideravit & ger , num ipsi balnea Tœplicensia sint profutura ; atque quibus remediiis graviora symptomata subinde possint præcaveri ?

Quod ergo attinet horum balneorum usum ; ego quidem illum minime dissuadere possum . Namque hæ thermæ ob leviores , ac subtiliores , quas fovent , aquas , potenter penetrant cutis poros , tumque fibras tensas emolliunt , motum sanguinis ad partes exteriores , totumque corpus egregie promovent , hinc circumulum humorum per interiora reddunt & quabilem , omnesque spasmus , ac dolores , vi blandi caloris pariter , ac humilitatis demulcent . Sed probe cavendum , ne justo sint calidores hæ aquæ ; quare feliciori successu ex scatebra intra clave deportantur ; ibidemque illis tepidioribus , & affusione calidiori in æquali tempore conservandis , singulo mane umbilico tenus per integrum horam insidetur . Tum lectus petatur , & haultis in eo aliquot infusi theiformis vasculis , lenis expectetur sudor . Hæc , si contulerint , per sex continuari possunt dies ; quod si vero sanguinem nimis commoverint , & urina plane cruenta adparuerit , abstinentendum ab illis , & potius pediliis , quibus singula vespera pedes ad genua usque immittantur , utendum suadeo ; quæ etiam , si mane in balnea descenditur , velperi adhibere licet . Quæcunque horum præsidiorum in ulum vocentur ; præstat , ut eo melius orgasmi sanguinis loquiantur , vesperi , vel portionem pulveris mei precipitantis , vel quinquaginta liquoris anodynæ guttas adsumere ; atque ne segnis sit alvus , sub epulis pruna cocta , vel passulas comedere ; hisque minus sufficientibus , unciam

F f man-

manna, tremoris tartari drachmæ uni nuptam manæ ex juscule quodam devorare.

Absoluta hac curatione, redux factus vir illustris, ut singulo manæ pariter ac hora pomeridiana quarta per quatuor successive hebdomades, quatuor vascula sequentis infusi theiformis sorbeat, etiam atque etiam hortor.; Recipe radicis altheæ, eryngii ana unciam unam, herbae veronicæ, hederæ terrestris, scabiosæ, urticæ mortuæ, fragariæ, consolidar sarcenieræ ana manipulum unum, summatum millefolii, florum malvæ, hyperici, chamomillæ vulgaris ana manipulum semis, seminis fœniculi, anisi stellati, nitri purificati, ana drachmas duas, Conc. Conc. D. S. species; quarum uncia dimidia cum mensura aquæ puræ dimidia coquatur. Excellentissima enim est, quam hoc decoctum in purificandis renibus, eorumque ulcere consolidando præstat, virtus.

Quod autem jam attinet præservatricem medelam: notari primum meretur, quod recta sit ineunda vietus ratio. Quo nomine cuncta acida, tam edulia, præfertim acetum, quam potulenta, veluti sunt Rhenana, vel Mosellana vina omni studio evitare oportet; quorum in locum ad reborandum stomachum, haustus vii generosi dulcioris sub epulis concedi potest. Cavere porro convenit ab omnibus cibis flatulentis, lacticiniis, caseo, fortiori corporis motu, maxime per equitationem, & omni refrigeratione.

Deinceps consultissimum erit, ter quotannis, nimisrum Februario, Mayo, atque Septembri mensibus venæficationem in pede celebrare: atque pediluviosis, quæ ex aqua fluvialili, floribus chamaæmeli, cineribusque clavellatis parantur, crebro uti. Potus ordinarii loco commode inserviet hoc decoctum: Recipe radicis scorzonerae, graminis, fœniculi, asparagi ana uncias duas, corticis ligni safraæ, seminis fœniculi, nitri depurati ana drachmas duas. Inc. cont. D. S. species quarum uncia una cum dimidia, ex mensura una & semis aquæ puræ, addita passularum minorum uncia semis, per horam dimidiæ decoquatur.

Ut porro saburra acida, tanquam pulsulum concretionis calculosæ, tempereatur, mucus resolvatur, ac per urinam evacuetur; bis quavis hebdomade, vel manæ, vel vesperi drachmam dimidiæ sequentis pulveris capiendam suadeo. Recipe lapidum cancerorum unciam semis, lapidis lyncis, cochlearum ustorum, feminis lycopodii, arcani duplicati, nitri depurati, ana drachmam unam, olei macis guttas sex. M. F. pulvis. Alvus si fuerit clausa, tam intra, quam extra paroxysmum, evitatis omnibus purgantibus, beneficio clysterum, ex decocto avenaceo, floribus chamaæmeli, oleo amygdalarum dulcium, butyro, atque sale communi confectionum solvenda; vel manna interne cum oleo amygdalarum dulcium sumta molenda est.

Et denique in ipsis paroxysmis, si magna urget dolorum vehementia, præstantissimam opem ferent, vel liquor anodynus mineralis; vel ipsum oleum amygdalarum dulcium, succo citri nupsum, & ex juscule capiendum; vel etiam balnea, ex iisdem, quæ pediluvia constituunt, speciebus parata. Quibus, si futuro vere, thermarum Carolinarum potatio adjungatur, de felicissimo curationis eventu nullus dubito.

C A S U S LXXVIII.

De micetu cruento.

P uella duodecim annorum, temperamenti sanguinei, corporis tenerioris, infantilibus nondum perfunda morbis, patre ex incoercibili hæmoptysi mortuo, matre vero, quæ sanguinis, succorumque plenissima est, nata, a teneris ferme ad hoc usque tempus sanguinem cum urina reddere sivevit, hisque simul cruciatur symptomatibus. Color faciei primum expallescit, ipsa toto corpore languet, adpetitus ciborum perit, præfertim carnes abhorret, nausea fit, mentis incidit deliquium; tum meitur urina crassa, instar cerevisiæ, & ubi per quietem

tem subsedit, sedimentum nigricans cernitur. Sæpius atrocia junguntur tormenta; tumque antecedit horror, sequitur æstus ac sitis, atque succedunt dolores in regionem sinistri, novissime etiam dextri renis, incumbentes, & abhinc ad ossa pubis, fundumque vesicæ excurrentes. Præterea crus affecti lateris obtorpescit; tandemque vomendi superveniunt conatus, ac ipsæ vomitiones, dolorum levamen inferentes. Quando igitur tormenta, infusis clysteribus, daulque convenientibus medicinis, post aliquot dies conquieruntur; mictio adhuc per quodam dies fertur cruenta, absque fabuli nota; tum redeunt vires, lotum fit tenue ac naturale, ægra recuperat adpetitum, somnumque rectissime valet, donec post intervalla quatuor, vel sex hebdomadum, absque ullis caussis datis, revertatur idem paroxysmus.

Oppugnatum hactenus fuit hoc malum variis medicaminibus; datum nimis extra paroxysmos est infusum theiforme ex herba consolida saracenicæ, pyrolæ, radice altheæ, ac symphyti cinnatum; detractæque ex vena in pede pronuper tusa binæ circiter cruentis admodum spissi unciae, eo effectu, ut a paroxysmis longius fuerit otium. Potavit porro ægra acidulas Überlingenses, prope Ulmam sitas, per tres hebdomades, iisque in balneo usa est. Sub hac curatione siluerunt quidem cuncta symptomata; at ea absoluta, omnino redierunt, & præter consuetudinem, prævio calore præternaturali, efflorescentia macularum nigrarum, instar morsus pulicorum stipata fuerunt; quæ tamen quanto morbi die cum æstu sponte evanescunt; atque alvi solutionem reliquerunt. Abhinc continua ferme fuit sanguinis mictio; nec ullis paruit medicinis, quas inter trochiscos de Carabe cum bolo armena mixtos assumit: atamen juncti dolores, adhibito remedio, quod ex pulveribus radicis altheæ, farina hordei, bolo armena, speciebus diatragacanthæ frigidis, semine portulaca, radice liquiritiæ, & saccharo peni-

dio, paratum, inque lacte calido datum fuit, protinus remiserunt. Nec irritus olim fuit effectus pulverum præcipitan- tium cinnabarinorum, nitroforum, li- quoris anodynæ mineralis, essentiæ mil- lefolii ac cascarillæ nupti, actinflure antimonii acris &c. nihil tamen minus ad- hue inheret morbus: cuius medelam fla- gitamus.

CONSULTATIO.

Rarißima sane, notatuqe dignissima est mictio illa cruenta, cuiuscauila consultus sum, cujusque tam diuturnæ, & cum primis fere incunabulis invadentis, talihi per annos quinquaginta facienti medicinam, nullum sane occurrit exemplum. Namque cum hic morbus, senili potissimum ætati sit proprius; admiratione dignum est, quod jam in te- nera se exsuerit infantia. Et nisi forte corruptio ulcerosa retes occupaverit, spem foveo certissimam, fore ut acceden- te menstrua excretione hæc molesta cef- set adfectio. Ut autem interea, quan- tum fieri potest, malo feramus suppetias; consultum judico, ab omni vino ac ce- revisia abstinere, & pro potu uti decocto sequenti: Recipe ligni santalini flavi, rubri, lentici ana unciam unam, radi- cis scorzonerae, chinæ, rasuræ cornu cer- vi ana uncias tres, florum papaveris rheados pugillos quatuor, corticis ligni fas- safras unciam dimidiæ. C.C.D.S. spe- cies, quarum uncia una cum dimidia ex binis aquæ mensuris, per tres horæ qua- drantes, additis passulis minoribus, de- coquatur. Quod si haud arriserit: illud alternari potest cum sero lactis dolci, se- quenti ratione parando: Lactis caprini recentis binæ mensuræ, succo citri, quan- tum cochlear capit, permixti leniter coquantur, tum, ut caseosa separetur substantia, percolentur, & denique cum drachmis duabus oculorum cancrorum, & dimidia mellis uncia maritentur, pro- que usu asserventur.

Præterea non ludetur opera, si bis qua- vis hebdomade alvus blande purgetur, cui scopo sequens inservit pulvis: Reci-

pe rhabarbari scrupulum unum, cremoris tartari grana duodecim, nitri grana tria. M. F. pulvis. Nec incongruum erit, alternis vesperis sequentem pulvrem assumere: Recipe radicis glycyrrhizæ, ossium sepiæ ana drachmas duas, succini preparati, feminis lycopodii ana drachmam unam. M. F. pulvis, cuius scrupulus pro dosi capiatur. Extrinsecus ad lumborum regionem, ubi renes siti sunt, adipicere juvat hoc emplastrum: Recipe emplastri spermatis ranarum unciam unam, sacchari saturni drachmam unam, camphoræ grana duodecim. M. Ceterum rectam vivendi rationem obserbare oportet, & præsertim a cibis acidis, salitis, pomis, omnibus diureticis, utut levissimis, & corporis refrigeratione sedulo cavere.

CASUS LXXIX.

De miętu cruento perquam raro.

VIR quidam sexagenarius, anno millesimo septingentesimo decimo septimo, nocte, quæ Kalendas Januarii antecedebat, vehementibus coli doloribus, quibus jam antea sèpius laboraverat, ex improviso corripiebatur, cum mingendi difficultate sìpatis. Colica post paucos remittebat dies; at miętus desiderium inhärebat perpetuum, & absque manifesta caussa exacerbabatur. Accedebat tandem cruenta mięcio, & sèpius per octo, quin quatuordecim durabat dies; tum reddebat denuo dilutum, ac tenue lotium, sed cum perpetuis doloribus. Hæc scena per septem anni quadrantes ludebatur; in cassum adhibitis varii generis medicaminibus, ipsisque Egrantis acidulis. Anno 1718. mense Septembri, prævia in pede venæctione, quædam hirudines ano admovebantur, atque laxantia cum mundificantibus juncta propinabantur: quibus factum est, ut sinceri sanguinis effluxus cessaret, sed urina refrigerata copiosum, idque rubicundum sedimentum deponeret, & denique moleculas congrumati sanguinis secum vaheret. Harum molecularum ultra viginti,

quarum nonnullæ digitæ minimi longitudinem adæquantes, peculiari membra na investitæ erant, quædam carneam prossus induerant naturam, mense Novembri intra paucos dies excernebantur; atq; tum quiescebant quidem cuncta symptomata, sed miętus dolorificus pertinaciter inhärebat. Tandem superveniebat colica nephritica, omnibus, quæ solita sunt symptomatibus constipata, qua remittente, bini calculi instar feminis excutiebantur; quales etiam post quatuordecim abhinc dies, prægressa eadem colla, in matula cernebantur.

Ab eo tempore urina est limpida, tenuis, absque omni sedimento, attamen frequentissimus urget ad eam reddendam stimulus; ipsum lotium ægre mititur, sed nunquam proflus retinetur; anum cruciat perpetuus ardor, atque tenesmus; nec minus glandi dolor pungens, ardensque incumbit, & exinde iæpenumero ad perineum usque excurrit, cum rigida penis tensione: alvus raro respondet; venter scatet flatibus, crebri sunt ructus, ac vitiata ciborum cupiditas. Motus succussatorius corporis, & præsertim circa luna mutationes qualibet vel levissima malum exasperat motitatio; somnus ob continuum mingendi desiderium interrupitur; vires sibi constant, sed omnium rerum sumnum est tedium. Dorsum, osque sacrum tormentis caret; at in pubis regione extrinsecus creber sentitur pruritus; interne gravativus percipitur dolor, in dextro potissimum latere conspiens, & a tussi vel sternutatione exasperatur. Glandi sèpius inhæret sensus, ac si lotium sponte exstilleret; quod tamen non sit; licet interdum præter voluntatem effluat.

Tandem aliquot abhinc diebus redibat cruentus miętus; quo prima die copiosus per intervalla mingebatur cruar; altera fluebat parcior, lotiumque referebat spissum, atrumque sedimentum; tercia octo cruaris sinceri ac coagulati feruntur uncia; quarta reddebat purum coagulati sanguinis. Hisce diebus, præter frequentem mingendi conatum,

ac pressorium circa pubis regionem dolorem, non habebat æger, de quo conquereretur: verum posthæc cum clara tenuisque cerneretur urina, atrocissimi redierunt cruciatus.

CONCILIUM MEDICUM.

EX præmissa morbi historia, aliisque mecum communicatis momentis probe intellexi, virum quendam, summe plethoricum, ex denegata sanguinis per vias hæmorrhoidales evacuatione, colica olim spastmodica laborasse; & postea huculque gravi dysuria, cruentaque mictione vehementer discruciar. Peculiaris vero mictui sanguineo hic debetur animadversio; quippe quæ nevitquam ex renum vitio, venarumque emulgientium ruptura, tanquam frequentissima hujus affectionis carissa dependet; sed potius ex raro venæ hæmorrhoidalis externæ hypogastricæ, qui suffragante Anatomorum, inque primis BAUHINI Lib. I. cap. XX, testimonio, in nobilioris sexus perlonis multos ad vesicæ cervicem spargit surculos, disrupto, cruoremque in vesicæ cavum effundente suos mutuatur natales. Hæc mictionis cruentæ species, licet non adeo frequens existat: attamen illius quedam in libris medicorum fit mentio. Sic enim HOECHSTEDERUS obs. Dec. 1, schol. casu 2. Fundit sæpius, inquit, hæmorrhoides externæ sanguinem in vesicam, ut absque vitio renum mingatur, quod in nobili quedam licuit videre. Conf. etiam MISC. NAT. CUR. Dec. I. anno 8, obs. 23. Hujus vero affectionis hæc potissimum sunt nota: Renum, lumborumque regio dolorum gaudet vaevitate, at perpetua mingendi vexat cupiditas, anum torquet continuus ardor, atque tenellus, glandem obsidet dolor pungens, ardens, lancinans, & ad perinæi regionem, cum rigida penis tensione propagatur, atque vi contensus alvus pertinaciter stringitus, flatulque ventrem distendunt. Quæ cum in nostro caso præsto sint symptomata, dolorque gravatus dextrum præcipue inguinis latus, cum molesto pruritu exerceat, nullum superest du-

bium, quin sedes mali in pelvi, partibusque ibidem sitis, vesica nimis ac intenso recto hæreat.

Quando enim cunque cumulati, accedente vita sedentaria, humores circa dictas regiones stagnant, disrumpuntur vasa in cervice vesicæ sita, magnamque sinceri sanguinis plorant quantitatem. Quod si vero crux paucis dumtaxat guttulis per vasorum orificia exstilleret, coagulatur successive, & cum tenaci, qui vesica continetur, muco commixtus, construit moleculas illas sanguinis congruati, membrana quadam investitas. Huc quadrant verba, quæ in M. N. C. cit. loc. exstant, & sic se habent: Tandem cum maximo cruciatu, & ardore vehementi in ima pube & circa virgam, varios magnos, ac oblongos sanguinis grumos, instar hepatis lucii piscis mingendo ejaculabantur; binc omnes dolores in momento quasi evanescabant, & urina postea tota pellucida &c.

Verum enim vero hos affectus, maxime si senibus eveniant, & altiores egerint radices, curatu difficultimos esse, ipse jam confirmat HIPPOCRATES, dum Sect. 6. aph. 6. scribit: Quæ circa vesicam consistunt affectiones, operose sanantur in senibus. Neque tamen desperandum est, &, quantum possibile, malo obvia eundum, ne in ulcerationem, ac lethifaram sphacelationem tandem transeat. Quo fine operæ erit pretium, ter quotannis venam in brachio pertundere; & alvi lubricitatem, vitatis sedulo purgantibus, & aloeticis, ope passularum rhabarbarinarum conservare perpetuam. Pro potu ordinario utendum est decocto ex radice chinæ, salsaparilla, santalo rubro, & citrino ac glycyrrhiza confectione: abstrehendum ab omni cerevisia vinique potatione, nisi quod haustus generosi Burgundiaci inter epulas concedatur. Neque vero convenienti acidulæ, nec thermæ, nec balnea; sed extrinsecus roborandi pariter ac discutiendi fine, ad perinæi regionem aqua arquebusadæ intra linteal duplicita noctu præsertim applicare juvabit.

CASUS LXXX.

*De mictione cruenta, & urinæ incontinentia ex tumore pedum præ-
postere tractato.*

VIR annorum 66. ante sex circiter annos, totus calens sudoreque perfolus, libero se tradidit aeri; & inde tantum incidit frigus, ac si gelidissimæ immersus esset aquæ. Mox periit ciborum adpetitus; atque tumor quidam pedes occupavit, breve tempore usque ad præcordia ascendit. Accitus medicus hydropticum subesse ratus tumorem, flavum dedit pulverem; ex quo venter impetuose solvebatur, ac intumescientia prorsus evanescerat. Tribus abhinc annis, deinde grandescerat abdomen cum pedibus; & priori pulvere, junctis hydragogis, ac diureticis oppugnabatur. At vero succidebat repente urinæ incontinentia, & elæpso anno superveniebat mictio cruenta; de die non modo adstringens, verum etiam noctem reddens inquietam. Hæc lenti progressibus adeo invalescerat, ut ante sex hebdomades grumi cruenti excernerentur; qui siccatai, prouisque candentibus inspersi odorem spargebant, accensis plumis, vel crinibus similem. Alvis plerumque clausa est; & licet sapius per totam diem nihil bibatur, tamen mingendi molestat cepiditas. Præterea coelo existente calidiori paullo, aut conelavi servidiori, insignis oris siccitas, ac perpetua urget sitis; cum nocturno potissimum tempore, præternaturalis manuum pedomque jungitur calor. Sudor autem ægerrime, nec fortissimis diaphoreticis elicetur; adpetitus vergit ad acida; & denique notari meretur, per integrum semestre annum obsedisse coccas hæmorhoides, ibidemque hærere tubercula, ingenti pruritu ac ardore molestissima.

CONCILIO MEDICUM.

GRAVISSIMA est affectio, quæ Virum Reverendum habet sollicitum; & in primis initii perversa ac improvida

mēdendi ratione plane corrupta. Tumor enim pedum, quo ante sex annos fuit infestatus, non nisi a prohibita per vehementissimum frigus transpiratione originem traxit; atque remediis discutientibus, blandisque sudoriferis, facilime potuisset debellari. Quum autem pro hydroptico affectu habitus, & noxio plane consilii, fortioribus purgantibus que ac diureticis tractatus fuit: non sane mirandum est, si spissi humores magis exagitati fuerint, & ad urinarias vias majori copia, & impetu propulsî, has relaxaverint, dilataverint, urinæque incontinentiam pariter, ac cruentam mictiōnem progeneraverint. Accessit & illud, quod magis accumulatam humorum copiam nec instituta vñefectio imminuerit, nec natura per hæmorrhoidalem fluxum subtrahere valuerit; & forsitan quoque potus justo calidior, sanguinisque per animi effectus, aut alias caulas factæ exagitationes, suum contulerunt symbolum.

Quæ cum ita sint; non præstantior mihi videtur medendi ratio, quam ut ex protinus venam in brachio sibi incidentem, atque sex cruris uncias curet detrahendas; atque tum, missa omnis cerevisia potu, vel decocto quadam, vel saltem secundaria cerevisia, vel denique sero lactis utatur. Hoc parari potest, si lactis recentis mensuræ duæ, aceto vini, quantum ejus bina capiunt cochlearia, permixtæ, leni calore coquuntur; coagulatae percolentur, tumque addita sacchari uncia dimidia, oculorum cancerum drachma una, ad usum destinentur. Hujus seri mirabilis sane est efficacia in attemperando sero scorbutico, & æstu demulcendo.

Speciatim quod attinet urinæ incontinentiam, huic egregias feret suppetias aqua Hungarica, in cuius mensura dimidia, uncia semis camphoræ sit soluta: qua extrinsecus regio pubis mane pariter ac vesperi layetur, ut relaxatae vesicæ, viarumque urinariarum fibre corroborentur. Tandem vehementer commendo pulverem meum præcipitantem; cuius serupuli duo, cum viginti guttulis liquo-

ris anodynī mineralis maritati, ex hausto aqua frigidæ, alternis assumantur vesperis. Quæ, ut summum Numen benignis-
sime fecundet, ex animo precor.

C A S U S LXXXI.

*De difficultate mictionis a calculo
vesicæ.*

VIR generosus, quinquaginta anno-
rum, habitus corporis strictioris,
ac macilenterioris, qui variis per multos
annos præliis interfuit, multisque cor-
poris defatigations, febreisque continuas,
ac castræ toleravit, jam tussi mole-
sta, mingendi difficultate, ac hernia
inguinali graviter discruciatu. Tussi
quidem per viginti sex annos laboravit,
vernali ac autumnali tempestate longe
vehementiori; neque tamen reliquis anni
temporibus plane intermittente, & ma-
tutinis præsertim horis, cum excretione
pituitæ nunc albæ, nunc luridæ flavæque,
pertinaciter infestante. Octodecim elâ-
pis annis, abscessu pulmonum satis gra-
vi corruptus, & ab illo tandem liberatus,
memoratam retinuit tussim, spirandi
difficultate squalitatem: quæ jamjam insi-
gniter vexat, si vel per scalas ascenderit,
vel in frigido obambulaverit aere: atque
materia, quam exscreat, licet nec puru-
lenta sit, nec sanguine tincta, tamen pu-
trem sæpius in ore relinquit saporem; pe-
ctore ab omnibus puncturis libero.

Mingendi porro quod attinet difficultatem; scire licet, quod ante quinque-
nium urina copiosam materiam mucidam
& viscosam, albi plerumque coloris de-
poluerit; neque vero, dum non nisi cre-
bra mictio jungebatur, magni æstimabat
hanc affectionem æger, nec eam reme-
diis oppugnabat. Verum tribus abhinc
annis, cum ad sanguinem purificandum
infusa vegetabilium potaret; mictio pro-
fusus, & adeo cohibeatur, ut prærumore,
dolore, & angore, furibundo simili-
s videretur. Ab hoc tempore in eam in-
cidit, singulisque horis aliquoties tolera-
vit moletiam, ut primum, maxime si
petui julto magis indulserit, mingendi

cupiditate premeretur; deinde lotium
guttatum cum magno conatu redderetur;
& tum absque dolore affatim flueret, se-
cumque mucum veheret tenacissimum.
In quo rerum statu, saluti suæ recto vi-
vendi genere consulere, vi muneric inter-
dicebatur; siquidem noctu, dieque, in-
terdum cœlo existente pluvioso, ac gelidissimo,
equo iter facere ipsum oportebat;
quo factum est, ut sæpius pertina-
cissima urinæ retentione corriperetur,
doloribusque & anxietatibus atrocissimis
torqueretur, & per noctem diemque an-
xius discurrere cogeretur, donec tandem
exstillaret primum urina, ac paulatim
inter magnos conatus largior redderetur.
Accedebant præterea vehementes reliqui
corporis dolores, magis articulares; at-
que perennis materiae purulentæ fluxus,
instar eorum, qui virulenta laborant go-
norrhœa. Et licet etiam noster, olim
juvenis, aliquoties gonorrhœa labora-
set; attamen præsens malum minime ab
impuro coitu originem traxisse, pertina-
citer affirmat.

Postquam igitur contra hoc malum, va-
riorum medicorum consilio frustra fue-
rat usus; consultit tandem novissime elâ-
pso mense Junio quandam medicum, qui
ad demulcendos dolores, & pravam vi-
rulentæ materiae acrimoniam attempe-
randam, partim emulsiones ex seminibus
quatuor frigidis majoribus, papaveris &
absorbentibus confectas, partim tintu-
ram antimoniæ tartarifatam, in qua bâl-
samus Peruvianus niger erat solitus, per
tres hebdomades usurpavit, eo effectu,
ut materia benignior, ac urinæ facilitor
fieret exitus. Tum jussit ægrum per ali-
quod tempus, cibis non nisi assis vesci,
pro potu decocto ex radice larsaparilæ,
chinæ, hermodactylis, ligno lassafras,
passulisque minoribus confecto uti, ac
interdum leniter sudare. Unde factum
est, ut rediret ciborum adpetentia, lassi-
tudo ac dolores artuum evanescerent,
urina rite succederet, somnus fieret tran-
quillus, alvus quoqüidie responderet, at-
que materia & quantitate parcior, & qua-
litate benignior excerneretur, veluti in
iis est, qui benigna solicitantur gonor-
rhœa;

rheea; & hinc spes suboriretur, fore ut pristinam recuperaret æger sanitatem.

Verum vix per tres hebdomades huic curationi inhæserat; cum mane ex improviso rursus cohiberetur urinæ fluxus; ingentes dolores ardentes, pungitivi, atque pressorii, vesicæ collum graviter torquerent, ipse incurvato corpore, sedendi cubantique impatiens, obambulare teneretur, atque sub atrocissimis stimulis excrementa quidem per alvum reddebat, urinæ vero ne guttulam quidem exprimere posset. Tandem post totius horæ intervallum, primo guttatim absque ardore, & paullo post uberior ferri cepit urina; & cuncta protinus filebant symptomata. At vero per novem dies singulo mane recrudescebat paroxysmus; ut ideo missi decocti potu, laxans quadam exhiberetur, atque emulsiones supra citatæ, ac tinctura nominata in usum revocarentur, hisque malum debellaretur. Abhinc non redit quidem totalis urina suppressio; nec mictio ardore stipatur, nec materia, quæ parcior fluit, ullam redolet virulentiam; attamen lotium in fundo vasis perpetuo deponit materiam viscosam, fibrillosam, inodoram, & albicantem; & mingendi difficultas, pungen turis atque doloribus, in vesica perceptis, brevi vero evanescens stipata, nondum penitus cessavit. Namque non nisi stans mingere potest; & ad mingendum noctu pariter ac die quam sepissime stimulatur: nec in latera decumbere, sed supinus flexis genibus cubare valet; & ipse sentit, ac si præternaturale quid collum vesicæ occuparet, puncturasque excitaret. Cernitur in matula copiosissimus tartarus, & novissime parum fabuli adparebat. Ceterum vir generosus, lecto nondum affixus est, adipitu gaudet integro, sed diatam observat strictam, somno fruitur tranquillo, nisi mingendi desiderio turbetur, & sensim contabescit. Ex merezialibus, quibus raro usus est, melius habet: sed acriora, tinturæ tartari, aliæque lithontripticæ, ec non inviscantia, uti lac caprinum, ecostumque radicis salsaparillæ malum exacerbant.

Denique quod ad inguinalem spectat herniam; illam ex gravi iapsu ante aliquot annos reportavit, a ferina, ac violenta tussi magis exacerbatam. Et cum ab ea, adaptatis subligacolis probe minuta, parum molestiæ sentiat: neque tussim, cui jam suevit, magni curet: sola mingendi difficultas multam ipsi crux fit: cujus quoque causa salutare anhelat consilium, & doceri petit: 1) Quænam sit causa mictus difficultor, an ulceratio prostatarum, anne simul collis vesicæ ulcus: aut calculus vesicæ, aut salubraria viscida, tartareaque collum vesicæ vellicans? 2) Num spes superflit, hoc malum funditus extirpandi? 3) Et quæ huic scopo idonea sint remedia; numnam ex usu thermarum Carolinarum, aut curæ mercurialis, prout a MAYERNE *Prax. Med. Lib. III. cap. 19.* describitur, solamen liceat expectare?

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Ad communicatam mecum morbi historiam, & adnexas ipsi questiones responsurus; quoad primam, quæ causa sit mictus difficultor, vero videatur simillimum, calculum vesicæ subesse. Quamvis enim gonorrhœæ summe violente sensibiles in emissione urinæ complicantur ardores; tamen inter tot hoc affectu laborantium nullum occurrit exemplum, in quo tanta tormenta ægros descrucient, quanta quidem in nolto conspiuntur casu. Et sufficit certe pro demostranda calculi in vesica præsentia, diurnus ille ac copiosissimus materiæ mucosæ tenacissime effluxus, cum vehementi dolorum exacerbatione junctus: quippe qui pathognomonicum quasi hujus morbi constituit lignum.

Atque in tali rerum statu spes perfectæ curationis mali in tam proiectate inveterati, juxta alteram questionem, profecto in angusto est: & illud momentum, quo æger decumbens urinam mittere nequit, testante cerebra observatione, justissimam movet suspicionem, calculum jam firmiter cum vesica esse concretum.

Quam-

Quamobrem, tertiae satisfactorius quæsitioni, aquarem mineralium, tam thermarum, quam acidularum, maxime Spandanarum ac Carolinarum usum, sub debito regimine institutum, omnino judico proficuum: quibus adjungendam suadeo interne essentiam croci, camphora permixtam, atque ter quotidie ad octoginta guttas sumtam; extrinsecus vero infusi millefolii, ac sambuci urethrae injiciendum commendo. Nec alienum erit, si ope chirurgi, ac lithotomi peritoris, intruso in intestinum rectum dito, sedes ac situs calculi exploraretur. Contra vero etiam atque etiam hortor, ut ab omnibus mercurialibus medicinis, quæ magis irritant, sedulo caveatur.

C A S U S LXXXII.

De mictione dolorifica cum crebro stimulo.

VI IR quidam triginta annorum, temperaturæ paululum phlegmaticæ, constitutionis robustioris, a prima fere infantia insignem semper muci albicantis copiam, absque ulla doloribus cum urina sive reddere, neque hodie, variis frustra adhibitis remediis, penitus desit. Adolescentior itineribus in Hollandiam, Galliam & Angliam perfunctus, nullum plane sensit sanitatis decrementum; nisi quod urinæ chylosus quasi effluxus, nec ab aeris, nec vietus mutatione fuerit immensus. Redux ante quatuor circiter annos, coactus fuit sub convivio urinæ fluxum justo diutius cohibere. Unde factum est, ut postridie non nisi post magnos conatus lotium, crurore coagulato permixtum, mingere posset. Et abhinc perpetuum ad mingendum retinuit stimulum, adeo ut si vel parcissima lotii quantitas inhæreat vesicæ, ille summis urgeatur conatibus, ac horrendis demum eam exacerbat cruciatibus.

Accutus tum medicus, premissis vensione, aliisque remediis, largam lomatæ martis quantitatem frustra exhibuit; tumque curam lactis ordinavit: quæ quidem malo levamen feret; sed

interveniente febre intermitte abrum pebatur. Hac ope corticis Peruviani sublata, & postea dato electuario sanguinem purificante, melius habere videbatur æger, & per aliquot horas a mingendi stimulo vacuus esse potuit: attamen ille nondum prorsus evanuerat, & in urina pituita alba, fibrosa nunquam non cernebatur. Commendebantur acidulæ Pyrmontang, sed vix illis uti cœperat, cum omnia symptomata insigniter exacerbarentur: mingendi desiderium urgebat frequentissimum, & ipsa mictio sub atrocissimis tormentis, interdum cruenta fiebat. Nec juvabant quicquam exhibita multa remedia, nec decoctum Parere bravae per tres hebdomades potum. Consultus itaque alter medicus hemorrhoidale negotium accusabat; doloresque ac tenessum circa collum, seu sphincterem vesicæ, a tensionibus valorum sanguiferorum adjacentium, & quasi cœcis vesicæ hemorrhoïdibus derivabat; ideoque interdictis cunctis stimulantibus, & calidioribus medicinis, ordinabat vensionem in pede, balsamica, diluentia, pilulas Stahlii balsamicas, & acidulas Selteranas.

His ab ęro usurpati, insigne mali sui percipiebat levamen; sed octavo curationis die febrim incidebat continuam, cum affectus prioris nocturna potissimum exacerbatione junctam, que vero datis appropriatis medicaminibus, maxime diluentibus, atque decocto Foresti brevi depellebatur tempore. Qua sublata acidula Selterana iterum conjunctis balneis cum furfuribus tritici paratis, adhibebantur, eo successu, ut bis fluerent hemorrhoïdes, & noster omnium symptomatum vacuitate gauderet. Adventante ęstate nominatæ acidulæ denuo in cure forma, interpositis pilulis Stahlianis usurpabantur: sub quarum potatione bene habebat, sed ea finita, recrudescerant priora pathemata, cum cruento quandoque mictu stipata, at partim vehementia, partim diuturnitate pristinis longe inferiora.

Præsens itaque valetudinis status hic est, ut non nisi singulis circiter duabus ho-

ris mingendi sentiatur stimulus : ipsa iunctio adhuc paudulum dolorifica sit, & orina cum muco albo, eoque copioso commixta. Quid si invalefcere videantur passiones ; has sumtis pilolis Stahlianis, & una alterave aquarum Selteranarum lagena hausta, statim mitigare valet ; quin si per aliquot dies potui harum aquarum supersederit, in atrociores dehabitetur cruciatus. Quum vero ab hoc molesto malo prorsus vindicari cupiat, tuum, Vir Illustris, consilium flagitat.

CONSULTATIO.

INTELLEXI ex prescripta mihi Viri cuiusdam spectatissimi ægritudine, quod gravi vesicæ affectu, nimis dolorifica mictione, cum crebro ad mingendum stimulo conjuncta, & per quatuor jam afflidente annos, solicitetur : & vix unam alteramque horulam, absque mictionis necessitate transfigere possit, urina ceterum inter atroces cruciatus reddita, muco fibroso permixta, & saepius cruenta existente. In primis admirationem meretur, quod ante hujus affectus invasionem, jam a teneris, cum lotio mucum albicantem, nullis expugnandam artibus, redderesueverit. Unde vero luculenter paret, sedem morbi in labo vesicæ, vel potius sphincteris ejusdem sitam esse : & vero videtur similimum, quod partim tunica vesicæ interior villosa, quæ mucum secernit subtiliorem, nimis relaxata, vel plane erosa sit, partim vasa sanguinea ob nimium cruxis affluxum, & stagnationem nimis distensa, tunicani nerveo musculofam pariter ac fibras sphincteris ad spasmoidicas proritent stricturas ; quæ adhuc magis exacerbantur, cum urina ab admitione muci, ex dicta villosa tunica stillantis spissior, crassior, atque acrior redditur.

Quantis autem difficultatibus circumsepta sit hujus mali curatio, & quam omnium medicaminum, balneorum, aquarumque mineralium virtutem, licet & a per aliquod tempus solentur, eludat,

innumeris comprobatum habemus observationibus. Neque ideo mirum, si commendata haec tenus a peritiissimis medicis subsidia, veluti sunt cura laetis, acidulæ Pyrmontanae, Selteranae, balnea, pilulae balsamicæ &c. in cassum usurpatæ nec a veritate ab ludit, alterius medici sententia, qua sanguinem, exitu per venas sedales privatum, ad vesicam regurgitasse, hujus vasa distendisse, & in varices quasi elevasse, atque ideo mucinæ haud secus ac spasmos vesica exacerbasse putavit. Inde quoque petenda est mictionis cruentæ ratio, quæ sicuti saepissime a retento fluxu hemorrhoidal natales suos mutuantur, ita præsertim potum aquarum Pyrmontanarum, per corpus difficilius progredientium, & ideo vasa sanguisera magis distendentium excepit.

Optassem igitur, ut in promptu mihi esset tale remedii genus, quo perfectam mali curationem perficere, ac polliceri possem : quod vero neutquam audeo. Neque tamen minus, cum adhuc sit junior ætas, omnes intendere nos oportet nervos, ut, nisi penitus vindicemus ægrum, saltem calculosam, quæ imminet, in vesica præpediamus concretionem. Quo quidem fine vehementer horrors, ut ab omni cerevisia, vinisque Rhenanis, ac Gallicis probe abstineat ; & ad confortandum stomachum, haustum vieni generosi Tockaviensis, vel Anglicani Sect sub epulis assumat ; & loco potus ordinarii vel acidulis Selteranis solis, vel cum quarta lactis vaccini parte permixtis, vel etiam, si ventriculus tulerit, sero lactis per aliquot menses utatur. Deinceps consultissimum judico, ter quotannis venam, & quidem in brachio semper incidere, ut sanguis ad superiora allicitur, veluti in ecceis fieri solet hemorrhoidibus : quod si vero cruentos per asum fluor recte successerit, sanguinem pedibus quoque detrahere licebit.

Mane, adhuc intra lectum, potandum commendarem insulsum theiforme, ex herba veronicae, virga aurea, radice liquiritiae, semineque scenicali confectum, & cum syrupo de althea Ferrea

lli eductoratum. Non minus ad tonum partium nervosarum, speciatim vesicæ restaurandum, ac urinæ temperandam acrimoniam, sequens pulvis insigni cum fæctu adhibebitur: Recipe corticis Peruviani, ossis sepiæ, succini præparati ana drachmas duas, seminis cymini draconiam, sacchari candi unciam unam. M. F. pulvis, cuius drachma una vel per se, vel cum syrupo de althea Fernelii in bolum redacta per vices propinari potest. Extrinsecus nervina remedia parti affectæ admovere decet; cui scopo linatum, cum vino Pontac, essentia succini ac Santali rubri nupto imprægnatum, & pubis regioni impositum faciet satis. Ceterum a fortiori corporis exercitio, & equitatione, cavendum; nec nimis frequenti pilularum usui indulgendum suadeo; præstat potius, si segnis fuerit alvus, eam prunis coctis, passulis minoribus, vel manna moliri.

C A S U S LXXXIII.

De continuo ad mihiū stimulo ex spasmo vesicæ.

Comes quidam illustrissimus per satis longum jam tempus, affectu hypochondriaco hæmorrhoidali, novis in dies, & atrocioribus symptomatibus afflato, graviter fuit solicitatus. Natus ille est sexaginta annos, temperamenti cholericofanguinei, & jam magis ad melancholicum vergeantem; adpetitu gaudet integro, cibis cuiuscunque generis, minus recte mansis vesicitur, inque primis pescis marinos in deliciis habet, pro potu cerevisia crassa, spissaque, & vino Rhenano, vel Mosellano, sèpius ad excessum utitur; vitam agit plerumque sedentariam, ac motus fere expertem; atque sub continuis mentis laboribus, a mæroribus curisque neutquam est vacuus. Juvenis adhuc multoties catharris, & perpetua ventriculi debilitate infestatus, nec adulter ab iis liber fuit: siquidem sepius coryza, capitisque doloribus, non raro ciborum indigestorum evomitione solutis laboravit. Non minus aliquot ab-

hinc annis febrem intermittentem, datis congruis medicaminibus post septem paroxysmos profligatam toleravit; eademque ante annum tempus, in itinere constitutus, brevi evanescen tem perpessus est. Hos febres insultus exceptat, & extra illos interdum adfluxerat scorbutica cutis efflorescentia, qualem urtica producere solet, cum molesto pruritu, & crebra mingendi cupiditate conjuncta, sed sponte semper exspirans. Frequentissima vero, quæ Comiti illu strissimo crucem figunt, symptomata sunt hypochondriaco-flatulenta: quæ olim capititis doloribus, temulentia, gravedine, & sanguinise naribus stillicidio tyrannidem exercuerunt: per novissimum vero biennium, silentibus hisce affectionibus, successerunt molestæ pectoris oppressiones, artuum torpores, tensiones in ischiadicæ, & lumbari regione, & haud ita pridem dolor quidam, veluti podagricus, pedem sinistrum occupare videbatur, a tumore ac rubidine immunitis. Alvus erat mox lubrica, sèpius vero constrictissima, nec laxantibus in pilularum forma exhibitis rite obsecundans: in urina vero, cuius mittendæ creberimū sentiebat desiderium, larga tartari hypochondriaci per longum tempus cernebatur copia. Noctes accedebant insomnes; attamen diurno tempore, sèpius inter epulas ingens urgebat ad somnum proclivitas.

Venam tundendam præbere, olim plerumq; reculavit, aut saltē in brachio aperiendam permisit; quæ elapsa demum vernali tempore, cum ultra annum neglecta esset hæc operatio, in pede secata est, detracto cruro tenacissimo, atro, multaque mucagine permixto. Tum pugnabatur remedius aperientibus, incidentibus, ac visceralibus, sanguinis que visciditatem respicientibus; iisque factum est, ut per venas hæmorrhoidales crux ater ac spissus sponte proflueret parca quantitate; quem fluxum medicus magis pro symptomatico, quam vere critico habebat. Succedebat vero alvi segnities, sepius per tres dies, non obstante crebriori, sed inani ad istam ege-

ren-

rendam conatu, inhærens, & nonnunquam copiosum alvi profluvium sponte post se trahens.

Verebatur medicus, ne ex infarto hemorrhoidal tonus intestinorum nimium esset laesus; atque, vitatis probe cunctis stimulantibus, alocticis, ac resinosis remediis, non nisi lenia digestiva, operantia, resolventia, tonica ac visceralia ordinabat; laxandi sine praescribebat infusum ihabarbarinum, mannatum, cum cremore tartari mixtum, & urgente alvi siccitate, clystères emollientes infundi curabat. Non minus ad diluendam humorum sp̄ studinem, Egranas commendabat acidulas, quæ astivo hujus anni tempore, sub debito quidem regimine, at parciō corporis exercitatione, per quatuordecim dies, tepidiores quotidie unam capiendo lagēnam potabantur; eo quidem effectu, ut prioribus diebus alvum pariter ac urinam copiose cierent, sequentibus autem per solam urinam redderentur, alvo rursus existente segni. Ceterum optime sub hac potatione se habebat illustrissimus comes; sed cum hemorrhoidales reverti viderentur motus, consultius putabat medicus, ab aquarum potu abstinere, & potius balneis, ex floribus charpæmeli, sambuci, herba melissæ, ac furfuribus tritici cum aqua paratis uti: ex quibus fluere cœperunt hemorrhoides, & post hæc etiam interdum succedebant.

Neque tan̄ en minus remanebat pertinax alvi tarditas, atque perpetuus ad illam pariter, ac urinam reddendam stimulus, cum mihi difficeri sollicitabat: quare serum lactis, ejusque mensura dumtaxat dimidia singulo mane porrigebatur per tres hebdomades. Sub hujus potu alvus succedebat, urinaque mingebatur libere; sed vix eo finito utraque molestia redibat, & ad hanc usque diem, ab omnibus doloribus vacua, sed claro consensus, quem vesicæ collum, ac intestinum rectum mutuo fovent, documento, iħħæret. Et tribus abhinc hebdomadibus accidit, ut, cum illustrissimus, sub inimico ac frigidiori cælo, levi induitus vestitu, iter peregre face-

ret, prævio horrore vehementi, æstu præternaturali, per lenem sudorem soluo corriperetur. Postridie, sequentiibusque diebus, tantus sequebatur ad mitum & alvi excretionem stimulus, sed vanus, & pertinaci urinæ retentione dissipatus; ut non modo vesicæ spasmum suspicaretur medicus, verum etiam timeret, ne illius inflammatio in proprio effet: præsertim cum dolores coendicū, ac testiculorum pertinacissimi, ac nephritis calculosa accederent, urina excerneretur ferme flammea, fabulo nupta, quæ die quarta roseum deponebat sedimentum, ac septima naturalem recuperabat consistentiam. In hoc rerum statu cum insigni fructu extrinsecus ad affectam regionem fatus, ac species emollientes cum lacte in vesica admovebantur; interne temperantia, dispnoica, ac emulsiones propinabantur; & urina post quartam diem cocta adparente, infusum dabatur mannatum ac barbarinum.

Ceterum per alvum jam eliminantur crebri flatus, ac fæces tenuiores, obdixtam, quæ est lubricans: creber est delidendi conatus; & frequens mingendi desiderium; sanguinea per anum excretione quotidie succedit; neque tamen minus restant inflationes hypochondriacæ, somnus turbatus, viriumque prostratio.

CONSLIUM.

Intrix ex præmissa morbi historia, Comitem, de quo sermo est, illustrissimum, sanguine turgidum, ob malum vivendi genus, neglectamque sanguinis missionem, in affectiones hypochondriacas pariter, ac hemorrhoidales paulatim incicisse. Hinc enim non modo flatulenta, atque spasmodica symptoma, quæ cavitatem imi ventris, ac præsertim stomachi misere discruciant, suam petunt originem; verum etiam a cruento, exitu suo per venas fedales distracto, eamque ob caustam, circa vasa vesicæ languifera stagnante, & horum striguras procreante, mihi dolorificus, ac perpetuus ad illum stimulus dependent.

Licit

Licet enim sanguis per haemorrhoides non unquam eliminetur; ea tamen excretio pro imminuendo superfluo, & diftinctiendo, qui intra partes ventriculi, intestinorum, ac vesicae nervosas stagnat, cruento minime est sufficiens.

Sed nolo ulterius inhærente pathologiæ hujus affectus, & potius curationem adgrediar. Hæc in nostro ægotante a sanguinis missione incipienda est; quam pertusa quater singulis annis in pede vena, & detractis semper octo cruentis uncis repetendam suadeo; & felicioris fore successus credo, si post singulam venælectio-nem hirudines admoverentur anno. Præterea potus feligatur conveniens, necesse est; cui quidem non quadrat spissa ac gravis, qua æger per illustris utitur, cœ-revisia: bujus vicem inelius vel decoctum quoddam, vel acidulæ Selteranæ, cum tertia vini vel Rhenani, vel Mosellani parte permixta explebunt; quippe que urina fluxum promovent, & cum illa serum salsum, tartareumque prescribunt. Eo majorem hi fontes spondent utilitatem, quo certius imminentes podagram, & renum calculum præservandi vim obtinent; de quibus valde metuo, ne nostro morbo tandem superveniant. Non minus alvi successum facilitare oportet; quod manna unciae unus ponde-re, cum cremoris tartari drachma, & rhabarbari dimidia sumpta optime conficiemus. Ex pharmaciis vero operæ faciet pretium, liquor meus anodynus mineralis, oleo macis nuptus, cuius viginti guttae, bis quotidie capiantur; hisque per vices pulvis ex nitro, pulvere Marchionum, & aliquot cardamomi granulis confeccitus anterponatur.

At horum omnium vim longissime superabat, recte institutum vivendi genus. Sint scilicet parciores epulæ, cibi masti-centur probe; edulia acida, flatulenta, lactucina, poma, casei fugiantur: evi-tetur otium, & corpus equitando, ambulando, vehendo in curru, ventriculo a cibis vacuo, moderate exerceatur. Ar-rectatur omne frigus, omnisq; humidus aer; habitatio ne sit in locis uidis, humilioribus, & animi pathemata cane pejus effu-

giantur. Inter cibos, vel etiam mane loco potus Coffee, jusculis ex carne vitulina, radicibusque cichorei, scorzonerae, graminis, sœniculi, asparagi, chærefolio, nasturtio, acetosa, lactuca &c. paratis vesci, ac denique futuro vere, Carolinis thermis interne, Tœplicensibus externe uti expediet.

C A S U S LXXXIV.

De dysuria cum tenesmo, & excretione materiæ flavae per anum.

VIR annorum sexaginta octo, trigesimo circiter & sequentibus ætatis annis tormenta a renum calculo illata saepius passus, multos per vices excrevit lapides. Postquam autem suauem cujusdam medici, tam a prandio, quam a cœna, aquæ calidioris, mox cum musco terrestris, mox cum trifolio fibrino, mox cum agrimonie infusi integrum libram quotidie suevit assumere: abhinc ad hanc usque diem a calculosis molestis immuni-nis mansit. At annos sexaginta tres natu-s, novam incidit affectionem, qua post quemvis vel levissimum corporis motum, urinam mixxit sanguineo quidem colore imbutam, vel nullum revera cruentem continentem. Ubi vero cor-pus requievit, clarissimum, & aquosum denuo reddebat lotium inter vehemen-tes ardores, & tale per totum adparebat nycthemeron. Præterea sub omni ve-tione ingentes in intestino recto sen-tiuntur dolores: ex quibus Medici con-sensu unanimi calculum vesicæ accusa-runt.

Per annum novissimum, major accel-erit symptomatum exacerbatio, siquidem singulis mensibus gravi prehendebatur paroxysmo, qui per sex, quin decem inhærebat dies, & sic habebat: Frequen-tissimus urget mingendi coprus, sub quo inter doloris quandam sensum, urinæ aquosæ parcam quantitatem, primum fa-cillimo exprimit negotio; mox vero ma-jor supervenit difficultas, & lotium gutta-tum effluit; simul ani stimulat tenesmus, cum excretione materiæ tenuissime,

flavæ parcissima: ceterum alvus natura-
liter responder, adpetitus viget, somnus
que est integer, nisi quod a crebro min-
gendi desiderio paullulum turbetur. His
paroxysmus post aliquot dies, fluxu ha-
morrhoidal admodum parco termina-
tar; tumque per quatuor hebdomas
illius vacuitate gaudet æger. Olim ha-
morrhoides, non nisi bis, anno nimi-
rum quadragesimo, & quinquagesimo
quarto, cruorem fuderunt legitime: un-
de suspicantur quidam medicorum, quod
cuncta symptomata ex cœcis ac retentis
hemorrhoidibus propullent. Neque
enim inanis videtur opinio, siquidem
sub quovis paroxysmo venæ anæ turgent,
& æger incurvatus incedere tenetur,
nisi acerbis intestini recti doloribus tor-
queri velit.

CONSULTATIO.

Affectus præter naturam, quo vir-
spectatissimus male habetur, &
qui partim molesta dysuria, partim te-
nesmo, & materiae flavæ per anum ex-
clusione absolvitur, procul omni dubio
in vesica urinaria, & ipsi adnexo intes-
tino recto verum habet somitem ac
primariam sedem. De calculo quidem
revera præsente nondum metuendum es-
se arbitror; sed materialis potius causa
in sanguine circa recensitas partes sta-
gnantes erit collocanda, qui exitu suo
per venas sedales destitutus, diuturnio-
ri mora dimittit serum acre, tunicas
vesicæ pariter ac intestini recti stimulans,
& per hoc effluens. Neque vero floccii
pendenda est hæc affectio: namque tem-
poris diuturnitate non modo in verum
vesicæ calculum abire, verum intestini
recti inflammationem, quin ulceratio-
nem transire potest.

Quare tempore feratur medela,
necesse est; & si æger fuerit sanguinea
constitutionis, ac sanguinem haud cu-
raverit intendum; illius ex vena in
brachio tuis mox sex unciaæ detrahantur;
& interiecta hebdomade, hirudines ad
anum adPLICENTUR. Tum vero ab omni
vino vel cerevisia cavendum, ac in ejus

lobum sequenti decocto utendum suadeo:
Recipe radicis alii hex, scorzonerae, far-
fapanillæ ana uncias tres, liquiritiae un-
ciam unam cum dimidia, anisi stellati
drachmas tres. M. Cont. Conc. D. S.
species, quarum uncia binæ ex tribus
aqua mensuris per horam dimidiâ co-
quuntur. Hujus decocti tepidioris libram
circiter dimidiâ mane pariter, ac vesp-
peri cubitum iturus hauriat æger; reli-
quo vero tempore illius binæ partes cum
vini generosi una mixtae potari possunt.
Præterea quavis vespера pulveris mei pre-
cipitantis drachma una ex commendato
assumatur decocto: hæcque invicem per
quatuordecim adhibeantur dies, quibus
elapsis, si nondum remiserit malum,
ulteriori consilio adfistere haud dubi-
tabo.

CASUS LXXXV.

*De Diabete ex hæsione calculi in
uretere orto.*

Intrallexi ex litteris ad me datis, ma-
tronam annorum viginti octo, te-
nerrimæque corporis constitutionis, cal-
culos olim ac hysteris passionibus ex-
cruciatam, sex abhinc hebdomadibus
pressorium perennemque in dorso, atque
præsertim sinistro hypochondrio sensisse
dolorem, cum hujus lateris aliquali in-
tumescencia, fastidio, inquietudine,
alvi obstructione ac urinæ pertinaci re-
tentione, tandemque hanc insequente
copiosissimo. lotii tenuioris sedimento,
carentis profluvio: & ab eo tempore
mictionem assuitorum liquidorum qua-
ntitatem longe ubiorem, cum virium pro-
stratione, inhæssisse.

Ex hisce vero momentis, probe ex-
ploratis, luculentiter adparet, adfectum,
quo turbatur generosa mulier, non a-
hum esse, quam diabetum, ex renum,
maxime sinistri nimia, ob calculum in
medio ureteris forsitan subsistentem, fa-
cta relaxatione subortum. Quom enim
sinistro latere fuit interceptus, non fieri po-
nit, quin pars ureteris pariter ac ipsius

renis cavitas ab inherentे calculo, & cumulo fero urinoso, nimium expansa dilatataque, dolorificum lateris sinistri tumorem progeneraverit: sub qua stagnatione multa quoquè hojus seriatim, ad sanguineam massam retroisse videtur. Postquam autem ope extērōrum paregoricorum, internorumque antispasmodicorum, nitroforum, maxime liquoris anodynī, calculi moles imminuta, spasmique fuerunt mitigatis factum est, ut primo collecta in vena, ureteribusq; urina magno impetu per vesicam eruperit, tumque retroactum antea in sanguinem serum, ex hoc iterum per poros renūm laxatos, apertosq; in vias penetraverit urinarias.

Plures ejusmodi mihi jam occurserunt observationes; quas inter notatu dignissima illa est, quam quatuordecim abhinc annis, cum ad Carolinos degerem fontes, in Comite quodam perillustri adnotare licuit. Huic enim intra decem horarum decursum ultra duodecim urinæ mensuras, incredibile dictu, excreverat: & per aliquod tempus, accidente alio graviori morbo defunctus, atque secatus, ureterem dextrum, insigniter & farciminis instar expansum, quin ejusdem lateris renem, in molem sinistro duplo majorē elevatum ostendit.

Quod vero præsentis mali curationem attinet; necesse ante omnia est, ut dum vires generosissimæ aulieris admodum languent, illa congruis, temperatis, atque placidissimis erigantur analecticis medicinis. Ad has spectat mixtura, quæ ex aqua liliorum convallium, cerasorum nigrorum, florū acaciae andrubus uncis, cinnamomi sine vino uncia una, coralliorum rubrorum, matris perlarum ana drachma una cum dimidia, spiritus nitri dulcis guttis triginta, julepi rosarum drachmis tribus concinnari, & quavis tertia hora cochleatim assumi potest. Præterea autem summo studio eo erit respiciendum, ut sanguinis ac seristasis inflammatiōnem, ac lethalem plane siderationem, ob summam renis, viarumque urinariarum atoniam, viuumq; prostrationem facile metuendam

arceamus. Quo fine sacculum discutientem ex herbis melissæ, scordii, floribus myrti, salvia, ruta, floribus chamæmelii vulgaris, Romani, lavendulae, roseorum rubrarum, ac caryophyllis aromaticis, in vino rubro coctis, parare, & dolenti lateri imponere juvabit. Ex internis medicaminibus commendō liquorem meum anodynum, cuius binæ partes cum una ballami vita sint commixtæ, nonnunquam si nullus præsto fuerit præternaturalis æstus, sumendum; atque pulveris bezoardici dosin quandoque interponendam. Mane potare decet infusum theiforme ex mentha, melissa, & veronica confectum; & alvum, si sit obstructa, ex rhabarbaro parata remedia commode reserabunt. Quæ si rite observarit generosa mulier; curationis eventus votis nostris procul dubio respondebit.

Nec spem fecellit hæc medicatio; si quidem paucō post tempore relatum mihi est, ægram penitus convaluisse.

C A S U S LXXXVI.

S I S T E N S

Curationem vesicæ excoriatæ.

Haud incelebris Vir, annorum sexaginta sex, robusta corporis constitutione, & multo sanguine præditus, ante binos circiter annos horrendos in dorso circa lumbos sentire cœpit dolores. Frustra adhibitis permultis remediorum generibus, Pyrmontanas tandem potavit acidulas; ex quarum usu siluerunt quidem dicta tormenta, sed presso pede sequebantur pressorii in pubis regione dolores, & mictio valde dolorifica, per integrum adfligentes annum. Namque primum assidua mingendi urget cupiditas; & missam tum urinam, tensivi ac lancinantes sphincteris vesicæ pariter ac urethræ excipiunt cruciatus: Urina nec arenulas, nec calculos unquam fovit; sed, ubi conquevit, spissum, mucidumque deponit sedimentum, atque fibrillas internatantes ostendit. Consulti medici

in

in varias abierunt sententias : quidam enim gonorrhœam , alii calculum , alii stranguriam , a scorbutica salsaque humorum diathesi sustentatam accularunt .

Ego vero , quom tandem in consilium vocarer , exploratis omnibus morbi momentis , vesicæ excoriationem subesse credidi ; quæ , tusa protinus ab initio vena , datisque temperatorium diureticis , facillime potuisset expugnari . Sed malo jam inveterato , sequentem opponere medicationem , visum fuit consulitissimum .

Primum enim commendavi usum aquarum mineralium , & ex iis vel Wildungensium , vel Spadanarum . Deinceps mane potandum suasi hoc infusum theiforme : Recipe radicis eryngii , altheæ ana unciam semis , herba veronicae , equiseti ana manipulos duos , summatum millefolii pugillos sex , seminis anisi , scopiculi ana drachmas duas . Conc . Cont . D . Tum operæ fore pretium judicavi , ut quotidie in balneum ex aqua dulci , furfuribus triticeis , & floribus chamæmeli paratum descendere ; ac denique semel quotidie octoginta guttas essentiæ , modo infra posito concinnatae , ex vino Hispanico assumeret : Recipe essentiæ corticum aurantiorum recentium drachmas tres , essentiæ ambræ drachmam unam . M .

His postquam per aliquod tempus rete usus fuerat æger , nunciavit , se insigniter sublevatum , & tantum non penitus a molesto suo malo fuisse vindicatum .

C A S U S LXXXVII.

De exulceratione vesicæ , intercurrente mihi cruento .

Quinquagenarius Vir , temperaturæ cholericæ , atque strictioris , multis itineribus , variisque corporis fatigationibus defunctus , atque Austriae vinis olim nimium deditus , tribus ab hinc annis de ingentibus in lumbari regione pressoriis doloribus conqueri cepit . Paullo post cum urina sabulum , & tan-

dem ipsum calculum excrevit ; qui magnitudine , figura , atque colore , amygdalam adæquabat ; & suau quorundam in pulverem redactus , ab ægroti astu mebatur . Verum , ab illo tempore non nisi sub acerbo dolore , ardoreque urethrae lotium mittere potuit , & cum illo saepius arenulas , ac minutos calculos reddidit ; donec tribus circiter abhinc mensibus loco horum , materia mucida , & vere purulenta , saepius in frustis minoretur , atque post quemvis , vel levissimum corporis motum , aut aliqualem mictus coibitionem , cruenta fluueret urina . Novissime ardor atque dolor extra mictionem colum exercet ; & urina majora saepenumero frusta puris cernuntur ; mictus est difficilis , ani tenesmo stipatus ; lotium non raro guttatum stillat ; alvus haud respondet , & tantis contibus deponi debet , quantis vix parturientes opus habent , metum hernia , in uno latere jam imminentis facientibus ; atque dolores urethrae noctu præsertim sunt atrocissimi . Consuluit varios , eoque haud incelebres medicos , multaque remedia , quin & aquas Reinboldsgrunenses interne pariter ac externe , sed in cassum adhibuit ; nec ex essentia dulci , pulvere antispasmodico , pilulis contra obstrunctiones &c. ullum levamen percepit : sed a liquore anodynæ minerali bene habet , atque per novissimos decem dies purpuram rubram benignorem , quæ jam desiccari videtur , patitur .

CONSULTATIO.

Affectus præter naturam , quo vir quidam reverendus graviter solicitatur , non nisi ab exulceratione vesicæ , ejusque præsertim sphincteris , cum mictione cruenta stipata , originem trahere videtur . Et doleo sane , quod non statim ab initio perita manu fuerit tractatus : tempestiva enim sectione venæ , atque medicinis temperantibus , decoctisque acrimoniam humorum tartaream , scorbuticamque temperantibus , & evacuantibus , malum hocce potuisset præcaveri . Verum cum jam sit inveteratum , quin in ipsam ul-

ulcerationem degeneraverit, perardua erit curatio, justissimaque suspicio, ne temporis diuturnitate ex muco pure permixto, calculosum generetur concrementum. Quamobrem, ut praesentes molestiae mitigentur, & graviores, quæ imminent, arceantur, tempestiva medela opus est. Hanc præscripturus commodam, ante omnia suadeo, ut ægera cervisia abstineat, & in potus ordinarii vicem sequenti uratur decocto: Recipe radicis altheæ, asparagi, graminis, eryngii, rasuræ cornu cervi ana uncias tres, radicis scorzonerae uncias duas, liquoris cichorei ana unciam unam, leminis scenicali unciam semis, caricatum pinguium numero sex. M.C.C.D.S. species, quarum uncia tres, addito hordei bene mundati manipulo uno, cum tribus aquæ mensuris, per tres horæ quadrantes decoquantur. Deinceps egregium polliceor auxilium a sero lactis dulci, si illius mensura dimidia, mane tepida, & hora pomeridiana quarta potetur frigida. Parari potest, quando lactis tacentis una circiter mensura, ad lenem ignem, sub assidua, ne adurat, agitatione, ad consistentiam pulveris crassioris flavi evaporatur, tum affusa aquæ eadem, quæ lactis fuit, quantitate iterum coquitur, deinde percolatur, & relicta crassiori substantia, tenuior usurpatur.

Quod si vero hujus potatio haud ariserit, operæ erit pretium, septem vel octo vascula infusi theiformis mane forbillare, cujus hæc sit formula: Recipe summatum millefolii manipulos duos, florum chamomille vulgaris pugillos tres, semen scenicali drachinas duas. Conc. Cont. D. F. species pro infuso: ex quo singulo mane hexaginta Elixirii viscerales guttas assumere; alternis vero diebus drachmam unam pulveris præcipitantis adhibere decet. Si nimia humorum ureat abundantia, aut quedam ad hemorrhoidalem fluxum præsto sit proclivitas, præstat venam in pede secare, & sex vel octo cruxis uncias detrahere. Non minus ante omnia ad alvum, ut sit lubrica, oportet respicere; & hoc si-

ne sequente potionem matutino non nunquam sorbere tempore: Recipe manz electæ uncias duas, terræ foliatæ tartari drachmam unam, aquæ florum tiliz uncias quinque, coque & solve leni calore, colatura adde essentia corticum aurantiorum, croci ana guttas triginta. M. D.

Si dolorum vexet atrocia, non præstantius subsidium est balneo aquæ dulcis; cui ex aqua fluvialili, & furfuribus triticeis parato, & tepidiori, umbilico tenus per horam dimidiæ insidere expediet: neque ludetur opera, si liquoris mei anodynæ quadraginta guttulae ex aqua pura, aut supra allegato decocto cipientur. Ceterum ab omnibus animi affectibus, maxime terrore, & iracundia, nimia corporis exercitatione, potu calidiori, aereque humido & frigido, summo cavendum erit studio; sub epulis vero haustum vini Sect, aut illius, quod Frontiniac audit, adhibere licebit.

His rite usurpati, nunciavit mihi æger, se ex illis optime habuisse, cruentam penitus evanuisse missionem, filamenta mucosa in lotio imminui, ac ipsos dolores, paroxysmosque fieri mitiores: & ex corundem continuacione longe majus sperat auxilium.

C A S U S LXXXVIII.

De pravo vesice morbo hemorrhoidale ex male tractata purpura scorbutica.

Vir, haud insimæ dignitatis, annorum triginta septem, temperamenti sanguinei, corpulenti habitioris que constitutionis, sub auspiciis anni novissime elapsi, febre prehendebatur purpuracei. Accitus medicus regimen imperabat calidissimum, ut intra lectorum cumulum sudore ferme desflueret æger. Sed malum invalescebat, & efflorescentia quotidie copiosior erumperet: donec opè alterius medici remotis superfluis integumentis, ac calore hypocausti temperato, post trimestre fere tempus,

G g a sua

a sua molestia vindicaretur. Interim urina remanebat coloris ex atro rubentis, & sedimentum deponebat, sulphuri antimonii aurato simile. Quare uti cœpit acidulus, easque, cum inde melius habere videretur, & urina naturalem recuperaret colorem, per totam astatem, sed quantitate justo majori potare continuabat, & quotidie sedecim, quin viginti mensuras hauriebat. Mense demum Augusto præteriti anni accidit, ut ex improviso gravi urinæ ardore corriperetur, ejusque mittenda creberrimo stimularetur desiderio. Accedebant atroces in abdomine, vesica, urethra, ac ano dolores, modo lancingantes, modo ardentes: urina mingebatur crassa, ac dimittebat sedimentum valde mucosum, cum internantibus filamentis, modo tenuioribus, modo crassioribus instar abrasæ cuticulæ; adeo ut excoriationis, vel plane ulceris vesicæ aut urethræ adesset suspicio. Dabantur ergo emulsiones refrigerantes; & extrinsecus injiciebantur liquores de mulcentes laetæ ac mucilaginosæ: iisque intra paucos dies cuncta symptomata insigniter mitigabantur, æger per octo horas a mingendi necessitate liber erat, urinamque reddebat, sana simillimam, & non nisi pauco muco permixtam.

At post pauci temporis intervallum recidebant priores molestiae, a doloribus ardoribusque vesicæ, & tam copioso, ut olim, sedimento vacua; sed sub mingendi cupiditate, primum puris, quantum cochlear capit, effluebat, tumque reddebat lotium tenue, nonque nisi filamentis quibusdam imbutum. Debellata & hac per congrua subsidia affectio, spes affulgebat perfectæ sanitatis: sed malum omnibus octo vel decem hebdomadibus revertebatur, nec adhuc penitus cessat. Accedebat novissime molestissimus ani tensus, cum vehementibus torminibus, ac refectione muci albi spissiorisque conjunctus, atque dysentericæ, populariter grassanti, sic dictæ alba haud dissimilis; quo affectu profligato, redibat prior, insigni mictus difficultate junctus.

Ceterum scire licet, cœcas sœpumero

hæmorrhoides anum occupare; neque vero unquam, licet interdum admota fuerint hirudines, fluxerunt. Calculi nullæ se exseruerunt nota; nec in urina fabulum unquam adparuit. Juvenis adhuc æger laboravit profluvio seminis virulento, sed male curato; & in praesenti curatione cuncta diuretica, calidiora, ac exæstuantia exularunt. Contra vero decocta ex sarsaparilla, radice chinæ, altheæ, ligno santalino confecta, majorem tulerunt opem; nec frustaneæ fuerunt injectiones mucilaginosæ; de quibus notari meretur, quod iis ad hibitis, urinam tenuis, iisdem vero omissis, spissior rursus fuerit reddita.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Præcipuum, quod virum spectatissimum, testantibus litteris ad me missis, discruciat malum, est fœcum ac urinæ, materia mucosa permixta excretio, cum dolore urethræ ac tenesmo slipata: cui novissime accessit faburæ mucidæ & albæ per anum dejectio, cum torminibus juncta. Hacce vero cuncta symptomata non nisi crux, in crassis intestinis, & maxime recto stagnanti, & exitum per venas hæmorrhoidales frustra affectanti in acceptis esse serenda, certissime credo. Quum enim illæ venæ justo exiliores, ac pro transmittendo sanguine hæmorrhoidalì mias idoneæ videantur, stagnant non in iis solum humores, sed etiam ad vicinam regurgitant vesicam; hasque partes vellicant, ad spasmodicas proritant constrictiones, & diutius subsistentes serofam dimittunt colluviem, primum fluxiliorem, diuturna vero mora spissiore redditam. Talis affectio, ubi mucus albicans cum fæcibus exprimitur, nomine hæmorrhoidum albarum, sive mucosarum insigni solet; & a dysenteria alba, quæ periculosa est, longissime discrepat.

Confirmat sententiam meam inter alia & illud momentum, quo æger ad cœcas hæmorrhoides, licet nunquam fluxerint, proclivis describitur. Muci

vero

vero illius fere purulentus, qui cum urina redditur, filamentis instar cuticula remixtus, originem ex acidularum, tam copiosa quantitate sumtarum potatione repetendam esse duco. Quum enim vir spectatissimus humores foveat falsos, impuros, atque scorbuticos, sicut ex febre purpurata, & urina crassiori adparet; atque uberiori aquarum frigidarum potatione, constricta corporis superficie, salutarem prohibuerit transpirationem: factum omnino est, ut succi acres ac falsi, majori quantitate ad vias urinarias, & vesicam compulsi, hujus pariter ac urethra tunicam interiorem villosam, ac glandulosam arroserint & excoriaverint. Præterea, dum æger olim gonorrhœa, cuius in glandulis prostatis prope vesicam sitis est sedes, minus recte percurata laboravit; nullum fere est dubium, quin ex affluxo vitiosorum humorum, nova in hisce etiam locis facta fuerit ulceratio: unde purulenta materiæ, quæ interdum sola absque lotio proficit, elucscit ratio.

Quod haec tenus institutam hujus affectus curationem attinet, de ea non habeo, quæ moneam; siquidem relictissime acriora atque diuretica omissa, & potius demulcentia & leniter exsiccantia fuerunt adhibita. Ut vero meam quoque proponam mentem; ante omnia monendum duco, quod consultum valde suisset, si perceperem, num æger soleat venam secandam præbere; an venæ in manibus, pedibusque turgeant; an omissum gulæ indulget; vi no utatur; ac vitam agat sine motu desideri? Quod si enim hæc ita se habeant, cuncta symptomata, tempestiva venæctione ab initio potuissem pre caveri, præsertim cum a sanguinis, aut potius seri abundantia sustentari videantur. Neque vero adhuc elapsa est commoda hujus operationis occasio; consultum enim fore judico, ut protinus ex vena in brachio tusa, sex vel octo cruoris uncia detrahantur; & abhinc sectio hac, pro plethora ratione, ter vel quater quotannis iteretur; san-

guisugæ vero fugiantur; quoniam maiorem humorum ad affecta loca afflum concitant. Pro potu ordinario hoc commendo decoctum: Recipe radicis chinæ, sarsaparillæ, ligni sassafras ana uncias quinque, tantali rubri, citrini, radicis cichorei ana uncias duas, glycyrrhize drachmas decem. Conc. Cont. D. S. Species, quarum una cum dimidia uncia, ex tribus aquæ mensuris per horam dimidiâ coquantur.

Egregiam porro utilitatem spondent sequentes balsamicæ, ac consolidantes, simulque leniter laxantes pilula: Recipe extractorum cardui benedicti, absynthii, rhabarbari, gummi ammoniaci, mastichis, therebinthine venetæ ana drachmam unam, diagrydii sulphurati drachmam semis, croci martis aperitivi scrupulos quatuor. F. l. a. pilula, quarum drachma dimidia quovis tertio sumatur die. Reliquo tempore, mane pariter ac vespere drachma una pulvis capiatur, hunc in modum parandi: Recipe ossium sepiæ, lapidum cancriorum, pulveris glycyrrhizæ, iridis florentinæ ana drachmas duas, succini præparati, nitri purificati ana drachmam unam. F. pulvis.

Præterea, cum scorbutica præsto sit humorum diathesis, non ludeatur opera, si ægro placuerit singulo mane, acidularum Selteranarum, tertia vel quarta lactis aut vaccini, aut asinini parte permixtarum, mensuram potare. Extrinsicus ad regionem pubis, aquami arquebusadæ sèpius intra lintea adplicare juvabit; & desique eam vivendi rationem inire, ex qua sanitas nullum capiat detrimentum.

C A S U S LXXXIX.

De calculo vesicæ cum incontinentia urinæ, dysuria, stranguria, ac bernia scrotali coniunctio.

V Ir generosissimus rei militaris sumus præfectus, sexaginta sex annos natus, brevioris ac macilenterioris

staturæ, temperamenti cholericō-sanguinei, a teneris cæstra sequutus, multique fatigationibus, in Hungaria præsertim debilitatus, præter quartanam, anno ætatis trigesimo per tres annos toleratam, valuit rectissime. Posthac ex renum calculo laborare, & per vices atrocissime cruciari coepit: sed illius ferocitatem, potis per viginti annos quotidie aquis Scwalbacensibus, mitigare soluit. Decem abhinc annis ex fortiori vomitorio, herniam sibi met acquisivit inguinalem; ex qua, licet subligaculis apte fit munita, inter evandum graves sentit molestias. Ante quatuor annos, cum in horto obambulasset, subito insultu apoplectico prehendebatur, cum oris retraktione ad latus dextrum, & manus resolutione paralytica slipato; sed congruis remedii prorsus debellato. At sequenti anno idem revertebatur insultus, & faciei potissimum, linguæque paralyticæ relinquebat, cum aetu invito; quo, ad hanc usque diem sæpiissime, cum vultu lacrymabundo-stere tenetur. Sensus externi vigent; sed interni vacillare videntur, dum memoria admodum hebes existit; &, quod noratu dignum, rerum militarium, & quæ officium ejus attinent, promte reminiscitur, sed reliquarum insignem patitur oblivionem.

Hæc symptomata, maximeque fluctum invitum permultis, sed frustra, oppugnavit remedii; nec a venæsectione, quam bis quotannis administrari curat, ullum percepit solamen. Accesserunt potius calculosæ affectiones; siquidem, licet per sex novissimos annos nullum excreverit calculum, assidue tamen sabulum in urina cernitur, & a quatuor proximis annis, dysuria pariter, ac stranguria invicem alternantes supervenerunt. Neque hæc molestiae ullis profligari potuerunt subidiis; atque ideo dictam herniam magis exacerbarunt, ut illa grandior omnem impedit gressum. Tandem duos ante menses, in horum novissime recensitorum affectuum locum succedit fluxus urinæ involuntarius; quæ, dum sedet, assidue efficit; ubi vero surgit, molestissimo ad mictum

stimulo urgetur, non prius cessante, quam donec inter obambulandum, vi quadam exprimatur lotium. Quamprimum autem sederit, aut cubaverit, præter voluntatē mox guttam, mox majori copia proficit; atque partes genitales, præsertim scrotum, ab hernia ad magnam molem elevatum, assidue humectat. Interdum cum urina alvis redditur involuntario: & a vestura malum exasperatur.

Ceterum appetitu adhuc integro frui-tur; alvo gaudet lubricante, nec frigore præternaturali, nec æstu corripitur; licet vires sint prorsus dejectæ. Sub epulis ob longam suetudinem vino Rhenano, parca utitur quantitate; cerevisiam potat, quæ nomine des Duchsteins venit; mane quædam infusi Theebois vascula forbillat, sumto deluper frusto panis, & vespere Nicotianam fugit. Motu corporis ob herniam fere omni interdicitur; crebris adscititur sternutamentis, atque os saliva est plerumque plenum. Et in tali rerum statu, ob urinæ præsertim incontinentiam, salutarem anhelat medelam; & scire aet, an ipsi profuturæ sint aquæ minerales.

C O N S I L I U M.

MOrbus, cuius caussa consultus sum, valde est inveteratus atque corruptus; & natales suos partim ex insigni nervosarum partium debilitate, ac ad insulsum apoplecticos dispositione; partim calculo vesicæ mutuantur; cui stranguria, dysuria, tenesmus, ac involuntarius urinæ fluxus debentur. Quamvis vero spasmodicæ tractiones, ac paralyticæ resolutiones, a quibus etiam invitus aetus dependet, in externis potissimum faciei partibus conspiciantur: attamen summo studio eo est respiciendum, ut motus sanguinis a capite derivetur, ne illius aut seri major congestio, vel extravasatio in crebro tandem subnascatur. Augetur hic metus eo, quod generosissimus ager, ob herniam inguinalem, a corporis exercitio, in hisce affectibus saluberrimo prohibetur.

Quamobrem, tam intricatum malum, fun-

funditus exsirpare vix licebit; sed sufficiet, si graviores arceamus afflictiones. Et hunc scopum diæticis magis remediis, quam pharmacis assequemur: ex quibus primum potui quædam debetur animadversio. Huic enim nec cerevisia, nec vinum Rhenanum convenient; sed accommodatius erit serum lactis. Hoc apparatur, si lac vaccinum, quantitate circiter dimidia mensuræ, cum uno coelheari succi citri permixtum, leviter ebulliat, donec coaguletur; tum, ut remaneat caseosa portio, percoletur, & addita lapidum cancerorum, & cinnamomi ana drachma una, levissime decoquatur: quæ portio mane calida, hora pomeridiana quarta frigida potari potest. Inter vina sub epulis concedere licet Hungaricum generosum, vel Gallicum, Frontiniæ dictum, vel illud, quod singulari arte ex Hispanico conficiunt, & den *vveissen Baffer* vocant. Neque alienum erit decoctio ex radicis scorzonerae, rasura cornu cervi ana uncta una, corticis ligni sassafras, radicis glycyrrhizæ, cichorei ana unciis duabus, cum tribus aquæ mensuris, addito passularum minorum manipulo uno concinato, sub pastu uti: a quo etiam quinquaginta guttas Elixirii visceralis assumere expediet.

Præterea cum insigni fructu adhiberi poterunt pediluvia, ex aqua, furfuribusque triticeis parata, quibus tepidioribus vesperi immittantur pedes. Ad competendum vero urinæ profluviæ, expedit aquam Anhaltinam intra calidiora linteæ ad pubis regionem applicare: & si Deus vitam ad futurum usque vernale tempus protrahere permiserit, ad fontes Selteranos iter facere, eosque cum binis lactis alpinis partibus permixtos potare. Ut denique insultus apoplectici ac paralyticæ præcaveantur, opera pretium faciet ballamus meus vita, aut nucha inungendus, aut vertici instillandus: cui quoque scopo egregie satisfaciet pulvis epilepticus Marchionum, cum pauca cinnabari maritatus. Faxit autem Deus, ut hæc præsidia salutari potiantur eventu.

Vix elapsi erant quidam menses, cum talibus nunciaretur, virum generosissimum,

Hoffm. Consult. Med.

ex residente insultu apoplectico, vitam cum morte commutasse.

C A S U S X C.

De spasmo vesicae urinariae.

Vix annorum triginta octo, statura longioris, robustæ constitutionis, patre podagrico, & anno ætatis trigesimo sexto ex perverso vivendi genere defuncto natus, a teneris castra secutus, & inter potum parciore, epulas vero largiores, valetudine minus prospera gavilus est. Tribus abhinc annis, post copiosam vinorum Gallicorum potationem, stranguriat, mihi tunc dolorificum pati cœpit. Hanc pro gonorrhœa habitam, calidioribus medicus oppugnavit medicinis, iisque magis exacerbavit. Namque per totam insequentem æstatem, calorem sensit præternaturalem, & tantum inter mingendum ardorem, ut etiam urethra sapient excoriatetur; appetentia manente integra, & crebris mœroribus accedentibus. Tum matrimonii leges subiit, & sub illo novam curarum ac ærumnarum habuit occasionem. Hinc hyeme ex improviso accidit, ut facto itinere, summisque largis epulis, cum duabus cerevisiæ mensuris, nocte ingenti ad mixtum stimulo corriperetur, urinaque cohiberetur adeo, ut candelam ceream urethræ intrudere teneretur; quo facto magna lotii quantitas cum impetu profiliebat. Ab hoc vero tempore atroces per intervalla in vesica, lumbis, dorso, & urethra percepit doores, cum magna quidem mingendi cupiditate, sed incredibili difficultate, alvi obstructione, gelidisque artuum extremerum sudoribus stipatos: qui molestus paroxysmus alvo per propinatum laxans soluta, protinus cessat. Sed incerto tempore moxque singulo mense, mox elapsi trimestri demum revertitur: & novissima hyeme primum cœcis, mox fluentibus hemorrhoidibus, & insigni virium prostratione complicatus fuit. Alvus plerumque tardior existit, & venter attactu durior, excrementa vero redduntur indurata,

spissaque mucagine obducta; & denique in corpore sparsim, & in primis utroque brachio tubercula quædam adparent. Ad petitu gaudet egregio; vino utitur, & a corporis motu per equitationem, autvectionem bene habet. Venælectio elapsa novissime anno quater instituta, & mensa hujus anni Martio iterata est; potavit quoque acidulas Wildungenses, cum insigni fructu, & multæ faburræ calcaræ per anum excretionem; cum contra Pyrmontanæ voris haud responderunt.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Postquam morbi historiam, mecum communicatam, probe exploravi, atque virum generosissimum ipse coram inspexi; non possum, quin illius ægritudinem pro graviori vesicæ, ejusque sphincteris, ac urethrae spasmo declaram; a quo vesicæ cervicem constringente, non modo horrendi dolores, totum fere corpus occupantes, verum etiam ardores in urethra, crebri ad midum stimuli, hujusque difficultas dependent. Hujus caussa proxima, non nisi in sanguine impuro, spiso, scorbutico, per vesicæ nervosam substantiam tardius progrediente, ibidemque stagnante col. Locanda videtur: præsertim cum isti vivitati succi per calidiora medicamina, quæ Chirurgi, gonorrhœam suspicantes adhibuerunt, ad vesicam & vasa seminalia, majori impetu ac copia compulsi harum partium tonum insigniter destruxerunt. Accedit præterea & illud, quod æger epulis largioribus, potu vero diluente parciori utatur, & crebrioribus in vinis calidioribus indulserit excessibus; hisque de causis insignem humorum spissitudinem pariter, ac acrimoniam, testantibus tuberculis in cute jam adparentibus, sibi met contraxerit. Nec de nique silentio prætermittenda est proclivitas ad fluxum hemorrhoidalem, qua humores ad intestinum rectum acti, exitu vero per illud destituti, ad vicinas magis partes, maximeque vesicam regurgitarunt, atque ad has spasmodicas flagnando proritarunt stricturnas.

Hoc igitur malum funditus expugnaturus, eo studere debet, ut primum humores acres ac spissos diluat, attemperet, & depuret; deinceps horum ad vesicam & intestinum rectum adfluxum præscindat, & derivet; atque tum dolores vehementiores mitiget ac demolecat. Quos ut consequamur scopos; ante omnia sanguinis abundantia succurrere oportet, eumque sectione venæ, ter quotannis, nimurum Martio, Junio, & Septembri mensibus repetita, atque detractis semper decem, quin duodecim cnuoris uncis imminuere. Eadem scopo convenientissimum erit, si forsitan cæcæ adparuerint hemorrhoides, illis perita manu tres vel quatuor admoveare sanguisugas. Neque minus, si hemorrhoidalis profluvii quædam accesserint notæ, hujus successum facilitare expediet; quod optimæ fiet, si pilularum balsamicarum, drachmæ uni pulveris præcipitantis mixtarum, sedecim ex aqua ab ægo cubitum ituro capiantur.

Deinceps sub hoc morbo, ab omni cerevisiæ potu abstrahendum suadeo; & in ejus locum vel acidulas Selteranas, cum quarta vini parte maritatas commando; vel hoc decoctum: Recipe radicis scorzonerae, rasuræ cornu cervi, radicis salsaparillæ ana uncias sex, glycyrrhizæ, cichorei ana uncias binas, corticis ligni sassafras, feminis sceniculi ana unciam dimidiam. Conc. Cont. D.S. species, quarum unciaæ binæ ex tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes sunt decoquendæ.

Præterea cum aquis Selteranis completam instituere juvabit curationem; earumque tepidiorum lagænam unam singulo mane, per quinque hebdomades continuando, potare. Hujus portationis initium, a sale Sedlicensi, pondere sex drachmarum sumendo, erit capiendum; hocque quovis sexto die, & denique sub finem repetendum: & inter ipsam curationem, sub epulis ex ultimo haustu, octoginta Elixirii mei visceralis guttæ adhibendæ.

Hac medicatione absoluta, operæ erit pretium, uti sub invasione sueti paroxysmi,

mi, ita quoque extra illum corpus singula hebdomade purgare, decocto quodam mannato ac rhabarbarino: quod, cum largior ejus sit dosis, reperitis vicibus mane forbillare licet, haustis insuper aliquot infusi Theebois vasculis.

Quod si nimia fuerit paroxysmi atrocità; non efficacius commendare possum fubsidium, quam ut æger protinus in balnea temperata, ex aqua fluvialili, & furfuribus triticeis parata descendat, iisque per horam dimidiā insidet; ter quotidie iterando. Ex eo egressus, locum dolentem spiritu vini camphorato, linteis duplicatis instillato, probe perficandum curet; atque intrinsecus pulveris mei præcipitantis portionem, cum viginti liquoris anodynī mineralis guttis, vel ex aqua frigida, vel emulsione, quæ amygdalas dulces, semen papaveris, & aquas analecticas continet, assumat.

Præservandi denique fine, nihil erit præstantius, Elixirio meo viscerali, jam commendato, cuius octoginta gurtas ab epulis vel ex haustu aquæ frigida, vel decocto superius laudato adhibere præstabit. Non minorem utilitatem pollicetur serum lactis, æstivo præsertim tempore, post finitam Selteranorum potionem, singulo mane, quantitate dimidiæ, quin integræ mensuræ potandum. Hoc paratus, lactis recentis mensuram unam, succocitri, quantum cochlear capit, permixtam, igni admoveat, ut leniter ebulliat, tumque percolet. Ceterum rectum observare decet vivendi genus, in quo corporis refrigerationes, animi fortiores commotiones, exsandescientia, spirituosisque potus probe fugiantur, epulae sint pariores, & a cibis acidis, salitis, ac flattentis vacue, & corpus, absolute ciborum digestione sedulo moveatur.

Neque vero frustranea fuit hæc curatio: nunciatum enim mihi est, ægrum ab illa optime habuisse, ac convalescisse.

CASUS CXI.

De spasmo & exulceratione vesicæ cum calculo.

VIR generosissimus, temperamenti cholericō-sanguinei, annorum quinquaginta trium, diætæ moderatissimus, a teneris casta sequitus, multis defatigationibus atque vulneribus se exposuit; nihil tamen minus satis bene valuit, nisi quod anno ætatis vigesimo, fluxu seminalis virulento labo-raverit; qui a Chirурgo variis medicamentis tractatus, reliquit tamen seminis sillicidium & per annum tempus contumaciter continuans, & tandem sponte desinens. Tribus autem abhinc annis, ætatis quinquagesimo, ex captivitate, quam diu passus erat, redux subito doloribus lumborum & ossis sacri prehendebatur; quos pro tormentis a calculo illatis habens, pulverem quandam ad calculum specificum, suauem amici, luna existente plena capiebat. Inde cum urina multus mucus, fabulum, quin & calculi reddebantur; sed simul molesta vesicæ affectio succedebat. Namque urinam, quæ mox mucum album, tentacemque, mox sedimentum tartareum rubrum, mox pelliculas albas continebat, non nisi inter horrendos cruciatus, ac tantos ardores, ut externa cutis arrodeatur, mittere poterat: mox gravis dolor pressorius sphincterem vehicæ, ardensque sensus collum ipsius in peritonæ regione exercebat; mox gutratim mingebatur; mox urina sub ipso fluxu cohibebatur. Sub decubitu, pondus quoddam ad illud, in quo cubabat, latutus devolvi videbatur; atque tum misetus facilior, sine dolore erat.

Ex hisce momentis calculum vesicæ, ex renibus eo perductum, & a copioso, quem irritata tunica villosa fundit, mucro majora capientem augmenta medicus suspicabatur. Hinc præter balnea, pugnabat blandioribus ballamicis, emollientibus, leniterque diureticis, veluti erant decoctum Foresti, oleum amygdalarum.

larum cum spermate ceti, & pauca therbinthina. Calidiora dissuadebat: attamen ager aquam vitæ antinephriticam sua sponte sumebat, quando difficilior erat mictus, quem eo remedio paullo facilitavit. Mittebatur quoque ad plethoram imminuendam sanguis ex pede: nihilo tamen fecius recensitæ affectiones perseverabant.

Quum ergo integro anno, sub his affectionibus transacto, nullus excernebatur calculus, in perinæ regione ardentes dolores, ad urethram excurrentes sentiebantur, & tandem urina mingebatur cruenta, simul foetida: justa quidem erat suspicio, vesicæ subesse exulcerationem, num vero hæc a calculo, aut tenesmo hæmorrhoidali, aut muco viscido ac acri originem traxerit, adhuc latebat. Tandem dubium solvebat calculus, in urethram irruens, ac forcipe extractus, qui cum fabam minorem magnus, more calculis vesicæ minus consueto, valde friabilis esset, pro recentiori concremento ex materia purulenta, ac tartaro mixto habebatur.

Dirigebatur itaque curandi intentio & ad humorum affluxum derivandum, & ulcerationem consolidandam: priori scopo venæctiones, leniora laxantia manata, & temperantia inserviebant; alteri partim demulcentibus, decoctis ex radice altheæ, salsaparillæ, liquiritiæ & carnis confectis; partim abstergentibus, xeronica, millefolio, virga aurea, oleo amygdalarum dulcium, atque therbinthina; partim roborantibus, & leniter adstringentibus, equifeto, millefolio, lanicula &c. fiebat satis. His effectum est, ut mictus fieret facilior, ac dolores perinæ admodum conquiscerent: attamen inconstans erat levamen, & per vices cuncta redibant symptomata, quibus per totum annum tristem scenam ludentibus, novissime superveniebat febris intermitiens quotidiana. Non immerito hæc vocari posset apoplectica: namque sub accensione frigore ager per sex vel octo horas, veluti attonitus, sine sensu ac motu cum sopore, stertoreque jacebat; tum excipiiebat æstus, & per quatuor circiter horas, cum atrocissimis circa pudenda do-

loribus, atque molestissimo ad urinam alvumque reddendam stimulo junctus inhærebat, & denique in copiosissimum desinebat sudorem. Sub hac febre, ejusque quarto circiter paroxysmo, penis cum scroto cernebatur tumidus, & ad gangrenam usque inflamatus; adeo, ut ob colorem plumbeum sphacelus metueretur: ardentissimus sub mictione, cuius frequentissimum erat desiderium, urethram vexabat dolor, & tandem sub paroxysmi finem, purulenta, foetidissimi odoris mingebatur materia. Notari meretur, in hoc febrili affectu insignem fuisse lactis ebutyram adeptentiam: ex quo eriam bene habebat, & exhibitis aliis convenientibus medicinis, intra quinque hebdomades, ab hoc magno morbo vindicabatur.

Quo superato, pristinæ revertabantur affectiones; mox enim tenesmus hæmorrhoidalis anum occupabat, mox tormenta gravissima vesicam exercebant. Idcirco ad avertendum humorum affluxum, molem sanguinis imminuendam, & affectas partes corroborandas, crebra adhibebantur balnea, vena in brachio singulis mensibus tundebatur, & interne temperantia, cum cortice cascarillæ, vel Peruviano mixta porrigebantur. Verum post primam sanguinis missionem, gravis sequebatur humorum orgasmus; alteram excipiebat febris irregularis, symptomatica, alternis diebus magis exacerbata, qua hucusque continuat. Sub hac perpetuum est lotii stiblicidium, quo remittente, tenesmus ani vexat; alvi est adstringentis, nec ob aversionem admittit enemata; urina mingitur saturata, cum mucolo sedimento. Ciborum adeptentia prorsus periit: contra majus est bibendi desiderium; pro potu uitur, mox decocto ex liquiritia, & fœniculo confecto; mox sero lactis, mox aqua pura, melle edulcorata; mox cerevisia secundaria; sed vinum plane fugit.

RESPONSIQ CONSULTATORIA.

Ex præmissa morbi historia omnino patet, morbi, quem vir generosissimus patitur, præcipuam caussam in exul-

ceratione vesicæ , ejusque sphincteris , ac urethræ esse querendam . Hæc gignit in vesica purulentam , mucosamque materiem , quæ cum tartarea , atque terrestri urinæ cohibita substantia permixta , in calculosam concrescit consistentiam , mali symptomata adhuc magis exacerbantem . Ulcus vesicæ testantur ingentes dolores , stimuli ad mihiū , ardor , qui comitatur & sequitur emissionem , atque pelliculae & filamenta , quæ in urina cernuntur . Calculum vero significant , dolor pressorius ad sphincterem incumbens , ardens sensatio colum vesicæ , ac perinæ regionem vexans , urinæ mox stolidum , mox larvior , sèpius tamen intercisis profluxus ; & quod ex supino decubitu tormenta mitigentur .

Tanti molestissimi pariter ac periculosi mali origo , ex sanguinis , exitu per venas hæmorrhoidales privati , facta in vasis vesicæ languiferis stagnatione jure meritoque petenda est . Hinc enim tanta membranarum nervearum distensio , sphincterisque spasmodica constrictio suboritur , ut non modo urinæ profluvium cohibeatur , verum etiam vehementiori membranarum constrictione , ex villosa mucus copiosus exprimatur ; qui per temporis moram acrior factus , ipsam vesicæ substantiam arroendo , ulcerationem procreavit .

Quod si enim experientiam consulamus , deprehendimus , spasmodum ejusmodi ad calculum vesicæ , ex succorum vitalium nimia mole & spissitudine sepe numero suos mutuari natales : siquidem crux abundans , si nec tempestiva vexatione , nec fluxu hæmorrhoidalii imminuat , dicta jam ratione circa intellinum rectum atque vesicam stagnat , ac memorata producit symptomata . Neque dubium est , quin eadem hec causa in nostro agrotante locum habeat ; præsertim si atroces , quos ille in lumbis , osseque sacro sensit dolores ; & tenesimum , quo afficitur , hæmorrhoidalem consideremus .

Tales autem vesicæ affectiones , ubi gravis laeso ipsam illius substantiam oc-

cupavit , ob perpetuum lotii acrioris effluxum , ægerrimam consolidationem , atque curationem admittunt ; atque sic nihil fere amplius medico superest , quam ut , quæ præsto sunt , tormenta , & graviora mala arceat . Hoc scopo magis externa , quam interna facient satis : quæ inter , si vires permiserint , summo cum fructu ano applicabuntur hirudines , ut earum ope superfluuus , & circa hæc loca subsistens crux evacuetur . De his notandum , quod tales feligi debeant , qua nee viridescente colore pollent , sed coloris sunt variegati , ac maculis nigris conspersæ . Hæc in loco temperato , & aqua munda asservandæ , atque , necessitate exigente , ano probe mundato apponendæ sunt ; quoniā , hoc lordibus imbuto , officio suo fungi recusat . Dum fugunt , minime sunt irritandæ , quia morsus illarum , forsitan ira percitarum , valde noxius observatur : si saturatae fuerint , sponte decidunt ; & si apex caude præscindatur , majorem crux attrahunt quantitatem . Horum ergo insectorum , tria vel quatuor , singulo mense ano apponere ; & antea , si nimia urgeat plethora , quatuor sanguinis uncias ex vena in brachio pertusa detrahere decet .

Præterea non iudetur opera , si emplastrum saponatum Barberte , camphora , & oleo hyoscyami permixtum , ad regionem perinæ , ossis sacri , atque pubis , detonsis prius crinibus admoveatur . Ex internis , sero lactis nihil præstantius commendare possum , quod ex lacte vaccino recenti , cum succo citri permixto , ad lenem ignem decocto , atque percolato paratur , & cum æquali pondere acidularum Selteranarum maritatum pro potu ordinario inferviat . Non minus mane potandum suadeo infusum theiforme , ex radice altheæ , floribus malvæ , & radice glycyrrhize confectum , & cum syrupo dialtheæ Ferrelini edulcoratum : nec alienum erit , vino illo artificiali , quod ex Hispanico componitur , & sub nomine des Weissers Paffers exstat , nonnunquam uti . Et denique alvi flicitati per passulas rhabarbarinas succurrendum est .

CASUS XCII.

De spasmis vesicæ, & hypochondriorum ex incerta graviditate ortis.

MATRONA illustris, quadragenaria, sanguineo-cholerica, valde plethorica, felicissimo per vigintiquatuor annos gaudens matrimonio, quinque liberorum, quorum novissimum ante quinquennium peperit, fœcunda mater; elapsi anni mense Martio, rem iterum habuit cum marito. Ab eo tempore per viginti hebdomas filuit uterina purgatio, & accesserunt quædam symptomata, gravidis propria, fastidiumque ciborum, ut utero videretur gerere. His elapsis menes non solum redierant, verum etiam hæmorrhoides fluere cuperunt, cum intercurrentibus animi defectiōibus, ad quas natura proclivis est; quibus non obstantibus graviditatem iūspicati medici, iter longius, quod ægræ faciendum erat, dissuaserunt. Verum non hoc solum feličiter, & cum magno sanitatis allevamento confecit, sed menstrua quoque purgatio, licet ter vena in brachio fuerit tusa, quovis mense, & quantitate satis copiosa, & absque vitiata qualitate rediit; quid? quod transactis novem mensibus, loco foetus, crux per venas sedales, inter atroces imi ventris dolores, animique deliquia prorupit uberrimus. Abhinc varia successerunt incommoda: namque in hypochondriis ac imo ventre per vices sævissima sentiuntur tormenta, tensiva, atque lancinatoria; matutino præsertim tempore nausea vexat molestissima, & fortiorē animi affectum excipiunt vomitus laburræ tenacissimæ. Præterea cerebrim ad midum est cupiditas, redditurque urina copiosa, turbida, mucosa, odorisque foetidissimi: alvus post prævium semper tenescit, libera est ac laxa, cum stercorum mucosorum rejectione. Venter superior grandescit, & naturali durior est, neque vero motus embryonis sentitur, nisi quod valde debilis sensatio, hunc motum mentiens nonnunquam percipiatur, quando vel animo est hilaris,

vel roborantia abdomini admoventur. Quamobrem mœrore perpetuo afficitur, incerta, an utero gestet, nec ne? liquide decem jam elapsi sunt menes, quod viro caruit.

Cæterum notari meretur, quod ex usu clysterum male habeat, atque ingentia tormina imi ventris, naueam, & animi deliquia patiatur; non minus post datum aliquando albicantem liquorem, qui adstringentia habuit ingredientia, in pessima incidit symptomata, ac totius corporis rigorem tetanodeon; a quibus ope essentia dulcis vindicata est. Jam videtur melius habere, & a gravioribus molestiis immunis esse: namque somno fructus tranquillo; viribus corporis gaudet integris, nec de spirandi difficultate quod conqueratur, habet; & ciborum adpetentia naturali est avidior. Remediis paucis, nec nisi pulvere temperante, aut pilulis Stahlianis utitur: & ut demum ab omni præternaturali molestia evadat immonis, salutare anhelat consilium, docerique cupit, an pro grida sit habenda? anne potius molam in utero gerat, quam eo magis veretur, cum tribus diebus post ultimum puerperium, quo ante quinque annos perfuncta est, simile concrementum ex utero ediderit; quod membranis inclusum, propriaque præditum erat placenta? & quæ in tali rerum statu in usum sint vocanda?

CONSILIU M.

POstquam morbum, cuius causa constulsum, ejusque omnia momenta probe mecum perpendi: nequivam mihi videtur verisimile, quod illustris matrona foetum in utero gerat. Quamvis enim quædam graviditatis probabilitas, ex mensibus post novissimum concrebitum per viginti hebdomas, cum subsequente nauea, ciborumque fastidio suppeditis, suborta primum fuerit: hanc tamen subsequentes per uterum, ac sedales venas hæmorrhagiæ refellerunt; quippe que in gravidis, absque coniuncto abortu nonquam fiunt. Quare justissima est suspicio, concrementum quoddam cruentum.

cum utero inhærente; quod in personis sacer plenis, obesis, & exilioibus valis præditis, facillime & frequentissime generari solet. Interea, cum medici de graviditate firmiter persuasi, ad salyandum fortum, partim venam in brachio sæpius tundendam curarunt, partim adstringentes medicinas ordinarunt: factum omnino est, ut motu sanguinis liberiori per uterum ac imi ventris viscera, mesenterium, hepar, ac lienis viscus impedito, crux in utero, valis hæmorrhoidalibus, ac tunicis intestinorum stagnaverit, atque hasce nervolas partes, cum vicina vesica ad spasmoidicas prioritaverit stricturas; unde termina intestinorum, tenesmus, atque creber ad mictum stimulus suos mutuantur natales.

Veram in utero subesse molam, nondum determinare audeo: quamvis enim ejusmodi tunicacea concretio post partum, quinque abhinc annis, utero fuerit exclusa; atque experientia doceat, ejusmodi concretiones sæpius reverti, præsertim si quædam tunicarum reliquæ in utero restiterint; attamen cum præsenti casu nec irregularis fluoris menstrui successus, nec alia symptomata, quæ plerumque concrementum ejusmodi comitantur, praestolunt, nullus ea supponendi certus est locus. Interim crebra docet experientia, posse post concubitum absque insequente graviditate, menses suppressos esse, abdomen intumescere, quin etiam mammæ turgere: quæ symptomata ex carne informi, obvitiatum fermen in utero enata, solent interdum subnasci: & si hæc in nostro casu fuerit praestol, quod penitus negare nolle, attamen ejus origo recentior esse, & neutquam a novissimo puerperio derivari deberet.

Quicquid vero sit, ea jam decidenda venit quæstio, quænam in hoc ambiguo casu in usum sint vocanda? Mea quidem sententia cardo curationis in eo consistit, ut stagnantes in abdomen, utero, & vesica humores discutiantur, æqualisque ilorum circuitus promoveatur, omnes fordes, ex utero præsertim repurgentur, atque præternaturales spasmi demulcentur. Hisce scopis obtainendis, non convenien-

tius commendare possum subsidium, quam pilulas Stahlianæ, aut meas balsamicas, quatuordecim bis quavis hebdomade vesperi assumantur, versus menstruum autem tempus, omni vespera capiantur. Cum his ad moliendam alvum, alterna-ri quandoque potest pulvis, qui ex cromo-ri tartari scrupulo uno, rhabarbari ele-cti drachma dimidia, & magnesia granis duodecim conficitur. Præterea usum præ-stitabit egregium Elixir meum balsamicum viscerale, ad octoginta guttas & sub epulis, & vesperi, si a pilulis fuerit otium, ex aqua vino nupta adhibendum: hoc enim remedii genus, tam acrimoniam temperandi, quam digestionem promovendi, & ventriculum roborandi, vim possidet excellentissimam.

Ceterum ab animi commotionibus, ira-
cundia, atque terrore, quantum fieri po-
test, cavendum suadeo; & corpus, ven-
triculo a cibis vacuo, probe exercendum.
Mane infusum theiforme, ex veronica,
melissa, & corticibus citri recentibus sor-
bere, & reliquo tempore, loco potus or-
dinarii, decoctum cum quarta vini parte
mixtum potare; coena vero parciori uti
expedit. Quæ si votis nondum respon-
deant, consultiſimum erit, thermas vel
Carolinæ, vel Amasianas, vel Aquisgra-
nenses in usum vocare.

C A S U S X C I I I .

De raro vesicae affedū.

Generosissimus vir, quinquaginta an-
norum, temperamenti sanguineo-
cholerici, fuori hæmorrhoidalí copioso
olim obnoxius, qui per novissimam hy-
mem parcior ferri cœpit, sex circiter ab-
hinc septimanis, ex improviso stimulum
ad matulam sensit, tumque inter min-
gendum, ardore urethræ discruciatus,
lotium reddit album, multisque fila-
mentis plenum; & post aliquam mo-
ram sedimentum album largissimum de-
ponens. Hanc molestiam, quam sæpius
cito transeuntem pati sueverat, nihil
pri-

primum curavit; invalescentem vero, & diutius perseverantem, eamque corporis contabescientia, ac virium jaētura paullatim stipatam, variis oppugnare coepit remediis. Quæ inter præter balsamica, a medico commendata, erat etiam oleum therebinthinæ: quo per quatuordecim dies frustra usurpatō, fontes Selteranos potare decrevit, maxime cum tempus incideret, quo his aquis, ob pectoris affectiones, ipsi familiares, uti quotannis soluit. Haec quidem illas per undecim dies; sed, cum languor ac consumptio corporis majora sumerent incrementa, suau alterius medici potationi huic per triduum superedit, & in earum vicem pulveres ex coralliis, spadio, succino albo, mastiche & sanguine draconis confectionis usurpavit. Verum his quoque in castioni summis, inchoavit denuo potum acidularum; neque tamen minus, idem manet morbi status. Namque cum urina substantia illa quasi gelatinosa, sepius filamentis instar tunicae abrasæ permixta, mane præsertim, insigni profuit quantitate; & languor corporis, maxime notabilis pedum contabescientia, magis magisque invalescit.

Bini, quos conculuit, medici in diversas abierunt sententias: alter putavit, gelatinosum illum, qui in urina cernitur, mucum ex vesica profluere, hujusque calculum, saltem imminentem significare; mox vero mentem mutavit, renūm quæ lāsionem accusavit. Posterior medicus insignem subesse credit renūm, vasorumque urinariorum pariter, ac seminalium imbecillitatem; atque mucum illum semine permixtum esse affirmat. Suspicatur quoque ægrum olim morbo quodam venereo laborasse, hujusque reliquiis deberi præsentem affectionem.

Verum scire licet, virum callissimum, nunquam venerea quadam labē contaminatum fuisse; sed adhuc, dñm extra matrimonium degit, vitam agere, scelerum purissimam, & tantum abesse, ut venereis indulget stimulis, ut potius ex seminalis abundantia, vehementes testiculorum dolores, cum eoruādem tumore patiatur, sponte evanescentes. Ceterum ab omnibus dorsi, & reliqui corporis doloribus

immunis est, nisi quod levis urethræ ardor mictionem comitetur: neque ullus est semenis, ac purulentæ materiae fluxus. Appetitu gaudet integerrimo; somno quidem placido fruitur; sed sub hoc manus æstu præternaturali oruntur, & interdum præcordiorum urgent anxietates.

C O N S I L I U M.

Rarisimus profecto est affectus; quo Vir generosissimus solicitatur, dum mictione valde dolorifica reddit urinam, muco gelatinoso plenam. Ille enim nec a reliquis gonorrhœæ virulentæ natales suos mutuantur, nec vesicæ, aut renūm calculo debetur: sed meo quidem arbitrio partim gonorrhœæ simplicis benignæ, partim hæmorrhoidum vesicæ albarum, nomen justissime meretur. Namque cum generosus æger cruentem hæmorrhoidalē per anum olim reddere sovet, ille vero, accedente ætate proiectiori, per aliquod tempus suppressus fuit fluor: non aliter fieri potuit, quam ut sanguis, cuius moles magis augetur, in recto intestino, atque vicina vesica subsistat, stagnet, vasa harum partium sanguifera infarciat, & ob diurniorem moram portionem tenuiorem lymphaticam, per tunicam vesicæ villosam dimittant; quæ in cavitatem vesicæ stillans, ibidem coagulatur, acrior fit, atque cum urina, interfendo urethræ ardoris sensum, excernitur. Hæc eadem est ratio; quod loco cruenti fluxus hæmorrhoidalis, materia alba, instar albuminis ovorum, per anum reddatur: quæ in nostro casu per vesicam exitu suo potita est. Præterea vero, cum generosus æger ccelibem agat vitam, atque testiculi ob semenis abundantiam sanguinem intumescent; vero est simillimum, sanguinis copiosiorem ad vasa seminalia fieri affluxum, & uberiorem lymphæ spermatica in prostatas, & vesiculos seminales secretionem, quæ cum urina emititur, & contabescientia, viriumque collapsus præbet caussam.

Quod curationem, quæ hactenus, præ-

ser-

sertim eum acidulis Selteranis instituta fuit, attinet, has in affectibus renum ac vesicæ satis quidem proficuas esse credo; in præsenti vero malo, quod ex sanguinis stagnatione circa dictas partes, harumque inseguuta atonia originem traxit, neutquam sufficienes arbitror. Arriderent magis aquæ Schwalbacenses, aut Spadanæ; quæ ob principium, quod fovent, leniter adstringens, & martiale, insignem partes debiles robordi obtinent virtutem; atque generationem calculosæ concretionis in vesica, ac renibus efficaciter remorantur. Has per quatuor vel quinque hebdomades sub debito regimine, unam quotidie lagænam forbillando, potare conveniet.

Ex pharmacis duo sunt, quæ commendo; unum essentia calcarillæ, cum essentia succini maritata; alterum est succinum præparatum, cujus uncia una cum dimidia olei tartari per deliquum sit imprægnata & siccata, & ad drachmam dimidiæ mane pariter ac vespere capiendum. Spissiores cerevisiæ, & calidiora vina in hoc morbo plane inopportuna sunt: præstat in eorum locum decocto ex radice sarsaparillæ, scorzonerae, cichorei, liquiritiæ, & semine scenoculi concinnato, pro potu ordinario uti. Denique fugiantur fortiores corporis per equitationem, ac vecturam cunctiones; atque reliquarum rerum non naturalium ulus rite instruatur.

C A S U S X C I V .

De gonorrhœa simplici, ex impura, & immodica venere orta.

Litterarum studiosus, viginti sex annos natus, temperamenti sanguino-cholerici, tenerioris, debiliorisque corporis constitutionis, tussi, uti videatur, hypochondriaca infestatus, atque parentibus natus sanissimus, mense elapsi anni Novembri cum fœmina menstruo fluore polluta stando celebrat, & aliquoties repetit coitum. Sentit protinus ardorem in pene, ex quo imminentem metuens gonorrhœam, purgans sumit medicamen, quod ventrem subducit copiose: at ille fecurus repetit illicitum concu-

bitum; dietæ irregulari, potionis spiritus vini, ipsiusque calidioris vini indulget; & iterum purgans, quasi hoc expiaret nefas, exhibet. Sed brevi post crebra stimulari coepit tentigine, atque semen bis terve quavis hebdomade sub nocturnis imaginibus elabebatur, cum atrocissimis pedum, maxime genuum circa articulos tormentis. Hæc non minus, ac pollutiones nocturnæ, propinatis decocto quodam, ac pulvere temperante, brevi tempore remittebant; sed penis erectus, ubi detumescebat, semi-nis quasdam guttas præter voluntatem exstilla-re incipiebat; & priores molestiæ per intervalla recrudescebant. Neque ferebant desideratam opem tintætura quodam, ex spiritu therebinthinæ, balsamo de Copaiava, & oleo succini confecta, nec emulsiones, nec ossa laevia in pulvere: potius invalescebat symptomata, quorum hæc jam est idea.

Ubi erigitur colis, protinus elabitur semen; mane expergefactus, missa urina, insigni ad venerem urgetur cupiditate; urina deponit flavum labulum, quod eo copiosius jamjam in matula cernitur, postquam per triginta dies acidulis Selteranis, lacti nuptis, conjuncto usu Elixirii balsamici, cum menstruo lixivioso parati, & pulveris temperantis, usus fuit. Attamen post hanc potionem, nocturnæ pollutiones rarius contingunt; ardor urinæ, & spasmi pedum tantum non cessarunt; nec nisi, summis incongruis potibus adhuc adfligunt. Neque etiam glutinosa illa, & spermati similis materia, quam olim copiosam cum urina reddidit, tam larga conspicitur.

Ceterum ad sudorem est facillimus æger, & bis quotannis venam tundendam præbere suavit; adpetiu ciborum fruitur integro, & somno placidissimo. Inter medicinas, quas haec tenus exhibuit, & ex quibus bene habuit, fuerunt infusum laxans mannatum, pulvis temperans ex lapidibus cancerorum, antimonio diaphoretico, osse sepiæ, & nitro paratus, atque spiritus nitri dulcis, ex spiritu flammifero Hoffmanni compositus, & quarta balsami vita parte remixtus. Ve-

rum cum nondum penitus debellari potuit, radii plenum malum; tuum, vir illistris, anhelat æger consilium, docerique cupit: 1) Anne morbus, quo cruciatur, sit gonorrhœa simplex, a summa debilitate partium genitalium sustentata? 2) Num spes sit, illum expugnandi, & quibusnam remediis hoc scopo potiri liceat? 3) Utrum tuto possit leges matrimonii subire?

C O N S U L T A T I O .

Vidi probe ac intellexi ex communica mecum morbi historia, que molestiae ægrum habeant: sollicitum. His ut congruam medelam præscribam, atque priori quæstioni: Anne morbus pro gonorrhœa simplici, quæ a summa partium genitalium debilitate sustentetur, habendus sit? faciam satis. Omnino tonum partium, quæ elaborationi semenis dicatas sunt, labefactatum huic affectui, quem jure gonorrhœam simplicem adpellare licet, originem ac nutrimentum præbere arbitror. Ob hancce enim harum partium debilitatem, humorum lymphaticorum, seminalium, salinis, scorbuticisque sordibus procul dubio imbutorum, major ad illas & copiosior fit afluxus; qui partim interdiu præter voluntatem, partim noctu per pollutiones elabuntur; atque crebram tentiginem, ac urethræ subiectu ardorem excitant. Si de caussis hujus mali dispiciamus, non alia se nobis offert, quam impurus ille coitus, aliquoties repetitus: quippe quo astriguum est partibus genitalibus peregrinum & corruptum quasi fermentum, quod non modo robur vesicularum vasorumque spermaticorum destruxit, verum etiam semen contaminavit; eo magis, cum ipso jam ægro scorbutica humorum diathesis præsto esse videatur, quemadmodum dolores vagi, quos patitur, & fabulosum lotii sedimentum attestantur. Hinc etiam vehementer laudofontis Selterani lacte permixti potationem; quæ, si omissa fuerit, longe atrocius esset malum.

Quod igitur secundam attinet quæstio-

nem: An spes salutis supersit, & quibus nam hanc impetrare liceat medicamini. bus? haud ignorari oportet, gonorrhœam virulentam, rite tractatam, longe faciliorem brevioremque admittere curationem, quam quidem benignam illam simplicem. Hæc enim sæpiissime adoritur corpora debiliora, quæ humorigibus impuris scatent, & medicamina posse mitissima; cum illa robustiora potissimum occupet subjecta, nec a fortioribus, generosisque exacerbetur medicinis. Nihilo tamen minus felicissimo curationis eventu in nostro casu potiemur, si illi, recte administrata diutius, & cum patientia insistat æger. Instituetur autem commode per potionem aquarum Selteranarum. Hasce enim cum duabus lactis partibus commixtas, per quatuordecim dies ita adhibendas suadeo; ut quavis quarta die interponatur pulvis laxans, cuius hæc sit formula: Recipe rhabarbari electi pulverisati drachmam dimidiam, cremenis tartari scrupulum, antimonii diaphoretici grana decem, diagrydii sulphurati grana quatuor. M. F. pulvis præ una dosi. Deinceps quotidie cubitum iterus æger, capiat drachmam pulveris, ex specierum de hyacinthro, ossium sepia ana drachmis duabus, succini præparati drachma una concinnati: mane vero sorbeat infusum theiforme, quod sic se habet: Recipe herbae menthae crispa, melissa, summiatum millefolii, florum hyperici ana manipulum, semen foeniculi, ana drachmam. C. C. D. Extrinsecus peni admoveatur fæcculus sequens: Recipe herbae menthae crispa, florum chamaomilla Romanæ, rosarum, balaustiorum, foliorum lauri ana manipulum, baccharum lauri, mastichis ana unciam dimidiam, caryophyllorum aromaticorum drachmas tres. M. C. G. D. S. species, quæ in vino rubro subadstringente decoctæ, fæculo includantur. Denique tervanda est recta vivendi ratio; supergiantur cibi acidi, saliti, flatulentii, cæpæ præsertim, & allium; evitentur quoque potus calidores, spirituosi; nec nisi vinum generosum Sect, ad ventriculum roborandum, parca inter epulas quantitate.

tate bibatur. Ceterum, stomacho a cibis vacuo, corpus moderate moveatur; & pro potu ordinario sequens potetur decoctum: Recipe radicis sarsaparilla uncias duas, scorzonerae, cichorei ana unciam, liquiritiae, corticis ligni sassafras ana drachmas sex, rasurae ligni fantastri rubri unciam dimidiam, seminis foeniuli drachmam. C. C. D. S. species, quarum unciae binæ ex tribus aquæ mensuris sunt decoquendæ.

De matrimonio, juxta tertiam questionem, nihil adhuc certi determinare adeo; neque tamen illud subire prius licebit, quam morbo funditus extirpato: quem finem, quin commendata curatione sit assequitur, non dubito.

C A S U S X C V .

De gonorrhœa inveterata.

Vix quinque & quinquaginta annorum, temperamenti cholericophlegmatici, olim juvenis in gonorrhœam incidit; quæ abhinc aliquoties, inque primis ante undecim annos cum fluore flavo virulento reversa & congruis balsamicis, therebinthinas, cinnabarinas, mercurioque dulci sublata est. Tertius jam agitur annus, ex quo in utroque inguinum venerei adparuere bubones; ægre quidem ob discrasiam humorum aciorem, tamen feliciter persanati. Præterea per quinque jam annos cutim, maxime in cervice, curvaturis cubitorum, & ano circa ossis sacri & coccygis confinia occupant lichenes, ex pallido rubentes, squamulas dimittentes, & ubi corpus incaluit, insigniter pruriunt. Primitum mitigaverunt paullulum decocta lignorum, cum tintura antimonii usurpata; sed malum proflus exstirpare haud suffecerunt. Quare ante biennium commendavi, ut æger, partim ad ærem mutandum, partim ad cutim emoliendam thermas adiret; quibus usus bene quidem habuit, sed recidit in benignum seminis fluxum, nullis hucusque remediis obsecundantem. Hunc eo certius ab usu balneorum derivo, cum mihi

constet exemplum viri cujusdam, qui ob quandam molestiam, balneis aquæ dulcis usus, gonorrhœa benigna, balsamicis medicinis brevi expugnata, infestus fuit.

Hoc est tædii plenum illud vitium, quo adhuc angitur æger, cuiusque medellam flagitat. Semen fertur & sponte, & ubi colis premitur, proflus album, linteum dumtaxat flavis polluens maculis; colis compressus dolorem infert, adeo, ut æger ulcus urethræ suspicetur. Frustra datis pilulis, quæ succinum, myrrham, olibanum, gummi hederæ, juniperi, cinnabarinum nativam, mercuriumque dulcem habebant; illæ, quæ ex therebinthina binis partibus, succini, myrræ, florum sulphuris singulorum una constabant, sistere videbantur molestum fluxum; at ille, celebrato concubitu, semper recrudescebat. Quum itaque interna medicamina votis haud facerent satiis, & ea, quæ fortius urinam pellunt, ob graviora, quæ renibus, vesicæque inferre possent, damna propinare dubitarem: ad externa deveni, & hæc inter primum mercurium dulcem, cum aqua plantaginis, aut infuso ex herba plantaginis, salviæ, hyssopi, radice que caryophyllatæ confecto, urethræ injiciendum curavi; sed inde fluxus cernebatur virulentior. Hinc substitui emulsionem ex myrrha, succino, therebinthina, vitello ovorum, decoctoque recensio paratam, eamque immitti urethræ jussi: sed & hæc malum exacerbavit adeo, ut non modo copiosius semen, verum etiam ipse tandem crux proflueret, cum sedimento putrido atque cruento. Quare abstinui a remedii; quo facto fluxus adparuit benignior, ac parcior.

Interim cum semen esset tenuius, ac ex oxoris mente paullo acrius; multique laudarent usum emulsionis, ex seminibus quatuor frigidis, cannabis, & agni casti concinnatæ, propinavi hanc, sed cum successu minus felici. Namque protinus excipiebant stranguria, colica, ac insignis dolor dorsi tensivus, qui corpore horrore perfuso, admodum invalescebat, tantusque erat, ut nec corpus sine tor-

men.

mentis movere, situmque mutare posset; accendentibus febre, siti, viriumque collapsu. Præterea post adplicatum lumbari regioni linclum, quem spiritus cunctam ex gummatibus, & plantis aromaticis parati partes binæ, spiritus vini camphoratiorum constituebant, profluxit cum lotio materia crassa, lenta, alba, odoris expers, puri similis, copiosissima quantitate. Usurpati convenientibus remedii, intra trium hebdomadarum decursum, remittebant hæc symptomata, & pristinus valetudinis status, & seminis profluvium, sub his affectionibus parcissimum, denuo rediit.

Hinc in usum revocavi injectiones tepidiores, quæ aquæ sambuci uncias quindecim, vitrioli cyprii calcinati drachmam unam habebant, & primum vehementem ardorem, paullo post mingendi cupiditatem excitabant; quam urina sequebatur emiatio dolorifica. Cessabat subinde subcontinuatis illis injectionibus fluxus seminis; sed hunc colhibitum presso pede sequebatur dolor in dextro inguine tensivus, cum levi febricula catharrali, atque tussi molesta junctus. Febre discussa, tussique per stomachica, & aromatica consolpita, male tamen habere pergebat ægrotus, ut ideo metuens, ne ex suppresso fluore, periculosa suboriente rentur metastases, ab ulteriori injectionum usu desistere teneret. His missis mox iterum fluere cœpit semen; cuius profluvij præsens hic est status.

Si mittitur urina, mittitur autem sine dolore; elabitur simul materia albicans, sub decubitu parcior, in erecto situ copiosior: tum in matula cernitur mox hæc materia, cretacei fere coloris: mox alia lenta, viscidior, vitro tenacius adhaerens: utrique supernat semper levis quedam nubecula flavi coloris: urinæ quidem minguntur citrinæ, nunquam vero sanorum instar limpidae, sed tubigalium more crassiores semper sunt, neque tamen turbidae. Ceterum adhuc notari meretur, ægrum olim haemorrhoidibus, quas cœcas vocant, obnoxium, per viginti autem annos ab iis immunem, novissime in superiori ani parte, circa sphinx-

ceterem, sensisse tumorem, primum valde dolentem, mox ulceratum, pusque foetidum adhuc plorantem.

CONSULTATIO.

MOrbus ille pertinacissimus, cuius cauſa consultos sum, altas jam egile videtur radices: siquidem virulentum seminis profluvium ægrum non modo juvenem atrociter vexavit, verum etiam undecim abhinc annis valde cruciavit, & novissime quoque per varias, easque externas semper cauſas revocatum, tyrannidem suam exercet. Nullum profecto est dubium, quin ejus sedes atque cauſa partim in nimia relaxatione, ac debilitate vasorum spermaticorum, partim vero, & præcipue in ulcere scirthoso prostatarum debeat collocari; atque ideo difficillimam minatur curationem. Docemur enim experientia, quod ejusmodi malum inveteratum, omnium balsamicorum remediorum, in hisce affectionibus valde laudatorum, uti sunt balsamum Peruvianum, de Copaiwa, spiritus therebinthinæ, balsamum sulphuris therebinthinatum &c. atque etiam traumaticorum, vim longissime eludat; siquidem ex traumaticis, intemperate cohito fluxu, graviora symptomata, quin bubones venereoſ suboriri; ex balsamicis vero validioribus, ardores excitari, ac inflammations, ſepiuſ observamus. Neque in tali gonorrhœa, licet vere venerea, ac virulenta exiftat, a salivatione mercuriali ullum expectare licet auxilium: neque proficuus est thermarum uſus. Namque hæc magna quantitate bibende, in tubulis corporis jam debilitatis hinc inde stagnantes, partes spermaticas nervosas valde, ac membranaceas, magis relaxant, & ideo fluxum virulentum revocant ac exacerbant. Eo magis cuncta balnea, & aquas mineraleſ in iis exfoliare debent subiectis, quorum humores, inque primis lymphaticis latex, miasmate venereo jam ſunt contaminati; quale inquinamentum in noctro ægrotante significant efflorescentia serpiginolæ, & lichenes furfuracei, anum circa

circa os sacrum, atque coccygis, cubitosque occupantes, & molestum pruritum inferentes.

Præcipua potius in extirpando præsenti morbo ea sit cura, ut sanguis ac humores rite depurentur. Huic opere egregium faciet pretium essentia radicis pimpinellæ albæ, cum essentia succini maritata, ita quidem, ut prioribus diebus sola essentia pimpinellæ, deinceps eadem cum tertia, mox æquali, ac denique majori essentiæ succini commixta, augendo successive dosin, ter quotidie exhibeatur, atque mane suavis exinde sudor expectetur. Porro ex herba melissæ, menthæ, salviæ, floribus rosarum rubrarum, balaustiorum, chamomillæ Romanæ, & mastylche apparari potest fæcculus, isque vino rubro calidiori immersus ad perinæi, & inguinalem regionem adiplicari. Iisdem speciebus, cum vino Burgundiano decoctis pro injectionibus uti licet: quam etiam ope balsamus meus vitæ, urethrae immisus, egregiam præstabit utilitatem. Quamvis enim ardores ac dolores excitare videat, mox tamen hi remittunt; & præterea hoc excellens remedii genus exulceratas partes insigniter mandificandi, relaxatas vero corroborandi virtute pollet. Contra vero probe cavendum suadeo a medicinis actionibus, maxime venereis, vitriolo cyprio, & adstringentibus: hæ enim noxam inferunt certissimam.

Denique pro potu ordinario commando decoctum sarsaparillæ saturatius, additis pastulis, & cinnamomio paratum: quibus, si rite depuratos esse constet humores, tunc ad roborandas partes relaxatas pulverem, ex antimonio martiali cachectico, coralliis, succino, & osse sepiæ paratum, ex aqua cerasorum nigrorum, succo citri, & ledi majoris nupta nonnunquam adsumere juvabit.

C A S U S X C V I .

De gonorrhœa inveterata ex intempestivo veneris usu.

Vix quidam generosus, in florentissima ætate constitutus, ob præmaturum veneris exercitum, & inde relaxata vasa, semen vehentia, hujus profluvium per novem jam patitur annos. Namque propter dictum valde præmaturum veneris exercitum, ab ætatis decimo sexto ad vigesimum annum, singula fere nocte inter ludibria nocturna semen profluit, cum in sequente corporis contabescantia, & colore vultus pallidissimo. Tum ipsi accidit gonorrhœa virulenta, & per aliquod menses cruciavit, quæ relinquens feminis profluvium, ad hanc usque diem adfligens. Namque ab eo tempore ardentissimo in urethra inter mingendum torquetur sensu, lotum continet copiosa filaments; quod missurus, aut alvum exoneratur, testium, & maxime sinistri dolorem, ac spasmadicam retraktionem sentit, emissione demum solutam; qua facta, semen tenue, crudumque latenter profluebat. A grato cum personis sexus sequioris confortio, hæ symptomata frequentius urgent, majorque testiculos, veluti excoriati essent, vexat dolor. Post accedentes forsitan nocturnas pollutiones, per aliquot dies a fluxu seminali liber est: potuit quoque prioribus annis coitum cum voluptate celebrare; qui novissime absque grata titillatione contingit, siquidem semen acris videretur, rodit, & absque sensu elabitur. Excretum quoque per nocturnas imagines semen jam cernitur tenuissimum, spuma simile & odoris expers; neque parum crucis figunt dolores dorfi, renum, atque capitis; cum ceterum reæssime valere videatur.

His ergo molestiis varias opposuit medicinas, quas inter quædam ex antimonio confecta insigne præstitit emolumentum; ab hujus enim usu, per sexum taxat dies continuato, coctum evadat debat

debat semen, & magna copia, cum insigni levamine excrenebatur. Sed cum hoc remedio privatus esset, cuncta redierunt symptomata, nullis obsecundantia medicaminibus: quare tuum, vir excellentissime, petit consilium.

CONSULTATIO.

INtellexi ex mihi missis litteris, virum quandam generosum, feminis profluvio longissimo, frustra adhibitis variis remediorum generibus, admodum vexari: quod cum jam altas radices egit, atque ob perpetuum tam lymphæ nutritię, quam serì mucidi, a sanguine secedentis affluxum, ad testes ac vesiculas seminales insigniter relaxatas, fere consuetudinalem, materię seminalis excretio urgeat assida, curationis spem angustissimam reddit. Hocce potius vitio totum corpus labefit, emacrescit, vires consumuntur; & nisi ferantur suppetiq; ipsi tandem sensus, externi pariter ac interni, visque memorię labefactantur.

Necesse itaque est, ut omni studio oppugnemus id malum; quo fine ad roborandum totum nervorum genus, ventriculum, inque primis relaxatas seminales partes confortandas, que cura esto precepua, insignem pollicetur virtutem ex hoc pulvere: Recipe cornu cervi philosophice preparati, usci, ossium sepię, fucini p̄parati, ana unciam dimidiā, masticis drachmas duas. M. F. pulvis, cuius drachma dimidia, primum bis quotidie, dein semel, vel mane, vel hora pomeridiana quarta, ex juscule avenaceo, vitello ovi permixto, vel ex aliquot unciis emulsionis, que sic se habet, capiatur: Recipe seminum quatuor frigidorum majorum, papaveris ana drachmas duas, aquę melissę, plantaginis, cerasorum nigrorum, florum acacię ana uncias duas. M. F. emulsio, cui adde syrapii pavonis drachmas tres.

Pro potu ordinario utendum suadeo decocto leniter adstringente, atque robore, quod tale esse potest: Recipe radicis ching uncias sex, ligni lenticisci, santali rubri, citrini, cassie ligneę, ci-

namomi, ana drachmam unam. C. C. D. S. species, quarum uncia ex binis aquę mensuris per horam dimidiā decoquatur. Ex topicis emplastrum, quod ex emplastri spermatis ranarum uncis duabus, sacchari saturni, aluminis usi, & camphorae ana drachma una paratur, ad renūm regionem adplicare juvabit. Præsertim vero alvum purgare expediet, quem finem commode assequemur infuso mannatō, & in curationis principio, & quavis decima die mane assumendo. Formula hæc est: Recipe mannae electæ uncias duas, rhabarbari pulverisati, cermoris tartari ana drachmam unam, coque & solve leni calore in vini albi unciis sex, colaturæ adde olei de cedro guttas sex. M. D. pro una dosi.

Ceterum rectam servare oportet vendi rationem; & quamvis moderata corporis exercitatio haud noceat, fortior tamen illius commotio per vecturam aut equitationem fugienda est. A cibis porro salitis, acidis, acrioribus, & aromatatis; nec non potibus vinosis ac cerevisariis sedulo cavendum est: haustus vero vini austeri Pontac sub epulis concedatur. Denique si his obsecundare recusaverit malum, opera erit pretium, aquam plantaginis vel solam, vel cum quarta parte acetii fortioris vini, mixtam, eamque frigidam intra linteā, ad regionem pubis ac lumbarem interdum admovere. Quorum remediorum usus, si rite, ac diutius protrahatur, non frustraneus illorum erit effectus.

C A S U S XCVII.

De gonorrhœa inveterata cum variis symptomatibus ex inquinamento venereo.

Vir quinquagenarius, temperamen-
ti phlegmatico-sanguinei, castra
a teneris sequutus, variis, prout id vitæ
genus fert, excessibus tam in animi affe-
ctibus iracundis, quam crapulis, ac ve-
nereis libidinibus juniores corrupit eti-
atem. Idcirco multis vitiis, que impura-
venus post se trahit, laboravit: siqui-
dem

dem olim tuberculum carnosum urinæ ductu innatum erat, unde urina per plures annos impeditior profluxit, quin interdum plane retenta est. Non minus sè numero gonorrhœam passus, triginta abhinc annis, curam, quam vocant salivalem, bis sustinuit; attamen cum veneræ rei denuo indulgeret, ea recruduit frequentissime, facile semper persanata. Ante duodecim annos liberatus est a cœruncula urethrae inhærente: abhinc liber fuit urinæ cursus, sed parca ejus quantitas, quæ vix vitrum, quo ad vinum bendum utimur, implet, quavis vice, ad hanc usque diem mingitur. Ab hoc quoque tempore virulentus semenis fluorferme cessavit; nisi quod illius, mox albi, mox subcitrini unica dumtaxat guttula, interdum vel cum urina reddatur, vel ante mictionem elabatur; ac urina materiam albam gelatinosam, filamentis intermixtam, ad matula fundum deponat.

Elapsis septemdecim mensibus febrem incidit gravissimam; qua intra binas hebdomades ope salium digestivorum, & aliorum antifebrilium remediorum feliciter superata, interjecto bimestri, post corpus equitando fortius concussum, inguinalem sibimet contraxit herniam. Hanc non fecus, ac reliqua symptomata debellaturus, stuphis sudatoriis insidere coepit, & suffitu ex herbis roborantibus corpori admisso, copiosos movit sudores. Verum hercio mansit eadem, & pustulos atroces capitis dolores, a quibus antea liber erat, cum assiduis vigilis succédebat. Hos oppugnavit primum bolus, ex mercurio dulci confectis; iisque incassum sumptis, adhibuit decocta leniora, & ex his quatuordecim dies a capitis tormentis liber evasit.

Mox autem pristinum vivendi genus agere, atque libidini rursus indulgere coepit: hinc protinus repecebant capitis dolores, hocque mox totum, mox in altero, mox utroque temporum, mox in vertice, magnis tormentis nocturno potissimum tempore exacerbatis, somnumque turbantibus. obsidebant. Contabebat simul corpus; per vices febrilis ac-

cedebat insultus, urgebat tosse secca; oris halitus erat foetidissimus; & per intervalla immanissimi dolores brachiis, pedibusque, mox circa juncturas, mox partem musculosam eorundem inhære-scebant. Neque tamen minus cuncta hæc symptomata vesperam noctemque dumtaxat redebant molestam; per diem bene habebat, ciborumque egregio gaudebat adpetitu, iisque molestiis per integrum vexabatur annum; frustra usurpatis pulvere solari Hallensium, antispa-modicis, remediisque sanguinem purificantibus.

Hicce novissimis hebdomadibus, capitis tormenta adeo invaluerunt, ut assida per noctem diemque adfligerent. Quamobrem, cum partim ob gonorrhœam tam sèpius residentem, partim mercurialia in cassum propinata, justissime cuncta symptomata & a virulentia venea, & a mercurio intra corpus retento derivari posse viderentur: consultum putaverunt medici, illa vel salivatione mercuriali, vel ea curatione, quæ per famem, atque sudorem fit, oppugnare. Quod attinet salivationem, eam per mercurium externe illitum excitandam esse arbitrantur; quorum cuncta ex mercurio parata remedia, si interna propinarentur, ea virtute, qua mercurialia miasmata ex massa sanguinea repurgarent, minime pollere crediderunt. Quum autem anceps sit hoc medicationis genus; & ægrotus ad iracundiam vehementissimam ex leviori caussa facillimus existat; arrisit ipsi magis posterior curandi via. Hinc, misso ante duodecim dies ex vena in pede tusa sanguine, laxandi fine per tres successive dies sumpsit pulverem ex auro fulminoante, & magnesia nitri param, qui ventrem absque ullis tormentibus egregie subduxit. Tum, evitato cunctaque generis potu, tres quotidie mensuras decocti saturationis, ex radice salsaparillæ, chinæ, hermodactylis, pimpinellæ, passulis, & tantillo ligni sassafras concinnati potavit; simul bis quotidie tinturam antimonii tartarisatam, essentiæ lignorum nuptam sumpsit, cibos non nisi affos comedit, & singulo-

mane in cista sudatoria leniter sudavit.

Sub hac curatione, primo triduo nulum observabatur symptomatum levamen; at reliquis diebus mitigabantur capitales dolores, tussis vehementia remittebat, alvus quotidie respondebat, ciborum cupiditas manebat integra, urina, quæ crassa est, coloreque decoctum emulatur, libere mingebatur, cum copioso sedimento; virium nullum accedebat decrementum, nec febrilis motus, & æltus ardorque capitales pulsatilis, qui antea illius dolores comitabatur, ferme evanesceret. Hanc ob causam visum fuit consultissimum, ut, si virium, adpetitusque integratas perseveraret, nec febrilis, aut aliæ molestiæ accederent, eam curationem continuaret. Verum, cum dubius hæreat, num huic consilio aures præberet, anne potius salivationem sustineret; tuam, vir Experientissime, expectat flagitatusque sententiam. Nec te ignorare oportet, sanguinem novissime ex vena detractum, post trium horarum moram, tunica punitosa, tam crassa tenacique obductum fuisse, quæ vix cultro dissecari potuit; atque serum biliosum, cruentumque aternum ostendisse.

C O N S U L T A T I O .

EX præmissa morbi historia, rite ponderata, luculenter patet, non solum succos vitales impuros, corruptos, tenaces, & ab inquinamento venereo contaminatos, causam præbere immanissimis, quos æger in capite ac artibus patitur, doloribus; verum etiam partes solidas nervosasque, per crebros diætae errores, exercitia venerea, vehementiorum iracundiam, ac nimium mercurialium remediorum usum, insigniter vitiantas, labefactatas, ac debilitatas esse. Quæcum ita sit, salivationi mercuriali, sicuti vulgo institui solet, subscribero neutquam possum; sed valde vereor, ne ex illa exacerbetur malum; neque vero votis facturam esse satis eam curationem solam, quæ novissime per famem, ac decocta fuit administrata, persuasus sum: Squidem tenacissima humorum diathe-

sis, quam inter alia sanguis ex vena pro-nuper missus testatur, potentiora requiri videtur subsidia. Commendarem potius eam medendi rationem, qua præter convenientia decocta, & congrua a cibis abstinentiam, ad resolvendum humorum coagulum, & fordes per sudores eliminandos, remedia mercurialia, selecta tamen, & bene præparata in usum vocarentur. Quam ut pressius explicem, sic adornandam esse puto.

Primum quidem primæ viæ sunt repurgandæ per lequentes pilulas, binis vicibus, interposita una die, sumendas: Recipe gummi ammoniaci depurati, extracti panchymagogi Crolii, mercurii dulcis, cinnabaris nativæ præparata ana drachmam semis, pulveris croci, salis succini ana grana tredecim. M. F. pilula, ex drachma dimidia viginti parande, proque una capienda dosi. His usurpati, incipiat æger singulo mane adhuc intra lectum, quartam mensuræ partem decocti tepidioris potare, quod sic se habet: Recipe salsaparillæ electæ uncias tres, radicis pimpinellæ, vincetoxici, corticis Guajaci ana drachmas duas. Conc. cont. M. F. species, cum binis aquæ mensuris in vase clauso decoquenda. Ex hoc decocto sumat sexaginta guttas mixturæ, quæ ex tinctura antimonii acri, spiritu bezoardico Bussii, ac liquore meo anodynino minerali concinnatur: atque hinc, haustris insuper aliquot infusi herbae Theæ vaesculis, suavem, lenemque expectet sudorem. Ulus hisce per octo dies, iterum corpus ope pilularum supra commendatarum bis purgari curet; tum repeatat sudationem per decoctum provocatam ad idem tempus; hancque interposito iterum pilularum uso, tertia vice instituat.

Sub hac vero medicatione iuvabit quibusdam adhuc uti medicaminibus. Nimirum in vicem potus ordinarii substituendum est decoctum, quod ex radicis scorzonerae, salsaparillæ singularum uncia una, cichorei vero drachmis binis, cum tribus aquæ mensuris coctis, & sub finem passulis minoribus, corticibusque recentibus citri vel aurantiorum permixtis

apparatur. Ex hoc vesperi drachma dimidia pulveris cuiusdam, sequentem in modum conficiendi sumenda erit: Recipe lapidum cancerorum, cerussæ antimoniæ ana unciam semis, cinnabaris native præparatæ, succini ana drachmas duas, nitri purificati drachmam unam. M. F. pulvis. Vesperi porro pedes in pediluvia, ex aqua flaviatili, & furfuribus triticeis confecta, ad suras usque imponendi, inque iis per horam dimidiâ detinendi sunt: illis enim, si justo prædicta fuerint tempore, humores redundunt fluxiliores, & a capite ad corporis alliciuntur superficiem.

Ceterum exactissimam servare convenient diæta rationem; cibi plerique assi comedantur, copia parciores; animi vehementes commotiones, corporisque extirpationes non minus ac refrigerationes probe vitentur, nec ex vinis quidpiam capiatur, præter haustum veteris Rhenani sub epulis. Alvus si fuerit segnis, velcendum est juseculis, quæ ex passulis minoribus, manna, & una vini, binisque aquæ partibus conficiuntur: & si capitidis dolores itmaniter vexent, externe naribus admovendum suadeo balsarium meum vitæ; & interne liquorem anodynnum, oculo guttis saccharo excipendum, & in ore fovendum, donec solvatur. Hæc sunt, quibus saluti viri generosi consilere volui; quæ Deus fausta reddat, ex animo precor.

Relatio ulterior morbi.

USurpata hac, quam præscripsi, medicatione, optime habuit æger: at cum pristino vivendi generi indulgere ruris cœpisset, recruduerunt omnes molestie; quarum hanc mecum communicauit medicus historiam. Cuncta morbi symptomata nostrum denuo invaserunt ægrotantem; quorum sedes procul dubio in prostatarum, vesicularum seminalium, collique vesicæ ulcerosa erosione collocanda videtur, & hæc est idea. Lotionem, quod large mingit cum quadam difficultate, subcitrinum est, turbidumque instar cerevisæ triticeæ; cum quo

Hoffm. Consult. Med.

fertur materia lactea, ex albo flavescens. Hæc in urina recens missa vel non adparet, quasi adhuc soluta eset, vel in forma alborum filamentorum in ea fluat; ubi vero conquevit, sedimenti instar farinacei levioris ad matulæ fundum secedit; sub quo sèpius tenacior, flavique coloris mucus, vitro adhærens firmiter conspicitur. Non minus interdum absque urina, semen quasi virulentum, quale in gonorrhœa esse solet, ex cole guttatum labitur. Neque vero tam crebra mingendi urget cupiditas, quanta stranguria pressos vexat; sed ad penis radicem sub emissione pressorius tensiusque incubit dolor.

Præterea noctes ob assidas vigilias molestæ sunt; vix enim per unam alteram que dormit horulam: hinc languent vires, nec in conclavi obambulare sine lassitudine potest. Sumtis epulis & stus præternaturalis, cum siti, pulsusque celeri interdum observatur; qui per totam continuat noctem. Sèpius inter pastum ex improviso corripitur quodam horrore, leviori, atque brevissimo; quem nullus excipit calor. Noctu frequenti adficitur nauæ, quæ, ubi surrexit, cessat, & mane recurrit cum copiosa sputatione. Dolores capitidis, & artuum externorum per vices incident; sed mox sponte remittunt. Ciborum adpetentia adhuc viget; major autem bibendi cupiditas, ut præter infusa calidiora, quotidie ultra sex cerevisæ mensuras potare teneatur; ideoque copiosissimam reddat urinam. Vini potationem calor præternaturalis & sitis prohibent. Ceterum alvus respondet; pulsus mane fertur æqualis, naturalis, sed paullo languidior: neque vero præsto sunt sudores nocturni colliquativi, nec hecticœa corporis consumtio.

In hoc rerum statu pauca sunt, quæ adhibui medicamina; ex quibus, cum insigni dolorum levamine, quandoque potavit sequens decoctum: Recipe radicis sarsaparillæ unciam, chinæ unciam semis, radicis foeniculi, cryngii, altheæ ana drachmas duas, rasuræ eboris unciam semis. Conc. coquantur in aquæ

Hh 3 sim.

simplicis mensuris duabus ad medietatem; circa finem adde radieis liquoritiae concisa drachmam, anisi stellati drachmam semis. Colatura D. Ex hoc decocto mane pariter, ac hora pomeridiana quarata sumbit triginta guttas tinteturæ antimoniæ martialis. Vesperi nonnunquam adhibuit pulverem, ejus hæc erat formula: Recipe lapidum cancerorum serum, pulm dimidium, antimoniæ diaphoretici, viperarum ana grana sex, nitri depurati, cinnabaris antimoniæ ana grana tria. M. F. sex pulvères. Infusum mannatum, quo laxandi scopo usus fuit, bis vomitu reddidit: & contra febiles insultus, atque nauseam illam nocturnam, quæ ex primis viis ortum trahere videtur, usurpavit Elixirium, ad mentem Hoffmanni ex extractis amaricantibus, detergentibus & roborantibus, atque vino Hungarico paratum, quod brevi ante prandium ex haustu vini Mosellani, cum insigni fructu capere suevit. Ad scitum denique extinguendam sumbit tinteturam florum rosarum, cum spiritu nitri dulci commixtam; at brevi ante recensitæ adhuc ipsum discruciant molestæ.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Fundamentum cunctarum affectio-
num, quæ Virum generosissimum
ahuc immaniter tractant, non nisi in
nimia relaxatione, atque erosione partium
genitalium internarum, nominatim glandularum prostatarum, vesicula-
larum seminalium, urethrae, ac vesicæ
collistarum esse, in priori, quod suppedita-
tavi, consilio jam adnotatum est. Scilicet propter relaxationem illam succi-
vitales ad eas partes majori copia ruunt,
& ideo substantiam chylosam atque semi-
nalem ad prostatas secernunt glandulas;
quæ una cum ulcerosa, quam eadem
læsæ partes fundunt, materia mixta per
colem fertur, ita ut hæc, tanquam pon-
derosior fundo matulæ adhæreat; illa
chylosa, ac levior inter urinam fluctuet.
Neque vero dolorifica esse potest iactio,
quoniam æger multum potus assumit,

eoque acrimoniam humorum diluit ac temperat.

Idem porro partium solidarum vitium, per impuram pariter ac nimiam vene-
rem acquisitum, nutritum, & jam in-
veteratum, reliquis symptomatibus,
quibus torquetur æger, cauſsam suppeditat,
& ex illo vigilarum, dolorum capi-
tis ac artuum, nauseæ, languoris, hor-
roris, æstus, sitisque ratio commode de-
rivari potest. Etenim ulcerosum illud in-
quipamentum, venereo forsitan adhuc
pollutum miasmate, absorbetur per ve-
nas sanguiferas, atque tum cum reliquis
corporis humoribus, maxime lymphati-
co latice permiscetur. Hinc sicuti totius
massæ sanguineæ textura a naturali tem-
perie deflectit, ita præsertim lympha
vitiatur; quæ acris ac falsa redita, ar-
dorem, æstum, sitim, doloresque parit,
& nutriendo corpori inepta fit. Quom
autem ob internum ardorem magnum
est bibendi desiderium, multumque po-
tus dilutionis sumitur: fit inde, ut robur
ventriculi atque digestio destruatur, chy-
lus generetur dilutus & aquosus, & multæ
in prima regione relinquuntur cruditates,
quæ nauseae, ruetum, somnique tur-
bulenti cauſsam præbent. Nec denique
parum momenti ad debilitandum totum
nervorum genus contribuant fortiores
animi affectus, & præsertim iracundia,
quibus a multis annis nimium indulxit
æger,

Quænam igitur est, quæ tantis malis
opponi posset, medela, ut nisi ea extir-
pentur, faltem mitigentur? Si percur-
ram cuncta remediorum genera, nullum
fere invenio, quod certam securamque
polliceatur opem. Salivationem quod at-
tinet, quæ in morbis, ab impura venere
subortis, vim habere solet excellentem,
illam in nostro ægrotante nemo profecto
admitteret, cum ipse impatiens ac iracun-
dus admodum existat, atque insuper par-
tes seminales, ac vesica gravi jam notatae
videantur læsione. Neque aquas mine-
rales, inque primis thermas Carolinas
abs re fore puto, quoniam illæ ob ma-
gnam salis calcarii amaricantis, quam
foveat, copiam, erosas partes magis

exasperant. Nec securi usus sunt fortiores sudationes, cum decoctis lignorum instituendæ; quippe quæ humores in maiorem atque periculosa commotionem agere valent. Nec denique purgantibus acrioribus atque mercurialibus, ad fordes per anum eliminandas, locus est; cum de iis justus sit metus, ne tonum ventriculi, ac intestinorum magis destruant.

Quamobrem lenissima incedendum hortor via; & ex subsidiis dieteticis efficiassimum spondeo auxilium. Ex his, ut decoctum pariter ac Elixirum hastenus usurpata continuenter, suadeo. Ad fuitigandos præternaturales calores commendô pulvres temperantes, roborandi virtute præditos, qui v.g. ex ossium sepiæ, lapidum cancrorum, seminis lycopodii ana duabus drachmis, succini preparati, nitri purificati ana drachma dimidia apparari possunt. Horum drachmam unam ex sequenti emulsione per intervalla capere decet: Recipe semenum quatuor frigidorum majorum, papaveris albi, ana drachmam unam, aquæ florum tiliæ, acaciæ, rosarum, illiorum convallium ana unciam unam. M. F. emulſio, adde julepi rosarum drachmas duas. M. D. Mane sorbillare convenienti juculum tenuiss., ex jure carnis gallinarum, radice cichorei scenituli, graninis, nasturtio aquatico, succo citri, vel aurantiorum, & floribus macis confectum; cui etiam substitui potest infusum theiforme, quod habeat herbae veronicae manipulos duos, scordii, summatum millefolii ana manipulum unum, radicis liquiritiæ drachmas tres, & anisstellati drachmam semis. Oportet porro alvum conservare lubricam, cui scopo convenientissimum judico sequens decoctum: Recipe tremoris tartari drachmam unam cum dimidia, sacchari unciam unam & semis, coquantur leni igne cum una aquæ mensura, adde olei de cedro guttas tres. D. Hoc remedii genuit bis quavis hebdomade sub ipsis assumi poterit epulis.

Ceterum cerevisiarius potus neutiquam proderit, sed potius ventriculi tonum

magis pessum dabit; majori cum fructu potabuntur acidula Spadanæ, quæ in ulcerationibus vesicæ ac prostatarum, testante HENRICO ab HEER, & ipsa experientia suffragante, omnium mineralium aquarum virtutem longissime superant. Et denique cavendum sedulo ab omnibus lascivis ac venereis cogitationibus, a cibis coctu difficultibus, flatulentis, ab aere inimico ac humidu; potius corpus moderata exercitatione moveatur, & ex vinis Burgundiacum parcissima bibatur quantitate. Hæc sunt, quæ tam intricato morbo commendare licuit; quæ optasse, tantæ esset efficacia, ut ab iis certum expectari possit auxilium.

Appendix.

VIX vero fieri potuit, ut faustus hæc remedia exceperit eventus; quoniam non fluidæ solum partes prægravi labi fuerunt affectæ, verum etiam virus venereum solidas, maxime genitales regiones corrupit, atque labefecit. Hinc factum est, ut licet æger a multis medicis opem conquereret, ille tamen elapsus vix temestri, ulcere gangrænodeo oppressus, purulentam per alvum pariter ac colem reddiderit materiam, atque sic miserere perierit.

C A S U S X C V I I I .

De gonorrhœa virulenta cum tophis conjuncta.

VIR generosus, tringinta annorum, temperamenti cholericæ, strictioris habitus, a prima juventute militiæ nomen dedit, & in hoc vitæ genere in potibus vinosis, pariter ac venereis libidinibus multos commisit excessus. Hinc incidit olim in varias affectiones, maxime gonorrhœam, venereas; at ab iis convenienti medicatione semper liberatus, per aliquot annos immunis vixit. Neque minus tophus, ante quinquennium, magnitudine ovi columbini in medio fronte subortus, ope emplastro-

tum mercurialium, decoctorumque sanguinem purificantium, dissolutus ac sublatus fuit feliciter; & ipse valere cepit rectissime.

Verum unus jam & dimidiis effluxit annus, ex quo atroces dolores mox utrumque temporum, mox ossa parietalia, mox totum caput acerbe invaserunt, & noctes præsertim molestas, somnoque carentes reddiderunt, ut æger viribus magis, magisque exhauriatur. Præterea in parietibus non minus ac frontis ossibus denuo conspicuntur nodosa tubercula, nec ab emplastris mercurialibus, infusionis decoctisque emollientibus, pilulis purgantibus, atque mercurialibus discuti possunt. Tormenta, quæ patitur, cœlo existente sereno, leviora sunt; ciborum appetentia imminuitur, maximeque summum carnium est fastidium.

Et hisce molestiis ad hanc usque diem adfligitur, topique tam acutissimum referunt sensum, ut ab attactu vel levissimo doleant atrociter: neque vero ad munera subeunda ineptus redditur. At cum ab iis vitiis liberari cupiat: Te, Vir Experientissime, suasore se votis suis potiturum sperat: petit ergo, ut proponas, unde recensitæ affectiones originem trahant, & a qua medicatione, num salivatione mercuriali, anne thermis Carolinis, balneisque Tæplicensibus expugnari queant?

C O N S I L I U M.

GRATIA RAVEM affectum, quem patitur Vir generosus, ab inquinamento venereo, post curatam gonorrhœam intra humorum massam relitto, natales suos mutuari, extra omnem positum esse credo dubitationis aleam. Docet enim cerebra experientia, quod virulentum ejusmodi fermentum per plurimos annos, in ductibus glandulosis delitescere possit: tumque, accendentibus caussis occasionibus suscitetur, & in massam sanguineam, lymphaticum maxime inquinans laticem, abripiatur: unde non modo immanissima dolorum in artibus tormenta, verum etiam ulcera, quæ pessimi sunt moris, procreantur.

Quæ vitia curaturum eos habere oportet fines, ut malignum virus, fluidis æque ac solidis adhærens partibus, per congrua subsidia e corpore proscriptab; cui quidem intentioni nec balnea, nec thermas, nec sola decocta ac infusa sanguinem mundificantia, satisfactura arbitrator. Neque adhuc opus fore salivatione mercuriali, persuasus sum; quoniam malum curatione per remedia antimonialia instituta expugnari posse confido.

Hanc sequentem in modum administrandam hortor. Primum pilulas purgantes alternis diebus, ter iterando devorare decet, quarum hæc est formula: Recipe extracti panchymagogi Crolii, gummi ammoniaci, mercurii dulcis, cinnabaris vulgaris ana drachmam unam. M. F. cum balsamo Peruviano pilula, ex drachma dimidia numero XIV. quæ pro una dosi sumantur, hausto desuper decocto avenaceo tenuiori. Deinceps per octo dies, singulo mane scrupulus dimidiis pulveris mundificantis, cuius copiam mitto, ex decocti, inferius describendi, calidioris mensura dimidia sumatur. Tum repetendus pilularum usus, ac denique iteranda denuo hæc sudandi ratio. Decoctum, quod in vicem potus ordinarii inserviat, hoc est: Recipe radicis salsapilliæ uncias decem, corticis ligni sassafras, guajaci, radicis liquiritiæ, cichorei ana uncias duas. C. C. irrorentur cum drachmis duabus salis tartari soluti. Specierum tres unciae, cum uncia dimidia antimoniis in petia ligati, ex quatuor aquæ mensuris probe coquantur. Sub hac curatione abstinentem erit a cibis salitis, flatulentisque, nec nisi assis, parce tamen secundum. Tophis autem imponendum suadeo hoc emplastrum: Recipe gummi ammoniaci, myrræ, oppononis ana unciam semis, spermatis ceti unciam unam, balsami sulphuris therebinthinati drachmas duas, olei tartazi foetidi drachmam unam, ceræ unciam unam & semis. M. F. l. a. emplastrum. His si cedere recusat malum; tertium repetenda est supra descripta medicatio.

CASUS XCIX.

SISTENS CONSILIIUM

In gonorrhœa diurna cum inflatione ventriculi.

Flagitavit quondam consilium operaque meam, vir quidam generosus, qui binis morborum generibus diu jam solicitatus erat, diurno nimis seminis profluvio, & inflatione ventriculi hypochondriaca. Hæc ab illo sustentari videtur, præsertim cum imperita manus, & incongruis mercurialibus tractatum hucusque fuerit. Non enim his solum, verum ipsa morbi vetustate, sicuti totum nervosarum partium systema, ita præcipue ventriculi robur insigniter est destrutum. Et hanc ob causam summa patientia, & temporis diurnitate opus est, si iis malis funditus mederi velimus. Hactenus propter ferventissimum cœli ardorem nihil moliri licuit, nisi quod venælectione, blandis laxantibus mannat, decoctis temperantibus, balsamicisque, & externis emplastris, ac injectionibus pugnaverimus; quibus obtinuimus, ut bubones glandularum inguinalium dissolutos, dolores perinæ mitigatos, & materiam, quæ antea acri, spissa, lividaque profluxit, jam fluxilem, albam, benignamque conspiciamus. Ut vero prorsus debellemus adhuc inhærentes molestias; in itinere quidem, quod agro faciendum est, priorum remediiorum usui insistendum suadeo. Redux autem sequentem incipiat medicationem.

Quovis octavo die corpus laxandum per infusum mannatum; purgantia enim fortiora, inque primis mercurialia, ob labefactatum ventriculi nervorumque tonum, majus minantur damnum, quam emolumentum. Reliquo tempore, laudo usum decocti sic parandi: Recipe radix chinæ, sarsaparillæ ana uncias quatuor, rasuræ ligni Guajaci, sassafras

ana unciam unam cum dimidia, herbe nummulariæ, fragariæ, uvæ crispæ, plantaginis, pyrolæ, pulmonariæ maculolæ, veronicæ, agrimoniarum ana unciam semis. M. F. species, quarum duæ unciae ex binis aquæ mensuris probe coquendæ sunt. Hujus autem infusi, mane tepidioris, hora pomeridiana quarta frigi-di mensura dimidia forbilletur. Vesperi ex decocto, quod pro potu ordinario pronuper ordinavi, assumatur drachma una pulveris sequentis. Recipe ossis sepiæ, pulveris cancerorum fluvialium usorum, lapidum cancrorum præparatorum, succini præparati ana unciam, pulveris radicis liquiritiæ, iridis Florentiæ, pimpinellæ albæ ana unciam semis, nitri depurati drachmas duas, olei ligni sassafras guttulas octo. M. F. pulvis; quem etiam cum essentia alternare licebit, sic paranda: Recipe opobalsami de Mecca ana drachmas duas, tincturæ tartari, liquoris anodynæ mineralis ana unciam unam & semis, solvantur leni calore, & dentur ad 60. guttas.

Præterea sub hac curatione per quinque circiter hebdomades, gulæ detrahendum paulisper suadeo; nec jusculis ex carne, nisi forsan prunis ac passulis permixtis, nec ipsis carnibus, nisi assis, paneque bis cocto vescendum, & sub epulis vino Burgundiaco parce utendum horror. Quo diutius huic medicationi inhæbit, eo feliciorem inde sperare poterit eventum.

Extrinsicus haud alienum erit, regionem perinæi, ipsumque colem, circa somni tempus, ad adjuvandam penis erectionem unguento balsamico spirituoso perficare, quod sic habet: Recipe olei jasmini, nucis moschatae expressi ana unciam semis, balsami Peruviani, de Copaiava ana drachmas duas, olei de Cananga guttas triginta. M. D. Contra tenivas, spasmodicasque stricturas, que in glande penis nonnunquam sentiuntur, non sine fructu candela cerea, oleo ovoidrum inuncta urethræ intrudetur, & in ea per noctem conservabitur: nec ludetur opera, si fluxu seminali sublato, ad excernendum abundans semen,

moderatus celebretur concobitus.

Quod autem hypochondriaco-spasmodicam ventriculi affectionem attinet, quæ præsertim mala ciborum confectione, molestisque ructibus absolvitur; & post diuturnum otium, multas lucubrations, & mentis perturbationes exacerbatur: debetur illa labefactato uti generatim nervosi generis, ita speciatim ventriculi ac intestinorum robori, & hinc pendenti humorum per imi ventris viscera tardiori circulo: unde omnium symptomatum, constrictionis pectoris, anxietatis præcordiorum, nausea, alvinæ obstructionis, extreborum frigoris, atque phantasie corruptæ origo pertenda est. Ut ergo hujus quoque mali incrementum præscindatur, operæ erit premium, ut bis quotannis circa æquinoctiorum tempus, ex vena in pede tusa, septem circiter vel octo cruoris uncias detrahantur. Deinceps alvi libertati proficiendum est, quippe hujos obstructio passiones hypochondriacas & molestiores, & pertinaciores reddit. Neque vero huic scopo convenient fortiora purgantia, quoniam ventriculi ac intestinorum tonum magis dejiciunt, & alvi majorem relinquunt constrictiōnem. Magis opportunum erit, pilolarum meatarum balsamicarum quindecim mane, aut vesperi quandoque devorare, & cum illis pulverem præcipitatem, ad consopiedam humorum ebullitionem, assumere; cuius etiam drachma una, maxime si ex prævio vini potu quædam in primis viis acrimonia præsto fuerit, vesperi solla sumta, alvum ducet. Non minus laxandi fine, æstivo maxime tempore, inter epulas adhiberi poterit potiuncula ex tremoristartari drachmis tribus, sachari candi uncias duabus, in aquæ mensura una ad lenem ignem solutis, & sex olei de cedro guttis maritatis confienda.

Præterea ad ventriculum roborandum dirigenda est curandi intentio; quæ obtinebitur, si Elixirum meum viscerale ad quadraginta guttas, vel mane ex infuso theiformi, vel breviante prandium cum aqua vino nupta capietur. Horum

remediorum virtutem recta vivendi ratione secundare, atque præsertim, ab animi affectibus, meoro, refrigeratione, nimia corporis commotione, vel per fortiorum motum, vel alimenta ac medicamina calidiora, mentisque laboribus cum meditatione junctis cavere expediet: contra vero grato cum amicis commercio, crebris itineribus utendum, & pro potu ordinario, vel decoctum confuetum, vel Selteranas aquas, cum tercia parte vini vel Rhenani, vel Burgundiaci permixtas adhibendas suadeo.

Quod si forsan paroxysmus hypochondriacus accesserit, protinus anō infundi debet clyisma domesticum; quod sic paratur: Recipe decocti avenacei tenuoris mensuram dimidiam, florum chamaillæ vulgaris manipulum unum; coque & colaturæ adde olei amygdalarum dulcium uncias duas, salis communis drachmas duas, nitri drachmam. M. F. clyster. Alvo hujus ope soluta, propinare oportet scrupulos duos pulveris mei præcipitantis, tringata guttis liquoris anodyni mineralis nupti; & vesperi in pediluvia, ex aqua fluvialili, floribus chamæmeli, triticique furfuribus para ta, atque tepidiora descendere juvabit. Quæ si rite observaverit generosus æger, ipsum a molestiis cunctis liberatum in confido.

C A S U S C.

De gonorrhœa cum exulceratione renis dextri, colli vesicæ & prostatarum.

VIR illustris, duos & quadraginta annos natus, temperamenti sanguinei, robustæ constitutionis, & nullis fere ægritudinibus pressus, decem abhinc annis profluvium semenis virulentum sibi met contraxit. Hoc, levioribus conjunctum symptomatis, variis, illaque ut plurimum adstringentibus, per integrum semestre, frustra quidem oppugnatum fuit medicinis; adeo, ut iliarum tandem pertulit, soli naturæ rem commiserit. Verum ab eo tempore com-

urina non modo filamenta, verum etiam materia crassa, turbida, seminis instar per vinorum calidiorum potum largius excreta, cui superstans lotium subcitrinum est, ferri coeperunt, & adhuc cernuntur. Præterea per vices ex pene elabitur pus flavum, indusia maculis notans, non minus urina secum quandoque dicit fabulom, & calcaream amurcam, matula firmiter adhærentem. Adhuc ante aliquot annos purpura corpus obliterat; qua evanescente exhibita sunt decocta lignorum, balnea Laconica, & mercurialia; & ab horum usu tubercula nodosa gingivas occuparunt. Corpus insuper labefit, & pedum præsertim robur vacillare incipit; circa lumbarem dextri lateris regionem ardens, tensivusque dolor sentitur, qui ad cervicem atque caput excurrit. Innata olim duætui urinæ erant carnosa tubercula; quibus jam sublatis, post sumtos spirituosos potos, vel etiam antimonii tinturam, in posteriorem urethræ partem pruritus, magnusque dolor incumbit. Vexant quoque vertigo, tantaque stomachi imbecillitas, ut appetitus langueat, conaque prorsus abstinere cogatur: somno vero fruitur tranquillo, nec alvus sui munericis obliviscitur. Ulsus est acidulus, sed in cassum, siquidem abhinc profluviun seminis copiosius fuit observatum.

C O N S I L I U M.

Varia sunt, quibus Virum illustrem exerceri ex literis percepit, calamitates: non enim solum ren dexter, præter naturam relaxatus pariter ac exulceratus videtur; verum etiam collo vesicæ & prostatis ulcus inesse, vero est simillimum; quibus vitiis accedit & illa debilitas, quæ generi nervoso, maxime ventriculo & intestinis per medicamina inconvenientia atque adstringentia inducta est. Quo magis igitur hæc vicia sunt inveterata; eo diuturniore, ac placiديrem requirunt curationem: quæ remediis sanguinem depurantibus unice absolvetur. Ex horum classe præ-

stantissimæ erunt sequentes binæ formulæ, in decocti forma usurpanda: Recipe radicis salsaparilla electæ libram dimidiæ, rasuræ ligni Guajaci, sassafras ana uncias duas. Conc. Cont. D.S. species pro decocto, quarum portio dimidia, cum uncia dimidia specierum, quæ ex herbis veronica, pyrolæ, cardui benedicti, trifolii fibrini, geranii Robertiani, & equali pondere mixtis parantur, in quatuor aquæ mensuris per binas horas coquatur. Decocti hujus calidioris mensura circiter dimidia mane intra lectum, cum regime diaphoretico forbilletur; ex relictis vero post decoctionem speciebus, cum passularum minorum manipulis duobus permixtis, atque cum quatuor aquæ mensuris denuo infusis, paretur decoctum secundarium, loco potus ordinarii adhibendum. Vesperi ex aqua cerasorum nigrorum capiantur drachma una pulveris, qui sic se habet: Recipe lapidum cancrorum, ossis sepiæ, pulveris glycyrrhize, seminis lycopodii, succini præparati, antimonii diaphoretici ana unciam dimidiæ, nitri purificati drachmam unam & semis. M. F. pulvis. Sub hac curatione, per tres vel quatuor hebdomades protrahenda, a cibis crudis, acidis, lacticiis, carne elixa, cerevisia, atque vino prorsus abstinere, & corpus movere expediet.

Ex topicis ad confortandum genus nervosum præclaram opem feret balsamus meus vitæ, & naribus admovendus, & nucha inungendus, & cum sacharo oretenus capiendus. Non minus ipse, licet prima vice ardorem excitaverit, urethræ ope syringe est injiciendus; cui etiam scopo decoctum supra commendatum tepidius inserviet.

C A S U S C I.

De tumore testis dextri ex gonorrhœa improvide suppressa.

PER litteras requisivit opem meam juvenis viginti annorum generosissimus; quod a gonorrhœa improvide sup-

suppressa, elapsa abhinc anno in durum testiculi dextri tumorem inciderit, qui ad pugni magnitudinem increvit, atrocissime dolores exhibet, in casum adhucitis balneis, acidulis, decoctis lignorum, purgantibus ac mercurialibus. Meo quidem arbitrio non dubito, quin hoc vitium simus expugnaturi; quoniam non nimis inveteratum est, ægrotique juventus, ac floridus corporis habitus nos bene sperare jubent. Neque convenientiorem fore puto medicationem, quam quæ sequenti instituetur ratione. Primo nimis triduo corpus repurgandum suadeo, quod summis singulo mane pilularum, quæ sequentur, viginti commodissime fieri: Recipe extracti panchymagogi Crolli, gummi ammoniaci, mercurii dulcis ana drachmam fennis, croci Austriae grana decem. M. F. l. a. pilulæ, numero LX. Iisdem diebus hora quinta pomeridiana in balnea aquæ dulcis temperata descendendum est, quæ ex aqua fluviali, cui furfures triticei, cineres clavellati, flores chamæmeli, semenque lini sacculo inclusa immittantur, parari possunt.

Eiapsis hinc tribus diebus, per proximos sex bis quotidie, mane nimis triduo, ac hora vespertina sexta balnea vaporosa sunt usurpanda. Ea parantur, si sellæ perforatae vasculum decocto fervidiori, ex laete, floribus sambuci, meliloti, chamæmeli, millefolii ac verbasci concocto plenum supponatur. Insidendum huic est sellæ, & vapor decocti, velata probe superiori corporis parte, ad abdomen, & potissimum scrotum admittendus: conservata per candentes lateres, in decoctum illud successive injiciendos, perpetua æqualique exhalatione. Hoc fotu per tres horæ quadrantes continuato, petatur lectus, & haustis in eo aliquot decocti, infra describendi, vasculis, lenis expectetur, & rite tractetur sudor. Decocti vero hæc est formula: Recipe radicum sarsaparillæ uncias duas, scorzonerae unciam unam, corticis guajaci, sassafras, radicis pimpinellæ, seminis sceniculi, salis tartari ana drachmas binas. M. F. species, insun-

dator cum quatuor aquæ mensuris, & in vase stanneo, probe clauso per horam coquantur dimidiā. Eadem species, si pondere binarum unciarum, cum totidem passularum minorum, & aquæ mensuris quinque decoquantur, exhibebunt infusum pro potu ordinario adhibendum.

Postquam his fotibüs per sex dies usus fuit juvenis generosus; repeatat priorem curationem per triduum; dum & pilulas singulo mane sumat, & in humida quotidie ingrediatur balnea; tunc denuo per sex dies siccis insidet balneis; & nisi sublatus sic fuerit tumor, tertium iteretur utraque medicatio. Ceterum ab omni frigore, cibis incongruis acidis, salitis, flatulentis & aromatisatis, potu vinoso, ac cerevisia probe caudendum; cœna parciori utendum, nec nisi haustus vini veteris Rhenani capiens erit.

Præterea, si a balneorum tam siccorum, quam humidorum usu otium sit, conveniet affectio testiculo sequens imponere emplastrum: Recipe emplastri diachyli simplicis uncias duas, spermatis ceti unciam dimidiā, guimmi, ammoniaci, croci ana drachmas duas. M. F. emplastrum, extendatur super linteum, & applicetur tepidum. Neque enim dubito, quin hæc rite usurpata levamen sint allatura.

Relatio.

Prius quam ad ægri manus pervenerant hæ litteræ, ordinaverat ipsi chirurgus quidam pilulas, quarum quatuor quotidie sumere, ac per quadriduum continuare jussus erat. Sed sumta earum unica dosi, alvum dejecerat vehementer cum pulsu celeri, astu, tantisque torminibus, ut nisi ordinarius medicus hanc motuum saevitiam convenientibus medicinis sopiisset, parum absuisset, quin gravis partium internarum accessisset inflammatio. Quare omisit earundem ulterioreum usum, quæ procul omnino dubio semen cataputiae habuisse videtur: & recuperatis post aliquot dies viribus

ribus, curatione a me proposita uti cœpit, simulque in balnea Tœplicensia descendit: unde factum est, ut intra quatuor hebdomades a molesto liberaatur malo.

Hoc loco non alienum erit commorasse, quod si ejusmodi tumores valde indurati ex commendatis subsidiis cedere recusaverint, illi salivatione prudenter administrata sœpius felicissime expugnentur. Verum, ubi malum sit inveteratum, testisque plane schirrhosus, operæ pretium fore, cum TULPIO Lib. IV. observ. cap. 32. arbitror, ut testiculus provida manu prorsus extirpetur: quemadmodum Tulpio testiculum sedecim uncias pendente excedenti feliciter contigit. Cavendum autem est, ne hosce tumores, purulentam iis inesse materiam suspicantes, emollientibus tractemus, aut lanceola aperiamus: si quidem gravissimis symptomatibus hac operatione viam sternemus, uti sunt febres, spasmæ & convulsiones: qua de re digna est, ut legatur supra memorata Tulpii observatio.

C A S U S C I I .

De Pollutione nocturna.

Viginti quinque annorum juvenis, annum natus vigesimum, præter opinionem sub nocturnis imaginibus seminis effluxum, quem pollutionum nomine insigniunt, prima passus est vice. Abhinc involontaria hæc excretio sœpius redit, &, frustra adhibitis variis medicaminibus, frustra quoque observata recta vivendi ratione, ipsum, cuncta cum sexu sequiori consortia, omnemque librorum amatoriorum, quos Romanen dicunt, lectionem studio fugientem hucusque sollicitat. Præsertim suauitate medicorum ex odore camphoræ, & usu olei cymini se solari putabat, evenitu spem fallente. Quando infestatur hac molestia, videtur sibi sub insomniis rem, vel saltum jucundum commercium cum sceminiis, utut prorsus ignotis, habuisse, tuncque elabitur semen; aut laten-

ter ipso inscio profluit, conjuncta semper penis erectione. Nec præcavere vallet hoc vitium, licet cœna utatur parciori, & quavis vespера cubitum ituru; haustum aquæ frigidæ capiat, corporeo noctu levissimis tegat stragulis. Quod si vero incalcat noctu, aut per diem spirituosis calidisque potibus indulserit, aut corpus fortius commoverit, frequentius urget profluvium. Præterea sciendum est, quamvis pollutionem excipere alvi fluxum, sed transitorium; & post tantam mali diuturnitatem non modo vires labascunt, corpus emacescit, faciesque expallescit; verum etiam memoria labefit. Artus externi porro facile refrigerescunt; oculorum caligo invalescit; & vox redditur rauca; sed ciborum adpetentia adhuc viget.

Epicrisis.

Nullus propemodum affectus ita exercere ægrum, & medenti facilius negotium consuevit, quam pollutione nocturna, quæ diutius perseveravit, & quasi habitualis facta est; præsertim si ægrum quotidie adfligit, & a caussis potissimum externis, calidis, stimulantibus provocatur. Frustra tunc atque in cassum plerumque adhibentur omnis generis remedia, quæ ut plurimum ita sunt comparata, ut plus incommodi adferant, quam adjumenti. Non enim adstringentia, neque acida, refrigerantia, aut nitrofa hic convenient; neque sanguinis missiones, purgantia, aut balsamica & roborantia calidiora hic ullam promittunt opem; anodyna vero & opia-ia quam maxime insecura sunt.

Peccant nimis humores nec intemperie, nec quantitate, sed potius vitium partibus solidis inhæret. Adeo enim ingens vasorum, quæ sanguinem ad genitalia ferunt, relaxatio, quæ magnum facit semen proventum. Hujus autem copia, in vesiculis seminalibus restagnans, eas ob nimiam contractilitatem faciliter lacefit, atque irritat ad lymphæ genitalis expulsionem; præsertim quando ejus stagnatio hisce in partibus phan-

tasiam inducit, ut imagines confingat venereas, quæ postea ad seminis ejecctionem multum contribuant. Considerationem vero in primis hoc loco meretur ingens illa cerebri debilitas, quæ in ægro nostro functiones ingenii, & memoria insigniter laetit; attendenda quoque est mira virium prostratio, quam diuturnum. & copiosum seminis profluvium excitat.

Ex quo sane planissime perspicitur, quantum sit illud commercium, quod cerebro est cum testibus. Utraque enim pars simili sere officio defungitur; siquidem & cerebrum, & testes subtilissimam, & delibatissimam lymphæ partem a sanguine separant, quæ motum ac tonum partibus foenerat, atque etiam animæ functionibus inservit. Quamobrem non aliter fieri potest, quam ut nimia ac superflua ejus excretio & robur ingenii infringat, & vires corporis labefactet. Ingens hæc virium destructio medentem imprimis sollicitum habere debet; quæ eum admonet, ut abstineat ab ejusmodi remediis, quæ imbecillibus minus accommodata sunt, & enervatum corpus adhuc magis debilitant. Hujus notæ sunt omnis generis adstringentia, nimium refrigerantia, saturnina, nitrosa, acida, maxime vero narcitica, licet alias per vulgatum sit, ejusmodi in casu talia commendare remedia, quæ tamen hic nocentissimam habent facultatem.

Longe, satius erit desplicere, ut instaurentur vires corporis, & partium robur amissum restituatur. Cui tamen scopo, minime inservire putamus calidiora, spirituosa, volatilia, aromaticæ, & sua veolentia: sed potius commendamus leniora nutritiva, quæ ejusmodi dulcem, ac gelatinosam substantiam suppeditant, quam nimia seminis excretio corpori quotidie subtrahit. Præstant hoc in primis juscula, ut vocant, confortantia, quæ ex carnibus bovinis, vitulinis, caponibus, addito modico vini, succi citri, salis, nucistar, & caryophyllorum optime parari possunt. Hisce insigni cum fructu adjungere licet remedia, quæ trans-

pirationem juvant, & languentium fibrarum tonum erigunt. Hinc efficax ac laudabilis opera est pulveris cuiusdam bezoardici, qui cum succino, & aliquot granis ambræ mixtus, in vehiculo spirituoso, utiliter usurpari potest. Blanda enim diaphoresi non solum particulae acres, salinae, stimulantes ejiciuntur; sed etiam nimius humorum affluxus a parte affecta aliorum divertitur. Quon nomine etiam laudem merentur emulsiones ex seminibus quatuor frigidis majoribus, semine nymphæ, amygdalis dulcibus, vel nucleus pineorum recentibus, cum aqua cerasorum nigrorum, cinnamomi cydoniata, & rosarum factæ; quibus tali in casu plurimum omnino tribuendum est.

Præterea quam maxime commendamus infusum melissæ, loco herbe Theæ usurpandum; quoniam illa ob suavissimum oleum, & principium roborans, leniterque adstringens, nervis roborandis dicata est; & memoriam cum primis juvare celebratur. Externe autem emplastrum ex emplastro de spermate ranarum cum nitro, amphora, & oleo ligni Rhodii regioni lumbari adpli- cari potest. Ceterum monendum duco, continuanda esse per aliquod tempus hæc remedia, si salutarem effectum ab iis expectare velimus: alias omnem curam ac laborem irritum fore prænun- ciamus.

C A S U S C I I I .

*De pollutione nocturna, & excretione
seminis involuntaria.*

VIR quidam cœlebs triginta annorum, stature ac habitus mediocris, animi ad vehementes commotiones ex levissima caussa fœcilli, dæta vinofæ a teneris adsoetus, crebrisque in potu excessibus indulgens, ante aliquot annos febre acuta gravissima prehendebatur; eaque superata virulentum incidebat seminis profluvium. Hoc per tres: adfligebat anni quadrantes, eoque durante in urina lapenumero arenulæ cerne-
bat.

bantur copiosæ. Notari vero meretur, quod ante hujus mali invasionem, per aliquot annos, crebris pollutionibus, iisque nocturnis vexatus fuerit; quæ persanata gonorrhœa recruduerunt, & multam ipsi hucusq; creant molestiam. Concitantur illæ mox ab insomniis venereis; mox sponte absque data causa succedunt. Præterea urinam missurum, in glande colis unam vel alteram feminis, legitimi tamen guttulam conspicit interdum, eamque cum lotio reddit: nec non ipsi alvum exoneraturo, sæpius semen copiose elabitur. Neque vero per longum tempus ob inopportunam verecundiam huic malo quæslivit opem: hinc sensim vires, totumque corpus destrui ac labefactari cœperunt. Somnus enim gravibus insomniis turbatur, nec reficit, & toti corpori inhærescunt dolores gravatvi, ac si fistulis percussum fuisset; atque ecce per vices anum obsidere deprehenduntur hæmorrhoides.

Ceterum ciborum adhuc viget cupiditas, temperat vero sibi a cunctis acidis, salitis, & aromaticis edulis; nec nisi nutrientibus, juscum confortantibus, carnibus bovinis, vitulinis, gallinaceis, ferriis vescitur, & ad stomachum roborandum vino veteri Rhenano, sed parciissimo sub epulis utitur. Venæsectio, quæ olim aliquoties quotannis institui suevit, jam per aliquod tempus intermissa est: contra vero ex pharmaceutico fonte, scopo laxante sumvit massam pilularum de gummatis, cum aliquot mercurii dulcis ana granis, adhibuitque pulveres, partim ex semine agni casti, & osse sepiæ confectos, partim antispasmodicos, hosque ex emulsione, quæ habebat aquam nymphæ, plantaginis, semina quatuor frigida majora ac cannabis, cepit. Sed malo nondum remittente, abs Te, vir Experiensime, medelam sibi proponi cupit.

CONSULTATIO.

Quantum ex præmissa morbi historia colligere licuit, omnium symptomatum, quibus æger premi-

tur, fundamentum in nimia debilitate ac relaxatione organorum, vasorum que seminalium videtur esse situm.

Inde enim via panditur uberiori adfluxi tam liquoris seminalis, quam aliorum succorum magis crassorum, & acriorum, qui eas partes, velificante nimia sensibilitate, ad frequentiorem seminis excussionem, nocturnam potissimum stimulant. Remotiores autem, & antecedentes hujus mali causæ debentur partim calidiori, & ad motus irregulares admodum proclivi temperamento, partim erroribus diæticis, & crebribus compotationibus, partim pollutionibus, quas ante gonorrhœæ invasionem, crebro perpetuis est, ac ipsi denique gonorrhœæ, quæ & semper partium spermaticarum relinquit atoniam. Verum cœcis hæmorrhoidibus adhuc debetur quædam animadversio; quæ luculentiter testantur, sanguinis majori copia ad intestinum rectum, & vesicam, quæ binæ partes in medio sovent vesiculos seminales, irruentis insignem subesse stagnationem; quæ debilitatem partium seminalium adhuc magis sovet ac sustentat.

Hæ vero affectiones cavissimam profecto exposcent medicationem; quam sequenti ratione institutam, votis respondit, crebra me docuit experientia. In nostro quidem ægrotante cura a sanguinis millione capienda est, qua ex tusa in brachio vena, sex vel septem uncias suadeo detrahendas. Loco potus ordinarii convenientissimum judico sequens decoctum: Recipe santali rubri uncias quatuor, radicis cichorei, santali citrini ana uncias duas, feminis scenicali drachmas tres. Conc. Cont. D. S. species, quarum uncia binæ ex tribus aquæ mensuris decoquuntur. Mane vero, ac hora quarta pomeridiana aliquot valcula infusi theiformis sorbillare expediet, quod ita concinnari potest: Recipe herba veronicae, consolida seraceniae, vinca per vineæ, melissæ, menthae, summatum millefolii, florum hyperici ana manipulum unum, anisi stellati, nuciæ ana drachmas duas, M. F. species. Ex-

ter.

terne regioni lumborum adponere juabit emplastrum, quod ex emplasti de spermate ranarum uncis duabus, aluminis usci drachmis tribus, camphorae drachma una componitur: & desuper aquam arquebusadæ, cum aqua calcis vivæ dilutiori, & ope aquæ rosarum facta, per mixtam urethræ sèpius injicere conveniet. Vesperi porro drachma una pulveris, cuius formula sequetur, ex laudato decocto, cum syrupo acetosiratis citri capienda erit. Pulvis autem sic se habet: Recipe ossis sepiæ, coralliorum rubrorum præparatorum, specierum de hyacintho ana unciam semis, seminis lycopodii, succini præparati ana drachmas duas. M. F. pulvis.

Præterea loco vini Rhenani commendarem potius vinum, quod dicunt Pontac; quod etiam tepescitum cum linteis circa somni tempus ad partes genitales, & perinari regionem adiplicari potest. Ceterum in diætacibis nutrientibus, carnis elisis ac juseculis non nimium indulgere, sed magis assis vesci decet: & alvi siccitati ope prunorum coctorum, passularum minorum ac mannae succurre prestat. Quibus si rite usus fuerit spectatissimus eger, haud dubito, quin votis suis sit potitus.

Elaphis aliquot hebdomadibus, ille mihi letus nunciavit, ex prescripta medicatione siluisse nocturnas pollutiones, & stillicidio feminis involuntario, admodum imminuto, vires rediisse. Quam obrem ut a continuatione medicaminum perfectam speraret reconvalescentiam, auctor fui suasorque,

C A S U S C I V.

De infirmitate ob nimiam secundum effusionem.

Vix juvenis, viginti quinque annorum, temperamento phlegmatico-sanguinei, ab utero fere materno, corpore debili ac infirmo, vultuque pallido preitus, septimo etatis anno, ob prematuram forsitan vini potionem, atrophicam tabidamque corporis pre se

tulit constitutionem. Sed ab hac sensim liberatus vigore cœpit; & quindecim annos natus, consilio nebulonis condiscipuli, semen per turpes masturbationes provocare didicit: cui quoque exercitio, eique frequentissimo, ac fere quotidiano ad vigesimum usque tertium ætatis annum indulxit; simul scriptioi minutissimarum litterarum operam dedit, tantamque capitum ac oculorum debilitatem sibi met contraxit, ut hi sèpius sub ipsa venerea effusione, spasmodica constriictione fuerint agitati. Quatuor abhinc annis accidit, ut, dum in provocando semine occupatus, ejusque erupcio in propinquuo esset, quidam ex improviso fores ejus pulsaret, seminisque ob gravem terrorem subito cohiberetur effluxus. Hinc statim in vasis spermatis, testiculisque tantum dolorem, tantamque sensit tensionem, ut vix obambulare potuerit; simulque vis ingenii, ac acies oculorum imminui videbantur. Quamvis igitur probe perspiceret datum, quod ex detestando hoc veneris exercitio immineret; nihil tamen secus, percuratis testiculi doloribus, illud iteravit; sed brevi post eundem incidit pectus genitalium, maxime testium dolorem valde tensivum. Hunc adhibitis & externis & internis medicaminibus, licet ægre, & vix intra semestre tempus debellavit quidem; at successit vasorum, quæ ad sinistrum testem excurrunt, intumescientia quædam, ab epulis major, doloris tamen nisi sub stimulis venereis expers, & ad hanc usque inhærens diem. Jungebatur subinde insignis capitum, ac oculorum imbecillitas, adeo, ut lectrus quidpiam, temulentus, ac veluti vi no fattus videretur, pupilla mirum in modum dilataretur, oculi exhiberent tensivos, ac lancingantes dolores, palpebrae gravioris ponderis sensum referent, mane conglutinata lacrimas funderent, & canthum utrumque, præter acutissimos cruciatus, materiam quædam albicans ob sideret. In tali rerum statu ab omnibus meditationibus ac studiis per tria semestria abstinere tenebatur, hocque tempore non nisi corporis exer-

exercitationi, ac congruae medicationi operam dabant: unde tandem eam recuperabat facultatem, ut per duas, treve horulas ad studia incumbere potuerit. Hac adhuc pollet potentia; quod si vero ulterius protrahat meditationes, supra recentatis corripitur symptomatibus. Præterea corpus est macie fere conformatum, & licet cibis cum appetitu utatur, mox tamen ab horum usu male habet, & quadam temulenta sollicitatur. Non minus, cum meliora eductos, a masturbationibus per binos fere abstinuit annos, & omne cum molliori sexu fugit commercium, saepissime patitur nocturnas pollutiones, hisque corpus magis magisque labefieri sentit. Quare ut ab iis vitiis prorsus liberetur, salubre anhelat consilium.

CONSULTATIO.

DOcemur ex præmissa morbi historia, quod per præmaturum ac nimium veneris exercitium, ut generatim universi corporis vires prosterni, ita præcipue cerebri, ac oculorum functiones adeo labefactari queant, ut damnum vix reparari possit. Insignem vero in præsenti casu attentionem meretur illud momentum, quo ex nenia illa, ac fere quotidiana seminis provocatione, damnum in oculos potissimum redundavit. Et sane non paucos mihi adnotare licuit casus, ubi etiam ætate proiectiore immoderato exercitio, non modo ruborem, dolores tensivos, lancinatorios, ac pressorios oculorum, veluti pondus ipsis incumberet, lacrumarum crebram profusionem; verum etiam tantam visionis hebetudinem sibi met contraxerunt, ut nec scribere, nec legere quid potuerint. Namque pupillæ, ob tonum fibrarum, quæ illam cingunt, muscularium nervosarumque dejectum, semper præsto fuisse dilatationem, qualis in iis, qui gutta serena laborant, certatur, deprehendi; quid? quod binæ mihi succurrant observationes, de ipsa gutta serena, a nimio veneris usu, accedente diuturno mœrore, inducta.

Hoffm. Consult. Med.

Hinc autem adparet, quantus oculorum, ex subtilissimis membranis, nervis, & fibris motricibus, perinde ac limpidißimis humorum contextorum fabricam, ac partes spermaticas, vel potius liquidum seminale spirituosum intercedat conensus. Nimirum liquidum hoc lymphaticum seminale, cum eo, quod in cerebro secretum, per cunctos universi corporis nervos distribuitur, ejusdem fere est indolis, ac essentia; quamobrem quo illius evacuatio est copiosior, eo parcius liquidi animalis in cerebro contingit secretio. Et sic quoque clarissime patet, cur juvenes præmaturæ veneri nimium libantes, insigne memoriae, ingenique decrementum sentiant, & ad studia reddantur inepti; cur quoque adultiores, venereis libidinibus ultra naturæ modum indulgentes, totius corporis vires prosterant, præcoemque mortem sibi contrahant?

Sed ut ad nostrum redeamus casum notatu porro dignum in eo reperimus, quod cessante seminis excretione, manus provocata, protinus exceperint nocturnæ pollutiones. Neque vero obscura est ratio: quo enim vi stimulorum venereorum, qui modo in ipsa mente priario, modo per partium genitalium titillationem excitantur, copiosior ac frequentior sit humorum, maxime seminalium, ad organa generationi dicta adfluxus, eo magis dilatantur, ac relaxantur vasa spermatica, hinc copiosus semen illa irruit, ac caussam præbet lascivis ideis, & excretionibus seminis sub nocturnis ludibriis evenientibus.

Quod vero curationem præsentis mali attinet, eam sequentem in modum administrandam putavi. Singulo aīmirum mane unam mensuram lactis asinini, cuius binæ partes cum una Selteranarum acidularum complicitæ erant, potare jussi; & vesperi drachmam unam sequentis propinavi pulveris: Recipe cornu cervi philosophice præparati, ossis sepiæ ana unciam semis, succini cum insillatione olei tartari per deliquum præparati drachmas duas, corticis cascarillæ drachmam unam. M.F.

pulvis, ex aqua cerasorum nigrorum capiendus. Ante hanc curationem non minus, ac sub ea, quavis quinta die, & ea quoque finita, dedi potionem laxantem, quæ sic habebat: Recipe ihababarī ele-
li drachmā unam, mannae unciam u-
nam, nitri antimonati grana 15. coque
& solve leni calore in aquæ Selteranæ un-
ciis sex, colaturæ adde olei de cedro gut-
tastres. M. D. Præterea pro potu ordinario
hoc præter ipsi decoctum: Recipe ligni
fantiæ rubri, citrini, radicis chinæ, scorzo-
næræ ana uncias quatuor, radicis cichorei
unciam unam, cinnamomi unciam semis;
masticæ drachmas duas. M. C. D.S. spe-
cies, quarum unciaæ binæ ex tribus aquæ
mensuris, addito passularum minorum
manipulo uno, per tres horæ quadrantes
sunt decoquendæ. Ceterum suasi, ut a
cibis salitis, aromaticisque, nec non poti-
bus calidioribus abstineret; jusculis vero
ex carnibus vitulinis, radice scorzonerae
ac cichorei paratis vesceretur, & mane
infuso theiformi ex herba menthae, & me-
llissæ confecto uteretur. Tandem finita
haec curatione, usum decocti supra dicti,
& Elixirii mei visceralis balsamici, adhuc
per aliquod tempus continuari jussi; his-
que obtinui, ut æger intra sex hebdoma-
des, a'cunctis molestiis liberatus, & pri-
flinæ sanitati fuerit restitutus.

C A S U S C V.

*De affectu singulari partium
genitalium.*

Litterarum amantissimus Vir, 30. an-
norum, alvi per multos annos est
tardioris, quippe quæ non redditur, nisi
vesperi circa somni tempus Nicotianam
ex una vel altera suixerit fistula. Novissi-
mo autem hoc anno insigne sensit ar-
tuum, maxime pedum frigus aestate et
iam adfligens, atque hyeme, non nisi
fortiori corporis motu depellendum. De-
inceps observavit, quod, si hyemali tem-
pore in frigidiori loco, & v.g. templo
commoratus fuerit, egressus, ob colem
intra corpus retractum, urinam non
prius mittere potuerit, quam donec post

aliquam corporis exercitationem penis
naturalem situm recuperavit. Eadem
penis retractio, crebriores alvi dejectio-
nes sequitur; atque pronuper, hausto ves-
peri vino Rhenano, sumtoque juscule
prunato, atque hinc alvo, accedente
sueto Tabaci usu, soluta, adeo intra
corpus abscondebatur membrum, ut vix
allum illius vestigium adparuerit. Præ-
terea sepius ipsi contigit, ut ex venereis
cogitationibus, aut jocis, aut oculatio-
nibus, semen sponte profluxerit; at-
que tum circa testiculos, & radices pe-
nis aliqualem percipit dolorem. Tandem
nocturnis pollutionibus vexatus fuit:
atque has demum exceptit semenis be-
nigni involuntarium, & membro flacci-
do contingens profluviū, cum aliqui
virium collapsu. Hinc consuluit medi-
cum, & cum ex ejus præscripto venam
præbuerit tundendam, ac pro potu vi-
num aqua dilutum, vel cerevisiam se-
cundariam adhibuerit; cessavit siquidem
seminis fluxus, sed symptomata, quæ
successerunt, & adhuc molesta sunt, sic
se habent. In urethra semper præsto est
semen, nulla labe infectum; colis, defi-
cientibus plane erectionibus, flaccidus
propendet, & circa glandem sanguis sta-
gnare videtur, æroque metum incutit;
ne, si forsan concubitum celebraverit,
inflammatio inequatur. Quare ad Te
confugit, vir illustris, & abs Te tam mali
sui caussam, quam medelam doceri cupit.

C O N S I L I U M.

Rarissimum sane est vitium, quod
partes generationi dicatas in viro
nobilissimo occupavit; dum nimis
post corporis refrigerationem, colis re-
trahitur, & ægre mingitur; semen ve-
ro, deficienti membrai erectione, præ-
ter voluntatem & inter nocturna ludibriæ,
& sub venereis cogitationibus elab-
itur. Duplex vocari potest hic affectus,
& internus & externus; quorum hic ve-
hementi partium nervofarum, maxime
externarum constricti spasmodice de-
betur; ille vero a nimia relaxatione ac
debilitate vesicularum seminalium natu-
les.

les saos mutuantur. Utriusque autem vitii unicum esse videtur fundamentum, quod in sanguinis generosi & spirituosi languidi ac parciori, ad internas perinde ac externas, generationi dicatas partes influxu, recte collocari posse arbitror: neque enim errasse me credo, & aegrum temperamento phlegmatico praeditum, natura debiliorem, & forsitan multis curis morboribusque obnoxium supponam. Verum his non immorabor; sed brevibus docebo, quæ horum malorum convenientissima futura sit medela. Qua intentione primum monendum duco, ut æger corpus suum sequenti, sed temperato motu, ambulatione, equitatione, vel vectione exerceat, & in perpetua conservet transpirationem: mane vero loco potuum Theæ vel Coffee, aliquot vascula decocti succollatæ sorbeat. Deinceps laudo vinum generosum Sect, vel Hungaricum, octo circiter guttulis balsami vita nuptum, & sub epulis bibendum; & vesperi assumentum suadeo pulverem, qui sic paratur: Recipe ossum sepiæ, cornu cervi philosophice præparati, succini præparati ana drachmas duas, pulveris cascariæ drachmam dimidiam. M. E. pulvis div. in 8. partes. Præterea opera fore premium judico, ut æger matutino tempore non inquam balnea aquæ dulcis, quæ furfuribus triticeis, floribusque chamomillæ Romanæ sint permixta, ingrediatur, tumque sudaturus in lectum se componat; ac deinde colem cum vicinis partibus, aqua Hungarica, cui sexta pars balsami vita sit instillata, perficandum curat. Quæ si observaverit rite, de felici curationis eventu plane non dubito.

C A S U S C V I .

De fluore albo cum hemorrhoidibus coecis.

Foemina, annos 44. egressa, strictivis habitus ad iracundiam proclivis, graviorum morborum olim expersa, crebris perfuncta est puerperis; in quorum singulo purus languis non nisi

primo triduo, reliquo vero tempore serum tantummodo putidum, gravem odorem spirans, magna semper copia promanavit. Verum postquam a qua tuordecim jam annis parere desit, tumidum præ se gestit ventrem, cujus molles ad illud, in quo decubuit latus, inclinare fuerit, & in quo subsupino sita murmura audiebantur, post quatuorvis potissimum inspirationem. Per quinque circiter annos obseruavit, quod non nunquam serum putre uno impetu ex utero profluxerit: neque tamen minus rite succellerunt menstrua. Verum sub fluxu horum per aliquot dies obstruta fuit alvus; quæ, descente fluore, soluta parum sanguinis secum duxit, atque per tres circiter dies, cum dorso, lumborum, erumque doloribus fudit, quem medicos hemorrhoidibus adscripsit. Circa autunale anni proxime elapsi æquinoctium, crux menstruus profuse, & per duodecim dies, cum magna virium prostratione effluxit, quem exceptit nuchi albi per muliebria excretio. Hunc jam diu cum urina redditum, & in fundo matula obhaerentem, nihil curavit; sed inde turbata est, cum ab auspiciis præsentis anni, assidue, nisi sub menstruo fluxu, promanaret; hemorrhoides vero subsisterent. Menses vero justis temporibus, sed paullo pallidiores, terrebantur; & Aprili demum mense, immenso flumine prorumpabant, ac per quinque hebdomades, inter ventris dolores succedebant. His silentibus circa verale æquinoctium fangis ex vena in brachio tusa mittebatur, qui levis multo sero, varis coloribus notato, internatabat. Tandem per tres novissimas hebdomades adfligunt cocce hemorrhoides, cum tanta alvi legitimie, ut illa alternis dumtaxat diebus, nec nisi blandis laxantibus sollicitata respondeat, & uterus, loco mucri albi, olim profusi, jam assidue, nisi in menstruis, plorat serum tenuem, quod nec pudenda excoriat, nec gravi odore pollet; sed linea insigne humectat. Urgent præterea continui incoxis ac dorso dolores; qui gravitivo sensu si pati ad uterum quoque pervenient. Non

minus crebra mingendi cupiditas , licet parum bibatur , vexat ; & urina mox parca quantitate , sub magnis conatibus mox vero majori , quam liquida assumentur , copia mitti observatur . Molestis porro flatulentis adfligit ; nocturnosque patit fudores , ablique tamen virium collapsu . Venter quoque sub his affectionibus detumuit ; & ipsa denique adpetita integro somnoque placido fructus .

Ex remedii , quæ hisce vitii opposuit , erant primum pulveres vitales ac essentia amara Hallensium ; quas medicinas , proprio consilio contra album florem adhibuit . Menstruorum nimium profluviūm , pilularum polychrestarum usu oppugnare voluit , sed ex illis magnum anitennatum percepit . Quamdiu pulveres vitales , ac amaram sumbit essentiam , a doloribus immunis fuit , & sub eorum usu , insignem muci cum lotio reddidit quantitatem , spermati ranarum similis . Tum usurpavit pulverem contra acredinem , infulum theiforme ex millefolio , atque essentiam castorei ; iisque votis haud respondentibus , medicum consuluit , qui variis medicamentis id quideam effecit , ut major alvi esset libertas , & haemorrhoides coecæ evanescerent ; at contumax persistit albus fluor , neque solum digestionem labefacit , verum etiam totum corpus infirmum reddit .

C O N S U L T A T I O .

Cunctarum afflictionum , quæ secundinam lectissimam premunt , origo atque causa , non nisi in uteri , intestini recti , vesicæ , viarumque urinariarum relaxatione & atonia collocari meretur . Hinc enim humorum vitalium circuitus per eas partes redditur impeditior : quare stagnant subsistuntque succi in vasis suis , & vel per venas sedales exitum affectant ; hocque denegato , aut cohibito , coecas haemorrhoides , cum molesto intestini recti ardore , doloreque ossis sacri ac lumborum , siipatas inducunt ; vel per uterum menstruorum tempore magno impetu prorumpent , vel denique

mora temporis corrupti , in forma seri putridi excernuntur . Quod si vero horum humorum evacuatio per anum perinde , ac uterum impeditior sit ; illi majori copia ad vesicam ruunt , inque eam dimittunt copiosum mucum , & serum , cum lotio uberrima quantitate redditum . Neque vero , si remotiores & antecedentes horum malorum caussas inquiram , aliz se mihi offerunt , quam quod uterus post crebros partus , ab amurca cruenta & putrida , ipsi inharente , non satis repugnat fuerit , & hinc relaxatus tumidum ventrem exhibuerit : ad quem subinde , accedentibus caussis occasionalibus , maxime excandescientia , major humorum copia ruit .

Quæ cum ita sint , non sane mirum est , si omnes naturæ vires prostratas , ventriculique potissimum robur adeo destructum obseruemus , ut producto hinc minus laudabili chylo , corpus contabescat ; & nisi tempestive succurratur , facilis omnipino in cachexiam & hydropeum praenunciari debeat transitus . Nec raro spes tanta mala , præsertim si fuerint inveterata , funditus extirpandi , valde angusta deprehenditur , neque relinquitur alia saepius occasio , quam ut graviores morbos præpediamus . Verum , cum ægrotantis ætas nondum animis proiecta sit , & vires adhuc sibi quodammodo constent , non desperandum duco , sed spero , fore ut congruarum medicinarum ope , sub recta vivendi ratione , pristinæ restituatur sanitati . Præcipue vero medendi intentiones , hisce potissimum absolvit . videntur indicationibus , ut primum debilitatis in imo ventre partibus , naturale restauretur robur , ac humorum per eas cursus reddatur æqualis ; tum abundantes succi , maxime serosi divertantur , ac evacuentur ; & denique ventriculi maxime tonus confortetur , ut generosus conficiatur chylus , & hinc reliqui humores fiant legitimi .

Hisce scopis perquam opportunum fore censeo , ut alvus quavis tertia vel quarta die solvatur . Neque vero hoc fine usurpanda sunt purgantia , quippe quæ

qua humorum ebullitionem caußantur, ac robur ventriculi magis destrunt, sed ea feliciter erunt laxantia, qua simul roborandi, & mucum resolvendi virtute pollut. Hoc nomine commendando sequentem pulverem: Recipe rhabarbari electi drachmas tres, magnesia alba, solutionis oculorum cancerorum ana drachmam unam & semis, nitri purificati drachmam dimidiam. M. F. pulvis, dividatur in octo partes, quarum una vesperi, altera mane, hauſtis desuper aliquot infusi calidioris vasculis sumatur.

Deinceps singulo mane potari suadeo infusum theiforme, quod sic se habet: Recipe herba veronica manipulos duos, consolidæ saracenieæ, salviæ, melissæ, pyrolæ, scabiosæ manipulum unum, summitatum millefolii pugillos tres, nucifæ drachmas binas, cardamomi drachmam unam. M. F. species. Tum eo tempore, quo ab usu laxantis pulveris quiescit, hora quarta pomeridiana, & vesperi drachmam unam pulveris confortantis, cuius copiam mitto, ex aqua vino nopta fumendam hortor. Non minus in cerevisie locum pro potu ordinario, decoctum commendo, quod sanguinem mundificat, solidasque roborat partes, atq; sic paratur: Recipe radicis farsaparillæ, ligni fantiæ citrini, rubri, sassafras ana uncias quatuor, radicis cichorei, glycyrrhizæ ana uncias duas. C. C. D. S. species, quarum binæ unciaæ, in quatuor aquæ mensuris, per tres horæ quadrantes decoquantur.

His per unam, alteramve septimanam adhibitis, extrinsecus abdomini applicentur sequentes species, aquæ, aceto vini nuptæ, incoctæ, & mane potissimum tepide admovendæ: Recipe florum chamo-millæ vulgaris, sambuci, herba salviæ, scordii, mentha ana manipulum unum, baccarum lauri, juniperi, semenum quatuor carminativorum majorum ana drachmas duas. M. F. species sacculo includenda. Ceterum a lacticiniis, cibis acidis, salitus, flatulentis, pomis, & vehementi iracundia omni studio cavere, ac corpus moderate exercere convenient.

Hoffm, Consult. Med.

C A S U S C V I I .

De fluore albo continuo ex plenaria mensium obstructione.

Fœmina quadragenaria, pallido luce doce vultu prædicta, conjugioque iterili usa, menstruorum fluxum, a prima ferme juventute imminutiorem, ac irregularem, incertisque temporibus succedentem passa, illorum plenaria per novissimum annum obstructione laborat. Verum per totum hunc annum fluore albo vexatur continuo; quem per octo menses comitantur dolores lomborum, & inguinum atroces, ad femora nonnunquam excurrentes. Hi vespertinum maxime tempus molestum reddunt, & paullulum remittentes, copiosissimum muci profluviū, post se trahunt, interdiu silentes.

Urina mingitur plerumque citrina, sanæque simillima, cum leviori albican-te sedimento, quod est instar purulentæ materie: ipsa vero mestio, & urethra regio ab omni dolore immunis observatur, nec ullæ venerei inquinamenti præstio sunt notæ. Corpus sub hoc fluore languescit, non appetit cibos, qui sumti saporem exhibit corruptum; nec sitis urget, nisi sub dolorum vehementia; nec æstus præternaturalis vexat; sed frequentiores sunt horrores, & atrociora dolorum tormenta comitantur sacerumen-to sudor gelidissimus, cum somno plerumque turbato. Et frustra sane cuncta, ut ut efficacissima hactenus usurpata fuerunt remedia; nec fallor, si dicam, ex eorum multitudine magis fere exacerbatum fuisse malum.

C O N S I L I U M .

E X iis, qua de adversa valetudine spectatissimæ fœminæ, percepit, non sine ratione concludere licet, a parco, & inordinato mensum fluxu, insignem sanguinis ac humorum in utero, partibusque ipsi vicinis stagnationem, & quandam corruptionem fuisse subor-

I i 3 tam,

tam. Namque ob hanc humorum stagnationem, dictæ partes tono ac robore suo naturali destituantur, & lymphatica maxime vasa, glandulaeque nimium relaxantur, ac distenduntur: hinc humores diuturniori mora corrupti, per ductus laterales vasorum, quin vesicam, & uteri vaginam hiant, majori copia secreti excernuntur, membranæ vero nervæ a subsistente & accumulato cruento compressæ dolorem exhibit perpetuum, & acutissimum. Quæ vitia, cum jam diu durarunt, atque propterea magis in solidatum, quam fluidarum partium labore harent, difficilem profecto, atque diuturnam exposcent curationem, magis diaeteticis, quam validioribus remedii perficiendam. Hanc autem sequentem in modum feliciter instituere suivi.

Singula vespere capiat ægrotans novem pilularum balsamicarum, ad Stahlii vel meam mentem confectatum; & sequenti mane adsumat potionem laxantem, haustio desuper juscule avenaceo, quæ sic præscribitur: Recipe mannae eleæ unciam unim, rhabarbari Alexandrii scrupulos duos, tremoris tartari, fali Epfomensis ana drachmam unam, coque & dissolve leni calore, in aquæ florum acaciae uncis quinque, colatura adde olei de Cedro Italici guttas tres. M. D. His per triduum usurpatis, descendat singulo mane in balnea aquæ dulcis, temperate calida, ne sudorem moveant, iisque successiva affusione aquæ calidioris temperandis, per integrum horam insideat, imposito abdomini sacculo, ex herba menthæ, hyssopi, melissæ, salviæ, origani, serpilli, menthæ cattariae, hormini, florum chamomillæ Romanæ, vulgaris, baccarum juniperi contusarum ana manipulis duabus, aquæ incostis parato. Egressa ex hoc balneo, lectum petat, haustisque in eo aliquot vasculis infusi theiformis, quod ex herba melissæ manipulis duabus, sommitatum centaurii minoris, millesolii ana pugillis quatuor concinnatur, lenem per horæ dimidium instituat fudationem. Postquam hæc curatio per sex dies fuit iterata, repetatur

per triduum pilularum, laxantisque potionis usus; atque tum balnea, per sex dies, dicta ratione rursus ingrediatur.

Finita hac medicatione opera pretium facient martialia, veluti ex tinctura martis cum succo pomorum Borsdorffianorum parata; nec alienum erit tinctura succini, absque spiritu vini, cum menstruo lixivioso confecta uti. Quibus, nisi forsitan abscessus in lumbis, aut circa musculos psoas præsto fuerit, desideratam procul dubio impetrabimus opem.

CASUS CVIII.

De fluore albo ex suppressis lochiis orto.

M Ulier quædam generosa, annorum 18. temperamenti sanguineo-cholerici, habitusque corporis tenerioris, ante quinque annos, ex lochiis post partum minus rite succedentibus, album retinuit fluorem. Hunc, cum primum nullas ferme inferret molestias, parum curavit, & per longum tempus nullis oppugnavit remediis; tandem vero commonefacta, ne hoc malum invalescere sineret, plurima, sed frustra adhibuit medicamina. Interim optime viguit, ac præter integrum ciborum adpetentiam, somnumque placidum, eo tempore bis feliciter perit liberos, ultra annum haud superstites, quorum novissimo partu exclusa puerula, vultu lurido prædicta, a primo lucis aspectu, materiae impuræ fecundæ ex utero stillicidium, adeoque hæreditarium fluentis album passa fuit. Ab hoc puerperio uterinus crux gravem fecundumque spiravit odorem; & ejus profluvio cessante, albus invaluit floot, cumque vehementibus imi ventris, maxime in vagina uteri doloribus, ægram cruciare coepit; ideoque meum requisivit consilium.

Exploratis igitur cunctis morbi momentis, fluxionē hancce, cum promanantibus menstruis cessaret, pro maligna ac venerea, declarare haud potui, memor esfati, quo BAGLIVUS prax. med. Lib. II.

Cap.

Cap. VIII. §. 3. uritur: Si durante; inquit, menstruatione fluor albus evanescit. Et eadem finita denuo regrediatur, pro certo habeas, mulierem fluore albo uterino laborare. Quare, praemissa prognosi, mali jam inveterati, & a virtio partium solidarum potissimum sustentati, curationem diuturniorem ac difficiliorem fore, hanc institui ope pilularum balsamicarum, balneorum aquæ dulcis, infusorum ex speciebus laxantibus, diureticis, carminativis & specificis concoctorum; eorumque medicaminum, quæ Stabelius diss. de fluore albo, celebrat. Quæ medicatio tantum inferebat levamen, ut & tormina remitterent, & ipsa fluxio parcior fieret, nonque nisi per tres circiter a menstrua excretione dies inhæreret. Hinc ad temperandam ulterius lymphæ acrimoniam, quam adhuc praessto esse, concubitus a marito non sine penis ardore celebratus testabatur, prescripti conveniens decoctum. Sed agra remediorum pertusa, bene habens, & factam suspicata imprægnationem, nec eo, nec aliis medicinis uti voluit. Brevi post evanuit graviditatis spes; siquidem prorumpebat menstruus denuo crux copiosissimus, frustis coagulati ac putridi sanguinis permixtus; & abdominis pariter, atque mammarum detumescientia stipatus. Nec abhinc habuit, de quo conquereretur; at vix duo elapsi sunt menses, cum albus fluor, licet mitior, & benignior recrudesceret: cui sanando manum non prius admovere volo, quam domine tuo, vir Experientissime, consilio, quod peto, suffultus fuero.

C O N S I L I U M .

Intra morbos illos, quibus muliebria occupantur corpora, non ullus est, qui maiorem medenti facessat molestiam, quam fluor albus, praesertim si inverteratus fuerit, & a partu, aut abortu, utero non satis repurgato, originem traxerit. Quando enim hac fluxione diuturniori, uterus cum vicinis partibus nimium relaxatur; non modo humorum vitalium circuitus per illos, succedit difficultor, sed major quoque

succorum eo compellitur copia, qui per glandulas congregatas, circa sphincterem uteri, ac urethram fitas, valde debilitas, profuse excernuntur. In tali vero casu, tam ad eliminandos stagnantes humores, quam roborandas partes solidas, sequenti medicatione felicissimo usus sum successu.

Triduo nimirum à menstruorum fluxu elapso, per decem circiter dies singulo mane, excepta quavis quarta die, potandum suadeo infusum vinorum, cujus hec est formula: Recipe radicis zedoarizæ, calami aromatici, pimpinelle ana unciam semis, herbae melissæ manipulum unum, centaurii minoris pugillos tres, cardamomi drachmas duas, rhubarbari unciam, fibrarum hellebori nigri, agarici, limatariæ martis ana drachmas tres, salis tartari drachmas duas, passularum minorum uncias tres. Conc. Cont. D. S. species, cum binis vini mensuris infundenda. Hujus vero infusi, sex vel octo portentur unciae, haustris desuper aliquot infusi calidioris, Theæ vel Coffee, vel juscui avenacei vasculis. Iisdem diebus hora pomeridiana quarta, & vesperi suffitus utero admittatur. Nimirum species ex tacamahacæ uncia una, mastiches, succini, mirrhæ ana uncia dimidia, cinnabaris vulgaris drachmis binis paratae, immittantur prunis carentibus, & vapor, quem emittront, ope instrumenti, inferius patuli, supra angustioris, utero excipiatur.

Tum per quatuordecim dies, interponatur usus Elixirii sequentis, octoginta de eo guttas quotidie ter capiendo: Recipe corticis chinæ, cascarilla, cinnamomi ana unciam, succini mastiches, corticum aurantiorum, corticum ligni saffras ana unciam dimidiæ, salis tartari drachmas duas: digere & coque leni calore in libra una vini, Sec et dicti.

Deinceps rursus utendum infuso vino, atque suffumigio; & repetendus deinde Elixirii usus. Præterea insigem præstabit operam epithema ex herbam mentha, torismarini, melissæ, floribus chamomillæ Romanae, cariophyllis aromaticis, & follis lauri seccis, vino rubro incoctis paratum, & ad os pubis ad-

motum. Cerevisia lupulata uti, corpus sedulo movere, sed a cibis incongruis, maxime panificiis cavere, expediet.

C A S U S C I X .

E X H I B E N S

Consilium in ulcere uteri datum.

Affectus præter naturam, quem letissima mulier, a novissimo partu, suppressis subito per vehementem terorem menstruis patitur, ex utero suam trahit originem; cuius ulcerationem revera præsto jam esse, indicat puris lividi ac fœtidissimi, & nonnunquam, maxime post concubitum, sanguinis ex muliebribus profluvium. Quamobrem ut malo, quantum fieri potest, succurramus, & graviora symptomata præcavemus, commendo primum infusum virosum, quod sic se habet: Recipe radicum zedoariorum, pimpinellæ albæ, cichorei, fibrarum hellebori nigri, rhabarbari Alexandrini singulorum unciam dimidiam, summittatum centaurii minoris pugillos sex, corticum citri, aurantiorum recentium ana drachmas quinque, limaturæ martis drachmas sex, caryophyllorum aromaticorum, anisi stellati ana drachmas tres, passularum minorum uncias duas, tartari crudi unciam, salis tartari drachmas duas. C. C. D. S. species pronodulo, infundatur vini Rhenani mensura una cum dimidia, sicut per nycthemeron, in loco calidiori. Hujus vero infusi octo circiter unciae, mane hauriantur; quippe quod & sanguinem depurabit, & ventrem blande subducet: quo consumto, ter quotidie, mane nimirum, hora pomeridiana quarta, & vesperi capiantur sexaginta guttulae mixturæ, que habeat tincturæ antimonii acris unciam, liqvoris anodynæ mineralis, & spiritus bezoardici Buffii ana unciam dimidiam. Cum hac mixtura, præsertim si humores nimium commovere videatur, vesperi nonnunquam alternare licet, pulverem meum bezoardicum, præcipitanti nuptum; atque mane potare ex-

pediet infusum theiforme, ex herbae melissa, veronicæ, summittatum millefolii ana manipulo, feminis foeniculi drachmæ duabus concinnatum.

Nec ludetur opera, si cylster uterinus injiciatur simul, qui sequentem in modum apparari potest: Recipe aloes hepaticæ, mirrhæ electæ, mastichis, gummie elemi, animæ ana unciam dimidiam, croci drachmas duas, herbae scordii, summittatum millefolii, florum hyperici ana manipulum, spiritus vini rectificati uncias duodecim. M. & extrahe debita digestione. Hic vero liquor, paulo tepefactus, bis quotidie, ad unciam unam, per primum ostium, in solam uteri vaginam, tum nondum cessante puris effluxu, ipsam cavitatem operare syringæ injiciendus est. Ceterum restam servari oportet vivendi rationem, a mœrore, animi affectibus cavere, cibis magis assis vesci, & pro potu ordinario, hoc uti decocto: Recipe radicis farfapillæ uncias sex, corticis ligni saffras unciam dimidiam, feminis foeniculi drachmas duas. C. C. D. S. species, quarum unciae binæ ex tribus aquæ mensuris in vase clauso, leni coquatur calore.

C A S U S C X .

De hemorrhagia uteri.

Matrona quedam generosa, quæ per aliquod tempus irregulari menstruorum fluori obnoxia fuit, sex abhinc hebdomadibus, cum post vitam curis, ærumnisque plenam, subito vehementi percelleretur terrore, in copiosum cruoris uterini profluvium repente incidit. Oppugnavi illud venælectione, pilulis Stahlianis, & pulvere antispasmodico; & quum porro id genus fluxionis, a sero acriori, parietes uteri valde stimulante, ejusque tonum labefactante derivarem, ideoque sanguinis acrimoniam serofam, scorbuticamque temperare, robur uteri instaurare, & sic fluxum profusorem cohibere vellem; propinavi polveres mox ex nitro depurato, arcano duplicato, lapidibus cancrorum, ac cinnabari natati.

nativa , mox ex matre perlarum , nitro depurato , specifico stomachico Poterii , speciebus de hyacintho & cinnabari parasitos , eosque ex emulsione anodynō-temperante , conjunctis pilulis Stahlianis exhibui . Fluoris cursu nondum remittente , dedi essentiam millefolii , cum tintura martis Ludovici remixtam ; & massam pilularum de cynoglossa pulveribus addidi . Cruor nihilominus pergebat , mox in frustis coagulatis , mox serosus cum insigni foetore ferri : hinc ulterius opposui arcanum tartari , cum tintura martis cydoniata , & adjunxi potionem diaepnoico temperantem , quæ habebat aquam melissæ , millefolii , cordialem , cornu cervi citratam , cinnamomi cydoniatam , antimonium diaphoreticum , matrem perlarum , cornu cervi philosophice præparatum , cinnabarin , & nitrum regeneratum . Alvinam tarditatem , data bis quotidie ad drachmam unam magnesia alba referavi ; ad salia scorbutica diluenda , infusum theiforme ex radice altheæ , chinæ , ciehorei , plantaginis , herba agrimonæ , centinodii , florum hyperici , millefolii , ligno lentisci , & aniso stellato , potandum præbui . Quæ cuncta , cum immoderatum sanguinis fluxum remorari haud valerent , ad mentem Septalii , & propriam experientiam , venam in brachio rursus tundendam curavi , detracto sanguine admodum seroso , & saporem lixiviosum exhibente . Sed eadem manet hæmorrhagia , atque jam vertigine , capitis doloribus , ac animi deliquiis stipatur : quamobrem Tuum , Vir Experientissime , ad moderandum hunc fluxum flagito consilium .

C O N S U L T A T I O .

PEricali , tædiique plena est affectio , qua generosa mulier premitur . Fortitan attigit illa eam ætatis periodum , qua menes cessare solent ; tum enim sapissime fit , ut fortiores motus ac impetus humorum ad uterum , ipsa ætate imbecilliorem dirigantur , ac in profusorem sanguinis fluxum desinant ; præ-

sertim , si externæ causæ , maximeque vehementior terror concurrant . Ægre vero ex morbi historia percepit , sanguinem ferri foetidum , ac grumosum : inde enim colligere licet , humores in ute-
ro jam subiisse quandam corruptionem , quæ metum lente , hec tæque febris incutit , in primis , si arteriæ moveantur celerius . Et in his profecto casibus parum adjumentum ex remediorum farragine sperare licet , & cuncta , quæ vulgo ad fistendum sanguinis profluvium celebrantur , incassum adhiberi solent . Præcipua potius mihi semper fuit cura , ut motus sanguinis ad superficiem corporis revocetur , hocque in perpetua conseretur transpiratione ; cui scopo inserviet infusum theiforme , ex summittatibus millefolii , floribus chamæmeli vulgaris , sambuci ac hyperici , mane ac horis pomeridianis potandum . Præterea manus aliquoties in aquam vino nuptam , paullulumque tepefactam immittere ; ad pubis vero regionem sacculum ex mentha , melissa , roremarino , origano , floribus rosarum rubrarum , cortice cascariæ , vino rubro , seu quod Pontac dicunt , incoctis paratum calidiore adplicare juvabit . Epulas oportet esse parciores ; & crebro vescendum est jusculis ; nec denique alienum erit , bis quotidie , de sequenti mixtura adsumere : Recipe aquæ florum sambuci , tiliæ , liliorum convallium , cardui benedicti , melissæ ana unciam unam & semis , theriacalis , cinnamomi sine vino ana unciam semis , aceti distillati unciam , lapidum cancerorum drachmas duas , antimonii diaphoretici drachmam , spiritus nitri dulcis guttas triginta , syrupi acetofitatis ciiri drachmas sex . M . F. mixtura ; cujus cochlear unum pro vice capiatur .

Neque vero spem fecellit hæc curatio ; siquidem ab ea , immodicus sanguinis fluor , eum omnibus symptomatibus remisit ; & ægrotans rectissime valere cœpit .

C^ASUS CXI.

De enormi hæmorrhagia uteri, cum fungosa in vagina excrescentia.

Foemina trium & quadraginta annorum, trium quoque noptiarum, decem infantum felix mater, animi vivacioris, corporisque habitioris, venis instructi exilioribus, sub variis defatigationibus, curis ac arumnis, statim semper tempore lunare, utut parcus, persolvit haec tenus tributum, atque valuit rectissime. Verum mense currentis anni Februario accidit ex improviso, ut vesperi frustum sanguinis coagulati, magnitudine juglandis nucis, ex utero prorumpere, metumque abortus faceret. Postriedie crux purus, binis congruatis sanguinis frustis permixtus, largo flumine ex muliebribus per aliquot horas promanavit: quod profluvium accitus medicus, datis pulveribus adstringentibus, ex limatura martis & haematite, statim cohibus. Elapsis aliquot diebus, accidente quadam iracundia, insigni totius corporis astu perfundebatur, ingenti languore skipato. Ille, sumis aliquot pulveribus antispasmodicis, remittebat; at presso pede sequebatur inanis molestaque alvum reddendi cupiditas, atrocesque dolores os sacrum, & utrumque femorum obsidebant. Hi omnium remediorum vim eludebant, & ab externis fotibus, unguentisque humidioribus, magis exacerbati, ad hanc usque diem, gravativo ac ardente circa ventriculum sensu juncti inhaerent. Non minus alvi legnities adhuc sollicitat; nec nisi infusis altero quovis die clysteribus, ex lacte & saccharo confeatis solvitur; qui secum ducunt excrementa copiosa, durissima, & instar sterorum ovillorum globosa. Horum causam adscribunt tincturae cuidam purganti, aloë hepatica permixta; quam haud ita pridem per aliquot successive hebdomades, suau cujusdam medici, quotidianum cum violentis ac copiosissimis alvi dejectionibus sumferat.

Praterea undecim circiter, ab enormi-

illa uteri hæmorrhagia septimanis, sentiebat ægra in uteri vagina tuberculum aliquod, quod quotidie increvens, ad ovi anserini tandem deveniebat magnitudinem; & ab obstetricie profectu habebatur; adeo ut & ipsa rudi manu illud violenter tractaret, & ipsa ægrotans vehementioribus conatibus, instar parturientis, se commovere deberet. Alli declarabant hoc tuberculum pro concremento quadam; alii pro cruento coagulato, tunicis inclusio, quoniam interdum sanguinem fundebat, moxque durum, mox attactu mollius erat. Huic malo opponebat medicus balnea cum herbis appropriatis parata; quibus paullo calidioribus ægra, quovis tertio die, jugulo tenus insidere debebat; tum ipsi per quatuor hebdomades dictum supra fortius pugnans propinabat; & denique idem purgans, alternatim cum balneis istis, per quinque septimanas adhiberi imperabat. Hinc vero tantum virium, corporisque succedebat decrementum, ut vix dici possit; fatus malum exacerbarunt, & linteal calefacta aliquale, sed breve inferebant levamen: interim dolores adeo invalescabant, ut turbato proflus somno, delirium supervenire videretur. Ceterum copiosi ructus, noctu præsertim per superiora, ano clausa, exploduntur; & inter mingendū, dolor ardorque ductus urinarios vexant, sed nulli capitidis dolores, nec astus præternaturalis sentiuntur. Et in hoc rerum statu adhuc recrudecebat uterina hæmorrhagia, satis profusa, insimulque per muliebria fertur interdom mucus albus, albumini ovorum similis.

Novissime in consilio vocatus fuit chirurgus quidam; qui injecto per syringam in uteri vaginam liquore quadam, tumorem illum præternaturalē adeo emollivit, ut non solum ipse sensim imminuat, verum etiam ardor urinæ mitescat. Idem chirurgus contra atroces dorsi, lumborumque cruciatus, interne exhibuit mixturam quandam, eo effectu, ut illi longe mitiores essent, & non nisi per aliquot quotidie horas adfigant, ægraque somno rursus fruatur. At quum non-

rondum penitus bleant, & præterea gravis ani tenesmus urgeat, viresque succulsive prosternantur; tuam, Vir Experiensissime, de tollendo penitus hoc morbo scire avemus sententiam.

C O N S I L I U M .

EX communicata mecum morbi historia, quatuor potissimum resulant, & decidenda veniunt questio[n]es: nimirum, quæ fuerit profluvij ex utero cruenti cauſa; deinceps an illud convenienti curatione oppugnaverit medicus; tum, unde tumor in vagina uteri traxerit originem; & qua denique ratione cuncta hæc mala expugnari queant? Primæ facturus satis questio[n]i, præmonendum duxi ſeminis habitu corporis spongiōſo, venis exiliōribus, ingenio vivaci, & animo ad iracundiam proclivi præditas, ſimulque calidioribus indulgentes potibus, præ reliquis ad immoderatas uteri hæmorrhagias perquam opportunas existere; prælertim, si crebro delectantur concubitu, quo major humorum copia ad vasculosam uteri substantiam allicitur. Conſtat videlicet ex Anatomia, nullam in corpore humano præter uterum esse ferme partem, quæ tot sanguiferis instruēta sit vasis. Ille enim hæc recipit ab hypogastricis, spermaticis, ac hæmoiroidalibus, & ab eorum extenſione ac infarctu, uti in gravidis adparat, valde intumescit. Quando igitur illa post coitum fecundum, ob majorem, qui inde sequitur, sanguinis ad uterum adfluxum, humoribus nimium dilendentur; atque, non succedente imprægnatione, a stagnante cruore in majorem elevantur molem; facile fit, ut tandem rumpantur, & multum sanguinis uno impetu effundant. Quomodo vero tali ratione robur uteri debilitatur, humorumque liber per illum cursus perturbatur; non raro contingit, ut humoris, majori copia ad pulsi, ad vicinas quoque partes, intestinum rectum, atque vesicam ruant; earumque vasa & nervos distendentes ac comprimentes, ingentes dorsi, ossis sacri, femorumque

dolores, ani tenesmentum, atque micitionem inducant dolorificam. Quæ in nostra ægrotante ita evenisse, cuncta morbi momenta docent.

Quod vero alteram concernit quæſtio[n]em; ea profecto medicatio, qua medicus per fortiora & aloetica purgantia, atque ſubinde balnea calidiora, malum oppugnavit, insignem meretur cenzuram. Purgantia enim adauerunt ſpasmodicas imi ventris conſtrictiones, humores magis ad uterum compulerunt, ſimulque horum fluxiōrem partem e corpore proscripterunt, &, maxime cum fuerint aloetica, insigniorem ſanguinis ebullicionem excitarunt. Contra vero balnea robur uteri magis debilitarunt, atque ſic ad copiosiorem humorum in illo stagnationem contribuerunt. Satius in hoc fane caſu fuifet, præter pilulas Becheri balsamicas, roborantibus ac leniter martialibus dimicasse remediis.

Tumor autem ille in uteri vagina, de quo tertia agit quæſtio, meo quidem arbitrio non est, niſi fungosa excrescentia, vasis ſanguiferis iſtructa, quæ in iis ſubjectis facile generatur, quorum vasa ſanguifera in utero nimium expansa ſunt, & ſucci non rite circulantur. Quare noxiolifſimum fuit, quod obstetrix, ſuetum vaginæ inhærere persuasa, ægrotam ad pariendi laborem incitaverit.

Quicquid vero fit, videndum jam juxta quartam erit quæſtionem, qua ratione huic malo mederi liceat. Et fane non levis est opera, in tam inveterato morbo, ubi vires corporis languent, & ciborum periit appetitus, ſuis potiri votis; quæcumque ſaltem restiterit ſalutis ſpes, illa potius ab alimentis, & remediiſ extrinſecus adhibitis, quam internis erit expectanda. Quo quidem fine commendatam, ut, juculis ac cibis nutriti viſ amiffas vires instaurare, & ægrotam in debita corporis, ac animi requie conferare anniteremur. Ex topicis multum utilitatis præſtabit ſacculus, e florū chamomillæ vulgaris, meliloti, ſambuci, anthos, lavendula, herba arnicæ, chærefolii, cardui benedicti, ſingulorum manipulo uno, ſeminumque qua-tuor

tuor carminativorum majorum ana drachmis duabus, vino rubello Gallico incocis paratus, & tepescitus ad uteri pubisque regionem adplicatus. Nec alienum erit, decocti a Chirurgo hactenus usurpati iunctionem continuare.

Interne liquor meus anodynus ad triginta guttas vesperi ex aqua florum acajæ, vel lambuci, cum insigni fructu dabitur; nec ludetur opera, si vel mane, vel hora pomeridiana quarta, ex vino aquæ nuptio drachma dimidia pulveris exhibeatur, qui hunc in modum confici potest: Recipe lapidum cancerorum, arcani duplicati, nitri antimoniat, solutionis ocolorum cancerorum ana drachmam. M. F. pulvis. Et denique, si galvus obstructa fuerit, conveniet infusum mannatum atque ihabarbarinum, bis quavis hebdomade sumendum; cui etiam scopo facient satis pilulae balsamicæ Becheri, Stahlii, vel nostræ, ad viginti grana, tertio quovis die deglutiendæ.

C A S U S C X I I .

De totali mensium suppressione a male curata febre.

Foemina triginta sex annorum, habitus corporis spongiosi, atque tenerimi, sanguine admodum plena, sex infantum secunda mater, menstrua olim satis large, debitoque tempore fundere consuevit. Verum elapsis octo circiter annis, cum fructus acidulos, maxime cucumeres comedisset, & sub aere vespertino corpus frigori exposuisset, incidit in febrem tertianam; eaque cum magnis præcordiorum anxietatibus, vomitu, atque siti per quatuordecim dies afflicta est. Medicus, præmissis laxantibus, & pulverbis præcipitantibus salinis, exhibuit ipsi electuarium, quod certicem Peruvianum sovebat; ac hoc ægra primum, cum menstrua purgatio accederet, sumere dubitabat; donec medicus, sublatu dubio, præcipiteret, ut illius cochlear quater de die, maximeque a febre vacuo adhiberet. Paruit illa præscripto, & per aliquot dies usurpavit hoc

remedii genus, eo effectu, ut altero ab ejus usu die, menstruus cohiberetur fluor, & paullo post febris evanesceret. Abhinc vero male habere, adipitus imminui, corpus contabescere, & ipsa expallescere coepit, atque, quod notari meretur, per integros hos octo annos, pertinaci menstruorum retentione laboravit. Quo tempore doloribus artuum, maxime pedum arthriticis, dorsi tormentis, interdum calculorum excretione, insigni corporis languore, ac intumescentia ventris, atrociter infestata fuit, nec ab ullis medicaminibus, venæctionibus, purgantibus, acidulisque desideratam percepit opem. Quare tandem meum flagitavit consilium, meaque dijudicationi subjecit, eam medendi rationem, quam quidam haud incelebris medicus proposuerat. Ille nimis ordinaverat, ut per quinque dies singulo mane drachmam unam pulveris, ex limatura martis tenuissimæ pulverisata, lapidum cancerorum, arcani duplicati, salis absynthii ana drachma una, olei menthæ veri guttis decem parati sumeret, tum infusum melissa sorbillaret, & sub epulis essentia gentianæ rubræ, centauriique minoris uteretur. Deinceps corpus per biduum purgari iusterat pulvere, qui jalappa grana quindecim, antimonii diaphoretici, tremoris tartari ana drachmam semis, olei nucisæ guttam unam habebat. Atque haec bina remediiorum genera, ter invicem alternanda suaserat.

Epicrisis.

1) Ex precedenti morbi descriptione ortus, & generatio febris tertianæ æstivæ, a cohibita transpiratione, tempore vespertino, sub aere frigido & humido, & a fructibus crudis & illotis, copiosius ingestis productæ satis clare addisci potest.

2) Omnis generis adstringentia, quæ inter maxime eminet famigeratissimus ille chinæ cortex, non modo febriles motus, sed & excretiones sanguineas criticas, ut mensum & hæmorrhoidum, prompte & celeriter sistendi facultate polent;

lent, in maximum sanitatis damnum, præsertim si somite febris non prius correcto, vel expulso, largiori dosi exhibeantur.

3) Notari meretur plenaria, & totalis mensium obstructio, plures annos perdurus, ab imprudenti uso chinæ chinæ, in febre sub eorum fluxu inducta. Ex quo adparet, quam potentes adstringentia in externas, & diffusas etiam corporis partes, quales sunt membranaceæ, ex quibus orificia vasculorum aperta menstruum sanguinem stillant, operari possint; ita proflus, ut fortissima strictrura, & inductione, ulteriore vasculorum expansionem, & apertioem impedian. Quam gravia autem defectum mensium in florente ætate insequantur mala, id satis quotidiana experientia notum, perspetuusque est, & præfens quoque casus luculenter declarat.

4) Chronica, & quasi habitualis mensium obstructio, difficilioris est curationis, quia vitium non amplius in natura & conditione fluidorum, sed potius solidorum versatur, iis præter naturam constrictis, compressis, & condensatis; quare non modo in cassum, sed sæpius magno damno remedia, in primis que mensibus pellendis dicata sunt, adhibentur. Unicum auxilium versatur in emolitione vasorum constrictorum uteri, quam satis tempestivus internus aquæ ac externus, mea quidem experientia & iudicio, thermarum usus satis feliciter expedit, & præstat; ac quamvis malo inveterascente non semper restituat fluxum, tamen gravibus symptomatibus præcavendis egregie intervit.

5) Cura sic dicta martialis, a clare docto Medico præscripta, & commendata, non contemnenda, sed satis eximiæ & insignis utilitatis, atque effectus in cachexia est, ex mensibus cohibitis, siccans fuerit malum, suborta. In nostro autem caso velim ab ea abstineri, quia non satis tutus, sed admodum infidus & noxius est martialium usus, ubi spastæ strictræ firmiter nervosis partibus inherenter. Et hæc est generalis practica regula: nisi martialium usum sequatur ex-

cretio per alvum, urinam, ac transpirationem liberior, indicium est, virtutis prædominantis adstrictrivæ, quæ plerumque corporis humani naturæ infensa deprenditur.

C A S U S C X I I I .

De diuturna, & male tractata mensium obstructione.

UNum & viginti annos nata virgo generosa, per quatuor jam annos menstruorum laborat retentione; quam protinus exceperunt totius corporis inflationes, vomendi conatus molestissimi, muci limpidi per os rejectio, æstus præternaturalis, & ardens in pectore sensus. Mox sub prima mali invasione consultus medicus, infusis vinosis, pulveribus, pilulis, tincturisque sanguinem mundificantibus, & sectione venæ in pede, sed frustra, uterinum fluxum revocare tentabat. Sanguinis missiones in pede, quovis bimestri, vel saltem trimestri, celebrabantur; sed humorum ebullitionem adaugere videbantur: bis more solito potabantur acidula Egranæ, dabantur purgantia, & vomitoria, nec negligebantur pediluvia atque balnea.

Tum agra decoctum aliquod, mensibus ciendis destinatum, adhibere, ejusque, ob insignem, qua urebatur, sitim, tres fere quotidie mensuras sorbere cepit. Ex hoc decocto, quod per sex dies potabat, non modo alvum copiose, & tredecim quotidie vicibus dejiciebat; verum etiam insigni humorum orgaismo prehendebatur, vultus rubebat, ardebatque, extrema algebant, & ingens dolor in caput incumbebat, qui hoc versus tempora comprimere videbatur, cum tinnitu, surruque aurium, & nervorum subsultu. Quæ symptomata a medico priori, aquis temperantibus, venæsectione, ac scarificatione oppugnabantur, sed frustra; hinc humores vi decocti supra citati, majori copia ad caput raptos arbitratus, alia propinabat remedia mundificantia, antispasmodica, aperientia, uterina, attenuantia, & menses pellen-
tia:

tia: at nullum sequebatur dolorum levamen, quin illi potius prementes, tendentes, lancingantes, vertigine sifpati gravius insistebant.

Quum ergo ægrotans ex vultu, quo gaudebat, florido, a cachexia adhuc vacua cognosceretur; confugit rursus ad acidulas, & posthac iterum infusis vinosis, pediluviosis, atque balneis usus est. Nullum vero ab omnibus misera sensit adjuvamentum, sed atrocissimi capitatis dolores, temulentia, susurrus, tinnitus, vertigine juncti, adhuc urgent tanta ferocitate, ut post levissimam capitatis motitationem, tormenti primum in vertice veluti concentrata, paullo post per totum excurrent caput: nec ex illo, quasi fixam ibidem sedem obtinuerint, ulla arte derivari possint. Præterea totum corpus tremore, ac insigni languore afficitur, cor palpitat, arteriæque omnes vehementer moventur; pedes sunt gelidissimi, alvus obstruta, non nisi arte solicitata respondeat, & molestia faueium vexat ariditas.

Epicrisis cum consilio.

G Ravissima sane est adfæctio, in quam generosa virgo ex mensium pertinaci, nullisque hactenus remedii reseveranda obstructione conjecta est. Neque mirum; quotidiana enim docet experientia, longam menstruorum retentio nem, ut eorundem inordinatum successum, molestissimarum somitem esse ægritudinum, omnesque corporis functiones inde prosterni atque labefieri; adeo ut merito dici possit, nullum esse morborum chronicorum, quin tandem mensium obstructioni, tanquam fonticum superveniat symptoma. Quod si pessimum conseptiorum caußam inquiramus, vix unquam alia se offert, quam perverfa hujus obstructionis medicatio. Quum enim variae sint caußæ, quæ inordinato menstruorum successui originem præbent, ideoque diversam medendi rationem requirant: sit proh dolor plerunque, ut nec ha rite explorentur, nec subjectorum, ætatis, temperamento rum, nec viscerum, ac reliquæ corporis

constitutionis ratio habeatur. Neque igitur temporis opportunitas in medendo observatur; sed potius imprudenti sanguineum fluxum provocandi intentione, vomitoria, infusa purgantia, pilulae purgantes, venæsectiones, scarificationes, acidulæ, thermæ, pediluvia, aperientia salina, emmenagoga decocta, ex croco, myrrha, baccis lauri, sabina, pulegio, artemisia, floribus cheiri, borrace vene ta, cinnamono, nec non salia volatilia oleosa, succinata, therebinthinata, idque genus plura, damno vix reparabili, promiscue adhibentur.

Exemplar infelicissimi horum tentaminum successus præsens exhibet observatione. Oprandum sane foret, ut talia remedia suppeditarent officiæ pharmaceuticæ, quibus mensium vel hæmorrhoidum excretiones pro libitu moderari, excitare, ac in naturalem ordinem redigere posset! Verum jam Hippocrates suo tempore doluit, quod tam certa secura que in ciendis mensibus haud prostant subsidia. Mea quidem sententia, hac est prudentis providique medici nota, si præter rectam febrium intermittuum tractationem, morbos, qui ex hæmorrhoidum, vel mensium retentione originem traxerunt, ita dirigere ac oppugnare dicerit, ut absque damno, spem votis faciat. Si ergo candide dicam, quæ in prælenti casu abs re fore arbitrer; rectissime me saluti ægrotantis consuluisse videor, si suasero, ut ab omnibus fere abstineat medicaminibus: siquidem verissima sunt ARETÆI Lib. 7. cap. 5: verba, dum, quibusdam, inquit, quamdiu medicatio adhibetur, tamdiu morbus permanet, quamvis labefactatus, ac debilis: ac si homo carnem resarciat, & vires restauret, simul omnia morbi vestigia oblitterantur; nam potentia naturæ sanitatem, imbecillitas morbum parit.

Idecirco eo tendit meum consilium, ut ægra veferatur jusculis, quæ cum nasturtio aquatico, radice fœniculi, petroselinæ, & asparagi parata, sint; corporis exercitationi studeat, eamquevectione potissimum, matutinis horis instituat; a cibis vero crudis, acidis, pomis, lacti-

ciniis, atque panificiis sedulo caveat. Ad conservandam alvi lubricitatem, neutri- quam convenienti purgantia, sed magis inservient vel clysteres emollientes, vel absorbentia salibus acuata, veluti sunt lapides cancerorum, cum sale Sedlicensi, ac nitro permixti: sub epulis vero Elixio meo balsamico utendum est. His de- nique, adventante vere, adjungendus est thermarum Carolinarum internus, & Tœplicensium externus in balneo usus; de quibus non dubito, quin desideratam operem sint allatura.

C A S U S C X I V .

De pertinaci mensium obstruktione post quartanam intermittem.

Virgo generosissima, sedecim annos nata, temperamenti sanguineo-cholerici, corporis strictioris, vasis exilioribus sanguine plenis, ingenioque vivacissimo praedita, ob insignes, quibus indulget, animi affectus, sanguinis ebullitionibus valde est obnoxia. Hinc a quatuor jam annis, singulo fere trimestri erysipelate faciei, præsertim sinistram maxillam occupante, adfligi suevit; congruis discutientibus, interne pariter ac externe datis, feliciter semper profligato. Egredi ipsi decimum quartum etatis annum, post varios dolores conatusque, menstrua primum eruperunt, & abhinc statu quidem tempore, sed sepius præviis præcordiorum anxietatis stipata, non nisi adhibitis pediluviis, quin non raro tusa in pede vena, promanarunt, nec impediunt, quo minus erysipilacea faciei inflammatio certis periodis accesserit.

Elapso anno, cum in prædio per sex degisset hebdomades, circa autumnale æquinoctium, febre prehendebatur quartana; sub qua uterina protinus cohibebatur purgatio, & faciei erysipelas prorsus cessabat. Febris illa inhærebat contumacissima, typosque suos mox in tertianam, mox quotidiam, mox acutam comutabat; donec ante aliquot demum hebdomades, ope electuariorum chinati peni-

tus profligaretur. At cum menses adhuc retenti essent, & crebra anhelatio, fere suffocativa urgeret; eo dirigebatur medendi intentio, ut revocaretur sanguinea excretio. Quo quidem fine præter venæctiones in pede celebratas, pediluviorum, pilularum balsamicarum, aliarumque convenientium medicinarum usum, ea novissime instituebatur curatio, quæ mane loco infusi Thæ, brodia, quibus herba pimpinellæ sanguisorbæ, artemisiæ, menthæ, melissæ, millefolii, flores cheiri, radices scorzonerae, foeniculi, cichorei, graminis, baccæ lauri, juniperi, flores macis atque crocus Orientalis incocta erant, forbillare; prætereæ mixtura, ex tintæura rhabarbari, essentia croci, atque myrræ confecta, nec non pilulis balsamicis, pulvribusque digestis uti jubebatur.

Ex hac medicatione, per dies quatuordecim continuata, redibant quidem vires, ac ciborum adpetentia; sed menses suppressi manebant. Non minus, loco sueti alias erysipelatis, post sanatam febrem largæ, atque tantum non quotidiane, narium vexant hemorrhagiæ. Novissime etiam glandula quædam in dextro latere colli, ad magnitudinem nucis juglandis intumuit; nec non alia mammae, in eodem latere versus axillam sita, ad molem ovi gallinacei increvit. Ceterum adpetitas quidem viget, & naturales excretiones rite succedunt: verum vires nondum prorsus sibi constant, dorsum atque os sacrum vehementes per intervalla adfligunt dolores; & internus calor, maxime a pasto testantibus siti, pulsusque celeri, vexat.

C O N S U L T A T I O .

Ex iis, quæ de pertinaci menstruo- rum retentione, sonticis sympto- matibus, generosam virginem dilcu- ciante percepit; cognitu facilissimum est, cunctæ passiones, quibus adfligitur, ery- sipelas faciei, spirandi angustiam, na- rium hemorrhagias, tumores glandula- rum colli, & mammalarum, internum- que calorem, non ab alia caussa, quam men-

mensum inordinato successu, & subse-
quente plenaria obstrukione, suam tra-
xiisse originem. Ex caussis vero hue dispo-
nentibus, præter ipsius corporis, vasis
exilissimis prædicti constitutionem, insi-
gnis animadversio debetur febri quartanæ
diuturniori. Namque crebra docet expe-
tientia, quod febres intermitterentes, diu
inhærentes, inque primis quartana, eo
magis, si adstringentibus improvide sue-
rint tractatæ, plerumque mensum re-
tentiones post se trahant, tam refracta-
rias, ut omnem sæpenumero remedio-
rum vim utique eludant. Nec obscura est
ratio; quartana quippe febres, a crasso
viscido sanguine, & cruditatibus aci-
dis, biliosis, mucidisque, in primis offi-
cinis stabulantibus, atque vehementioris
adpetitus caussis, suos mutuantur nata-
les. Quemadmodum igitur hisce humo-
rum vitiis supervenientes motus febriles,
provida manu, debitoque regimine adju-
ti, discutiendo stagnantes, ac eliminan-
do impuros humores, insignem adferre
solent utilitatem: ita iidem, inconve-
nienti viatu perturbati, ac adstringenti
bus medicinis intempestive suppressi, in-
eluctabile damnum, ac graves viscerum,
nominatim splenis, hepatis, ac uteri
infardus ac obstrukiones post se relin-
quent. Hinc quoque ratio patet, cur di-
etas febres suppressas, hydropes, tumores
cedematosi, ac mensum obstrukiones,
presso pede inequantur,

Ex his vero planissime perspicitur, cu-
rationem retentorum a dictis caussis men-
struorum, his fere absolvi indicationi-
bus, ut obstructa uteri vasa referentur;
& aequalis humorum per ea cursus resti-
tuatur. His obtinendis scopis, consueta
subsidia, veluti sunt venæflectiones, pe-
diluvia, variaque sic dicta emmenagoga,
non quidem proflus sunt inopportuna;
sed illis solis raro desideratam operem im-
petrari, plus simplici vice observavi. Po-
tius vix certius auxilium nulla pollicetur
medicina, quam aquæ minerales, inque
iis, vel thermæ Carolinæ, vel acidule
aut Schwalbacenses, aut in robustioribus
Pyrmontanæ, tepefactæ, sub debito re-
gimine, conjunctaque Elixirii mei visce-

ralis, ex balsamicis, & amaris, absque
spirituoso menstruo parati, atque pilula-
rum balsamicarum usu potandæ; iisque
balnea ex aqua fluviatili ac herbis emol-
lientibus subiungenda.

Quod igitur speciatum nostrum attinet
calum; consultissimum fore arbitror, ut
generosa virgo thermis Carolinis, aut
hæ non arristerint, aquis Schwalbacensi-
bus, iisque tepefactis utatur. Ex phar-
macis, interne usurpandis, nulla preter
pulverem præcipitantem, vesperi non-
nunquam capendum, tincturam tha-
barbari cum terra foliata tartari solutam,
& infusum conveniens theiforme com-
mendarem; viatum vero exactiorem,
abstinentiam a ciborum flatulentorum,
fructuum, pomorum, & nimio vini usu,
atque moderatam corporis exercitatio-
nem suaderem. Tumoribus denique non
convenientior erit medela, quam ut illi
in calore temperato conserventur: iisque
emplastrum de meliloto, camphora sub-
actum imponatur.

C A S U S C X V .

*De fluxu mensum inordinato, gravissi-
mis symptomatibus stipato.*

Fœmina generosa, in florentissima
estate constituta, sex circiter abhinc
annis, cum menstruo fluore polluta es-
set, fortioribus aliquando indulsit saltan-
tionibus, hisque commota, potum hau-
sit frigidorem. Hinc subito cohritis
menstruis, foedas in facie passa est efflo-
rescentias. Adhibuit igitur varias medi-
cinas, ipsasque Carolinas potavit ther-
mas; quæ tamen, nisi essentia laxante
adjutæ, non moverent alvum, nec ope-
rà fecerunt pretium. Interim elapsò se-
mestri, uterina rediit purgatio; at non
solum atrocioribus capitis doloribus sti-
pata, verum etiam valde irregularis flu-
xit. Namque incerto tempore proma-
nans, per novem circiter dies inhæsit,
adeo, ut binis tribusve prioribus diebus
sanguis profuse, tum per biduum parcis-
simus, aut plane nullus, tandemque ite-
rum copiosus, grumosus vero, & coa-

gulatus prodierit: Idcirco, quum a Carolinarum potu male habuerit, uti cœpit Egranus acidulis, easque aliquoties adhibuit, cum egregio omnium symptomatum, maxime dolorum capitum, vultusque efflorescentie levamine: neque minus præter crebras scarificationes, venam bis quotannis tundendam præbuit.

Effluxerunt bini cum dimidio anni, cum nostra matrimonii subiisset leges; & ab eo tempore majorem symptomatum suorum experta est ferocitatem. Præsertim illa menstruam periodum antecesserunt, adeo ut prius, quam erumperet crux, horrendis dorsi, femorumque, ad genua atque pedes excurrentibus tormentis, nimirumque præcordiorum anxietatibus cruciaretur; quæ cessabant, quamprimum menses fluebant, illum, de quo diximus, continuantes ordinem irregularem. Consultus medicus, propinabat circa lunare tempus, pilulas polychrestas; ordinabat pediluvia, cum sale communi, ac cineribus clavellatis acutatis, hisque capitum dolores exacerbantibus, substitui permittebat balnea, ex appropriatis herbis confecta. Ab horum usu menstrua adhuc semel copiosissima promanabant; tumque iis silentibus, utero concipiebat ægra.

Primitus graviditatis vero mensibus, novas molestias, ciborum fastidium, nausem, vehementes vomitus, dolores dorsi terminos, insignem languorem, ac præcordiorum anxietates patiebatur; hisque per totum gestationis tempus adstringebatur; quid? quod vomitus sub ipsis pariendi doloribus, iisque violentis, atque post partum adhuc continuaverint. Notari quoque meretur, a medio graviditatis tempore somnum imminui cœpisse, turbatum ad partum usque, & novem prioribus ab hoc diebus, oculis place eruptum, tumque fuisse restitutum. Lochia per quinque fere hebdomades, sed parcissima se-rebantur; atque primis quatuordecim a puerperio diebus, præter dictos vomitus, nausem, spasmos uterinos, compressionem pectoris, acutissimi, tantique ardentibus ac lancingantes in abdomen incumbentibus dolores, ut nec levissimum ferre potuerit contactum. His quiescentibus, suc-

Hoffm. Consult. Med.

cedebat dolorificus in osse pubis sinistro sensus, ac si pondus quoddam ibidem haberet, quod ipsi decumbenti, vel obambulanti valde molestum erat, quin adhuc, dum curru vehitur, dolorem quandam in sinistro percipit latere. Tandem non silentio prætermittenda est alvi segnities, qua uti a prima fere juventute, ita etiam graviditatis, puerperii, atque hoc quoque tempore gravissime premitur. Gravida contra illam pilulas contra obstructiones, & pulverem antispasmodicum Hallensium, cum fructu adhibuit; puerpera pilulas polychrestas sumvit; atque iam rursus dictis contra obstructionem pilulis uti tetetur: quibus si superfederit, alvi obstructio per quinque, vel sex inharet dies, tumque cum magno dolore, cruentis profusione reseratur.

Epicrisis cum consilio.

Quemadmodum potus frigidus, calentia corpori ingestus, generatim noxiissimus est, & amplissimum padit ægrotandi campum: ita præsertim ineluctabile damnum excitat, si sub fluxu criticarum sanguinis excretionum, veluti menstrua sunt ac hæmorrhoides, improvide capiatur. Inde enim dictæ excretiones subito pervertuntur, totaque vitalis economia adeo labefactatur, ut vix reparari queant inducta vitia. Clarissimum hujus rei documentum præbet observatio præmissa. Docemur ex illa, quod, sicuti menstruos fluor, si justo tempore, ordine, ac quantitate succedat, certissimum sit sanitatis conservandæ præsidium; ita e contrario inordinatus ejus successus, fœcundissimum exhibeat somitem, multorum, graviorumque ægritudinum. Hæc vero menstruorum anomalia variis fit modis; vel enim per aliquot menses retinentur; vel parciora feruntur; vel interdum magno impetu, magnaque quantitate, intermixtis crux coagulati frustis, aut plane massulis carneis, sub hæmorrhagiæ uterinæ nomine funduntur; vel quovis altero, aut tertio demum mense,

Kk

ni-

nimis parca profluunt, atque per binas, tresve hebdomades inhærent; vel denique loco sinceri sanguinis, mox ater nigransque crux, mox serum sanguine tinctum promanant, hisque sæpen numero albus succedit fluor.

Causa harum evacuationum irregularium proxima, in turbato ac inæquali humorum per vasculosam uteri substantiam circuitu, tantum non semper collocari meretur. Ipse vero humorum progressus variis vitiatur modis: mox enim in fluidis, mox in solidis vitium hæret partibus. Fluida, si justo sint spissiora, aut nimia mole peccant, per minima uteri vascula promte progredi nequeunt; hinc in iis stagnat, ea distendunt, tandemque aucta nimium mole non raro vi perrumpunt, atque sic hemorrhagias uterinas, frusta cruris coagulati secum ducentes, constituant. Solidis debetur vitium, si fibrosa, vasculoaque uteri substantia nimis relaxata, & a tono, roboreque naturali dejecta fuerit: tum enim crux per arterias vehementius ac copiosius adveniet, non vegete satis per venas labefactas refluit, ideo in utero subsistit, accumulatur, vasa distendit, & pari tandem ratione, ruptis vasis profluat, enormi non raro quantitate.

Inter causas vero, quæ ad destruendum uteri tonum non minus, ac succorum vitalium progressum perturbandum contribuunt, remotiores, principem ferre locum occupant, vehemens terror, nimia corporis refrigeratio, & sumitus, calente corpore, frigidus potus: nec dissimilem effectum observavi a vomitorii, sub ipsis menstruis propinatis, atque horum nimii profluvi improvida ope adstringentium cohibitione. Horum enim omnium ea est vis, ut fibras, atque vasa uteri vehementer constringendo, non solum sanguinis debitam prohibeant excretionem, verum eundem potius ad superiora repellant; qui majori copia ventriculum, intestina, partesque in capite perinde a pedote sitas occupat, distendit, inque iis varia graviaque machinatur symptoma.

His ita diductis, facillimum erit, cun-

starum molestiarum, quæ foeminam generosam haetenus excruciarunt, rationem ac originem suppeditare. Neque tamen minus varia in præsenti casu occurunt momenta, quibus peculiaris debetur consideratio. Hæc inter primum est, quod thermæ Carolinæ, quarum alias virtus in hisce affectionibus est præstantissima, minus felicem in nostra ediderint opem. Ratio non in aquarum illarum vitio, sed singulari partium solidarum in ægrotta constitutione collocanda videtur. Namque probe tenendum est, hypochondriacos, ac hystericas, in quibus motus partium solidarum spasmodici sunt exacerbati, non prius uti debere hisce thermis, quam donec hi violenti motus paullisper conquierint. Non minus crebra compertum habeo experientia, quod, si vel brevi ante, vel inter ipsam horum fontium potionem, ægri gravioribus animi commotionibus indulserint, aquæ intra corpus subsisterint, adpetitusque prostrationem, præcordiorum anxietatem, vomitus, ac nauseas progeneraverint.

Contra vero attentionem meretur, quod acidulæ Egranæ, uti cunctis symptomatibus, ita maxime doloribus capitatis, & foedæ faciei efflorescentiæ, majores tulerint suppeditias. Nec obscura est ratio; siquidem acidulæ potentiores possident vim, fortes excrementitias, quæ primas vias osident, per inferiora e corpore proscribendi, quam quidem thermæ. Namque hæc ob nativum, quo polent, calorem, cruditatum subtiliores partes secum ad massam sanguineam abripiunt, & ob hancce caussam in corporibus impuris, quorum priuæ regiones non satis fuerunt repurgatae, non raro purpurea producere deprehenduntur exanthemata, sponte rursus disparentia. Eadem est ratio, cur quidam podagricorum vel arthriticorum ex acidularum longe melius, quam thermarum usu habeant; & ex his dolorum suorum exacerbationem sentiant. Quamobrem in commendandis aquis mineralibus, prudenti individuum consideratione opus est.

Porro notandum est, omnes spasmodicas affectiones, circa instans mensum tem-

tempus exacerbari : hi enim nunquam sine previa spasmodica generis nervosi fibrosique contractione prorompunt ; quamobrem in hysteris foemini , eorum excretionem plerumque dolor dorsi , gravatus artuum sensus , constrictio anxia praecordiorum , alvi obstructio , pedumque frigus antecedere observantur . Constat non minus est regula , quod quo major pedum refrigeratio in hisce morbis est praesto , eo vehementior partium externalium spasmodica supponi debeat constrictio ; qua humores eo copiosius ad superiora compelluntur , & graviora inducuntur symptomata . Hinc resultat praestantissimum monitum practicum , quod omnes medicinam facientes probe sibi commendatum habeant ; ut nimis in omnibus & chronicis , & acutis passionibus , maxime earum paroxysmis ad pedes respiciant , qualis eorum sit transpiratio , num frigidi sint , anne vasa illorum evanuerint . Inde enim solidius sepe , ac certius , de motuum vigore tam in solidis , quam fluidis partibus judicium suppeditari poterit , quam quidem ex pulsu arteriarum . Neque minus id probe sciendum est , quod pedibus , nimium gelidis existentibus , nec pediluvia , nec venæ sectiones debeat institui , nisi spasmorum vehementiam exacerbare velimus . Utrumque enim horum remediorum , licet quam plurimum ad aequalem sanguinis circuitum contribuat ; atamen , quod perpetuae regulæ instar esse potest , nunquam , nisi spasmis partium inferiorum paullo remittentibus , in usum vocare decet .

Adhuc notatu dignum est , quod agra in sinistro latere circa os pubis atque cozendicis sentiat dolorem pressorum , ac veluti quoddam obstaculum , quod decubitus ac obambulationem paullo molestiorem reddit . Meo quidem arbitrio vel uteri quedam exrescentia , vel plane tumor ovarii sinistri scirrhosus subest : quæ virtus sicut saper numero , testante cadaverum sectione , dictarum sensationum causa existunt ; ita quoque ægritudinem fore longiorem , curatuque difficiliorem pronunciant . Denique meminisse juva-

bit alvinæ obstructionis , quæ foeminae generosam per sex nonnunquam dies affligit , tumque cum magnis doloribus , largaque crux profusione solvit . Ex hoc momento colligere licet , non modo motum intestinorum peristalticum obvehementiores spasmos inversum esse , atque labefactatum ; verum etiam crux hinc inde in intestinis stagnare . Id enim frequentissimum deprehenditur , quod sanguis per uterum ægre progredivis , ad vicinas partes , maxime intestinum rectum copiosius ruat , vasa hemorrhoidalia infaciat , & ex his , sub durioribus ad alvum egerendam conatibus ruptis , cum stercoribus profluat .

Sed jam progredior ad curationem per quam spinosi hujus affectus ; quæ , cum malum sit inveteratum , motus irregularis solidarum æque ac fluidarum partium in habitum quasi degeneraverint , & uteri substantia forsan scirrhosa videatur , profecto erit difficillima . Neque tamen in adeo vegeta prorsus desperandum puto ætate ; sed omnes intendendi nervi , ut faltem majora arceantur pericula . Et ut ab ovo exordiar , & primum rectam vivendi rationem , qua in debellandis hisce morbis non quicquam est fructuosus , præscribam : ante omnia etiam atque etiam hortor , ut generosa mulier a cunctis animi pathematis , excandescientia , terrore , incertoreque sedulo sibi caveat ; contra animum jucundis consorts , gratisque objectis erigat , corporisque exercitationi probe studeat . Hanc vectioem , atque institutis animi relaxandi caussa itineribus , vel obambulatione , ad levem usque sudationem continuata obtinere hiebit ; ea cautione , ut nec brevi post epulas moveatur corpus , ne turbetur ciborum digestio ; nec statim a morte cibi capiantur ; quare opportunissimum est tempus est antimeridianum .

Deinceps ut totum corpus , ita preferatim pedes in perpetuo calore conservare oportet : quo nomine non modo pediluvia tepidiora , ex aqua fluvialili , sapone que veneto parata , & vesperi osurpanda ; verum etiam balnea commendo , ex aqua pariter fluvialili , furfuribus triticeis .

herba artemisiæ , salviæ , majoranæ , floribus chamæmeli , & malvæ conficienda . His nimis manæ , vel etiam hora po- meridiana quinta , absoluta digestione , per unam circiter horam insidendum , & sorbillato subinde potu calidiori , leniter sudandum .

Ex cibis fugiantur , necesse est , pani- ficia , similaginea , poma , lacticinia , acida , flatulenta , maximeque cenæ sit pareior . Pro potu convenientissimum erit sequens decoctum : Recipe radicis scor- zoneræ , chinæ ana uncias duas , cassia caryophyllata unciam dimidiam , cremo- ris tartari drachmas duas . Conc . Cont . D . S . species , quarum una cum dimidia uncia in binis aquæ mensuris , per tres hore quadrantes decoquatur . Quibusdam quo- que insigniter confert cerevisia tenuior , quæ per urinam promte redditur , veluti est dilutior Martisburgensis ; quo deni- que scopo egregium pollicentur fructum acidulæ Wildungenses , aut Selteranæ , vino Neccarino permixtæ .

Inter pharmaca commendo Elixir meum viscerale balsamicum , quod acri- moniam temperat , alvum leniter ducit , ac digestivam vim roborat , atque ad se- xaginta guttulas vel hora quinta pomeri- diana , vel vesperi circa somni tempus assumi potest . Mane sorbillandum sua- deo infusum theiforme , quod sic se habeat : Recipe herba melissæ , betonicae , veronicae ana manipulum unum , florum hyperici , chamomilla vulgaris , summi- tatum millefolii ana pugilos quatuor , seminis foeniculi , anisi stellati ana drach- man unam . M . C . D . Ad temperandum calorem internum vesperi capienda est interdum pulveris antispasmodici nitro- dosis ; & pro mitigandis pubis ac dorfi doloribus , dolenti loco adipicere expe- diet emplastrum , cuius hæc sit formula : Recipe gummi galbani , bdellii , myrræ , ammoniaci ana unciam dimidiam , spermatis ceti , axungia humana ana drachmas sex , florum sulphuris , croci , camphoræ ana drachmam unam . M . f . emplastrum .

C A S U S C X V I .

De immodico mensium fluxu cum frequenti abortu , & molarum , sanguinisque concreti excretione .

F Oemina quædam generosa , octo & triginta annorum , per aliquot an- nos , crebros passa fuit abortus ; sub qui- bus non modo immensam semper crutoris profudit quantitatem , verum etiam ab- hinc variis , quæ ab inordinatis mensibus originem trahunt , molestiis , iisque potissimum arthriticis laboravit . Novissime gravida mox anxietates præcordiorum , mox vomitus , mox dolores arthriticos , mox inordinatum mensum fluxum ex- perta , sed ab iis ope convenientium me- dicinarum semper liberata , feliciter tan- dem filiolam peperit . Posthac menstrua per aliquot menses retenta ; ex improvi- so largo proruperunt flumine , secumque duxerunt frusta congrumati sanguinis . Mitigatus tandem fluor insignem vi- rum jaæturam , nauseamq ; molestissimam reliquit . Mense Februario annis abhinc duobus , circa ordinarium tempus , de- nudo immodicus promanavit crux , se- ro fœtidissimo permixtus : abhinc vero per integrum biennium statu tempore , ac debito ordine comparuit , nisi quod semper justo largior fuerit . Præsenti au- tem anno immoderatum rursus esse coe- pit profluvium , vomitibus , animique deliquis stipatum . Tantum non sem- per concreti sanguinis frusta simul excre- nebantur ; quibus aliquando immixta conspiciebatur moles carnea , membra- nis circumdata , aspera , intus cellulo- sa ; qua exereta , sanguinis profluvium ægram , viribus , adpetituque defecata deserebat .

Interim ex tam inconstanti haætenus valetudine , justissima moveretur suspicio , ne vel gravis menstruorum retentio , vel nimius fluor , vel adhuc majus pericu- lum insequantur . Adhibitis hæcunque roborantibus , temperantibus , confor- tantibus ac martialibus ; jamjam , cum fileant cuncta symptomata , a pharmaci- otium

otium est, nec nisi corporis, animique tranquillitati, præter rectum victus regimen studetur. Id vero abs Te, Vir Experientissime, adhuc flagitamus, ut proponas eam medendi rationem, qua ægrotam a futuris præservare queamus malis.

CONSLIUM.

EX communicatis mecum litteris, non minus, quam ipsa generosæ mulieris, cui coram inservire mihi licuit, relatione, intellexi; illam inordinato menstruorum successu adstigi; dum hæc mox per aliquot menses cohibentur, mox vero majori impetu, & quantitate profusiori, cum coagulati sanguinis frustis, & polypolis concretionibus, quas molas vocant, prorumpunt. Præprimis vero attentionem meretur moles illa carnea, quæ haud ita pridem aspera, tunicis inclusa, intusque cellulosa, utero fuit exclusa, veramque constituit molam. Cuncta hæc symptomata debentur abortui, quem ægram decem abhinc annis passam fuisse memini. Hunc enim tum temporis larga comitabatur uteri hemorrhagia; & quum subinde nec uterus a sordibus rite repurgatus, nec congruus victus observatus fuit; factum esse recordor, ut abhinc quinques, quovis tertio mense abortiverit.

Eo tempore consultus ego, malum sequenti curatione, non sine felicissimo oppugnabam successu: Per primum triduum, quotidie vesperi quindecim pilularum mearum balsamicarum, mane vero sal aperitivum propinabam, quod cremorem tartari, lapides cancerorum, tartarum vitriolatum, sal Epsomense, nitrumque depuratum habebat. Tum jussi, ut femina generosa per quinque dies balneis ex aqua fluviali, alumine, cineribus clavelatis, mentha, melissa, salvia, floribusque chamæmeli paratis insideret, & ab his leniter sudaret. Hanc medendi rationem alternatim ter repetendam suasi; atque sub ea ut concubitum vitaret, cibosque acidos, refrigerantes, pœma fugeret, sedulo commendavi.

Hinc, quum utero concepisset, & mo^{to}
Hoffm, Consult. Med.

les humorum naturali major videretur; alternis mensibus sanguinem ex vena in brachio tusa detrahendum curavi. Sic, adjuvante numine, factum est, ut abortire desineret, immoda sanguinis profluvia remitterent, & ipsa justo tempore foetus eniteretur felicissime. Quamobrem, cum jamjam eadem mala recrudescere, ægramque generosam, non modo abortus iterum, verum etiam mensium partim suppressiōnem, partim immodicam fluxionem, cum concretionum polyposarum rejectione stipatam, fuisse passam percepi: eo meum tendit consilium, ut eadem, quæ olim inflita fuit curatio, in usum revocetur. Eandem vero singulo vere pariter ac autumno repetendam, simulque ter quotannis præter rectam vivendi observationem, celebrandam esse venæ sectionem, hanc ob caussam hortor, ut robur uteri, ejusque vasorum, quod dejectum videtur, denuo restauretur; atque sic humorum æqualis per uterum circuitus restituatur, molarumque concretiones præpediantur. Juncta enim symptomata, cardialgizæ, dolores dorsi, & artuum, vomitiones &c. partim a copiosa sanguinis profusione, partim ejus irregulari per uterum cursu, & hinc pendente stagnatione, natales suos mutuantur: & sublatis per commendatam medicationem hisce causis sponte cessabunt.

Denique operæ erit pretium, ut generosa mulier mane utatur infuso theiformi, quod ex melissa, scolopendria, salvia, betonica, floribus hyperici, comis millefoliæ & aniso stellato paratur: non minus eadem species, cum cerevisia fermentata, potum præbebunt, pro ordinario commode usurpandum. Quibus præsidii, si rectum regimen, & curiosa ab animi commotionibus abstinentia accesserint; non dubito, quin exoptatissimo futura sint emolumento.

CASUS CXVII.

De frequenti abortu cum continua ciborum per vomitum rejectione.

Fœmina annorum circiter triginta, temperamenti pituitosi, mediocriter pinguis, cum decimum septimum etatis annum ageret, viro nupta fuit, peritque in tempore fœtum, primum vivum, deinde passa fuit abortum trium mensium; tum successive tres aut quatuor vivos fœtus in lucem edidit, quorum quemvis, trium, aut ad summum quadruplex mensium abortus subsequutus est. Hos abortus semper exceptit admodum molesta per octiduum uteri hæmorrhagia, qua cessante fluor albus continuus inhærebat, & in hunc usque diem ægram discruciat. Quum autem fœtum vivum, quintum numero, vel sextum utero gereret, octavo imprægnationis mense, grave ac immodicum uterini sanguinis profluvium, per integrum continuans nycthemeron incidit; eoque, elapsis decem diebus, rursus correpta est, cum naufesa atque vomitu, nullo hucusque remedio sublato, sed per annos in hunc usque diem persistente, & in dies ingravesciente, adeo, ut non modo cibos, holque magis solidos, quam liquidos, verum etiam jejuna pituitam insipidam, albicantem quotidie rejiciat, quam & per nares continuo expurgat: appetit tamen cibos, & eleganti ceterum forma, flrido in facie, albicante in reliquo corpore colore prædita.

Hocce in anno bis successive abortivit, unumque duorum, alterum trium mensium enixa est fœtum; conqueritur de dolore tensivo in dorso, circa inferiores thoraci vertebras, & orificio stomachi superius, ut & de dolore lumborum, femorumque gravativo; mensis etiam parce, & cum dolore pallidi, sed justo tempore fluxerunt semper; ceterum ipsa sana est, hilaris, ac obesa.

Applicita fuerunt medicamina, pituitam crassam incidentia, attenuantia, blande expurgantia, viscera, ac præ-

primis stomachum, & uterum calefacientia, siccantia, roborantia, status discutentia, jam in forma pilulari, jam in tinturis, jam in pulveribus, jam in viuis medicatis; & hæc omnia in cassum, ita ut tandem in usum thermarum incidimus. Nunc tuum; Vir doctissime, accuratiorem thermarum notitiam habentis, an & quales ipsi conducere judices? consilium petimus, aut si alia tibi sint ad manus specifica, ea communicare non dedigneris, etiam atque etiam rogamus.

RESPONSO CONSULTATORIA.

Postquam præmissam hanc morbi historiam cum ægrotantis natura, exquisitiori & curatori subjici penitentia; ea sum eductus, dupliæ ægram urgeri morbo, abortus nempe frequentia, & continua ciborum per vomitum rejectione: quod utrumque malum sicuti satis grave est, & diuturnum, ita utique longe exactiorem meretur disquisitionem, quo eo certius de tutissima, & quam maxime accommodata medendi ratione constet.

Est autem uterque affectus nostro quidem judicio, spasmodico convulsivus, qui intra nervorum, & nervearum præsertim, quæ spinalem medullam investiunt, membranarum sistema subsistens, in stomacho maxime & utero vim suam hostilem exercet. Quum enim abortus nunquam sine spasmodico convulsiva uteri agitatione, ac compressione contingere possit; omnis vero convulsio, ex male affectis nervis, vel potius membranis nervosis, ad partes five ex cerebro, five medulla spinali pertinentibus subnascatur: hinc omnia, quæ nervosas partes vehementer exagitant, cuius generis sunt graves animi commotiones, fortiora purgantia, emetica, & quæ acri stimulo agunt medicamenta, abortum facilissime concitant: cui malo etiam fœminæ, sensibilioris indolis, & animi, nec non quæ prona sunt in terrorem, iram, & hysterico-spastica pathemata, frequenter ob eandem rationem obser-

vantur obnoxiae. Præterea inter caussas, quas dicunt materiales, nihil magis naturam, sive potius genus nervosum, ad abortivas uteri convulsiones armare & incitare valet, quam sanguinis intra angustiora uterina vasa stagnatio, & quasi incarceratio, quæ solemnis valde post puerperium foemini est: quum a partu, rmmo ipsa imprægnatione, uteri tonus, ob factam nimiam distentionem quoad vasa & fibras, mirum in modum immaturatur, relaxatur, & laeditur. Proinde si uterus tempore puerperii, & post illud, a lochiis, & sordibus impuris, serosis, ac sanguineis stagnantibus, balsamicis & laxantibus non rite expurgator, pristinumque ac debitum ipsi redditur robur, tam prava, accidente in primis in vita regimine vitio, dispositione imbuitur, ut sanguinis & humorum valde impeditus præstetur circuitus, variæque morbosæ inde propullulent afflictiones, inordinatus nempe, decolor, & suppressus mensum fluxus, copiosi humorum ad debilem hanc partem decubitus, qui caussam albo, quo foemina subinde vexantur, fluori præbent: quid? quod inde evenire solet, ut plane ineptus fiat ad retinendum conceptum, sed frequens, tertio plerumque mense, contingat abortio. Quando enim uterus naturalem suum post partum recipit tonum, sanguis tertio præsertim ab ingravitatione mense, nimis accumulatus in vasibus & fibris admundum relaxatis congestus hæret; & venas ibi existentes varicosas reddit, ita ut subinde in ejus cavitate insigne grumi, & massæ quasi polypose concrecant, que progressivum motum impedientes, non modo alimentum, debitumque nutrimentum foeti subtrahunt: sed & effrænes hæmorrhagias uterinas, quæ semper abortus comitantur, vel subsequuntur, caussam & occasionem subministrant. Denique sicuti constanti edocemur experientia, omnes nervorum affectus, si frequentius occurrant, in consuetudinem, & habitum quasi degenerare; ita eadem planum facit, atque testatum, idem solemnè esse in abortui obnoxii; difficulter nimirum tolli dispositionem ad abor-

tivas ejusmodi exclusiones, si repetitis jam vicibus infestaverit.

Quum itaque ex allata historica morbi delineatione constet, ægram spongiosi corporis habitus, copiosis, sed exilibus vasis instructam, lubpinguem, floridioris faciei, agilis atque hilaris indolis esse, animoque sensibili imbutam: nullum sane dubium est, quin ad affectus spasmatico-convulsivos, cuius generis sunt abortus, & vomitus, disposita valde sit, & proclivis; idque eo magis, si tempore puerperii sinistram medicationem fuerit experta; vel ipsa etiam diætæ vitium admiserit. Sub ejusmodi enim laxiori partium constitutione, vasorumque copia & angustia, nunquam non difficulter progreditur sanguinis iter; cui si accedit exquisita subjecti sensibilitas, nihil frequentius accidit, quam ut a sanguinis & humorum stagnatione spastica & convulsiva passiones exoriantur.

Vomitus, quocum ægra quotidie fere conflictatur, identidem convolutionum speciebus accensendus est, utpote quo nervoso-membranaceus ventriculi fundus gravius adfligitur. Quemadmodum enim naufragabunda ejusmodi vomitio familiariſſime contingit in gravidis, tertio præsertim mense, ob sanguinis ab utero ad stomachum recursum: ita crebrius idem observavimus a nimiis hæmorrhagiis, comprobante id ipsum nostra etiam ægrante. Per facile nimirum disponi ventriculum ad vomibundas ejusmodi rejectiones, hanc maxime ob rationem videtur, quod loco sanguinis impuri sæpius, salis & serosi humores ad hujus visceris membranas ferantur. Neque mirandum est, vomitum hunc, per plurium annorum decursum in dies ingraevantem infestasse; quum, uti superius demonstratum fuit, vitia nervorum, quæ in motuum anomalia consistunt, facilissime in consuetudinem & habitum abeant; præterea etiam tensivus ille in dorso circa inferiores thoracis vertebraes, & superius stomachi orificium, nec non lumborum, fermorumque gravatus semper adfixerit dolor, manifesto utique, ac indubio indicio est, nervos ex spinali medulla per-

hac loca ad partes , maximeque ventriculum , & uterum prodeentes , vehementiori spastico affectos , cum hisce etiam visceribus , motuum communicare vitium .

Evoluta sic vera morbosorum , quibus ægra detinetur , affectuum origine , sede , caussa ac generatione , nihil superest , quam ut de tuta , promta , jucunda , ac facili curandi ratione indaganda simus folliciti , idque eo magis , quo celeriorem mali contumacia postulat opem . Quemadmodum autem ex superius memoratis dilucide patescit , universum ægrotantis genus nervorum admodum esse debilitatum ; ita in persanatione id maximopere erit agendum , ut illud quovis modo roboretur , quo spasticæ illæ , & convulsivæ nervosarum partium tractiones conquiescant . Proinde præprimis dispiciendum , quo uteruſ pristinum suum robur , debitumque tonum recipiat , adeoque liberiori sanguinis per hujus vasa circuituſ (quem menses debito tempore , mensura & modo prodeentes indicabunt) redditio , omnis ulterior abortio præcaveatur , & prævertatur . Dein ventriculi etiam debilitati , ejusque motu peristaltico inverso subvenientum esse reor , quo restitutis his & persanatis , ingesta non modo retineantur , sed in bonos & naturæ blandos succos convertantur .

Hunc itaque in finem commendamus ex aqua dulci balneum , incoctis eidem herbis : Origano , calamintha , balsamina , mentha cattaria , melissa , floribus chamomillæ vulgaris & Romanæ ; in quod ægra , duabus vel tribus ante prandium horis , ad pectus usque descendat , inque eo per horæ spatium permaneat , cavendo , ne superior corporis pars sudore perfundatur . Hoc autem balneum , quod mirifice nervosum spastico constrictum genus , relaxante solatur virtute , fibralique tensas emolliendo , sanguinis motum , ab interioribus ad exteriora convertit , & omnis generis excretiones promovet , per aliquot hebdomadum spatium , isto , quo nullum ægra foetum gerit , tempore , hunc in modum est adhibendum : Am-

te illius usum pilulas nostras balsamicas , quibus magna ineſt vis , blande laxans , roborans , ac in primis uteri vias a folidibus repurgans , per tres dies matutino vel vespertino tempore , quatuordecim numero assumat . Dein septem diebus admittat balneum , ilisque ex aliis iterum in usum vocet per triduum pilulas ; tum modo superius memorato post pilulas denique balneum adhibeat . Egressa ex illo petat lectum , quo corpus æqualiter incalescat , epotis ad promovendum hunc scopum aliquot infusi theiformis vasculis , parati ex herba salvia , melissæ , veronicæ , betonica , summitatibus millefolii , floribus chamomillæ vulgaris , & anisostellari .

Perinde etiam consultum erit , ut alterno huic balnei & pilularum usui , interponantur remedia stomachica , nec possum non , quin hunc in finem quam maxime collaudem liquorem nostrum , anodynō-mineralem , essentia castorei , vel etiam corticum aurantiorum recentium remixtum ; si nempe cum infuso ante commendato guttis viginti , vel triginta post balneum , vel etiam mox ante prandium aut coenam , eadem quantitate , cum aqua cerasorum nigrorum usurpetur .

Quum vero in debellandis chronicis ejusmodi affectibus optima vivendi , solicitaque vietus ratio plus valeat , ingenti medicaminum copia & farragine ; hinc serio inculcamus , ut per quam studiose evitentur omnes inordinatae animi , ex ira , vel molestia , & dolore factæ commotiones ; frigus pedibus in primis admissum , potus spirituosi , minus defacati , cibi acidi , inflantes , laeticinia , fructus horæ , & omne placenterum genus ; uno verbo : omnia , quæ viribus imbecillitatem inferunt , quæ stomachum lœduant , quæ nervis inimica sunt , quæ cruditates prima in regione augent , & sanguinem plus iusto in vasis accumulant . Deinde non nimium somno , atque quieti est indulgendum ; sed corpus moderate potius movendum , sique commode fieri potest , annua peregrinatione agi-

tandum ; quippe quæ cœli , aerisque mutatio , affectibus spasmodicis , ex humorum stagnatione provenientibus , exi-
mie confert .

Præterea sedulo alvi habenda est ratio , quoniam , quo magis hæc constricta est , & compressa , eo magis ciborum per superiora ingravescit rejectio . Quod si itaque non rite respondeat , clystere domestico subducatur . Potui ordinario commodissime intervet decoctum radis scorzonerae & salsaparillæ , cum semine & radice foeniculi factum .

Circa venæflectionis usum hæc mone-
mus : si parcior , magisque imminutus fuerit menstruus fluor , sanguinis uncia
quatuor vel quinque ex pedis vena edu-
cantur ; cavendo , ne post venam sectam corpus a frigore lœdatur , & ventricu-
lus cruditatibus imbuatur . Perinde etiam ad præcavendum abortum , necessaria &
perquam tuta erit ventilatoria sanguinis in brachio , ad uncias circiter quatuor vel quinque , secundo ab imprægnatione mense , instituta missio , & confiden-
ter admodum quarto vel quinto mense reperita .

Denique si continua urserit vomitio , nec internis obtemperare velit remediis , externa in usum vocanda , adhibendo stomachale , hunc in modum paratum : Recipe emplastry de crusta panis uncias duas , balsami Peruviani , olei nucis , mastichis ana drachmas duas , olei de-
fillati menthae , absynthii ana drach-
mam unam ; M. F. emplastrum , cali-
de adipicandum .

Quamvis vero certissima , firmissima-
que spe fruamur , fore ut , quando com-
mendata a nobis auxilia , & suppedita-
ta consilia cum cura fuerunt exhibita , ægra conquescentibus omnibus , quibus
ulque eo affecta fuit malis , exoptatam re-
cuperet sanitatem ; non tamen possumus non , quin si forte hæc curandi metho-
dus non arriserit , vel etiam non exacte responderit , thermarum Carolinarum tam externum , quam internum usum magnopere commendemus , quippe quæ mirandam sane divina favente gratia , in morbidis talismodi mulierum afflictioni-

bus , subinde ex consilio nostro opem præstiterunt .

C A S U S C X V I I I .

De gravi valetudine ex crebro partu , abortu , & animi com-
motione .

Matrona generosa , duorum ultra quadraginta annorum , cholericomelancholici temperamenti , alacris indo-
lis , & vivacissimi ingénii , novissime vero ad iracundiam facillima , tanto sanguinis adspicuum aversatur horrore , ut vel so-
la venæflectionis relatio illam in gravem animi defectionem rapere valeat ; nec ideo unquam persuaderi potuerit , ut sanguinem iuvidendum permiserit . Ni-
hilo tamen minus , sub regulari men-
struorum successu , præter crebros capi-
tis dolores , virgo nullis unquam preffa est calamitatibus . Et in hoc florentissi-
mo statu , magis animi laxandi caussa , adiit aliquando cum amicis , id suadenti-
bus , fontes Pyrmontanos ; eosque sub minus convenienti regimine , justo co-
piosiores potavit . Reversa male cœpit habere ; ingentique corporis languore , gravativo pedum dolore , variisque , ut ut levioribus se fatigari sensit molestiis .

Ab his vindicata , viro matura nupsit ; inque eo conjugio , singulis annis puer-
para , duodecim infantes vivos , felici facilique partu enixa est , ac quatuor abortivos foetus , haud sine vitæ dispen-
dio exclusit . Neque ullum puerperium absque morbosis symptomatibus , mox febris lenti , mox præternaturali æ-
stu , faucium ariditate , somnoque tur-
bulento , mox horrendis capitis , temporo-
rum , ac cervicis doloribus , cum tinnitu , fusfurruque aurium , collapsu virium , ac sensu pedum gravativo stipatis , tran-
segit ; que sensim mitigata , accedente nova imprægnatione conquescebant , atque hanc , si ciborum fastidia , cre-
brasque excepereis vomitiones , a mole-
stiis gravioribus relinquebant immunem . At vero duodecim abhinc annis , cum sextum in lucem edidisset infantem ,

tran-

transacto fere puerperio, a gravi animi per incuriam facta commotione, aduersam, tamque gravem incidit valetudinem, que ad hanc usque diem ipsam tantum non semper lecto affixam tenet, hisque potissimum discruciat symptomatibus.

Per intervalla, hisce quidem novissimis annis rariora, atrociissimi odontalgici, otalgici, & hemicranici vexant dolores, aliquot hebdomadibus non interrupta ferme perseverantes serie, & a corporis refrigeratione novum acquirentes pabulum. Mox sola capitum tormenta, odontalgicis cruciatibus vacua, sed pulsatili in capite sensatione, pulsus citiori, somnoque turbulentio stipata affligunt; quibus cessantibus, continuus tamen urget corporis languor, atque cum præternaturali saepius complicatur astu. Molestæ non minus sunt catharales pectoris æque ac capitum defluxiones, cum copiosa muci, non raro a capite ad asperam arteriam delapsi refectione. Interdum dorsi dolores accidunt, ægra in lecto decumbente leviores, eadem vero sellæ insidente, immanissimi, non raro intestinorum tormentibus, an tenesmo, tantisque tormentis, ad pubis os incumbentibus conjuncti; ut parturiendi conatibus sint similes. Præterea contusoria artuum sensations quotidie sunt molestæ; & plerumque frictio ne per lintea calida mitigari possunt; sed quando febrilis accedit paroxysmus, crudelissima tormenta, nullis demulcentia subsidiis, inferunt.

Nausea, vomendi conatus, ipsique vomitus pituitæ tenacissimæ, corrupta bile permixta, miseram non modo gravidam, sed extra impregnationis tempus quoque exercent. Menstrua plerumque anticipant, largissima sunt, cruentumque muco viscidio imbutum fundunt, & molesta humorum ebullitione stipantur; albus autem fluor rarius incidit. Cuncta symptomata post levissimum corporis motum insigniter exacerbantur. Somnus sepenumero turbatur, & accende nte subito cordis palpitatione interrumpitur, aut variis terriculamentis ple-

nus est, neque unquam reficit. Merorem, aliumque quemvis animi affectum excipit astus, & inflativa sub collis spuriis molestia. Alvis nunquam sponte sui reminiscitur officii, nec nisi vel Stahlianus piloris, vel suppositorius, vel clysmatisbus, multam mucaginem secunduentibus solicitata respondet. Urina mingitur mox sanguinem simillima, mox tenuis ac aquosa, mox multo muco infarcta. Sub paroxysmi remissione frui tur ciborum aliquali adpetentia; sed carvet a cibis fumo induratis, aceto maceratis, saleque ac aromatibus conditis: neque vero ad sudores nimium proclivis est, nisi quod post frictiones corporis corripiatur; & omnes hasce passiones magna mentis constantia perferre valet.

Multorum medicorum ope usa est, nec pauca adhibuit remedia, sed in casum: elapso abhinc quadriennio incidit acutam febrim, quam cuncta medicamina respuenter, cortice chinæ sumto debellavit. Paullo post tertiana-fебre laboravit, & hac convenienti methodo profligata, a reliquis symptomatibus egregium percepit levamen. Per novissimum vero biennium ab omni fere remediorum usu feriata, non nisi decoctum avenæ, cum radice cichorei, lapideque prunellæ maritatum, ter quotannis loco curæ, non sine levamine potare suevit, & jamjam utero gerit.

CONSILIUM.

TRANSMISSÆ litteræ, quibus adversam generosæ mulieris valetudinem accurate descriptam legi, me docuerunt, egram, natura teneram, valde sensibilem, crebris puerperiis, abortibus, animique commotionibus valde debilitatam, & nervosarum partium systema ita esse dispositum, ut continuis spasmis, motuumque anomaliis exigitetur. Exinde vero non promptius ullum in sanitatem redundat damnum; quam ut salutares-excretiones, maximeque per alvum sunt, perturbentur, digestionis, chylificationis, & sanguifica-

tionis negotium labefactetur, & humores generentur impuri, salinis, scorbuticis, que sordibus referti. Et quum ob mali diu. turnitatem, in fluidis pariter ac solidis partibus hæreat virium; non sane mirum, si nullæ medicinæ fecerint operæ pretium, nec ideo perfectam reconvalscientiam tu- to polliceri licet.

Interim, ne ægram plane deseramus, non præstantius in hisce casibus commen- dare possum remedium, quam lac asini- num, aut hoc deficiente, caprinum, æ- quali pondere cum acidulis Selteranis ma- ritatum, & per aliquot hebdomades curæ loco potandum. Nimirum sumtis primum mannae tribus uncii, drachmæ dimidiæ tremoris tartari nuptis, & in juscule quo- dam solutis, lactis dicti cum acidulis mix- ti & tepefacti singulo mane mensura una hauriatur; eique potationi & interpona- tur, & subjungatur laudati laxantis usus. Non minus pro potu ordinario capiantur eædem Selteranæ aquæ, cum tertia vini generosi parte remixta.

Absoluta hac curatione, in sopiendis spasmoidicis generis nervosi constrictiōnibus, insignem præstabit operam pulvis sequens, ad drachmam dimidiā ter quotidie sumendus: Recipe matris perlarum, lapidum cancerorum, pulveris Marchionis ana drachmam unam, nitri depurati, suc- cini præparati ana drachmam semis, cin- nabaris nativæ grana duodecim, extracti croci grana duo. M.F. pulvis. Sub epu- lis ex ultimo haustu adhibere juvabit 30. guttas Elixirii balsamici, quod ita habet: Recipe essentiæ gentianæ rubræ, corticum aurantiorum recentium, tincturæ tartari ana unciam unam, olei de cedro guttas duodecim. M.D. Et denique mane po- tandum suadeo infusum theiforme ex millefolio, semineque foeniculi conse- dum; & ut a corporis refrigeratione, cibis incongruis, ac animi adfectibus studiose caveat, etiam atque etiam hortor.

C A S U S . C X I X .

De regimine gravidae ad partum felici- ter obtainendum.

MUlier letissima, & perquam ge- nerosa, cum dimidium gestatio- nis tempus superavit, venam in dextro brachio tundendam præbuit, detractis ex illa octo cruoris unciis. Sanguis erat spis- sus, & aterrimus, & post aliquot mo- mentorum quietem, in superficie ostendit cuticulam spissam, flavamque, sub qua cernebatur cruoris coagulum, sero tantum non destitutum. Elapsa horæ dimidio, in animi deliquia incidebat, post aliquoties vomebat, & inde satis bene habebat. Interim admirationem movit, foemina adeo juvenculam, quæ novissima abhinc æstate, Egranis pariter ac Selteranis acidulis, tumque pro potu ordinario, decocto quodam in vicem ce- revisæ usa fuit, exactam observavit dix- tam, corporis exercitationi studuit, ac re- stissime valuit, tam spissum nigrumque fovere sanguinem: cujus forsan ratio in præsentि hyemali, eaque aspera tempesta- te collocari videtur. Quum præterea ac- cedat, quod illa binis, quibus jam per- functa est, puerperis, primum debilio- rem, haudque diu superstitem, alterum plane mortuum excluderit fœtum, & ante utrumque partum aurigine contaminata fuerit; veretur utique, ne similes forte molestiae imminentem comitantur par- tum. Quare flagitat tuum, Vir Experi- entissime, consilium; quo nimirum ab omnibus, quibus forsan obnoxia esse que- at, symptomatibus possit præcaveri.

C O N S U L T A T I O .

PUerperiorum, quibus hactenus per- functa est generosa ægrotans, mi- nus prosper successus, quo scilicet brevi ante illa ictero infestata, & post fœtus primum debiliorem, brevi tempore ex- tinctum, alterum prorsus mortuum e- nixa fuit, meo quidem judicio, dum ipse

ipse foeminae lectissimam pronuper inspexi, ejusque pulsum, vasa, & corporis constitutionem exploravi, non nisi a nimia sanguinis & humorum, qua turget, mole dependet; præsertim cum vitium hæreditarium subesse videatur, & ejus matrem non minus a plethora male habuisse perceperim. Quamobrem consultus nuper fuaseram, ut durante graviditate ter ad minimum, nimirum tertio primum, tum sexto gestationis mense, & binis ante partum hebdomabus, ex vena pro corporis ratione mox in brachio, mox pede secunda, octo circiter cruris detrahantur unciae. Commendaveram porro, ut loco crassæ cervisia, cui suevit, non nisi aquam cum citri corticibus, & ligno sassafras decolorum potaret, cœna uteretur parciori, & alvi prospiceret negotio, idque commodissime per passulas rhabarbarinas. Has ita parandas docui: Recipe rhabarbari pulverisati unciam unam, infunde cum aqua distillata v. g. veronicæ uncis sex, solve ad lenem ignem, solutioni adde passularum minorum libram semis, sacchari candi uncias binas, coque ad spissiorem consistentiam: cujus massa cochlear unum, vel duo mane aut brevi ante prandium sumantur.

Atque hæc est methodus, qua hac quoque vice ægrotæ succurrentum, & imminentia mala præcavenda esse reor. Ceterum duo adhuc in morbi historia occurunt momenta, quæ merentur attentionem; primum est, quod nostra post venæfactionem nuperime institutam, animo defecerit, ac aliquoties vomuerit; alterum, quod cruentum profuderit atrum ac spissum, cuticula tenacissima investitum; quæ adstantes, cum ægra recto vivendi genere, corporis exercitatione, & potu fontium Egranorum fuit usa, in admirationem rupuerunt.

Verum quod attinet animi deliquia; hæc in gravidis sæpen numero eveniunt, si vena iplis sedentibus tunditur, & ex apertura justo majori, omnis cruris copia uno impetu detrahitur, unde fit, ut sufficiens cruris in cor influxus subito

imminuat, illudque moveri ad aliquot temporis momenta desinat. Quare ego in hisce casibus, ubi vena in brachio inciditur, aperturam bis terve pollice comprimendo, simultaneam sanguinis effusionem interrumperem, &, ut iis, quæ ad animi defectiones proclives sunt, lecto decumbentibus, potius e pede sanguis mitatur, commendare consuevi. Spissitudo vero & crassitas humorum indicat eorundem abundantiam, qua, si forsitan parcius accesserit potus, ob tardiorum circuitum sanguis sit aterrimus ac tenacissimus. Et hæc momenta penitus meam confirmant sententiam, quod scilicet tempore graviditatis ter instituenda sit venæfactio. Præterea vero operæ fore pretium duco, ut generosa mulier vesperi nonnunquam capiat pulverem, qui ex lapidibus cancrorum, pulvere Marchionis, nitro, arcano duplicato, vel sale absynthii conficitur; & mane forbeat infusum theiforme, quod ex herba veronicæ, liquiritia, semineque foeniculi paratur. Et hæc sunt, quæ propounderunt duxi, quæ si curatius observentur, non dubito, quin felicissimum sequuturum sit puerperium.

C A S U S CXX.

D E

C O N J U G I O S T E R I L I

Cum consilio & responso ad questionem: an spes sit prolis.

Sunt duo conjuges, qui in coniugio sine prole vivunt. Quod uxorem attinet, ea est quadraginta annos nata, temperamenti melancholici, corporis habitiris ac constitutionis valde sensibilis, tenuissimæque, adeo ut a levissima corporis fatigacione, aut saltet frigore, insinuauerit afficiatur, nec aestate calidissima fatis soveri queat. Quarto ætatis anno incidit in variolas & copiosissimas, & valde malignas, ac ab iis retinuit auditus difficultatem, hemicraniam, & memorie quandam imbecillitatem, hisque præ-

præsertim, si catharralibus defluxionibus, quibus obnoxia sæpius est, tentatur, graviter adficitur. Menstruorum fluxum, quindecim annos nata, primum experta est, per aliquot annos satis facile, copiose ac regulariter succedentem, tumque valde sana vixit, & corpus egregium cepit incrementum. At vigesimo ætatis anno, ad præcavendam nimiam obesitatem, infusum herbæ Theæ, idque frigidum large potavit, eo effectu, ut corpus subinde contabesceret, ac forsan hectica consumptum fuisset, nisi a frigido hoc potu abstinuerit. Accessit tum temporis ingens ac diurnus mœror, quem ex sponsalibus consensu parentum publice contractis, & a sponso contra datam fidem solutis, percepit: unde passionibus hypochondriaco-hystericis infestari coepit. Horum potissimum fuerunt mensium inordinatus ac dolorificus fluor, tormenta intestinorum, alvi obstructio, & crebræ vomitiones, nec non albus fluor, proximo post menstrua octiduo durans. Novem abhinc annis, subiit conjugiis leges, & sub eo doloribus arthriticis graviter agitata fuit, qui transacto jam biennio, & quod excurrit, cum febrili commotione stipati, adeo invalescebant, ut nulla corporis pars esset, quæ non dirissimis torqueretur doloribus. His ope remediorum interne pariter ac externe exhibitorum feliciter expugnatis, menstrui tamen fluxus vitia, & hinc suborta symptomata, continua inhaeserunt; nec ab ullis remedii, pediluviosis, imi ventris fomentationibus, venæctionibus mox in brachio, mox pede institutis, aliisque prorsus debellari potuerunt.

Elapso biennio, præmissa in brachio venæctione, mense Junio potavit acidulas Pyrmontanas, & balnea adhibuit, cum magno levamine; siquidem horrenda fuit pituitæ mucique quantitas, quam ipsa, e balneis egressa, forsan ex utero ac glandulis uterinis profluentem, aquis reliquerat. Reversa domum non modo mente hilarior, verum etiam a morbosis corporis symptomatibus immunita fuit, menstruis rite fluentibus: sed

vix bini elapsi erant menses, cum primum inordinatus esse coepit uterinus fluor, tum dolores arthritici, licet mitiores per intervalla recrudescerent, & denique dolorifica rursus evaderent menstrua, cumque atroci hemicrania sипata. Quare commendabatur, ut sequentibus annis iterum potaret easdem acidulas; sed quum negotia domestica haud permitterent, ut iter Pyrmontum faceret, iis anno penultimo, ac deinceps novissimo substituebatur usus aquarum Sedlicensium, quarum tres lagenas quavis vice hauriebat. Levamen, quod inde sequebatur, momentaneum tantummodo erat; & sic ad hanc usque diem his potissimum exercetur symptomatibus.

Circa mensum tempus percipitur sensatio ponderis cuiusdam, in imo ventre utero præprimis incumbentis; quæ non nisi cessante fluxu evanescit: non minus a cute faciei, quæ plerumque sicca, aspera, paucò rubore permixta cernitur, sub uterino fluore sedidunt squamulae subtiliores, instar earum, quibus pisces teguntur; quæ majori copia delabuntur, si faciem aqua nivis, cum floribus liliorum alborum destillata, & spiritu vini camphorato permixta abluerit. Ipse crux, qui per uterum fertur, satis quidem copiosus, sed coloris ex atro rubentis, & foetidissimi odoris est, nec nisi per biduum promanat; tertio die fluor albus succedit; & quarto quintoque cruentos iterum adparet, tumque rursus per aliquot dies albus sequitur, & hunc cessantem excipiunt dolores artuum arthritici, mox mitiores, moxque, accidente præsertim corporis refrigeratione, acerbiores. Non minus ægrotia per plures jam annos sensit inflativam uteri molestiam; quid? quod sæpius ipsi flatus ex mulieribus explodantur.

Ceterum mox dejecto, mox avidiari fruitur appetitu; sed digestio est viatia, spiritusque male olet: potu revisæ utitur parcissimo; mane vero, cum quadam urgetur siti, infusum herbæ Theæ larga sorbet quantitate. Interdum, & forsan ob tardiorem humorum abundantium circulationem, lan-

guor

guor atque torpor totum corpus occupat ; nocturno tempore ipsi , maxime pedibus , manibusque , ardens inhæret scit sensatio ; pulsus fertur plenus ac tardus ; & urina mingitur naturali similis . Decocti fabarum Coffea amantissima est , idq; semel quotidie , sœpe bis , cum egresso symptomatum allevamento babit : fed vinosis potibus , a quibus optime habet , parcissime utitur . Olim quoque nimium indulxit pomis , lacteis , acerariis , aliisque acidis cibis , at postquam per aliquot annos ab eorum usu prorsus abstinuit ; mucus , qui sub albo fluore promanat , & quantitate parvior , & magis benignior esse videtur . Præterea somno fructus , justo diuturniori , atque vita sedentariae , solitudini , profundis speculationibus , euris , mororibusque nimium dedita observatur . Verum jucundum quidem , sed sterile est coniugium : neque uxor ex concubitu , licet ille a marito prompte peragatur atque strenue , ullum capit delectamentum , atque frustra anhelat prolem .

Ut autem mariti quoque constitutio nem explicemus ; est ille annorum triga septem , temperamenti cholericofanguiue , sanguine plenus . Superatis seconde ætatis anno benignis variolis , sepmoque febre petechiali , decimo quarto ex nimio pomorum usu contraxit sibi rem febrem intermittentem quotidiam ; & ex hac in tertianam duplicum continuam , valdeque acutam incidit , qua per septendecim hebdomades discruciat , nocturnam urinæ incontineniam retinuit ; non prius cessantem , quam donec pristinas post longum demum tempus recuperasset vires . Vitam ingressus academicam , ob nimias meditationes ac lucubrationes , hypochondriacis pathematisbus infestatus , copiosum sœpe ex naribus fundere suevit cruentem : qua hæmorrhagia partim humorum abundantia , partim viscerum obstrunctioni , & hinc suborta sanguinis acrimonie scorbuticæ , ac ebullitioni adscribuntur . Verum mislo ex vena in pede tuta sanguine , datisque remediis salia humorum scorbutica diluentibus , & corrigentibus

tibus , leniterque aperitivis ; ex decoctis vegetabilium , ac pulveribus ex antimonio martiali cachecticò Ludovici , lapidibus cancerorum ac nitro concinnatis , & accedente conjugio , haec cessa runt hæmorrhagiae .

Osto circiter abhinc annis , publico prefectus muneri , ingentemque Collegarum invidiam passus , excandescientia nimis indulgere coepit ; cui cum interdum excessus in vinosis potibus accederet , per binos annos , circa vernale pariter ac autumnale æquinoctium , cruentum e pectori suevit spuere & insuper symptomatibus hypochondriacis , nominatim asthmaticis præcordiorum constrictionibus vexatus fuit . At usurpati post paroxysmos hæmoptyicos , congruis resolventibus atque consolidantibus ; & instituta subinde ad illos præcavendos convenienti in pede venæflectione , adhibitisque tandem aperientibus , martialibus , absorbentibus , nitrosis , speciatim magnesia alba , conjuncto exactiori victus usu ; non modo cruentum sputum prorsus conquevit , verum nec ab hypochondriaco malo per sex novissimos annos ulla percepit molestias . Non minus hoc tempore ab aliis morborum generibus fere vacavit , nisi quod ante quinquennium colica nephritica , eaque brevissima , & proinde sub hyemali tempestate catharralibus mox capitis affecti nibus , cum atrocissimis illius dolibus , mox pectoris defluxionibus , raucedine vel tussi molestis , & elapso biennio , febre catharrali conjunctis , fuerit vexatus .

Circa præsentis anni auspicia redire videbantur passiones hypochondriacæ , sed mox evanescabant denuo ; atque jam , sub animi perpetua alacritate , satis integra fructus sanitatis . Urinam mingit naturali simillimam ; pulsos pro temperamenti ratione celerior fertur , & vehementior ; somnusque est brevior : frigus externum non tantam infert molestiam , quam quidem nimius solis ardor ; a mentis laboribus ac meditationibus non fatigatur , nisi tortu illis statim ab epulis nimium indulerit : tum enim motum ven-

triculi ac intestinorum debiliorem sentit, alvi urgetur segnitie, & obstructione, crebrisque ructibus, valde acidis vexatur. Sed ab hisce afflictionibus, sumto vini Hispanici, simila permixti, haustu, (ex Rhenano enim pejus habet) aut hoc minus sufficiente, exhibito pulvere absorbente, cum arcano duplicato maritato, aut magnesia alba, protinus levatur. Sub prandio utitur cerevisia, hyeme pinguiori, & estate tenuiori, ejusque binas ferme adsumit mensuras; quam non minus pomeridiano ac vespertino tempore, quantitate moderata potare suevit, cum praeclaro fructu. Cœna est parcissima, inque ea non nisi juculis velicitur; que & mane loco infusi herbae Theæ, sorbilare solet. Ceterum cavet a cibis nimium nutritivis; ne ab iis sanguis, ac semen, nimis augeantur.

Statura prædictus est graciliori, corpore que strictiori, neque tamen a veneficationibus, quas olim, dum hamoptysi vexaretur, crebras ac copiosas instituere debuit, unquam debilitatem sensit; nec a veneris frequentiori exercitio, virium jacturam patitur. Sub concubitu semen iusto citius, ac inopinato ejaculatur; quem si per duas tresve hebdomades haud exercuerit, semen inter nocturna ludibria elabitur, cum egregio corporis allevamento. Quod si vero pollutiones ista nocturnæ, ob haustum pridie liberalius vinum, suboriantur, virium imbecillitatem secum ducunt.

Junior adhuc, ex quovis formosæ pueræ aspectu, aut fortiori corporis motu, insigniores passus est colis erectiones, cum insequuta, post levissimam penis contrectationem, valida seminis ejaculatione. Neque vero ante matrimonium, quod octo abhinc annis subiit, ullam cum sequiori sexu consuetudinem habuit. Dietam observat strictissimam, & immobilem vini potum cane pejus & angue fugit: huicenim si præter consuetudinem indulserit, præter languorem, ardoremque totius corporis, maxime dorsi dolorem, mox emacrescit; sed largius sumta per aliquot dies gelatina cornu cervi, pristinum recuperat corporis habitum.

Novissime Selteranos fontes vino Rheanno addere cœpit, sicque hoc sine molestia uti potest; sed ab usu spiritus vini, atque herbae Nicotianæ, tam in fumo, quam pulvere sternutatorio prorsus abstinet. Non minus ob frequentes pollutiones, atque præmaturam feminis in concubitu ejaculationem, cuncta studiose fugit aromata, aliaque calidiora, & acrida edulia; ac potius inter cibos lactuca, apio, petroselino, thymo, majorana, salvia, ac satyrea &c, vescitur.

Præterea ultra septendecim jam exurerunt anni, cum æger a violentiori corporis inter ambulandum motitatione, concurrente forsan temperatura calidiori, ac insigni salacitate, varicosam testiculi sinistri sibimet contraxit herniam: quam tum temporis Chirurgus quidam peritisimus, pro epiplocele habitam, simul intestinalem herniam metuens, unguentis atque hunc in finem aptatis subligaculis, sed frustra oppugnavit. Posthæc vero luculenter adparuit, herniam hanc esse varicosam, sive cirsocæle; quemadmodum ad sterile conjugium, symbolam quoque suam conserat, in dubio relinquitur. Interim hæc eadem sterilitas movit hunc conjuges, ut ejus medelam, si forte fuerit possibilis, querant.

Quo quidem loco in mentem revoco, quæ in LANGII dissertatione de sterilitate, ipsius operibus theoretico practicis Parte 3. inserta, §. 27. de conjugum inæqualitate relata legi: *Sterilis*, enim inquit, redditur concubitus, si etatis, virium & constitutionis ratione impares omnino sint conjuges: mas enim ubi alacris ad hunc conflictum fuerit, fœmina autem non tam facile in estrum venereum rapiat; extra dubium jam omnia ex parte viri sunt peracta, antequam, quæ in fœminis requirebantur ad impregnationem, debito modo adornentur. Quæ momenta, in conjugum nostrorum corporibus omnino obvia, si mecum reputavero; simulque præmaturam feminis a marito ejaculationem perpendiculariter; non sane miror, quod nulla adhuc conceptio locum invenerit.

His vero vitiis obviam iturus æger;

hu-

humores temperandi , ac partes solidas roborandi fine varia adhibuit medicamina : quæ inter fuerunt absorbentia , nitro , tartaro vitriolato , & antimonio martiali Ludovici nupra ; gelatina cornu cervi ; magnesia alba , & currentis anni mense Junio , ad roborandum tonum fibrarum , quæ vesiculas seminales , atque vasa seminalia constituunt , acidulas Pyrmontanas per quindecim menses potavit ; neque vero exinde ullum ratione pollutionum nocturnarum sensit levamen . Illæ autem magis per urinam , quam alvum virtutem suam exseruerunt , nec lacte caprino , ut quidem primum intendebat vir doctissimus , permixtæ fuerunt , ne illud cum abundantate primarum viatum acido coagularetur . Præterea ante aliquot annos , una cum uxore , aquis Sedlicensibus , haud sine fructu usus est : quæ vero , cum ipsi nimium subduxerunt ventrem , ejus constitutioni minus accommodatae videntur . Verum de his omnibus , anne potius hisce conjugibus fontes Selterani , cum lacte caprino maritati convenient , aut quæ alia in usum sint vocanda , ac denique num spes prolis restet ? tuum , vir Experientissime , flagitatur judicium .

RESPONSI O CONSULTATORIA .

EX iis , quæ de binorum conjugum valetudine , ac reliqua corporis constitutione ample satis ac eleganter descripta cognovi , judicatu facillimum est , utrumq; conjugum a teneris infirma corporis structura potius , & ad varios morbos valde proclivem esse . Neque igitur mirum , quod in conjugio sine prole vivant : hoc enim , ut secundum sit , requirit , ac veluti supponit , ut in utraque parte non modo recta sit valetudo , verum etiam partes generationi dicatae omni labore , atque virio careant : quæ utraque requisita a nostris conjugibus longissime absunt . Etenim primum valde debile natura nacti sunt nervorum genus : cuius consideratio in persanandis morbis chronicis , multum profecto lucis foeneratur ; siquidem natura debi-

liores difficilius curantur , quam robustiores .

Ejusmodi vero debilitas cognoscitur partim , ut vocant , a priori , ex ipsa partium solidarum fabrica , partim ab effectibus , & consueto loquendi more , a posteriori , si ex levissimis caussis in morbos motus conjiciuntur . Primum quod attinet momentum , eo fere spectat disquisitio , quibus æger parentibus natus sit : nam forte creantur fortibus , debiles debilibus , valetudinarii valetudinarii . Quando nimirum parentes , vel nimium juniores , vel ætate proiectiores , vel etiam infirma prædicti valetudine procrearunt sobolem , haec per totam vitam deprehenditur valde debilis . Deinceps significat debilitatem ea corporis fabrica , qua illud carne molli ac spongiosa , vasis exilioribus , nervis tendinibusque tenuioribus , dentibus paucis ac vacillantibus , atque oculis minus vivaci splendore instructis prædictum conspicitur . Namque si solidæ partes sic se habent ; certo non solum concluditur , verum quoque observatione confirmatur ; eas convenienti robore , humorum circuitum facilitandi , atque hinc salutares se & excretiones rite adjuvandi , esse destitutas . Hinc facillima est caussarum extra corpus positarum , saepè levissimarum in ejusmodi corporis partes actio : quin & animus facilius afficitur , cujus indolem corporis constitutioni apprime respondere , multiplici compertum habemus experientia . Unde porro ratio patet , quare infirma ejusmodi corpora , ex levi quodam victus errore , in præternaturales , ac satis graves saepius incidunt co-motiones .

Iisdem etiam corporibus proprium quasi , ac familiare observamus , ut in juventute copiosum e naribus fundere soleant cruentem , eaque excretione minus rite succedente , varias capitatis affectiones patientur ; tum , accidentibus vita sedentaria , profundisque meditationibus , spasmis , flatulentis , aliisque hypochondriacis passionibus infestentur ; atque ex fortiori quadam humorum , vel per potus vinosos , vel ex can-

candescerentiam facta ex agitatione, in cruentum e pulmonibus sputum, quod sepius tabi pulmonali viam sternit, incident. Neque vero haec sola sunt, quibus subjici solent, incommoda; sed ob languentem vim digestivam, chylus generatur minus laudabilis, lympha elaboratur minus generosa, atque nervorum fluidum, a quo legitimo vegetus musculorum dependet motus, minus spirituosum preparatur. Tali ratione tota humorum massa, a blanda ac naturali crasi recedit; & propter impuritatem, & acrimoniam, quam sovet, caussam praebet doloribus arthriticis, rheumatismis, hemi-craniis, efflorescentiis scorbuticis, affectionibus catharralibus, tussi, coryza, atque febrilibus commotionibus; quae, quo inconstantior tempestas fuerit, eo certiores incident.

Hac ita diducta, si ad subjecta, de quibus nobis sermo est, adplicemus; facile cognoscemus, cur illa debito quoque in generationis negotio deflituantur vigore. Verum ipsa partium genitalium constitutio, quae in nostris conjugibus ad obtainendam prolem minus recte comparatae videntur, aliquam adhuc meretur attentionem. In marito quidem multa sunt, quae id testantur, momenta. Namque pollutiones nocturnæ, a longis jam annis ipsi molestæ, seminisque præmatura, & a leviori idea provocata ejaculatio, luculento sunt documento, vesiculosas semifinales, aut potius ductus atque canales illos membranaceo-nervosos, qui semen vehunt, insigniter relaxatos, atque adeo debilitatos esse, ut vel a nimia seminis abundantia, vel illius quadam acrimonia, ad justo celeiorem contractionem, spermatisque emissionem, facile proritari possint. Accedit præterea varicosa, qua laborat, hernia: quam enim haec ob cruem a testibus per venas spermaticas, quarum perpendicularis, & a principio valde remotus est situs, difficilis regredientem, atque hinc in dictis partibus stagnantem suboriri solet: facilime fit,

Hoffm. Consult. Med.

ut stagnans sanguis serosam dimittat portionem; quæ permixta semini, quod ad obtainendum secundum concubitum, coctum, atque maturum esse debet, illud reddit iners, nimis tenue, & ad generationis negotium prorsus ineptum.

Uxorem, quod attinet; in ea quoque uterus ad debitam conceptionem neutram videtur opportunus. Quod si enim consideravero, eam a multis jam annis, inordinato mensium successu, & albo fluore laborasse, nonque solum cruentum atrum, spissum, fetidumque, verum etiam sub balneis Pyrrhotontanis insignem truci quantitatem, ex utero, ejusque glandulis profudisse; neque minus flatu e muliebribus interdum prorumpere, eamque ante menstruorum perruptiōnem, grave in abdomine pondus sentire sueruisse: nihil inde aliud conjicere possum, quam uterum a tono ac robore suo naturali dejectum, & sanguinis per ejus vasa circuitum esse inæqualem; ideoque ad secundum concubitum minus idoneum; maxime cum hujus nullam utique sentiat cupiditatem.

Quæcum ita ~~est~~, explicanda jam erit curatio. At quantis haec in tollendis vitiis, quæ uti totum corpus, nervosarumque partium systema, ita speciatim partes generationi dicatas, jam diaoccuparunt, sit circumsepta difficultatibus: experientia satis docet illos, qui infrequenti artis versantur exercitio. Nihil tamen minus non omnis, in procurando secundo conjugio, spes est semper abjicienda: siquidem non pauca mihi occurserunt exempla, ubi in ejusmodi casibus, utatis mutatio, recte institutum vivendi genus, atque præsertim conveniens aquarum mineralium, maxime quæ leniter tonicam, ac roborantem virtutem possident, veluti martiata Bebraenses, ac Lauchstdienses sunt, usus, votis egregie satisfecerunt; atque generandi vigorem restaurarunt.

Quod si igitur nostrum præsertim consideravero casum; commendarem primum utriq; conjugum pro potu ordinari

L aci-

acidulas Selteranas , vino Rhenano nuptas ; iisque moderatum , sed quotidie repetitum corporis exercitum , marito quidem perambulationem magis , quam ventionem ac equitationem instituendum injungerem . Deinceps ambobus profutura censerem remedia ex succino parata , sive fuerit succinum præparatum , cum sale tartari , cancerorumque lapidibus mixtum , sive illius essentia , non nimium spirituosa , i. e. cum spiritu vini parum rectificato , & lixivio salis tartari confessata : neque minus insignem præstabit utilitatem infusum theiforme ex herba mentha , pulegii , melissæ , ac citri corticibus compositum , loco decocti Theæ pariter ac fabarum Coffee sorbillandum ; quibas denique venæflectiones , bis quotannis circa singula æquinoctia institutæ , jungantur necessæ est .

Speciatim uxori perquam opportuna erunt pilulæ balsamicæ , ad Becheri , Stahlii , vel meam mentem compositæ , quarum quatuordecim per aliquot succelsive dies circa menstruarum tempus sumendæ sunt . Ex topicis vero vehementer laudo balsamum meum vitæ , a marito regioni pubis , atque per inæquæ inungenundum ; uxor autem , ut ad roborandum uterum , ipsi imponat epithema , ex vi no rubro Gallico , mentha , caryophyllis , chamomilla Romana , ac torem marino coctum , auctor sum suasorque . Atque hæc commendata remedia , si rite fuerint adhibita ; non dubito , fore , ut nisi naturale oblitus impedimentum , fœcundum insequatur conjugium .

Relatio ulterior .

Ultterius significaturus , quomodo con-juges nostri post adhibitam , quam proponuit vir Illustris , medendi rationem habuerint : præmonenda duxi quædam momenta , scitu perquam necessaria . Uxor , de qua sermo est , parentes ambo vix octodecim annos nati fuerunt , cum matrimonii subjerunt leges ; pater robustus , corpulentus , sanguineo-chole-ricus , alacris , laboriosus , ceterumque sanus , anno ætatis , demum sexagesimo

octavo , ictero nigro , ex imprudente repulso in regione hepatis erysipelate inducto , peremitus fuit : mater autem , tenerioris constitutionis , atque mediocris stature matrona , decem collectim sœtus , & ex his nostram mulierem , octo ultra viginti annos nata exclusit . Mariti pater triginta tres annos egressus , nupsit virginis viginti quatuor annorum : quæ binis post initum matrimonium annis , vigesimo sexto ætatis peperit virum , de quo nobis sermo est ; atque tres adhuc filias , hec tæca peremtas febri ; ipsa vero , superato trigesimo tertio ætatis anno , rectissime semper valens , febre petechiali maligna occubuit . Pater , licet tenerioris ac sensibilioris fuerit constitutionis , & olim juvenis intra duodecim annos febre acuta biliosa , ter recidente laboraverit , perque octodecim circiter annos hypochondriacis , nephriticis , scorbuticis , arthriticisque discrucietur pathematisbus ; attamen septuagenario major , satisque robustus adhuc vivit .

Præterea uterque conjugum horum sine prole viventium , corpore pollent admodum debili ; & a levivel diæta errore , vel animi commotione , in adversam conjiciuntur valetudinem . Interim caro corporis non nimium laxa , nec tendines valde imbecilles , nec imminutus oculorum splendor , conspiciuntur ; nec dentes in iis vacillant . Verum uxor va-sis exilioribus instructa , a leni corporis motu admodum fatigatur , sed mas , capaciорibus prædictus venis , a nullis corporis laboribus , licet diuurnis , virium sentit jacturam ; cum e contrario a nimis meditationibus male habeat .

His præmissis , sciendum jam est , accepto Tao consilio , tusam fuisse & mari & foeminæ venam , ejusque incisionem circa singula iterari æquinoctia . Adhibuerunt porro non modo essentiam succini non nimis spirituofam , cum spiritu vi-ni parum rectificato , & lixivio salis tartari parata ; verum etiam pulverem , qui habebat succini præparati uncias duas , lapidum cancerorum unciam unam cum dimidia , salisque tartari unciam dimidiæ : cujus drachmam dimidiæ pro-

doss sumserunt. Mas subiecto périnæ regioni balsamum vitæ inunxit; scemina præter pilulas balsamicas, circa mensum tempus devoratas, abdomini imposuit epithema; quod ex herba mentha roris marini, florum chamomillæ Romanæ ana manipulis quatuor, caryophyllorum aromaticorum uncia una, contusis, vino rubro incoctis, facculoque inclusis erat compositum: ac denique ambo, commendatum infusum sorbillarunt.

Neque vero fructu caruerunt hæc medicamina: siquidem sub eorum ufo, maritus tantum persensit ventriculi ac digestionis robur, ut jam cibos coctu difficultiores, veluti sunt carnes fumo induitæ, cochlearæ, olera &c. quos tamen raro capit, absque ulla, aut vix notabili perferre queat molestia. Nocturnæ pollutiones obseruantur etiam rariores, vix quavis tertia vel quarta hebdomade recurrentes, & ventriculo cibis crudioribus onerato, plerumque incidentes. Nec per aliquot menes celebravit cum conjuge sua amantissima, consuetos antea coitus; & cum illos mense hujus anni Februarij, rufus exercuerit; semen non amplius premature, sed convenienti tempore, & utriusque summa delectatione, strenue profluit. Tum quoque per totam hyemem, nullis catharralibus sollicitatus fuit adfectionibus. Unicum vero, quod ipsi adhuc molestum reprehenditur intromodum, est alvi obstructio: quam summis vel pilulis balsamicis, vel sale Anglicano, lapidibus cancerorum nupto, feliciter oppugnat. Non minus, ad confortandum penitus ventrìculi, & intestinorum robur, usus est Elixirio amaro, temperato, cumque vino Canariensi confecto.

Conjux, usurpati, quæ ipsi præscri-
pta erant, medicaminibus, ab auditus dif-
ficultate, hemicrania, doloribus arthri-
ticis, atque catharris, non nisi post im-
providam corporis refrigerationem, so-
licitatur: adperitum fruitur avidiori, sed
concoctione languidiori, & alvi segni-
tie vexatur. Contra vero a siti ac lan-
guore, mane vesperique antea adfligen-
te, ardore manus potissimum pedeique

noctu urente, & furfuracea vultus de-
scedatione, nondum immunis est. Fluor
albus longe imminutior fertur; menstrua
& sine doloribus & absque reliquis mo-
lestijs succedit; at inordinatus est, & mox
anticipat, mox tardius erumpit, quin
præterito anno per aliquot menes pro-
fus siluit. Tum vero ægra rectissime va-
lente, spes fuit, eam fore gravidam;
sed mox disparuit, erumpentibus ex im-
proviso iterum menstruis. Hæc novissi-
mis vicibus, continua, nec, ut olim,
fluore albo interrupta, nec ex atro ru-
bentia, promanarunt, & interdum muco albo permixta adparuerunt. Pon-
deris denique in abdomen sensus, qui
alias hunc fluxum antecesserat, nec non
flatuum ex utero eruptio prorsus cessa-
runt.

Acidulae Selteranæ, vino Rhenano
nuptæ, non tanta quantitate hic locorum
prostant, ut invicem cerevisæ pro potu
ordinario adhiberi potuerint; quare cum
insigni fructu subfiftptum fuit sequens
decoctum: Recipe rasuræ cornu cervi,
radicis scorzonerae, passifilarum minorum
ana uncias quatuor, radicis cichorei, li-
gñi samali rubri ana uncias duas, semi-
nis scenicali drachmas sex. Conc. Cont.
D. S. species, quaræm binæ unciae in qua-
tuor aquæ mensuris decoquantur. Præ-
terea maritus, quando vino solito ma-
gis indulxit, altero mane lagænam aquis
Selteranis plenam, tepide, loco potus
Theæ haerite solet, cum insigni euphor-
bia. Iisdem quoque acidulis, mense De-
cembri, anni proxime elapi, postquam
aliqualem corporis contabescientiam, la-
guorem sudoresque maturinos percepit,
tepefactis per quindecim dies ulus est;
eo effectu, ut egregie succedentibus diu-
resi pariter ac diaphoresi, hæ molestie re-
mitterent, & ipse rufus pinguescere ce-
perit: neque minus, quando acida &
acris primas regiones occupavit saborra,
haustis his fontibus ægræ habet. Quod
balnea attinet Lauchtadiensis; non per-
mittunt negotia domestica, ut iter ad illa
instituantur; quare costulum fuit vitium,
si assentitus fueris Vir Doctissime, aquis
Pyrmontanis, que etiam sunt marti.

huc transportatis, per tres uti septimanas. Non minus proposita sunt balnea, asté ex aqua dulci, floribus chamæmeli, triticique furfuribus parata, in quibus ferrum candens aliquoties fuit extinctum: sed quo ordine, modo, atque tempore illa sint adhibenda, doceri aveamus. Ceterum adhuc notari meretur, virum ægrotantem, ideo, quod ejus pater hypochondriacus, nephriticis, ac arthriticaco-scorbuticis molestiis graviter per vices exerceatur, utique timere, ne forsitan in hasce ægritudines jure hædrio incidat; eo magis, cum novissime post iter sub cœlo gelidissimo factum, dolores utriusque maxime sinistræ manus passus fuit, quos pro chiragra pronunciis habet. Neque ignorari oportet, uxorem ejus minus regulari uti victu; nec a decocti fabarum Coffee potu abstinere posse.

Hæc vero sunt, Vir Illustris, quæ Tu subjecimus iterum judicio, etiam atque etiam rogantes, velis ulteriore nobiscum communicare medelam: & quoniam in priori Consilio, herniæ varicosæ simul imputaveris aliquo modo, quod femen excernatur misus spirituorum; huic quoque extirpande, ut opportunitum proponas auxilium, vehementer optamus.

CONSULTATIO.

Lætus ex missis mili ulterius litteris percepi, conjuges, quorum valitudinis causa eram consultus, a præscriptis medicaminibus, insigne vitiorum, quibus pressi fuerunt, reportasse allevamentum. Quoniam vero meum porro judicium desideratur; non possum, quin illud proponam. Atque quod pri-

mum attinet Pyrmontanos fontes; eos dissuadere haud possum, sed cum aquas graviores ac ponderosiores foveant, vellem ut lacte vaccino permisceantur, ea proportione, ut tres fontium partes uni laeti nubantur. Enimvero tali ratione potæ hæ acidulæ, in affectibus scorbuticis, arthriticis, ac spasmodicis, & ubi genus nervosum valde debilitatum fuit, insigniorem præstabunt frumentum, quam si sole hauriantur. Potatio hæc spatio octodecim, vel unius & viginti dierum absolvitur; & quovis sexto die intermititur; quo scilicet in balnea descendendum est. Hæc ut arte parata adhibeantur, non alienum erit; sed conveniet, iis non modo sub dicta aquarum potatione, verum etiam hac finita, per octiduum uti. Neque enim dubito, quin si corporis vitia in uxore debellentur, hæc votis ac fœcundo conjugio sit potitura. Ex pharmacis præter jam commendata, nullis opus fore arbitror: sed pro potu cerevisiam Gardebiensem, coniuncto vini Hungarici moderatus usu, collaudo.

Monendum insuper duco, inanem esse metum, quem æger sovet, ne scilicet ob hædriatiam dispositionem, arthriticis aliquando, scorbuticis, atque nephriticis infestetur tormentis: quando enim rectam observabit vietus rationem, ab iis certissime præservabitur. Et denique contra herniam, quam patitur, varicosam nihil est, quod commendare possum, nisi balnea, acidulas, ac infusa calida, humores viscidos incidentia, quæ ex herbis arnicæ, veronicæ, radice liquiritiæ, semineque sœniculi parantur. Quæ præsidia ut summum numen jubeat esse salutaria, ex animo precor.

D E M O R B I S

ARTUUM EXTERNORUM,

Et qui totis corporibus inhærescent.

C A S U S CXXI.

De atrocibus & pertinacibus doloribus cum exulceratione artuum.

Octodecim annorum virgo, annuo abhinc tempore athletice sana, ex itinere domum redux, calente corpore frigidum haurit, & hinc, retentis statim menstruis, horrendis dolorum tormentis per omnes corporis artus discruciani cœpit. Illa parum quidem remittebant, ac circa horam vespertinam quintam invalescabant, miseramque cum virium prostratione, somno inquieto, adpetitus defectu, ac corporis contabescentia stipata, per aliquot successive menses graviter fatigabant; ac brachiorum tandem contracfuram inducebant. Consulti medici ad provocandum mensium fluxum curationem dirigeant; & quidam eorum, ex arteriarum pulsa, vesperi celeriori, quam reliquo tempore, hebetam suspicatus, varia contra illam offerebat medicamina. Verum frustraneus erat omnium effectus; quin potius exacerbatis doloribus, eritis tandem ulcus succedebat. Tum alias medicorum accitus, venereum subesse contagium ratus, dedit agræ pilulas, ex extra-ais, gummatibusque sanguinem depurantibus, ac turpetho minerali, ea proportione paratas, ut singula dosis unum dicti turpethi haberet granum: quas quadraginta vicibus deglutivit. Neque vero sub hac curatione debitum observavit regimen, nec viatum; sed

Hoffm. Consult. Med.

loco decocti lignorum, quod alias in hisce præscribere solent casibus, suetam potavit cerevisiam, aerisque parum curavit injurias. Hinc factum est, ut saliva, matutino præsertim tempore, copiosius proflueret, dentes vacillarent, gingivarum caro exulceraretur, quin & foeda ulceræ passim in corpore, maxime dextro femore, pedum malleolis, ac sinistro cubito efflorescerent.

Misso igitur pilularum usu, ordinabantur decocta lignorum, pulveresque diaphoretici, & accessus subinde chirurgus foedas ulcerationes, multis frustra adhibitis, tandem ope pulverum terreorum, ac emplastri grysei, ad consolidationem perdixit. At tum nova calamitatum scena ludi cœpit: namque frontem obsidebant nodosi tumores, brachia horrendis doloribus, ad faciem usque, cum hujus distractione pertingentibus torquebantur, & in ultimis faucibus sordidum adparebat ulcus. Hoc injectis balsamis, ac usurpatis gargarismatibus persanato, atrociam tamen dolorum tormenta pertinaciter insistebant, & consumto magis magisque corpore, ægra moribundæ videbatur simillima. Vocatus medicorum tertius, medicinas ordinabat sudoriferas, decocta nitrirum & essentias lignorum, cum spiritu tartari & cornu cervi permixtas: sed his quoque in cassum adhibitis, chirurgus quidam propinabat pulveres, quorum singula dosis sex mercurii dulcis continebat grana, & quovis mane, hausto desuper decocto calidiori, cum regimine sumebatur. Sudores mitigabant paullulum

cruciatus; reliqua vero persistebant symptomata, nonque solum fauces cum gingivis intumescebant, atque deglutitionem impiediebant, verum quoque totum corpus obsidebant foeda, profundaque ulcera.

Ego tandem in consilium accessitus, manus primum tam intricato, ac in veterato malo admoveere recensavi; donec multis fatigatus precibus, sequentem in modum adgrederer curationem. Dedi primum pilulas, quarum haec erat formula: Recipe extracti panchymagogi Crollii, cardui benedicti, gummi ammoniaci depurati grana semis, pulveris croci, castorei ana scrupulum unum. M.F. pilulae, ex scrupulo, numero quinque apparandæ, quas primo biduo, singula deglutiebat vespера; sorbillatis altero mane infusi veronicę decem vasculis. Sequentibus quinque diebus, jussi eam quotidie in balnea, ex aqua pluviali, furfuribus tritici, atque cineribus clavellatis parata, non nisi tepidiora descendere, iisque jugulo tenuis insidere. E balneo egressa, ut in lectum se conferret, imperavi, atque mensuram dimidiā decocti calidioris, quod mox sequetur, sorbillaret: Recipe radicis sarsaparillæ uncias quatuor, scrophulariæ, chinæ, scorzonerae, ligni laetabras ana uncias duas, radicis pimpinellæ, vincetoxicici ana unciam semis. Conc. Cont. D. S. Species, quarum unciae tres, ex binis aquæ mensuris, per tres horæ quadrantes, in vase clauso decoquantur. Eadem species, post decoctionem relictae, cum tribus aquæ mensuris infusæ, additisque passularum minorum uncia, & radicis liquiritiæ drachmis binis per horam dimidiā decoctæ, præbebant potum ordinarium, in vicem cerevisiæ adhibendum.

Hunc alternum pilularum, balneorumque usum, bis adhuc dicta ratione iterari suasi; atque, ut subinde externum, frigidumque vitaret aërem, a cerevisia caveret, cibis magis assis, quam elixis vesceretur, ac interdum decoctum avenæ, oleo amygdalarum nuptum sorberet, præcepi. Sic remittebant sensim artuum dolores, ac contractura; ulcera, extrinsecus unguento digestivo, interdum

cum balsamo vita remixto; purgata coalescebant: accedentibus copiosori sputationi, fauciumque intumescentiæ, gargarismatibus, quæ ex salvia, mastiche, radice glycyrrhizæ, passulis majoribus, floribusque rosarum rubrarum, aquæ & viño rubro incoctis parata erant, succurrebatur; frontisque tumoribus emplastrum imponebatur, balnei tempore dumtaxat remotum, quod sic se habebat. Recipe emplastri Viginis cum mercurio unciam unam & semis, balsami sulphuris therebinthinati drachmas duas, camphoræ, croci ana drachmam unam. M. F. i. a emplastrum.

His per quatuor hebdomades rite usupatis factum est, ut consolidatis ulceribus, soplitisque doloribus, appetitus rediret, corpus pinguisceret, & ægra priorem perfecte recuperaret sanitatem.

Epicrisis.

Exhibet nobis hujus morbi descriptio symptomata acerbissima, quæ procul omni dubio, non tam a caussa interna, nimirum corruptione & impuritate humorum, ex impeditis excretionibus, & potissimum mensum suppressione orta; sed potius a caussa externa, scilicet miasmate, ex impuro coitu suscepto, suam trahunt originem. Hoc enim non tantum gravissimi dolores, qui periostium, atque artuum ligamenta obsidient, & circa tempus nocturnum exasperantur, sed etiam exulcerationes, atque tubercula faciei, in fœtidam corruptionem abeuntia, satis abundeque testantur. Accedit etiam illud, quod hujus mali contumacia, quæ variis remediorum generibus, sanguinem diluentibus, ac depurantibus, valde resistit, non nisi heroicis, atque ex minerali regno petitis medicamentis expugnari potuit.

Illud extra dubium est, malum venereum multo magis exacerbari, & saevioribus stipari symptomatibus, si corpus muliere invadit, quod mensum suppressione simul laborat. Crescit enim, atque au-

augetur ita humorum impuritas, & frequenti constat observatione, ejusmodi contagium in corpore impuro cachectico, vel scorbutico sulcepsum, & agrotantibus & medicis negotium facessere: quoniam vehementia symptomatum subinde invalefcit, qua non adeo facile cedit remedii. Longe autem felicior res succedit, quando corpus, quod puris & benignis humoribus gaudet, contagio venereo inficitur.

Perversa hujus mali medicatio cumulum ipsi addidisse videtur. Nihil enim perniciosius est, quam in ejusmodi morbis mercurialia sive interne, sive externe, sine debito regimine usurpare, preseftim, quando excretiones non satis refe succedunt. Improbamus hoc loco refractum usum turpeti mineralis, dum quotidie ad granum unum per quadraginta dies sumum fuit, neglecto regmine diaphoretico, & intermisso uolu diluentium. Ea enim est mercurialium indoles, ut intus sumta fibras nerveas, & maxime glandulas laceffendo, motum lymphæ adaugeant. Si itaque excretio humorum exagitatorum impedita fuerit, & particulae medicamenti virulentæ intrus remaneant, non solum benigni humores magis magisque corrumpuntur, sed etiam tonus ac robur solidorum labefactatur. Unde plura, eaque tristissima exstant morborum exempla, qui a salivatione mercuriali, non rite administrata, suam habuerunt originem.

Discimus vero ex hac male succedente cura mercuriali, luis venereo sanationem certa methodo, convenienti ordine, ac debito regimine esse administrandum. Non igitur mirum videri debet, quod medicus in auxilium vocatus, convenienti ordine adhibito, pertinacem hunc morbum cum omnibus symptomatis felicissime extirpaverit.

C A S U S CXXII.

De maculis & tuberculis totum corpus, & faciem pertinaciter occupantibus.

Litterarum cultor, trium ac viginti annorum, habitus corporis strictio-

ris, nullas a teneris scorbutici humorum inquinamenti notas exhibens, nec parentibus tali labore infectis natus, binis abhinc annis, cum per biennium Lipsiæ jam commoratus esset, in dextra tibia supra malleolum, ex improviso sine evidenti caufa obortum sensit dolorem, ruboremque; qui parum curatus, ad totum pedem excurrebat, inque plura illius ulcera definebat. Domum reversus, ope medicaminum internorum pariter ac externorum, decoctorum ex appropriatis herbis ac lignis confectionum, laxantium, ac balneorum, intra octodecim hebdomades ab hisce vitiis, qua præter vehementes pedum dolores, nullas intulerant molestias, nec adpetentiam, nec somnum turbaverant, penitus ac felicissime liberabatur.

Personatus Halam se contulit, ibidemque coelo existente fervidiori, in corpus pugnando in palæstra nimis calefactum, cerevisiam frigidam, eamque Löbegnensem, larga ingessit quantitate. Brevis post maculae purpureæ primum sparsim in facie, mox copiosiores, ac tandem per totum corpus, inque primis manuum cutim efflorescebant. Consultus medicus, ut vena incidetur, deinde corpus dato laxante per biduum purgaretur, tum per quinque dies infusum theiforme cum regimine diaphoretico forberetur, atque decoctum convenienti pro potu ordinario adhiberetur, imperavit. Quorum medicaminum usu quinques alternato, maculae magis elevatae squamulas dimittere coeperunt; tunc partim evanescabant, partim pallidiores evadabant: sub intensioni vero frigore & latius vagabantur, & magis cœruleæ adparebant; haustoque copiosius vino, humorum ebullitionem, vultus ardorem, majoremque exanthematum ruborem persentiscebant. Tandem vero tantum non omnes disparebant: at elapsi bimestri denuo recrudecebant.

Iterata superius dicta medicatione, rursus evanescabant; sed incertis nihilominus temporibus, maxime si vino nimis indulserat, iterum propullabant. Hanc scenam ultra annum tempus ludebant; neque præterea habebat

juvenis, de quo conquereretur: etenim ciborum adpetentia, somnus, atque cunctæ corporis functiones succedebant optimè. Ipsæ maculæ interdum hinc inde molestum inferebant pruritum; cui si scalpendo faciebat satis, furfures ipsis inherentes secedebant, sub quibus exile ulcusculum, faniem parciissimam plo-rans, maxime in mento, ac angulis labiorum, crusta obductum cernebatur: quod aqua mercurialis, quam mercurius in aqua forti solutus, inspissatus, atque cum spiritu vini rectificatissimo permixtus constituebat, felici successu consolidabat. Ejusmodi maculæ, ubi desicabant, colorem primo obscure rubicundum, mox flavum, tandemque pallidiorum inducentes exspirabant. Præterea in cute brachiorum pedumque tactu explorabant tubercula minora ac duriora.

Tandem in usum revocata superiori curatione, adjunctoque pulvere quodam, totum malum feliciter expugnabatur. Ea vero ut innotescat, sciendum est, infusum, quo æger per binos dies purgabatur, sic se habuisse: Recipe radicis polypodii unciam unam, rhabarbari eleeti, foliorum fennæ sine stipitibus ana unciam semis, agarici trochisciati, cermoris tartari ana drachmas duas, seminis scenicali drachmam unam. M. F. species, quarum dramna una, aqua fervente infusa, instar potus Thee for-beatur. Deinceps infusum, quod profudore eliciendo potaverat, hoc erat: Recipe herbae veronicae, scordii, cardui benedicti ana manipulum unum, florrum sambuci pugillos sex, anisi stellati drachmas duas. M. D. Pro potu ordinario utebatur sequenti decocto: Recipe radicis farfaparillæ uncias sex, ligni Guajaci, radicis chinæ, scorzoneæ ana uncias duas, passularum minorum uncias 5. M. F. species, quarum uncias tres cum quatuor aquæ mensuris in vase clauso probe decoquuntur. Pulveris denique, cuius novissima fit mentio, hæc erat formula: Recipe cerussæ antimonii, lapidum cancerorum ana drachmas duas, cinnabaris præparatæ drachmam unam, sulphuris antimoniij rite

præparati grana duodecim. M. F. pulvis, cuius drachma pro dosi sumatur.

Epicrisis.

Sunt aliquot egregiæ observationes, ad illustrandam non minus pathologiam, quam ad praxin stabiliendam valde idoneæ, quibus præcedentis casus commemoratio medentes instruit.

Primum enim apertissime demonstrat, efflorecere interdum in facie, & reliquo corporis ambitu maculas purpureas, cum tuberculis, quæ citra ullum venereæ luis contagium cutim exulcerant. Non enim æro conflictandum fuit cum his symptomatibus, quæ alias huic malo consueta, & familiaria deprehenduntur, veluti sunt acerbi artuum dolores, potissimum noctu infesti, atque ingens virium languor, qui infectionem hanc presso pede insequitur. Neque harum macularum origo ad scorbuticam diathesin referri potest, quoniam signa, quibus illa manifestari solet, nimirum exulceratio, & putredo gingivarum, urina rubicunda, languor corporis, livor faciei, ac denique macularum in cute magnam superficiem habentium, cum coeruleo colore adparentia, hic penitus desiderantur.

Luculenter exinde perspicimus, quare ratione in corpore sano, & puro ingens impuritas ac descedatio cutis repente generari possit. Hæc enim in præsenti causa hæud aliunde provenit, quam ab immodico haustu potus frigidi, in corpus motu & exercitatione calefactum ingestu; cuius magnam vim esse in producenda gutta rosacea, non semel, sed multoties adnotavimus. Videtur autem nobis generatio hujus mali, hunc posse in modum contingere: Sanguis lentus, ac spissus vehementiori motu, & exercitatione corporis, rapidissimo cursu ad minima vascula subcutanea propellitur; accidente jam potu frigido, qui ex sinu ventriculi, cum reliquo sanguini alveo ad corporis superficiem fertur, protinus motus humorum sistitur, qui ubi statim conceperint, relaxatas

bras

bras erodunt ; atque exulcerant . Quam difficulter autem cutis textura , quæ tota nervea ac fibrofa est , destruta redintegretur ; eos haud fallit , qui frequentius in artis operibus versantur . Quo minus mirari oportet , quod hic affectus adhibitis licet admodum efficacibus , eique apropriatis remediis , laxantibus , diaphoreticis , sanguinem depurantibus , non tamen ex toto debellari potuerit ; quippe quem ternis vicibus repullulasse accepimus .

Illud in primis in hoc casu notandum est , quod tumores quidam subcutanei in artibus deprehensi fuerint ; qui sane nihil sunt aliud , quam glandularum intumescentia , quibus efficitur , ut lympha liberò suo progressu ac transitu orbata , hinc inde in vasis subsistat ; ipsaque mora quandam acrimoniam concipiatur . Habent enim hæc tubercula communem caussam cum maculis , quæ in cute effloruerunt , frigidam scilicet potionem , quæ lymphæ coagulum ac spissitudinem inducendo , obstructionibus glandularum caussam , & occasionem subministrant . Atque hinc est , quod ejusmodi cutis vitia non prius deleri possint , quam illi glandularum infarctus resoluti fuerint , id quod toties totiesque compertum habemus .

Observatione dignum est , quod con tumax scabies , aliaque cutis defoedationes , quæ saepius revertuntur , frustra tentatis omnibus aliis remediis , non facilitiori modo extirpari possint , quam si dia phoreticis misceantur mercurialia , & sulphurea mineralium , quæ externe etiam adhibita præstantissimam opem ferunt . Exquisitam enim vim obtinent , tenuissimos ductus penetrandi , unde & subsistentes humores potenter resolvunt , & glandularum obstructions promte expendunt , ita prorsus , ut in expugnanda lue venerea omnibus aliis remediis antecellant . Ex quo sane planum , ac perspicuum evadit , quam generosa virtute instructa sint medicamenta chymica , quantumque valeant ad debellandas passiones chronicas , quarum contumacia levioribus remediis ægerrime superatur .

C A S U S CXXIII.

De affectu pustulari pruriginoso .

VIR quidam ætatis consistentis , tribus abhinc mensibus , media hyeme , sub nuptialibus festivitatibus , saltando corpus insigniter commovit , atque postridie aeri frigido , humidoque diu exposuit . Hinc eadem adhuc vespera catharrali faucium affectione infestatus , elapo triduo podagra prehenditur , satis miti , & post dierum quatuordecim decursum evanescente . Sub hac ex improviso , dolore quodam circa dorsi spinam in latere sinistro noctu corripitur : quem locum , cum expergefactus , leviter inflamatum conspiceret , linteisque calefactis soveri curaret , obsidebant pustulæ cum insigni dolore . Sequenti nocte a spine dorsi per sinistrum abdomen erumpabant efflorescentia , instar lichenum ; tumque sequebantur pustulæ , in majores sensim vesicas coeuntes ; quæ ob insiginem , quem infrebant , pungentem dolorem , dissecatae serum plorabant liquidum . Nullus in externa cute adparuit tumor ; molesta autem intus vexabat sensatio , ponderis cuiusdam , cutem inter ac musculos innati , quod ad levem contactum acutissimas exhibebat puncturas ; atque jungebantur alvi segnities , perpetuæque vigiliae .

Oppugnabat hæc symptomata medicinis leniter diaphoreticis , antispasmodicis , externe cataplasmatibus ex herbis emollientibus , quæ ingentem excitabant pruritum : & frictiones per calidiora linteæ , dolores relinquebant , quales acus cuti inferunt : spirituosa vero proflus exasperabant malum . Mane loco infusi herbæ Theebois , decoctum radicis chinæ , sarsaparillæ , pimpinellæ , hermodactylo rum , atque ligni sassafras potabat ; & ex hoc ter quotidie triginta guttas Elixirii nervino-stomachici , quod essentiam corticum aurantiorum , calcariæ , gentianæ rubræ , liquoremque anodynūm habuit , adsumentebat . Quibus votis nondum respondentibus , novissime dolenti

regioni applicabat emplastrum diachylon compositum diaphoreticum, cum spermate ceti, castoreo, camphora, atque croco subactum: quod loci istius ludorem, majoremque pruritum movebat, mox vero insigne levamen inferebat. Interim quem in dicto sinistro latere adhuc presto sit locus, qui tensivum, & ad quemvis contactum, pungentem refert dolorem, ad hunc penitus expugandum, salubre anhelat consilium.

CONSULTATIO.

Singularis, quo cum per aliquot mens vir spectatissimus conflictatur affectus, non aliud est, quam pustularis scorbuticus, a dyscrasia humorum, salsis, acribus, impurisque sordibus referorum originem trahens. Hanc in sanguinis massa jam diu delituisse, vero est simillimum; quum autem ager sub memoratis nuptiis, gulæ forsan nimium indulxit, dein corpus vehementiori salutatione exagitavit, ac brevi post sub frigido diutius versatus aere, salutarem perturbavit transpirationem, commovit utique, ac quasi fuscitavit silentem haec tenus hostem. Unde catharrales primum faucium affectiones, ac podagricos pedum dolores expertus; his per metastasis ad dorsi spinam retrocedentibus, in molestum illum, quo adhuc laborat pustularem pruriginosumque incitat morbum.

Quum vero istæ efflorescentiæ, salutari plane consilio, ad cutis superficiem sint compulsa, eo respicere decet medentem, ut naturæ ductum sequatur, iis potissimum utatur remediis, quæ integrum sanguinis ac humorum massam depurandi, sialaque scorbutica attemperandi, ad exitum disponendi, & per alvum cutimque e corpore proscribendi virtute pollut. Quo quidem fine in hisce casibus pro potu ordinario præscribere suevi decoctum, ex radice scorzonerae, farfaparilla, liquiritiæ, ralura cornu cervi, semineque foeniculi paratum. Deinceps, bis quavis hebdomade corpus infuso manato, rhabarbarino, cremo-

ri tartari nupto purgari; reliquis diebus mane liquorem meum anodynūm, cuius tres partes, cum una spiritus bezoardici Bussii, vel tintura bezoardica sint remixtæ; vesperi vero, ad promovendam transpirationem, pulverem diaphoretico-cinnabarinum adhiberi curio. Non minus iis, quorum ventriculus fert, potum seri lactis eum insigni fructu commendare soleo. Ex topicis emplastrum Barbette camphoratum, cum oleo hydroscyami subactum, vel solus spiritus vini, leviter rectificatus, partique dolenti inunctus, egregium adferre observantur adjumentum. Quibus remediis, per aliquot hebdomades continuatis, si perficietur hæc molesta adfectio; excellentissimum in totum corpus inde resultabit emolumentum.

CASUS CXXIV.

De atonia partium post insultum apoplecticum.

VIR quidam ætatis consistentioris, post ingentem diuturnumque mereorem tribus abhinc annis apoplectico correptus insultu, loquelle impotentiam per aliquod tempus retinuit, sinistrique brachii paralytodeam resolutionem. Ab his molestiis congruis medicaminibus, unguentis, fotibusque vindicatus, in novas incidit. Namque primum insignis muci viscidi, tenacisque copia fauces, maxime linguam occupabat, tam largo proventu, ut cultro abradi, nullis vero medicinis extirpari potuerit. Successu temporis sponte imminutus dictæ pituitæ a faucibus affluxus, ad partes, ac viscera, chyli elaborationi interfientia vertisse, iisque obturatis, legitimum corpori nutrimentum subtraxisse videatur: siquidem totum corpus adeo contabescere coepit, ut medicus quidam, nisi integra, qua ægrotus fruebatur, ciborum adpetentia, & urinæ sufficiens miscio obliterint, veram suspicatus fuerit atrophiam. Hanc vero alter medicorum, quorum quinque tunc consuluerat, omnino acculabat; tertius supponebat atonię.

niam glandularum, quæ in ore sitæ sunt; & hinc pendente nimium pituitæ, neque purulentæ, neque foetida, sed albuni ovorum similis effluxum: quare vomitoriorum usum commendabat. Quidam haud incelebris vir valde collaudabat aquas Selteranas, laeti nuptas; etiam ægrotans, confirmantibus id consilium scriptis Hoffmanni, quæ in hunc finem legerat, cum lacte caprino, per octo circiter potavit hebdomades; atque tum, accidente pedum tumore, omisit. Interim id sequebatur incommodi, ut pingue sceret quidem superior corporis pars, & pedes detumescerent; sed insimul adeo emarcescerent, ut nihil fere carnosæ iplis superesset substantia: præterea ardor ventriculi, maxime circa horam tertiam per meridianam sæpen numero vexabat, nec cedebat prius, quam donec, intruso suacibus, digito, multa pituitæ quantitas fuerit eructata.

Novissime igitur nullus adparet tumor; at vix unus vel alter effluxit mensis, cum ex improviso gravi colica, ea que flatulenta prehenderetur. Flatus tenti magna in canale intestinali movebant muramura; & alvus claudebatur pertinaciter, donec infusis ano quinque successive clysteribus, qui habebant lac, oleum olivarum, & sal commune, copiosissimæ moverentur dejectiones, cum stercoreibus albis, & muci albi tenacisque insigni quantitate conspicuae. Abhinc vero ciborum urgetur fastidio; & si præter appetitiam assumferit forsan edulia, eruat primo post molestos conatus multum muci; tum sequuntur laboriosi vomitus, & hos excipit intestinali flatulenta distensio, & alvi contumax obstructio. Hæc nulli subsidiis, nec nitrosis, nec roborantibus, nisi solis clysmatis referari potuit; ut ideo medici nimiam intestinali atoniā, ab insulto apoplectico reliqtam, & roborantibus oppugnandam accusarent. Nec silentio prætermitti debet, hasce colicas ac flatulentas molestias, olim cum pedes essent tumidi, neutiquam exercuisse; his autem sponte, absque ullo adstringentium medicinarum usu detumescientibus, demum successisse. Justis-

sima hinc resultat suspicio, ne tandem insequatur tympaniticus tumor; a quo ut præcaveatur, & a presentibus restituatur ægritudinibus, tuum, Vir Illustris, flagitat consilium.

CONSULTATIO.

Summa symptomatum, quibus post persanatam apoplepticam linguæ potissimum, atque sinistri brachii resolutionem, quantum quidem ex datis ad me litteris percepi, Vir consultissimus premitur, ea est, quod primum insignis muci spissi viscidique copia linguam faucesque obliterat; quæ subinde cum saliva pariter ac cibis deglutita, vim ventriculi digestivam labefecit, & corrupto nutritio succo, totius corporis tabem induxit. Hisce tandem accessit flatulenta colica, & contumax alvi obstructio: qua ope clysterum, multum pituitæ secum ducentium, reserata, crebris vexatur vomitibus, & depravata laborat concoctione. Cuncta vero hæc symptomata, meo quidem arbitrio, ab atonia sive robore ac vigore partium nervosarum ac fibrosarum, post apoplepticam accessionem, deperditio, primam traxerunt originem. Namque ob resolutioni partium solidarum robur, plerumque fit, ut succi vitales per illas tardius progradientur, serosi autem ac salivales humores hinc inde secreti subsistant, & propter diurniore stagnationem in faucibus, œsophago, ventriculo, ac intestinali, spissam tenacemque acquirant indolem. Hinc porro, destructo motu intestinali peristaltico, alimentorum digestio perversitur, ac chylus iners, minusque spirituosus generatur: unde uberior flatuum, abdomen & ventriculum distendentium proventus, & alvina obstructio, presso sequuntur pede. Nec itaque vanus suboritur metus, ne etate provectioni existente, nisi congruis remedii malo obviem eamus, cachectica tandem succedit corporis depravatio.

Quare ut recta feratur medela, monendum prius duco, vomitoria, non minus, quam

quam aquas minerales tam Sedlicenses, quam Selteranas, cum lacte maritatas, in hisce morborum generibus, plus plerumque damni, quam adjumenti inferre, quippe quæ robur ventriculi, ac reliquorum viscerum jam debilitatum, magis destruendi, ac pervertendi potentia pollut. Ea potius in usum vocare decet medicamina, quæ lentam spissamque pituitam incidendi, tonum ventriculi ac intestinorum confortandi, fatus discutiendi, & excretiones salutares, quæ per alvum, cutim, ac urinam fiunt, facilitandi prædicta sunt virtute. Atque pauca profecto sunt, quæ hoc fine commendarem remedia; ex quibus primum est infusum theiforme, mane sorbillandum, quod sic conficitur: Recipe herbz veronicæ, scordii ana manipulum unum, semenis foeniculi drachmas duas, cardamomi minoris drachmam unam. Conc. Cont. F. species. Ante hujus potationem pariter, ac hora pomeridiana quarta, drachmam dimidiad ele-
ctuarii, in vino aquæ nupto adsumendam suaderem; cuius hæc est formula: Reci-
pe radicis rhabarbari unciam semis, pim-
pinelle, ari, succini præparati, semenis
cymini æthiopici, extracti centaurii mi-
noris, corticis cascarillæ ana drachmam
unam, julepi corticum aurantiorum
uncias duas. M. F. electuarium. Tum quo-
que egregiam præstabit operam sequens
mixtura: Recipe tinturæ antimonij acris,
effentiæ succini ana unciam semis, spiritus
salis ammoniaci drachmas duas. M. F.
mixtura, cuius sexaginta guttae vesperi
sub somni tempus capiantur. Et denique,
cum cerevisia hisce morbis profrus sit in-
conveniens, hujus vices commode sup-
plebit, & potui ordinario, coniuncto vi-
ni generosi usu, inferviet hoc decoctum:
Recipe radicum salsaparillæ uncias sex,
cichorei, glycyrhizæ ana unciam unam,
semenis foeniculi drachmas duas. Conc.
Cont. F. species, quarum binæ unciae
cum tribus aquæ mensuris sunt deco-
quendæ. Ceterum secundare expediet
horum medicaminum effectum recto vi-
etus genere; in quo ab animi affectibus
cibisque flatulentis & concoctu difficili-
bus, veluti sunt legumina, olera, po-

ma &c. studiose sibi cavere; & potius corporis exercitationi, cœlo existente sereno, pervectionem, vel equitatem instituendæ, probe studere, ægrotum oportebit.

C A S U S CXXV.

De defluxionibus serosis diuturnis ex hæreditaria dispositione.

Vir quidam octo & triginta annorum, temperamenti cholericofanguei, habitus corporis tenerioris, atque siccioris, animique sensibilioris, parentibus natus est valetudinariis: si quidem pater post varias, quas passus est, ægritudines tandem ascite, mater vero arthritide vaga diu cruciata, apoplectico demum insultu, ter quidem residente perierunt. Quare noster etiam, a teneris, hæreditatis quasi poenam luens, ægrotandi onus toleravit: namque puer variis defluxionibus faucium non minus, ac febribus, & tussi catharralibus divexus, his remittentibus, nono circiter ætatis anno, foedam incidit capitistineam. Huic, elapo demum triennio, persanæ succederunt bina dumtaxat ulcera serpiginosa, crustosa, crinibusque instar plicæ Polonicæ permixta, quæ utrumque capitis latus obsederunt, ac perpetuo seri acris stillicidio, ægrum ad decimum octavum ætatis annum exercuerunt: tum vero evulsi crinibus, & imposito ipsis emplastro Norimbergensi, absque internorum remediorum usu, exsiccata coauerunt.

Abhinc primum satis bene habere videbatur; sed transactis tribus annis, ex improviso vehementioribus corripiebatur iteraturamentis; que alvi obstruzione, capitis doloribus, atque seri acrioris, vicinas partes arrodentis, ex oculis paribusque stillicidio slipata, soluta post triduum alvo conquiscebant. Tum rursus per biennium valuit; quo peracto, eadem symptomata ipsum prehendebant, & per paroxysmos, qui

quotidie hora matutina nona incipientes, cum pertinacissima alvi constipatione, horrendisque capitum ac oculorum doloribus, ad tertiam pomeridianam inhæabant, octo diebus molestia erant. Consultus medicus, catharralem suspicatus febrem, dedit pulverem præcipitatem; quo vesperi sumto, magna intestinorum tortura, inque primis gravatuum in hypochondrio sinistro dolorem passus, per totam noctem inquietus discurrebat; donec sequuto mane alvi profluvio, omnes dolores, atque lymphæ falsæ per narres, oculosque filicidium simul & semel evanescerent, & ipse prorsus convalesceret.

Verum ab hoc tempore, anno nimirum ætatis vigesimo tertio, ad hanc usque diem dictis molestiis obnoxius, easque per intervalla, maxime post quamvis tempestatis mutationem, modo graviores, modo mitiores passus fuit. Fonticuli incisionem a medico quodam commendatam respuit; sed ante quatuordecim annos ex illustris Hoffmanni consilio, infusa theiformia, decocta pro potu ordinario, blanda laxantia ac temperata pediluvia, eo effectu adhibuit, ut sub hac curatione, quam ob stomachi, aquæ calidioris potuum neutquam ferentis debilitatem, haud ultra tres continuare poterat hebdomas, rarissimam mali sui accessionem fenserit. Sed hac absoluta, eadem ac olim frequenter & vehementer recruduit morbus: quem medicus quidam oppugnaturus, peccantem materiam, datus in hunc finem remedii per urinam, sudoremque eliminare studebat; at nullo modo fine suo petiri poterat. Tandem, elapsi circiter anno, sponte succedebant hæ excretiones: siquidem quovis diluculo, erumpente per totum corpus sudor copiosus, acerrimus, faciem excoriens, & pro tempestatis ratione plus minus gravem odorem spirans. Et quo largior ac expeditior promanabat dictus sudor; eo certe & rariores, & mitiores recurrebant memoratae adfectiones, præsertim, quum sub iis sudoribus, ciborum cupiditas periret, & alvi

succederet obstructio. Namque antea hæc erat paroxysmorum idea: antecedebat plerumque julto avidior adpetentia, sequebantur extremonrum frigus, alvi obstructio, somnolentia, totiusque corporis languor; tum excipiebat primum narium siccitas, dein sternutatio, & tandem lymphæ acrioris per narres & aures distillatio: quæ symptomata non nisi cerebri natum emunctione mittari poterant; & sub tempestate serena, simul tamen ventosa ac frigida gravius infestabant, quam cœlo existente pluvioso.

Languentis igitur adpetitus vigorem instauratus, & alvinæ excretionis successum adjuturus, præter pulveres temperantes, blanda laxantia, atque venæfactions, acidulis uti coepit Pyrmontanis, & subinde Egranic: & licet hæ ante binos annos cum lacte caprino potæ, vertiginem reliquerint, quæ haustis Sedlicensibus, tusaque vena, prorsus cessavit; attamen ægroti quadam reliqua symptomata insigne tolerunt solamen. Tandem vero mense præsentis anni Majo accidit, ut in febrem continuam, cum atrocissima capitum dextræ hemicrania stupram delaberetur; quæ cum febris incremento invalescerat; & quotidie hora matutina nona invaderat, duodecima acutissimum dolorem inferebat, & pomeridiana tertia remittebat. Accedebant præterea in artibus ejusdem lateris spasmодici motus, cum levi mentis perturbatione, totiusque lateris refrigeratione conjuncti: que cuncta symptomata, cum decrescente febre mitigabantur, ac denique larga solverebantur diaphoresi.

Abhinc desiderato a pristinis molestiis gaudet otio; nec illis, nisi levissimis, atque vix notabilibus, sub tempestate inimica, adficitur. Videtur igitur jam rectissime valere; & ad præservandum penitus morbum, pulveribus salinis præcipitantibus uitur, diaetæque regulas curatius observat. Cœna ipsi est prandio liberalior; sub qua haustus vini generosi sumptus, majus fert emolumentum, quam si inter prandium

capiatur. Potui ordinario inservit cerevisia Martisburgensis. Ceterum pulsus est durus, alvus paululum segnis, urina naturalis, & transpiratio horis matutinis bene succedit: sed somnus obser-vatur interruptus, ac inquietus.

Epicrisis cum consilio.

EX præmissa morbi historia, multa animadvertere licet momenta, quæ morborum chronicorum pathologiæ magnam fœnerantur lucem. Namque notari primum meretur ægrotantem nostrum parentibus valetudinariis, & præfertim matre, arthritide vaga scorbutica, & insultibus apoplectis diu vexata, fuisse natum. Hinc enim factum esse videtur, ut ille non modo succos acres, serumque impurum, verum quoque nervosum genus valde debile, ex utero quasi materno sibimet contraxerit, ac obtinuerit; & hinc a prima statim infantia, ob seri impuri nativam veluti in partibus glandulosis stagnationem, catharris variis, serique destillationibus laboraverit. Verum nulli fere deprehenduntur morbi, qui tam ægram admittant curationem, omnemque fere remediorum vim respuant, quam illi, qui vitiata per hæreditariam dispositionem tam fluidarum, quam solidarum partium temperie nituntur. Et inde præclarum resultat axioma, quod, cum cognitio morborum, quibus parentes laborarunt, in dijudicandis æque ac sanandis morbis chronicis, insignioris sit usus, omnem medicum de ea sibimet comparanda, ante omnia esse oportere sollicitum.

Æque notabile est, post insequitam capitis tineam, evanuisse protinus catarrhales affectiones; quoniam scilicet, fero illo impuro viscidoque, ad unum locum compulso, ac quasi concentrato; reliquæ partes ab ejus copia liberantur. Exinde patet, unam eademque causam pro varia locorum, quæ occupavit, ratione, diversas inducere ægritudines. Atque sic planissime perspici poterit ratio, cur cohibito tandem seri impuri

per ulcuscula capitis effluxu, illud magis ad interiores ac membranaceas partes, maxime narium decubuerit, hæque graviter vellicando, horrendos capitis dolores, molesta sternutamenta, & copiosum acrioris lymphæ sillicidium progeneraverit.

Docet porro hæc observatio, morbos hæreditarios, per statos circuitus plenumque rerudescere. Hi vero in nostro ægrotante atrociорibus capitis ac oculorum tormentis, se potissimum exseruerunt: quæ præsertim in regione sinuum, quos frontale os supra oculorum orbitas format, tyrannidem exercuerunt. Dependent ejusmodi dolores a sèpius memorato sero, acri, viscidoque; tunicam illorum sinuum internam, nervosam, ac pituitariam obsidente; & ab aeris mutatione, flantibusque præsertim ventis aquilonaribus, admodum exacerbantur; nonque prius cessant, quam procurato istius seri per nares exitu.

Attentione non minus dignum est, illos adfectus, quos copia seri, in parte quadam stagnantis fovet, mitigari, quin curari etiam posse, per universalem totius corporis sudorem, qui sèpius cutiū omnino arrodit, ac excoriat. Et hinc adparet, quam ingentem acrimoniā humores concipere possint, in iis maxime subjectis, quæ a primis incubabulis malignos ac impuros obtinuerunt succos.

Confirmat etiam casus noster, quanta utilitatis sint sanguinis missiones, & aquarum mineralium, inque iis Egranarum usus. Certa enim fide asseverare possum, in hæreditariis, ilisque morbos dispositionibus tam mitigandis, quam a graviori periculo præcavendis, non præstantiorem esse medicationem, quam quæ per fontes soterios, coniuncto recio rerum non naturalium, motus corporis, eorumque remediorum, quæ luctares per alvum, sudorem, ac urinam promovent excretiones, usu instituitur.

Nec silentio prætermittendum est, paroxysmos ac dolores cephalalgicos in nostro subiecto a refrigeratione extre-

morum, ingenti corporis languore, & alvi obstructione incepisse: utpote quod momentum, in omnibus morborum generibus, qua spasmoidicis motibus complicantur, & humores a superficie corporis ad partes compellunt interiores, adnotare licet.

Denique regulæ instar perpetuæ tenere oportet, quod ea symptomata, qua partem quandam frequentius exagitarent, licet, adhibita convenienti medicatione, penitus diuque conquieverint, nihilominus accedentibus forsitan aliis morbis, maxime febrilibus, mox veluti resuscitata, iterum jungantur. Sic in nostro casu febri continua protinus supervenerunt hemicranici dolores; qui febiles motus utique reddunt & acerbiores, & molestiores.

Quæ cum ita sint, & a me desideratum fuerit, ut viam potissimum monstrarem, qua ægrotus ab ulteriori mali recurso præcaveri possit: commendavimus acidulas Selteranas, cum lacte asinino, sequente in modum potandas. Sumto scilicet vesperi laxante, quod ex magnesia albæ drachma una, & salis Epsonensis drachmis duabus concinnatur, ut sequenti mane dictorum fontium, quantum lagena dimidia capit, tepefactarum sorberet; sequentibus vero diebus aquas istas, binis partibus cum una lactis asinini permixtas, lagena, qua ad continendas aquas Tœnstädienses utimur, exceptas, & intra aquam ferventem tepefactas, pondere unius librae hauriret, usq[ue]: qua potatione per tres hebdomades continuata, iterari dictum laxans, tumque finiri curationem imperavi.

Interim si sub hoc fontium usu, alvi forsitan segnities accederit; huic ut manna in iisdem fontibus solutæ binis uncias obviam eatur; quavis insuper vespera corpus moderate moveatur; & in vicem cerevisiæ pro potu ordinario sequens adhibeaturo decoctum, jussi: Recipe radicum scorzonerae, salsaparillaæ ana uncias quatuor, glycyrrhiza, cichorei, foeniculi ana uncias duas. M. F. species, quarum binæ unciae cum tribus aquæ menturis per horam dimidiæ decoctæ, coniuncto vi-

ni Burgundiaci haustu, potentur. Non minus mixturæ ex essentia corticum aurantiorum, ac gentianæ rubræ, æquali pondere permixta quadraginta, aut Elixirii balsamici octoginta guttas, sub episolis ex ultimo haustu capiendas ordinavi. Denique contra capitis dolores, si forsitan reciderint, externe fronti ac temporibus adPLICANDUM suasi balsamum meum vitæ; & sub eorum acerbitate, ut alvus, summis in hunc finem vesperi drachmis duabus salis Anglicani, mane vero quatuordecim pilularum mearum balsamicarum, servetur aperta, injunxi.

C A S U S CXXVI.

*De affectu arthritico vago sepius
recrudesciente.*

Vit quidam fere sexagenarius, ob varias refrigerationes ac fatigaciones corporis, quibus olim sub itineribus vi munieris tæpius instituendis obnoxius fuit, per viginti jam annos arthritide vaga scorbutica laboravit. Mitiores tamen semper fuerunt hi dolores, maxime si sub istis corpus in quiete, vel in lecto decumbens, vel sellæ insidens conservavit; neque tum ardorem, nec situm præternaturalem sensit. Hæc articulorum tormenta, aliquot abhinc annis in pleuritidis spuræ forma latus sinistrum diverxerunt; sed adhibitis convenientibus medicinis, ac emplastris sedata, huc usque siluerunt. Sub hujus demum anni auspiciis ex improviso atroces in dextrum latus irruerunt dolores, ægrum lecto assigentes, & non modo ob conjunctos vomitus calculum renalem mentiebantur, verum etiam ob accedentem insigniorem corporis contabescientiam, febris lentæ suspitionem movebant. His consopitis, iter ipsi rursus erat faciendum; in quo cum rapidiori cursu veheretur, recurrerant dicti lateris dextri dolores tanta vehementia, ut interrupto itinere, lectum petere cogeretur. Et convenienti methodo hæ molestia iterum conquiescebant; at relinquebant tensivum dolorem, qui mox dextrum, mox sinistrum la.

latus occupans, post incurvatum scribendi causa corporis situm atrocior urgebat; ab obambulacione vero, aut quietiori intra lectum decubitu prossus solvebatur.

Mense Julio, peracto iterum itinere, articularis recidebat morbus, totumque fere corpus, magnis tormentis distorquebat cum insigni carnosæ illius substantiæ consumptione: atque vix mitigato hoc paroxysmo, præter consuetudinem novus succedebat, longe atrocior, cumque tensivis dextræ lateris doloribus stipatus. Hoc quoque post longum tempus levato, Octobri mense ex vena in sinistro pede tusa, crux larga detrahebatur copia, floridus, & multo sero permixtus: quo facto, ingens sequebatur humorum ebullitio, ut aliquot noctes insomnes transligere teneretur. Per novem vero novissimos dies somno rursus tranquillo fruitur; & ciborum integra gaudet adpetentia. Interim nec sape memorata illa dextræ lateristensis penitus cessavit; nec vires, nec corpus pristina ceperunt incrementa: quod fere non miratur æger, cum novissimo anno, nullum plane ab arthriticis doloribus, sub vario morbi genere sibi invicem presso pede succendentibus fuerit ostium, hisque semper depascens calor, metum febris lentæ injiciens supervenerit.

Medicus quidam accusavit renis dextri exulcerationem, nisi inveteratam, saltem incipientem: verum æger calculum huic sententiæ haec tenus addere recusavit. Namque dolor in dextro latere nec perpetuus, nec fixus est; sed corpore probe calefacto evanescit, &, licet levior, ad sinistrum latus translit: ex utroque vero laterum non raro ad os sacrum, & femora decumbit, malumque format ischadicum. Neque hunc dolorem ex concusione corporis subvectione celeriori exacerbari sensit; & denique putat, futurum esse, ut vehementioribus agitaretur molestiis, si renum subeffet ulcus.

Quare anceps fere heret, cui potissimum causæ dictum in latere dextro adscribat Symptoma: mox enim, scorbuticam sanguinem dicto lateri firmius impactam, dolorem istum excitare credit: mox suspica-

tur calculum renalem. Licet enim numquam excreverit lapillos: attamen post usum pulveris cuiusdam lithontripici, materiam matula adhæsse deprehendit, quæ jamjam instar argillæ flava cornitur. Mox porro sibimet imaginatur, destruam a succis esse vim digestivam, & inde generari chylum minus spirituosum, qui causa esset contabescientia: sed cum aliud probe suo fungatur officio, nec indigesti excernantur cibi, ab hac quoque reedit opinione. Quicquid vero sit, tuum, Vir Experientissime, flagitat consilium: quo & corporis decremento ac maciei succurrere, & ab arthriticis insultibus, ipsoque, si præsto fuerit, calculo se præcavere, ac sublevare queat.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

COrporis totius languor, & contabescientia, arthritis vaga, pleuritis spuria, podagra, dolores tensivi in regione dextri renis, ac reliqua cuncta, quæ virum spectatissimum immaniter tractarunt, symptomata, unicum agnoscunt fundamentum, quod in diathesi humorum, atque lymphæ scorbutica potissimum latere videtur. Perpetuae enim est observationis, quod, si vitales ac nutritiæ succia blanda & naturali temperie recesserunt, & partibus salinis, sulphureis, aliisque excrementitiis imbuti scatent, omnis & nutritio, & vigor cunctarum sensim immunitat partium. Neque vero ex iis, quæ ægrum infestant, ægritudinibus exitium adhuc metuendum esse credo; nec ullæ febris lentæ, vel ulcerationis rerum aut vesicæ notæ exinde apparent: sed tensivus ille dextræ lateris dolor, qui tantum infert metum, a materia acri arthritica, mox ad tunicas intellinorum nerveas, mox ad renes atque vesicam decumbente, atque cum urina excreta, natales suos mutuantur.

Quare si spectemus curationem; hujus cardo in eo consistit, ut humores a solidibus ac impuritatibus ipsis inherentibus prossus liberemus. Quod quidem opus, cum arthritica scorbuticaque fabura,

instar fermenti, altas jam egisse videatur radices, perarduum ac difficile est: experientia tamen fultus, minime dubito, quin ope diæticorum medicamentum non minus, ac pharmacorum convenientium & roborantium & corrigentium, in nostro agrotante, votis simus potituri. Atque hunc in finem primum c^erevisæ usum valde improbo, ejusque in vicem potius commendo sequens decoctum: Recipe radicis scorzonerae, salsaparillæ, rasurae cornu cervi ana uncias quatuor, cichorei, glyzirrhizæ, chinæ anaunciam, seminis fœniculi unciam semis. M. Conc. D. S. species, quarum duæ unciae ex tribus aquæ mensuris sunt decoquendæ.

Deinceps horrör, ut ex vena in pede tusa, bis quotannis sanguis mittatur, non quidem tam larga, uti suevit, quantitate: quippe qua vires corporis franguntur, robur ventriculi ac intestinorum labefactatur, & transpirationis salutare negotium retardatur: sed sufficit, quatuor vel quinque cruxis detrahere uncias. Tunc quoque vivendi rectam servare oportet rationem; & ex cibis, omnes salitos, acidos, flatulentos, poma, & omne placentarum genus evitare; contra frequentius juseculis, quæ ex carne vitulina, vel gallinacea, cum radicibus petrofelinis, apii, atque graminis coquuntur, vesci: coena parciori uti, & sub prandio vinum vetus Rhenanum parce potare; nec non corpus moderate exercere conveniet.

Ex pharmacis bina dumtaxat propono; quorum unum est pulvis præcipiens, alterum Elixir meum viscerale balsamicum. Illud, qui acrimoniam temperat, & blandum promovet sudorem, pondere duorum scropulorum alternis vesperis ex commendato decocto; hoc vero ad quinquaginta guttas sub epulis astumere expediet. Et his denique usurpati, adventante vere usus vel aquarum mineralium, vel seri lactis, vel ipsius lactis, præstansissimum feret auxilium.

Hoffm. Consult. Med.

C A S U S CXXVII.

De præservandis doloribus arthriticis.

F^{ab}lagitavit quandam meam opem vir quidam generosus, atque petiit, ut explorata illius valetudine, de hac tuenda, & a gravioribus periculis vindicanda, meam exponerem mentem. Ponderatis igitur cunctis, quæ attendi merentur, momentis, deprehendi ipsum esse temperamentisanguineo cholerici, habitus corporis tenerioris ac stricioris, ad alvi ac sudoris excretiones valde proclivem facilemque, simul vero in graviore animi pariter ac corporis commotiones, dolores quoque, & acutas febres insigniter pronum. Notatu subinde dignum est, quod per naturalem dispositionem æque ac varios diætæ excessus ac errores digestivam ventriculi vim valde imbecillam obtinerit; & ideo, post levissimum diætæ vitium, multæ cruditates acidæ, viscide ac biliose in primis cumulari soleant regionibus. Hinc porro vitales succi salibus peregrinis, acribus, scorbuticis, tartareisque referti videntur; quorum fixiora atque crassiora per urinam in forma sabuli excernuntur; subtiliora vero ac volatilia ad externos artus eorumque juncturas deponuntur. Ab his itaque articularis morbus, cum ardore ruboreque affectarum partium; ab illis autem nephriticis dolores, quorum facilis in calculum renalem et transitus, excitantur: quæ symptomata autumnali ac hyemaliter tempestate, acerbiora potissimum sunt, ingentemque corporis languorem relinquunt.

Quæ cum ita sint, facile patet, horum vitiorum curationem vel præservationem aggressuro, binas proxime indicationes esse observandas, nimirum, ut vim stomachi digestivam restituat, ac novum cruditatum in prima officina proventum impedit; deinceps ipsam humorum mastam depurare, & ipsi inhaerentia salia, veram arthritidis materiam, per congrua emunctoria e corpore

M m pro-

proscribere studeat. Hisce satisfactorius scopis, commendo primum vense sectio nem; quæ, cum æger sit sanguineus, vasa cruento turgida præ se gerat, & ad humorum ebullitiones, circa æquinoctia potissimum valde proclivis obseretur, bis utique quotannis, Martio nimirum & Septembri mensibus, detractis sex vel octo cruxis uncis, in pede est instituenda. Atque circa hoc tempus studiose frigus a corpore arcere, cibisque nec nimis, nec coctu difficultoribus uti oportebit.

Post singulam subinde phlebotomiam, suadeo, ut per quatuordecim circiter dies, alternis vesperis pilularum balsamicarum, ad Becheri, Stahili, vel nostram mentem confectarum quindecim deglutiatur; sequentique mane salis mei apertivi drachma una ex aqua vi no nupta capiatur, haustis desuper aliquot insuli theiformis vasculis. Idem hoc infusum, diebus ab usu pilularum vacuis, in lecto cum regimine diaphoretico sorbere præstabit: nec alienum erit dictis pilulis & sale aperitivo, extra hanc quoque curationem, quavis decimo uti die. Ad roborandum porro ventriculum, flatus discutiebantur, & acrimoniam temperandam, præclaram opem exserit Elixir stomachale, quod ex extractis amaris, absynthii, centaurii minoris, gentianæ, corticibus aurantiorum recentibus, sale tari, myrrha, & vino Hungarico apparatur: & bis terve singula hebdomade vel ex aqua vino permixta, vel ea, quæ ex cerasis nigris distillatur, ad guttas quinquaginta assumi potest.

Ut vero salia scorbutica edulcorentur, & a sanguinis massa separantur; de potu ante omnia convenienti solliciti debemus esse, cuius vices æstivo tempore decoctum appropriatum, at hyemali cervisia bona notæ, velutie est Wuthnauensis, vel Eulenburgensis, commode explabit. Tum quoque eidem scopo serum lactis caprini inserviet, quod ex dicto lacte, ad lenem ignem decocto, & additis succi citri, ac nasturtii aliquot cochlearibus percolato conficitur; & mensibus

æstivis, Majo vel Junio, curæ loco; forbendo singulo mane illius tepefacti mensuram dimidiā, usurpari debet, conjuncte dicti Elixirū sub epulis usu. Ex aquis mineralibus præsenti affectiōni non erunt convenientiores ullæ quam Selteranæ: quas etiam cum lacte capillo maritatas, quantitate mensure unius mane forbillare, & quovis tertio die laxans ex manna, rhabarbaroque confectum interponere juvabit. Præterea in temperandis salibus scorbuticis, & demulcenda bile acri excellentissimam utilitatem pollicetur dictum sal aperitivum, si circa somni tempus ex hausto decocti commendati interdum capiatur.

Ceterum, quum in secundanda remediiorum virtute, nihil est fructuosius recto vivendi genere, huic exacte studendum erit. In primis cena sit parciōr, nec nisi forte jusculis, aut ovis sorbilibus sub ea vescatur æger: inter prandium eviteatur cibi saliti, nimis aromatibus conditi, fructus, acetaria, & cuncta, quæ fermentativum in stomacho augent motum. Seligantur potius cocti faciliores, ex quibus juscula cum spinachia, acetosa, asparago, nasturtio, ac cancris contusis parata, palam obtinent. Quicunque vero comedantur cibi, probe masticandi sunt; quoniam tali ratione facilis concoguntur, ac laudabiliorem progenerant chylum. Potuum porro recta habenda est ratio; spirituosiores enim ac vina calidiora sedulo fugere decet: interim per hyemem vino Hungarico, æstivo autem tempore, Mofellano uti licet.

Proinde corporis non omittenda est exercitatio; eaque, quoconque fiat modo, nunquam statim a pastu, sed optimè matutinis horis instituenda; ea cautione, ne sub inimico fiat coelo, nec ab ea frigidus hauriatur potus, Hanc sane iterum iterumque commendando; quoniam ex illius intermissione labefactatur digestio, cruditates in ventriculo generantur, & via ad hypochondriacam passionem panditur. Atque tan-

tandem animus quoque a mero, ac nimiis meditationibus vacuus, in perpetua tranquillitate conservari, & grato consortio erigi debet; non neglecta corporis sufficienti quiete. Quæ si observentur rite, non dubium est, quin in restituenda, tuendaque sanitate, egregium operæ factura sint pretium.

C A S U S CXXVIII.

De affectu arthritico cum peculiari manum callositate.

Matrona quatuor & quinquaginta annorum, temperamenti chole-rico-melancholici, ab eo tempore, quo per ætatis rationem menstrua cessarunt, non obstante in horum locum substituta phlebotomia annua, variis symptomatibus, nimirum doloribus capitis, adpetitus vitiis, pathematis hypochondriacis, pressorio & inflativo sinistri hypochondrii dolore, inflatione ventriculi, a pastu potissimum, cum insigni præcordiorum anxietate, & sudore frigido adfligente fuit confictata. Non minus tormentis a calculo illatis vexata, & ab his liberata, arthriticis manuum, pedum, dorsi ac ossis sacri doloribus cruciari cœpit, eo molestioribus, quum simul hernia, & ani procidentia corriperetur, & adhuc laboret. Articularis morbus cum incremente luna plerumque incipit, cum digitorum dolore, ac torpore paralytodeo, atque callo utriusque manus volam, conuento vehementi pruriu, obsidente, qui primum colore reliquam cutim æquat, accidente vero plenilunio, in nigrum ac corneam fere mutatur substantiam. Hæc post lunæ plenitudinem, in fissuras dividitur, atque tophaceam fundit materiam, qualiter nodosa exhibet podagra. Tum cutis furfurum instar secedit, tophusque corneus evanescit: donec incremente rursus luna, eadem repetatur scena.

Quare medici cuiusdam opem imploravit, qui datis interne medicinis dia-phoreticis, diureticis, essentiis, deco-

atisque lignorum, pulveribus antispasmodicis, pilulisque purgantibus, ac balsamicis, extrinsecus vero adhibitis unguentis discutientibus, nervinisque id quidem efficit, ut cornea illa substantia manus délereret; sed tormenta arthritica contumaciter inhærebant. Tandem, elapsò circiter anni quadrante, incidebat in febre intermittentem, cum purpura rubra conjunctam; sub qua singulo mane lenem sudorem passa, a cunctis doloribus immunis fuit, & relictissime valuit. Verum, cum hac febre superata, & articularis morbus, & nodosi manuum calli revertantur, nostrum petiū consilium.

Epicrisis.

Accuratio hujus morbi delineatio ferax est utilissimis observationibus, quas paulo exactius hoc loco pendere, ab instituto nostro haud alienum putamus.

Certa atque indubia constat experientia, fœminis, si quinquagesimum annum excederint, cessante menstrua purgatione per uterus, cum variis, potissimumque chronicis passionibus conflitandum esse; quibus eo facilius obnoxiae sunt, si otio indulgent, laute vivunt, parum liquidi assumunt, & quod maximum, si assido mero animum excruciant. Tunc enim facillime incident in affectus hypochondriaco-spasmodicos, qui vulgo, sed perperam, uteri vitio adscribi solent. Sæpius etiam malum scorbuticum, & cachecticum, vel dolores arthritici, aut calculosi fœminas male habent, quibus proiectior ætas hanc uterinam abstulit purgationem. Quarum calamitatum causa haud aliunde nobis petenda viderur, quam ab exuberante humorum copia, nimia-que sanguinis spissitudine, que tardiori tacto humorum circuitu, abdominis visceribus libem affricat, eorumque infarctibus, & obstructionibus, mirifice patrocinatur. Quando enim cunctatione languinis per abdominis viscera progressus, non solum secretio salivalis lim-

phæ, in pancreate & glandulis intestinalibus, quæ chylo conficiendo plurimum servit, vitiatur, sed etiam amplissimo hepatis viscere male affecto, utilissima bilis secretio depravatur, vel minuitur. Hinc vero ilias malorum pullulat, quæ potissimum in ventriculo, ac intestinis scenam suam adornant, ea producendo symptomata, quæ hypochondriorum vitio imputantur.

Multoties & plurifariam animadvertisimus, foeminas, quibus ætatis ratio menstruam sanguinis rejectionem abalienavit, doloribus ex calculo infestari, a quibus tamen antea, vigente hoc fluxu, fuerunt immunes; vel horum loco saevis artuum doloribus corripere. Nam quæ ejusmodi in statu collocatae sunt foeminae, in iis potissimum ob deficientem laudabilis bili copiam, ingens fit intra primas vias acidarum cruditatum proventus; quæ si integræ, ac immutatae deferuntur ad sanguinem, calculofæ ac tartareae concretioni caussam, & occasionem subministrant. Salia autem hæc fixiora, tartarea, humoribus intime consociata, quando cum urina non evanescunt, sed motu intestino agitata, subtiliora evadunt, exquisite sentientes membranas, ac ligamenta, quibus artus vinciantur, occupant: unde haud insolens, nec inconfuetum est, calculum resolvi in arthritidem: & hanc rursus transire in calclum. Non est igitur, quod miremur, si in ægrotante nostra easdem nocentis materiæ translationes observamus.

Valde notabilis etiam hoc in casu est callus utriusque manus volam obsidens, qui sub lunæ augmento in plures fissuras diductus materiam tartaream, topoque similem exstilavit; manifesto utique indicio, serum sanguinis glutinosum, salibusque tartareis referatum, fortiori motu ad externas partes relegatum, atque inprimis defixum suisse in volvis manuum, ob tendines copiosos, qui hisce in partibus deprehenduntur.

Illud etiam animadversione dignum

est, quod febre tertiana suborta, artuum dolores, cum calli generatione penitus exspiraverint. Frequens enim sudor, qui desæviente febris paroxysmo, largiter fluere consuevit, humorum massam a sordibus salino-sulphureis egregie repurgavit. Reversi rurtem sunt artuum dolores, febre pravis forsitan artificiis cohibita; cujus rei frequens ejus reditus haud levem nobis facit suspicionem. Ego sane sic sentio; ad solvendos viscerum infartus, ad vitiatas humorum secretiones redintegrandas, imo ad antevertendas chronicarum passionum origines, magnum in febrili motu positum esse praesidium: si nimirum certis distinctus sit intervallis: quippe cuius beneficio, & vasa obstructa referari, & viscidum humores dissolvi, omnisque generis excretiones restituiri possunt, præsertim, si medicus in id sedulo incumbat, ut saluberrimum hunc motum convenientibus remediis salinis, ac stimulantibus, debitoque regimine adjuvet. Licet autem hinc intelligere, quam male ægris consulant, qui hujus motus febrilis beneficio nec uti, nec illud in corporis salutem vertere sciunt; in eo unice occupati, ut male feriatis artificiis hos motus supprimant.

Ceterum ad hujus mali sanacionem, vix aliud quidquam magis conducere existimamus, quam fontes medicatos, in primis autem magnam spem ac fiduciam ponimus in interno thermarum Carolinarum, & externo Toeplicensium usu, cum decenti regimine instituendo. Dici enim vix potest, quanta vis insit aquis mineralibus, tam interne, quam externe usurpati, ad eradicandas chronicas passiones, quarum pertinacia, maxima ex parte, inveteratis viscerum obstructionibus fovetur; quod frequenti & attenta observatione nobis innotuit.

C A S U S C X X I X .

De malo arthritico scorbutico .

Vir quatuor ultra quinquaginta annorum , temperamenti sanguineo-melancholici , debilioris ac sensibilioris constitutionis , vita sine motu desidi , nimirumque lucubrationibus addictus , per longum tempus ex tussi secca insignes percepit molestias : quae vero ab acrimonia lymphæ derivata , & usu remediorum hanc demulcentium ita sensim imminuta est , ut jamjam non nisi minime adfligat . Præter omnem vero opinionem subito accedebant dolores , primum in latus sinistrum , atque dorsum irruentes ; & paullo post , adhibito forsan pediluvio , pedis sinistri suram tanta vehementia ob-sidentes , ut pedibus absque exquisitiore sensu inniti haud potuerit . Habebantur haec dolorum , magis magisque invale-scentium tormenta pro podagrīcīs , ma-xime , cum eadem ratione tribus abhinc annis ægrum infestaverant ; attamen ope convenientium remediorum e pedibus tandem profligabantur . Verum recrudescabant molestissimæ lateris sinistri puncturæ , ad dorsum usque excurren-tes ; & , frustra usurpati vari generis anti-hyPOCHONDRIACIS , sedativis , ac car-minativis medicinis , nec non pilulis bal-samicis , atque sale aperitivo Hoffmanni , ad huc usque diem , licet per interval-la dumtaxat , maximeque sub fortiori ob-ambulatione , vel celeriori situs corpo-ris in lecto mutatione , adfligunt . No-vissime haec , sed in cassum instituta fuit medicatio . Mane sorbillabat æger infu-sum theiforme , ex veronica , china , scorzonera & salsaparilla confectione ; & cum eo mane non minus ac hora quarta pomeridiana quadraginta guttas mixturæ adsumebat ; cuius haec erat formula : Re-cipe spiritus carminativi de tribus , liquo-ris anodynī Hoffmanni ana drachmas duas , tincturæ martis Ludovici , essen-tie castorei ana drachmam dimidiam , olei chamomillæ veri , guttas septem . M. D. Sub epulis porro utebatur essentia Hoffm. Consult. Med.

corticū aurantiorum ; & vesperi capie-bat pulverem , qui sic se habebat : Reci-pe lapidem cancerorum , matris perlārum , pulveris lumbricorum , succini , ana drachmam semis , corticū auran-tiorum , salis absynthii , radicis ari ani scrupulos duos , olei macis , cinnamomi ana guttas sex . M. D. Procurarunt qui-dem hæc medicamenta longiora dolorum i n t e r v a l l a : illos vero prorsus tollere haud valuerunt : licet ceterum integra ciborum adpetentia , somno placidiori , alvoque satis libera gaudeat ; at san-guis , qui ex tusa more solito pronuper in pede vena detractus fuit , ater seroque privatus adparuit .

C O N S U L T A T I O .

MOrbus , quo cum conflietatur vir doctissimus , omni procul dubio hypochondriaci , ex vita motus experte , multisque mentis laboribus contracti , & novissime in arthritico-scorbuticum mutati nomen tuetur . Neque enim rarum est , quod in malo hypochondriaco scorbu-tico , serum acre , impurum , vernali potissimum tempore , & salutari confilio , ad externas nervosas partes compellatur : quod in praesenti casu ad tunicam , quæ pectus investit , pleuram , & exter-narum partium membranas decumbens , harum rheumaticas ingeneravit affectio-nes . Quamvis itaque remedia , in passio-ne hypochondriaca , & primarum via-rum vitiis , non contemnendæ sint vir-tutis : attamen non miror , ea in præ-senti casu votis neutiquam fecisse satis ; siquidem affectus arthritico-rheumatici diluentibus potius , humorum acrimoniā temperantibus , blandis diaphoreticis , & temperato regimine expugnari debent .

Hac intentione in vicem cerevisiæ pro-potu ordinario commendo decoctum , ex radicis scorzonerae , salsaparillæ , rasuræ cornu cervi ana uncia , seminique foeni-culi drachma una , cum tribus aqua me-nfuris per integrum horam , in vase probe clauso decoctis parandum . Ex hoc hora quinta pomeridiana , atque vesperi circa

somni tempus , drachmam unam sequentis assumere expediet pulveris : Recipe lapidum cancerorum , ceruss antimonii , matris perlarum , cornu cervi philosophicæ præparati ana drachmas duas , nitri depurati scrupulos duos , cinnabaris nativæ drachmam dimidiam , pulveris castorei grana duodecim . M. D. Præterea mane captiatur ex aqua cerasorum nigrorum quinquaginta guttæ mixturæ , quæ hunc in modum concinnotur : Recipe essentiæ scordii bene saturatæ , liquoris nostræ anodynno-mineralis . ana drachmas duas , tincturæ antimonii acris guttas 30 . M. D. Hac sumta hauriantur quedam vascula decocti supra citati tepefacti , & lenis sudor expectetur . Eadem mixtura tussi quoque , si recruduerit vehementior , consopiendæ adprime inserviet , si extracti croci grana duo , oleique anisi guttulæ binæ ipsi addantur : & alvi denique obstructio clysterum domesticorum infusione commode reserabitur . Ceterum de convenienti vietu nihil monebo ; non dubitans , fore , ut a præsentibus sufficienter inculcetur medicis : id vero unicum adhuc addam , quod sicuti in expugnandis penitus chronicis affectibus circumspactus aquarum thermalium usus omnibus remediorum generibus palam longissime eripiat : ita ad præsentem funditus tollendum non opportuni res sint , quam Carolinæ , præsertim illæ , quæ a molendino nomen habent , adventante vere , sub convenienti regimine potanda .

C A S U S CXXXI.

De arthritide lumbari .

Vir septem & quadraginta annos natus , juventutis suæ anno decimo septimo , post ingurgitatem aliquando , cœlo existente fervidiori , calenti comotoque corpori , cerevisiam , feedis mox faciei efflorescentiis contaminatus fuit . Quod vitii genus variis remediis frustra adhibitis , per binos cutim defecavit annos , atque tandem ope scarificatum , frequenter institutarum ex facie

disparuit . Verum brevi post insignis pruritus dorsum occupavit , & , nisi quovis fere mense cutim præberet scarificandam , molestiam creavit intolerabilem : reliqua sanitate , sub vita genere satis mobili , illibata existente . Parum ergo curavit hanc affectionem , & anno ætatis vigesimo octavo matrimonium contraxit ; quo vix inito accidit , ut , dum caput forsan ad terram inclinaret , rigidissimus spasmodus dorsum prehenderet , illudque ægre posset erigi . Nec raro recruduit id incommodum , at semper brevi rursus tempore exspiravit . Annum ingressus trigesimum octavum , phlebotomiam bis quotannis celebrare cœpit ; hancque sufficientem fore ratus , scarificationes intermisit . Hinc autem factum esse videtur , ut elapsus abhinc quatuor annis ingens spasmodus ad os sacrum defigeretur ; quo nec spinam commode flestere , nec nisi baculo adiutus obambulare valebat . Remisit ille imposito ad affectum locum emplastro saponato Barrette ; at elapo anno majori vehementia recruduit , omnemque corporis motum impedivit ; nec adeo curari potuit , quin sensus ille rigidus , restituta licet corpus movendi facultate , contumaciter inhærescatet . Hoc tandem anno , mense Julio insigniter exacerbatus rediit ; & a medico pro spastmo arthritico hæmorrhoidali , ab ægro autem pro dolore ischiadicò habitus fuit . Namque haec vice dolor ad os quoque femoris se extendit , quod in dextro latere , cui inest malum , intumuit : percipitur etiam sensus sanguinis . instar formicarum , per totum pedem discurrentis : & , quod notatudo dignum est , omnes hæ molestiaz , scarificationis femoribus , vel pedibus , egregie mitigantur . At cum nec sanguinis ea missione , nec decoctis mundificantibus , nec pulveribus antispasmodicis , nec dicto emplastro prorsus tolli possit malum : ad Te , Vir Experientissime , confugit æger , tuumque flagitat auxilium . Pollet ille ceterum carnose valde , ac spongioso corporis habitu ; & per novissimum tempus , matutinis horis large sudare suevit ; nullas vero unquam hæmorrhoidum , nec fluentium , nec coecarum percepit notas .

CON-

C O N S I L I U M .

Affectus præter naturam , cuius causa consultus sum , si dicam nomen , ipsi apprime conveniens , rheumatismus , seu arthritis lumbaris vocari meretur . Confuevit nimisrum benigna natura , in iis corporibus , quæ spongiosa sunt , plusque sanguinis ac humorum , quam par est , fovent , horum abundantiam varii generis excretionibus immittenre ; quas in junioribus per narium hæmorrhagias , & tate vero provectionibus , per hæmorrhoidalem fluxum fieri conspicimus . Quod si vero hæ cruentæ fluxiones , ob locorum , per quæ continere debent , inopportunitatem , ac minus rectam dispositionem , haud successerint : nihilo tamen minus deprehendimus , humorum affluxum ad eas partes continuare . Denegato igitur exitu , cumulati in iis locis succi stagnant : nervosaque , quæ vicinæ sunt , regiones graviter afficiunt , vellicant , atque ad spasmos & dolores proritant . Eadem in nostro casu contigisse , vero est simillimum ; & exploratis cunctis morbi momentis , inducor utique , ut credam , cruorem hic circa lumbares vertebrae substitisse , & comprimendo nervosas , quæ cum osse ischii atque coxendicis per consensum communicant , partes , spasmus fixum , ac dolorem per totum dextrum pedem excurrentem peperisse .

Has ergo molestias , nullis nec sanguinis missionibus , nec aliis eousque adhibitis medicaminibus obsecundantes , ut convenienti ratione funditus exstirpemus hac potissimum medicatione nos voti compotes fieri posse existimamus . Primum quidem ad potum respicere oportet , cui nulla penitus convenient cerevisia , sed in hujus vicem substituendum suadeo decoctum sanguinem mundificans , quod grati saporis est , & sic concinnatur : Recipe radicis chinæ , salsaparillæ , scorzonera ana uncias quatuor , cichorei , glyzirrhiza ana unciam unam & semis , seminis foeniculi drachmas tres . M . F . species . quarum uncia una & dimidia , cum aqua

puræ mensura per horæ dimidium probe coquatur . Deinceps alvi perpetuam conservare decet libertatem , qua quidem intentione fortiora purgantia , pilulaque , quæ multam fovent aloen , obsanguinis , quas inducunt ebullitiones , studiose vitare ; & potius leni laxante mannatō ac rhabarbarino , corpus bis quavis hebdomade purgare expediet ; quod ita confici potest : Recipe mannae electæ unciam semis , cremoris tartari drachmam unam cum dimidia , rhabarbari pulverisati drachmam : coque & solve leni calore in aquæ communis uncias sex , colatis adde olei de cedro guttas quinque . M . D . S . potio pro una dosi .

Tum vero hirudinum adlicationem proficuam judico ; quæ priusquam fiat , anum fovere juvabit , vapore , quem decoctum ex lacte , floribus sambuci , atque chamæmeli paratum emittit , ope sellæ perforatæ , ipsi aliquoties admisso : quo non tantum dolores mitigabuntur , verum etiam sedales venæ intumescent , ut ipsis post hæc hirudines a perita manu , feliciori successu admovevi queant . Harum usus , si non arriserit , sanguinis ex vena in pede tusa factam missionem laudo ; ea tamen cautione , ne affatim , nec nimis crebro fiat , quoniam illa justo copiosior , & totius corporis vires , & præfertim robur ventriculi labefactare deprehenditur .

Ad hæc , si corpus laxante dicto probe purgatum , sanguinisque moles imminuta fuerit ; opera pretium faciet suffigium , quod ex gummi animæ , tamamahacæ , elemi , masticis , succinana uncia , balsamique Peruviani drachmis duabus , grossiori modo contulis appareare , & sic adhibere soleo : Ægro sellæ perforatæ insidenti , supponuntur prunæ candentes , & vapor ex dicto pulvere , ipsis insperso , emergens , dorso cruribusque admittitur , reliquo corpore probe velato ; tum lectum petere , & hæustis in eo aliquot decocti supra commendati , ac tepefacti vasculis , lenem expectare sudorem oportet . Cui quoque scopo inserviet pulvis meus be-

zoardicus, si pondere drachmæ dimidiae bis quavis hebdomade vesperi assumatur. Et denique extrinsecus ad locum dolentem, unguentum nervinum, ad imitationem emplastri diasulphuris Rulandi confectum, applicari suadeo, cuius hæc sit formula: Recipe florum sulphuris unciam semis, salis tartari drachmas duas: fluant in tigillo, fiat massa, quæ coquatur in olei olivarum uncij tribus, hyoscyami uncia semis, adde olei juniperi, templini, therebinthiæ, camphora ana drachmas duas. M. D. Quæ cuncta per tres hebdomades usurpara, si malo profligando nondum suffecerint, longa edocitus experientia, internum acidularum SchWalbacensium, & externum balneorum Lauchstadienium usum commendo; hæque consilia, ut prospera reddat summum numen, ex animo precor.

CASUS CXXXI.

De malo venereo.

Vir generosus triginta annorum, temperamenti sanguineo-melan-cholici novem abhinc annis, ex impura venere virulentum sibimet contraxit feminis profluvium: quo per salivationem, mercurio extrinsecus illito excitatam curato, tribus post annis, ulcus obsedit non colem modo, verum etiam fauces, & ipsam frontem. In hoc rerum statu, variis lignorum decoctis, regimine ob intercedens necessarium iter minus rite observato, in castum adhibitis, redux tandem factus ope mercurii diaphoretici consanxit. Elapso semestri, immanes rursus in caput & articulos incidere cœperunt dolores, variique nodosi durique tumores hinc inde obsederunt artus, quorum unus tibiam occupans, incisus extillavit tophaceam amurcam: sed usurpatis decoctis, mercurioque diaphoretico, cuncta brevi tempore exspirarunt incommoda.

Abhinc se rectissime valere persuasus, ex improviso tumore scroti scirrhoso corripitur; quo ope exteriorum remedio-

rum discusso, præter opinionem rursus intumescit scrotum, & in sinistro latere gravi celeriterque depascente ulceratione afficitur, adeo ut ipsius testiculi suppuratio immineret, & elapsis demum duodecim abbinc hebdomadibus, ulcus coalesceret. Sed brevi post scrotum in dextro latere eodem modo ulceratur, ac totum fere depascitur, ut nudus in conspectum veniat testiculus; neque tam minus jam sanescere videtur.

Ad hæc cum variis per totam hyemem conflictatur symptomatibus, quorum hæc potissima sunt. Cunctis artibus sævis inest dolor, ossium in manibus pedibusque connexiones rubore inflammatorio afficiuntur, qui in tumorem elevatus dolore desinit; in capite artibusque expullulant tubercula duriora; quorum novissimum, in vola manus obortum, cum suppurrare videretur, lanceola a Chirурgo incisum, saniem fecit, materia lardo similis permixtam, larga ploravit quantitate, & subitus carie exesa ossa ostendit, sanationem tam, utut lentam admittens. Pedes, antea circa vesperam intumescentes, a tumore jam liberi sunt: urina mingitur rubra, sedimentum cinnabaris instar rubicundum, ad matulæ fundum depicens; pulsus fertur mox æqualis, mox justo celerior, atque debilis; atque cœcæ vexant hæmorrhoides. Neque tamen minus integra ciborum gaudet adpetentia, somnoque, quantum dolorum tormenta permittunt, satis tranquillo ac reficiente fruitur: vires quoque sibimet constant, ut, coelo existente sereno, ambulare, atque curru vehi queat, ac denique alvus rite respondet, ejusque non raro accedit profluvium. Remedia quibus hac hyeme usus fuit, sunt infusa theiformia, tinctura metallorum, essentia corticum aurantiorum, & pilule balsamicæ Hoffmanni: sed quum nullis sublevari sentiat præsidis, a Tuo, vir illustris, consilio solamen expectat, atque anhelat.

CON-

CONSILIU M MEDICUM.

Gallicum morbum non leves in viro generoso egisse radices, neque fluidis solum, verum solidis quoque partibus magnam intulisse labem, ex communicata mecum historia satis est perspicuum. Quum enim miasma ac quasi fermentum venereum non statim ab initio, sufficientibus hunc in finem remediis, ex humorum massa penitus expurgatum, & potius graviora symptomata, ope decoctorum, atque mercurii diaphoretici, palliative, uti dicunt, dumtaxat consopita fuerunt: non mirum est, si illud serpenterit profundius, saevisque doloribus, ac novis semper ulceribus repullulaverit. Quamobrem si funditus ab eo malo liberari cupit vir generosus, hac potissimum via incedendum esse arbitror. Ad alvum primo leniendam, & sordes crassiores per illam educandas, hanc laudo potiunculam: Recipe mannae electæ uncias duas cum dimidia, foliorum senæ, rhabarbari Alexandrini ana drachmam semis, tremoris tartari, salis Epsonensis ana drachmam unam, coque leni calore in aquæ florum acaciae uncis quinque; colatura adde aquæ cinnamomi unciam semis, syrupi de cichoreo cum rhabarbaro drachmas tres, olei de Cedro guttas duas. M. F. potio. Hanc in binas partes dividere, & primo biduo assumere oportebit; adeo, ut mane repetitis haustibus, interposito juscule avenæ tenuiori, sorbilletur.

Tum per sex successive dies in usum vocandum suadeo sequens decoctum: Recipe radicis scorzonerae, chinæ ana uncias duas, sarsaparillæ electæ uncias quatuor, pimpinellæ unciam unam, feminis sceniculi drachmas tres. Conc. Cont. D. S. species, quarum unciaæ binæ, addita mercurii dulcis, in peria ligati, drachma una, cum duabus aquæ mensuris, ad consumtionem partis dimidiæ coquantur: sub quavis quinta decoctione, renovando mercurii dosin. Hujus decocti calefacti octo circiter unciaæ mane bibantur; & elapsa ab-

hinc hora, descendatur usque ad umbilicum in balneum ex aqua tepidiori, cui flores chamæmeli, ac sambuci, facculo inclusi immittantur, paratum. In hoc per tres horæ quadrantes commoratus æger, atque tunc egressus, conferat se in lectum, & sorbillata eadem, uti antea, decocti calidioris quantitate, leniter sudet. Vesperi vero cubitum iturus, capiat sequentem pulverem: Recipe cerussæ antimonii lapidum cancrorum ana drachmas duas, cinnabaris nativæ præparatæ drachmam unam, lactis sulphuris scrupulum unum, olei de cedro guttas sex. M. F. pulvis div. in sex doses.

His per sex dies usurpati, supra dictum laxans denuo repetendum; deinceps balneo, decoctoque per sex iterum dies utendum; ac denique, sumto laxante, curationem finiendam hortor. Ceterum uiri semper, ita sub hac potissimum medicatione, rectam viveundi rationem exactius observare oportet. Neque enim nimis pinguibus, aut elisis; sed potius assis cibis, aut prunis coctis, aut jusculis, cum nasturtio decoctis ve-scendum; & pro potu ordinario, cui nulla nec cerevisia, nec vinum convenit, decocto, quod ex supra dictarum specierum uncis duabus, cum quatuor aquæ mensuris, additis, si placuerit, caricis, vel passulis paratur, minus saturato utendum erit. Quæ rite adhibita, absque dubio, salutarem allatura sunt effectum; quem Deus reddat felicem, ex animo precor.

C A S U S CXXXII.

EXHIBENS CONSILIU M

in

Reliquis luis venereo.

Triginta annorum, temperamentaque sanguineo-phlegmatici vir, ante octo circiter annos, post nimiam, impuramque venerem in variis corporis locis, mul-

múltos passus est tumores: quorum, regimine diaphoretico discussorum, quidam in dextra, eaque anteriori tibia remanebat nullior, & nocturno tempore atroces inferens dolores. Usurpati variis remedii, decoctis lignorum, & antivenereis, provocatoque saepius per vaporem ex spiritu vini admisso, totius corporis sudore, tandem evanescere quidem videbatur hoc tuberculum: at instituto, quinque circiter abhinc annis, sub ipsa curatione, cœlo existente gelidissimo, necessario itinere, efflorecebant rursus varii hinc inde tumores. Hinc illis fere removeri potuerunt remedii, nec emplastris, nec unguentis mercurialibus: nisi quod aliquando scissa summa cuti, eruperit tophacea ac gummatosa materia.

Consultus ego tribus elapsis mensibus, deprehendi tumores admodum, & maxime circa noctem dolentes, tibiam potissimum dextram obsidere; quorum tres prælertim adnotavi. Alter in superiori, simul anteriori tibiæ parte obvius, verus videbatur tophus ossus, ex sanguine viscida, laminas osses distendentes generatus: reliquæ duæ minores protuberantiae inferiorem tibiam, ubi cum tarso connectitur, occupant, & cum inæqualem ac asperam tangentibus digitis exhibeant superficiem, gummatum utique gallicorum, quæ externum os inter ac periostium expullulant, nomen merentur. Quare commendavi primum salivationem mercuriale, quam cum partim ipsis agrotantis aversatio, partim hyemale tempus dissuaderet, hac usus sum medicatione. Bis quotidie, matutino scilicet, & pomeridiano tempore sorbillandum dedi infusum theiforme, ex lignis antivenereis, radice chinæ, bardanæ, ligno sassafras, liquiritia, floribus rosarum, corticibus citri, & aurantium confectum; ex quo alternis vicibus, mox panaceam tartaram, mox sexaginta guttas essentie lignorum propinavi. Vesperi exhibui pulverem, qui absorbentis cujusdam ac mercurii dulcis, singulorum sex habebat grana; & quovis septimo die interposui pilulas, ex

mercurio dulci, resina jalappa, & extracto panchymagogo Crollii confectas. Ex topicis, mane vesperique unguentum, quod pinguedinem humanam, styracem calamitam, benzoen, mithridatum, theriacam, mercurium vivum, oleum spicæ, rutæ, ac juniperi continebat, tuberculis illinendum, illiq; per noctem emplastrum de ranis Viginis, cum triplo mercurii curavi imponendum.

His per quatuor hebdomades, absque debito regimine, ac ordine usurpati, is successit effectus; ut dolores prorsus conquiscerent, tophus imminueretur, gummataque sensim molliora, invicem coirent, & unum in medio ossis formarent tuberculum. Idcirco omisit interorum remediiorum usum, sed extern continuavit; atramen exinde nocturnos recrudescere sentit dolores, circa aquinoctiorum tempus exacerbatos; a quibus & reliquo malo ut vindicetur, salubre flagitat consilium.

C O N S I L I U M .

EX litteris, quas de gravi viri cuiusdam valetudine accepi, luculenter patet, gallicæ luis non levia in ipso servari vestigia, venereaque femina humoribus, & maxime lymphatico latisci adhuc inhærescere. Pathologicæ hujus mali explicationi haud immorabor; sed rem ipsi medendi rationem, dumtaxat docebo. De usurpati eo usq; medicaminibus non habeo, quæ moneam, nisi quod ea malo veneleo radicitus extirpando minime sufficere arbitrer. Tale enim virus non alia prorsus ratione expurgari posse credo, quam si levius fuerit, per sulphur mineralium, & hinc excitatum sudorem, si vero invaluerit, per mercurium, & inde provocatam salivationem. Quod nostrum attinet casum, non dubito, quin sine salivatione mercuriali, solis decoctis, quæ fovent antimonium crudum, possit debellari. Atque hanc sic adornare suevi curam..

Decoctum fit, ex radice salsaparillæ, antimonio crudo grossius pulverisato, & sale tartari in petia ligatis, & adfusa sufficienti aquæ quantitate, per unam & di-

dimidiā horam, in vase probe clauso, ad tertiarę partis consumptionem decoctis : cuius, quantum tres mensurę partes fovent, mane calide, dimidia vero mensura hora pomeridiana quarta frigide hauriatur. Vesperi sumatur pulvis, qui ex reguli antimonii medicinalis, cornu cervi usci ana granis duodecim, cinnabaris granis sex, olei ligni saffras grano uno componitur : quæ utraque medicamina, sub convenienti vi-
tus observatione, quem præsentibus me-
dicis ordinandum relinquo, per quinque,
vel sex continentur hebdomades.

Cæterum, si alvi segnities accesserit, hanc data manna uncia una cum dimidia solvere expediet; & extrinsecus balsamum ex hepate sulphuris, oleo juniperi, therebinthinae, ruta atque tartari per digestionem paratum, tophis ac gummatisbus inungere, aut idem balsamum, cum cera, pice alba, gummi ammoniaco, spermate ceti & croco, in formam emplastri redactum, illis adplicare juvabit.

C A S U S C X X X I I I .

De cachochymica corporis constitutione.

Vir annorum 34. maris jam accola, temperamentū sanguineo-cholerici, lautarum, largarumque epularum, & simul vitæ sedentariæ amantissimus, primam juventutem in sanitate transegit illibata. Verum cum ex Academiis redux, anno ætatis vigesimo sexto matrimonii leges subiret, publicoque in urbe maritima fungeretur officio, accidit, ut sebre intermittente, valde irregulari, & mox quotidianæ, mox tertianæ, mox quartanæ typum servante prehenderetur. Multis ad eam debellandam frustra exhibitis, cortex tandem, chinæ, una cum usurpati desuper acidulis Pyr-
montanis, operæ fecerunt pretium. Has quoque sequenti anno potavit, & tertio hausit SchWalbacenses, valens re-
stissime. Sub hac potatione fere finita, febre rursus intermittente, bis reciden-

te, bis quoque Peruviani corticis repulsa corripiebatur. Et ab eo tempore præter catharrhales affectiones rariores patiter ac leviores non habebat, de quo conquereretur : talis autem defluxio, Junio circiter elapsi anni mense, tanta subito vehementia fauces obsidebat, ut suffocari videretur, & medicus catharrum suffocativum utique timeret, sed excreta, post convenientes injectio-
nes in collum factas, insigni muci par-
tim viscidi, partim serosioris quantitate, paucis diebus ab hac etiam liberabatur molestia. Brevi post, prævio horrore, æstum febrilem incidebat, per aliquot dies continuum; sub quo, cum ex incisa vena detraheretur sanguis, tantum languorem, tantamque virium jactu-
ram protinus sentiebat, ut præter crebra, quæ patiebatur, animi deliquia, sudore gelido, eoque copiosissimo fere dissenseret. Nihil tamen medicinarum sumis, nisi acidulam quandam tintu-
ram, & aliam, cui allium inesse videbatur, ex vino Burgundiaco capiendam;
quæ tantum ferebat levamen, ut octavo die febris expiraret: relicto corporis ve-
hementi languore.

Vix vero sex vel septem abhinc dies effluerant, cum a somno meridiano ex-
pergefactus, pedem dextrum gelu frigi-
diorem perciperet. Inniti huic non po-
terat, nec in conclavi, licet adjutus mi-
nistri, obambulare valebat; hinc illum
fricari curabat linteis calidis; neque ve-
ro has frictiones absque horrendis cru-
ciatibus perferebat. Torquebatur potius per quatuor hebdomades atrocissimis do-
loribus; qui pro podagricis habiti, ab adplicatione topicorum, veluti erat fa-
rina fecalina, fabarum, aliaque magis exacerbabantur. Accedebat febris inter-
mittens quotidiana; &, quod notable
erat, sub ejus frigore cessabant do-
lores; sed invadente calore, eo acerbior-
es adfligebant. Hac per corticem chi-
næ intra sex dies suppressa, pedis dicti
tormenta nihilominus infistebant; donec
fensim, post longas frictiones, primum
crus actibiam, tandemque infimum quo-
que deserenter pedem, ut æger, inni-
xus

xus baculo, in publicum rursus prodi-
re potuerit.

Consultus tum Medicus haud ince-
lebris negabat adfuisse podagrum; or-
dinabatque infusum theiforme, & spi-
ritum nervinum. Silebant omnia sym-
ptomata; at facto forsan itinere, denuo
recurrudecebant, cum doloribus, noctem
versus exacerbatis, & spasmoidicis mem-
brorum subsultibus constipata. Post bi-
nas hebdomades rurus conquiescebat;
somnus, adpetitus, ac vires redibant;
& pulvis sternutatorius, quem sub hoc
malo insigniaversabatur tædio, cum vo-
luptate in usum revocabatur. Sic ergo,
uti videbatur, persanatus, solitos ite-
rum adgrediebatur labores, atque me-
ditationes; sed ecce; tantam persenti-
cebat memorie debilitatem, ut ab in-
stituto desistere cogeretur; quæ vero
successive pristinum recuperabat vigo-
rem.

Interim licet ab eo tempore adpetitu-
egregio, somnoque tranquillo gaudeat,
& administrandis muneribus satis par sit,
attamen pes ille dexter adhuc vitio quo-
dam laborat, quod ægrum reddit solici-
tum. Namque hora matutina nona in-
cipit refrigescere, frigusque hoc usque ad
cœnam retinet adeo molestum, ut pol-
leat quidem eundi facultate; sed si cele-
rius atque diutius obambulaverit, do-
lore afficitur, & tendinum quadam ve-
luti contractura. Ipse pes paullulum e-
macrescit, & non raro puncturis acutis-
simis infestatur: tumque totum dextrum
latus gelido sensu perfunditur. Nec igno-
rari oportet, dictum pedem, qui olim
nulla arte ad sudandum moveri pote-
rat, jamjam saepius madere sub ipso ge-
lu. Prærerea molesto ani pruriu ad-
ficitur; & mane copiosum mucum ex-
screare tenetur. Quæ cuncta symptomata
medicus quidam ab hæmorrhoidibus
derivat; ex quarum procurato successu,
omnium malorum sanationem polli-
cetur.

RESPONSUM MEDICUM.

Cuncta symptomata, quæ pateris Vir-
Consultissime, constitutioni cor-
poris valde cachochymicæ, ac scorbuticæ
deberi, minime dubitari oportet.
Cujus si perquiram caussas, ex iis,
præter vitam sedentariam, meditatio-
num ac lucobrationum plenam, atque
aerem marinum, impuris exhalationi-
bus farrum, nullæ se mihi aliæ offerunt,
quam febrium, quibus infestatus fuisti,
perverse tractationes. Etenim valde im-
portunum fuit, eas per corticem chinæ
oppugnare; intempestiva sanguinis mis-
sione, illius graves commotiones exci-
tare, atque succis scorbutica labe conta-
minatis, tinturas acidulas propinare.
Siquidem ob hasce caussas humorum cras-
sites magis augetur, ac sustentatur; ne-
que igitur mirum, si illius circuitus, in
extremis potissimum partibus, veluti
sunt pedes, retardetur; vasculaque mi-
nima obstruantur. Hinc enim ratio pe-
tenda erit, cur pes dexter dolore, frige-
re, ac contabescientia quadam afficiatur.

Tantis vero, tamque inveteratis, ac
fixam sedem nactis vitiis medendi, per-
ardua est provincia; & nisi convenienti-
tum medicinarum usus temporis diu-
turnitate adjuvetur, omnis opera erit
irrita. Meo quidem arbitrio, non con-
temnendi usus futuras censeo acidulas
Pyrmontanas; si ea cautione adhibeantur,
ut tepidiores sint, & primum per
dies quatordecim solæ, tum per idem
tempus, lacte vaccino permixtæ, quan-
titate mensuræ unius, quæ binas aqua-
rum, & unam lactis partem foveat, sin-
golo mane potentur. Conjugenda quo-
que huic potionis, si cum lacte fiat,
sunt balnea, ex iisdem acidulis confe-
cta, temperata; e quibus egressus, lectum
petas, inque eo leniter fudes, hortor. Non
minus sub hac curatione, inter epulas
ex ultimo haustu adsumere expediet
quinquaginta guttas essentiaz, quæ ex tin-
ctoriaz tartari, essentiaz calcarillaz, & gen-
tianaz rubraz ana uncia una, oleique li-
gni sassafras guttis duodecim concinnatur.

Por.

Porro te omittere oportebit omnem cerevisiam ; & potius pro potu ordinario uti decocto, sic parando : Recipe radicis scorzonerae, chinæ, salsaparilla ana uncias quatuor, cichorei, glyzirrhizæ ana unciam, salis tartari drachmas duas. M. F. species, quarum duæ unciae ex tribus aquæ mensuris, per tres horæ quadrantes decoquuntur. Pedibus extrinsecus nihil admoveare decet, nec iis, nisi externo calore, interne aucta transpiratione succurri potest: quo fine horæ, ut mane pariter ac a meridie sorbillentur quædam vascula infusi, quod ex herbarum scordii, summittatum millefoliæ ana manipulo, anisi stellati drachmis duabus, conc. contusisq; componitur. Quæ si adhibueris, de felici eventu nullus dubito.

CASUS CXXXIV.

De pathematibus multis ex succorum abundantia & impuritate.

Vir generosus, novem ultra triginta annos natus, temperaturæ sanguino-melancholicae, lautis uti solitus epulis, sub duris corporis defatigationibus, quas in tenera juventute sustinuit, crebras largasque passus est narium hæmorrhagias. Juvenis novemdecim annorum, dyenteria laboravit, quæ præmaturis adstringentibus cohibita, tumores pedum cædematosos, & paullo post callosos, malleolis potissimum inhærentes, & ægre sublatos, post se traxit. Exinde lentis passibus, hypochondriaca pathemata, quorum præcipuum fuere cordis palpitationes, irreplerunt: quibus anno potissimum vigesimo tertio ætatis suæ, variis decoctis attenuantibus, & incisione vñæ medianæ obviam fuit itum. Eodem anno incidit in febrem acutam: qua perfanata, sex integros annos continuis itineribus, ac peregrinationibus, nullis febre calamitatibus pressus transegit. Deinceps cum matrimonio sedentariam agressus vitam, anno 1721. ætatis trigesimo primo, adverfa turbari coepit valetudine. Namque autumnali diæti an-

ni tempore ex improviso, gelidissimo circa dorsi spinam, sensu, totum sinistrum latus occupante prehendebatur: qui post hæc per intervalla redibat cum tanta artuum extremorum refrigeratione, ut nec fotibus spirituosis, nec vestimentis calidioribus satis soveri potuerint; donec sponte remitteret paroxysmus. Sequenti anno, dum summo mane, tempestate uida, ac nebulosa existente, iter faceret, præter opinionem magna seriquantitas ex sinistra promanabat aure; qua fluxione cessante, interiectis aliquot hebdomadibus, vehementi diæti auris tinnitu, susurru, & quadam auditus gravitate corripiebatur, sed edcente iterum sero valde acri, cujus excretio per aurem adhuc infestat, & he remittebant molestia.

Interim paullo post, mense Augusto, corripuit ipsum cruentum alvi profluvium, cum acutis intestinorum doloribus, & molesto ani tenesmo conuentu, quod pro dysenteria habebat. Absente medico, campestris chirurgos exhibebat fortius emeticum; ex quo ter vomuit, quinques alvum dejectit, & a malo suo penitus convaluit. Tribus abhinc septimanis, iter adgressus, per integrum noctem, in curru sub dio commorari, corpusque vehementi frigore exponere tenebatur: quo facto, gravem incidit pectoris catharrum, ope pectoralium medicinarum intra trium hebdomadum decursum feliciter discussum. Quum autem adipitus haud rite sibi constaret, ad hunc instaurandum æque, ac morbi reliquias eliminandas, susu medicorum, per sex successive dies magnesiæ albam sumsit, cum copiosis alvi dejectionibus, & adipitus restituzione. Verum vix octo dies abhinc effluxerunt, cum gravi corriperetur vertigine; stomacho jejunio, atrocius adfigente. Adhibitis incassum permultis, insque etiam castoris medicinis; undecim cruxis unciae ex incisa vena mediana detrahebantur; sumebat quotidie aliquot viini Hungarici haustus, & alvi lubricitatem, ope Elixirii Prop. Paracelsi conservabat; unde factum est, ut mitior & rarius

recurreret vertigo ; non tamen prorsus tolleretur , siquidem recurrebat , si rheumatica per aurem fluxio forsitan cohibeatur .

Consultus igitur celebris quidam medicus , præter venæctiones bis quotannis circa æquinoctium celebrandas , suadebat pulveres temperantes , antispasmodicos , infusa laxantia , ac theiformia , nec non pilulas , quæ medicamina binis successive annis per integrum mensem adhibuit vir ægrotans , & magnum quidem symptomatum suorum levamen inde sensit , pristinam vero sanitatem minime recuperare potuit . Accedebant potius ingens sitis , nocturnique sudores , cum notabili virium languore flipati : postquam vero curatione , quam vocant avenaceam , die Haber Cur bis quotannis usus erat , utraq; evanuit molestia , nisi quod sudores illi nonnunquam revertantur . Anno 1725. glandulae parotides circa dextram aurem intumescebant , molli tumore , ut suppurrare videbantur , & iis diu imponeretur emplastrum emolliens : anno 1728. verosponte discussus tumor , ad sinistrum latus , sub maxilla inferiori irruit , bina ibidem formans tubercula , adhuc conspicua ; nec per lignorum decocta , tribus hebdomadibus porta expugnari potuerunt . Denique notari meretur , quod binis abhinc annis , circa vernale æquinoctium , post fortiorum corporis motum , crux per sedales venas eruperit , sed ab eo tempore nullis subsidiis , nec pediluvii , nec venæctionibus , nec equitationibus , aliisque revocari potuerit hæc excretio .

Hic erat rerum status , quem æger mecum , elapso anni spatio , qui erat 1728. communicaverat : illorum vero symptomatum , quæ ego tum observavi , hæc est idea . Vexabant lumborum dolores ; & gelidissima sensatio , dextrum pariter ac sinistrum latus , cum præcordiorum anxietatisbus , ac spirandi difficultate obsidebat : atque duo duri tumores sub maxilla inferiori sinistri lateris comparebant . Judicavi igitur , mortuum in spasmodica partium membrana-

ceo-nervosarum stictura , & inde pendente humorum inæquali circuitu , ac stagnatione in imi ventris visceribus possum esse ; ac ex tali spastica distensione cuncta symptomata , scilicet summas præcordiorum anxietates , difficilem spirationem , vertiginem , dolores ac refrigerationem lumborum &c. derivari posse putavi . Hinc diuturnam fore curationem prædicti ; & primum præter pulveres antispasmodicos , ob alvi segnitiem propinnavi pilulas polychrestas ; commendavi porro pediluvia , cum floribus chamæmeli , & furfuribus tritici confecta , & venæctionum pariter ac corporis exercitii continuationem injunxi ; neque minus , ut hirudines ano ad moverentur iussi . Nec male habuit ex his remedii ; quem autem ad malum funditus debelandum minime sufficerint ; ad Te confugimus , vir Excellentissime , nonque nisi Tuo adjuti consilio , ulterius pugnare audemus .

CONSULTATIO.

Quanquam in præmissa morbi historia , multa momenta ad eam illustrandam necessaria fuerint omisa : attamen ex iis , quæ percepisti , utiq; hariohari licet , ægrum nostrum spongioso corporis habitu , languido valde nervorum genere , atque copiosis succis præditum , insigni ad motus anomalos spasmodicosque proclivitate pollere ; concurrente procul dubio hæreditaria dispositio- ne , qua alter parentum , forsitan mater ejusmodi pathematibus obnoxia fuit . Quum porro juventutem suam duro vita genere transfigit , vero est simillimum , diætam tum minus ordinatam fuisse , quin ipsum præmaturæ veneri induluisse . Quæ causæ , si concurrerint , satis effica- caces sunt , & solidarum partium robur pervertendi , & humorum tam abundan- tiam , quam impuritatem ingenerandi : quo in corporis statu non fieri potest , quin spasmodicas motiones suboriantur , & humorum congestiones ad varia loca fiant , eorumque , si denegetur exitus , graves contingent stagnationes . Atque

talismodi spasmodicis ac congestoriis motibus , nituntur profecto , usque abolvuntur , crebriora , quæ noster in juventute passus est , sanguinis e naribus profluia ; hæc excipiens dysenterica fluxio ; in sequentes hypochondriacæ passiones , ac cordis palpitaciones : isdem debent accedentes , ætate proiectiore , paroxysmi sinistri lateris veluti paralyticæ , ac illius vehemens refrigeratio , humorumq; post corporis frigus , & prohibitam transpirationm , decubitus ad capitis sinistrum latus ; a quibus fluxio serius viscidus ex auro sinistra , hujus tinnitus , susurrus , difficilis auditus , ac tumores parotidum pariter ac maxillarium glandularum , natales suos mutuantur . Neque enim cuncta hæc symptomata aliam materialem caussam agnoscunt , quam humorum stagnationem in vasis mesaraicis , & imi ventris visceribus , eorumque impuram valde ac scorbuticam diathesin , a prohibita ob continuum frigus lateris sinistri perspiratione , multum sustentata .

Hocce vero morbos , qui præter succorum vitalium vitia , a nervis generis debilitate ac promptitudine ad irregulares motus nutriuntur , difficile admodum est , radicitus extirpare . Ut autem , quantum possibile est , opem feramus ; eo annitendum medico ante omnia esse arbitror , ut nimium sanguinis & humorum incrementum præpediat . Namque sanguinis nimiam , & vires naturæ , vasorumque proportionem excedentem mollem , præcipuam cunctis , quibus æger eo usq; pressus est , affectionibus dedisse caussam , exinde luculenter patet , quod natura eam plethoram in juventute natum hemorrhagiis , deinceps alvi cruentis fluxionibus , quas , cum virium jacturam non habuerint comitem , pro criticis magis , quam symptomaticis habendas esse reor , ac novissime per venas hemorrhoidales immunuere studuerit ; quodve institutæ haec tenus venæficationes , levamen tulerint . Huic ergo scopo obi nendo perquam opportunum fore arbitror , ut tempellivæ phlebotomia , convenienti regimine adjutæ , circa æquinoctiorum & solstitiorum tempus conti-

nentur : deinceps cibi v alde nutrientes , non nimis larga quantitate assumantur . atque corporis exercitationes , stomacho a cibis vacuo , ad lenem usque sudationem , vel ambulando , vel equitando , vel in rheda vehendo ulterius insituantur .

Præterea excellentissimam opem ferent aquæ minerales , singulo vere ac autumno adhibendæ . Has inter vernali tempore Egranas , autumnali vero Selteranas acidulas , interpositis ac præmissis & laxantibus rhabarbarinis , & Elixirio balsamico , conjuncto recto vivendi genere , per tres semper hebdomades , unam quotidie hauriendo lagenam , potandas hortor . Reliquo tempore studendum erit maximopere , ut & acidæ in primis viis cruditates , & scorbuticæ in humoribus fortes corrigantur & eliminentur . Cui scopo apprime convenient pulvres nitrosi temperantes , conjuncto pilularum mearum balsamicarum crebro usu ; quæ forsan hemorrhoidalem fluxum adjuvabunt . Non minus mane forbendum suadeo infusum theiforme , quod ex betonica , veronica , salva , summitatibus millefolii , cortice ligni sassafras , & semine fœniculi apparatur ; & bis quavis hebdomade in temperata pediluvia vesperi descendendum hortor . Denique pro potu ordinario commendando decoctum , ex rasura cornu cervi , radice scorzonerae , cichorei , & passulis minoribus confectum ; cui sub epulis haustum vini Rhenani interponere licebit .

C A S U S C X X X V .

De spasmis vagis ex repulsa podagra :

VIr quidam eruditus , arduis multis que negotiis præfectus , ac fere obrutus , annorum quadraginta duorum , temperamenti cholericо-sanguinei , copulentus , sanguine succisque plenus , & spongioso corporis habitu , cum venis exilioribus præditus , præmaturam juvens exercevit venerem ; & vigesimo tertio anno matrimonium contraxit , conjugo elapsis abhinc tribus semestribus orbatus . Præterea crebris agitatus mœroribus , &

ad

ad iracundiam facillimus, vitæ genus agit, partim multis laboribus, partim variis itineribus molestum; in quibus die-tæ regulas non raro offendere, vinosisque potibus nimis indulgere tenetur: nec non vino Mosellano in vicem potus ordinarii utitur. In hoc rerum statu pa-sus non raro hemorrhoidales insultus, sed nunquam si xionem per annum cruen-tam expertus est: & pedum malleolos jam exhibet nodulos. A vigesimo quar-to ad septimum ætatis annum podagricis per intervalla tormentis cruciatus, sua-fu medici, ad conciliandum somnum, placandoque dolores, cataplasmata pe-dibus tandem admovit, iisque, retro-pulsa podagra, effectit, ut vagis doloribus mox femorum, mox dorsi, mox hu-merorum, mox cubitorum, mox ma-nuum, atrociter infestaretur. A dicto ad quadragesimum usque annum, bis vel ter quotannis, hyemali semper tem-pe-state, per aliquod tempus, mali sui pa-roxyfsum passus est, quem molesta flatu retentio, & per superiora eructatio, tanquam perpetuus sequebatur co-mes. Neque vero per totum id tempus, priori medicione perterritus, ulla ad-tibuit medicinas, sed opus naturæ relin-quens, omnes paroxysmos sola supera-vit patientia. Tandem binis abhinc an-nis, cum immanes cruciatus nulli fere corporis regioni parcerent, & præter consuetudinem per binos inhaerenter men-ses, meam requisivit opem. Præsentem ergo paroxysmum, quæ Dei est gratia, ope remediiorum temperantium ac dia-noicorum, intra sex dies profligavi; & subinde ad præcavendos ulteriores insul-tos, præter exactam vivendi rationem circa æquinoctia, medicinis sanguinem mundificantibus, temperantibus, carmi-nativis, evacuantibus, pilulis balsami-cis, & sanguinis ex pede missione pu-gnavi; obtinuique, ut dolores articulo-rum essent mitiores. Verum flatulentæ abdominis molestiæ & inflationes abhinc vehementius insisterent; & a dicto diu-niori paroxysmo, carneæ & mem-branaceæ lateris dextri partes adeo de-bilitabar, ut non modo flavescerent,

& obtorpescerent, verum etiam totus pes dexter contabesceret; & una cum manu dicti lateris, attaëtu semper fri-gidissimus esset. Nec debellari potuerunt hæc vitia ullis remediis, nec nervinis interne datis, nec externis linimentis, ex spiritu rorismarini, salvie, lumbri-corum, formicarum, & salis ammonia-ci paratis. Novissimo anno acerbiores quidem recurrebant artuum dolores: attamen flatuum retentio, atque tor-menta ossis sacri, ac sinistri hypochon-drii longe majorem ipsi creabant mole-stiam; & interdum calculorum mictio-ne complicabantur: sed beneficio effen-tiarum carminativarum, spiritu nitri dulci permixtarum, nec non pulverum resolventium ex oculis cancrorum, tar-taro vitriolato, & tartarisato confecto-rum, facile tolerabantur. Notari enim meretur, præcipuam medendi intentio-nem, magis contra cardialgiæ illam flatulentam, ac hypochondriorum ten-siones, quam arthriticas adfectiones di-rectam; & plerumque non nisi carmi-nativis, pilulisque balsamicis pugnatum fuisse. Nec ignorari oportet, ægrum hisce decem novissimis annis, novies po-tasse acidulas, mox Pyrmontanas, mox Selteranas, mox SchW Albacenses; sed inde pejus habuisse semper: & ex potis pronuper aquis Sedlicensibus, vehemen-tem mali exacerbationem, cum perti-nacissima alvi obstruzione passum esse. Quum ergo, præter corporis contabe-scentiam, paralyticus jam præsto esse vi-deatur affectus; & præterea ægrotantis avia non minus, quam mater, & binæ forores hydrope sint extintæ: veremur utique, ne ipsi etiam tympaniticus tan-dem accedat tumor, a quo ut præcavea-tur, & a præsentibus malis liberetur, tuum, Vir Experientissime, flagitamus auxilium, doceri que simul cupimus, an ægro liceat secundas subire nuptias.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Ex iis, quæ de Viri Spectatissimi: adverba relatum legi valetudine facile intelligere licet, robur atq; tonum

naturalem, uti generatim partium nervosarum, ita maxime ventriculi ac intestinorum insigniter lassum esse, atque labefactatum. Proximum, quod ex rali atonia resultat, incommodum est digestionis vitium; quo sit, ut loco legitimi ac tenuioris chyli, crudi, crassi, inertesque succi generentur, ac cum massa sanguinis commisceantur: unde nec solidæ partes rite nutriuntur, nec debitas vires recipiunt; quod vitium dextro potissimum lateri in nostro casu inhærescit. Neque vero paucæ sunt, quæ ad inducendam hancce debilitatem, contribuerunt causæ; quas inter præter exercitia veneris præmatura, errores diæticos, crapulas, mœrores, nimiosque mentis labores, improvida podagræ tractatio, ac repulso, nec non iteratus sa- pius aquarum thermalium, absque convenienti forsan reginæ haustarum usus, summo jure referri merentur.

Quod si igitur in persanando tali malo, votis potiri, & graviora pericula arcere cupimus; eo præsertim respiciendum erit, ut roborato nervosi generis, ventriculi, ac intestinorum tono, vis digestiva restauretur, atque blandus & spirituofus generetur chylus. Quo quidem fine consultissimum fore judico, hac potissimum uti medicatione. Mane assuimat ægrotus, ex aqua vino nupta, sexaginta guttas Elixirii nostri balsamici visceralis, haustis desuper aliquot infusi calidioris, vel Theæ, vel fabarum Coffe, vel etiam juscui vasculis: idque remedi genüs, totidem guttulis, hora pomeridiana quarta, ex decocto, quod pro potu ordinario commendaturus infra describam, adhibeat; cum quo etiam, cubitum iturus, triginta liquoris anodynæ mineralis guttulas capiat. His, singulis quatuor diebus, pilulas nostras balsamicas, 14. circa somni tempus deglutiendo, interponat. Extrinsecus porro, bis quotidie in loco calidiori, regionem ventriculi, totiusque abdominis, linimento spirituofo perficandam curet; quod ita conficiatur: Recipe aquæ Reginæ Hungariæ libram unam, balsami Peruviani unciam semis, olei spicæ veri, caryophyllorum ana

Hoffm. Consult. Med.

drachmam unam. M. D. Atque si præterea sanguine nimium abundante turferit æger, pulsusque feratur magnus, detrahantur circa instans autumnale æquinoctium, ex vena in pede tusa, quinque vel sex cruoris unciaæ.

Quoniam vero nullum medicamen quicquam emolumenti afferre potest, nisi exacta vivendi ratio conjugatur; hortor virum spectatissimum, ut ab omni cerevisia abstineat, & pro potu ordinario utatur hoc decocto: Recipe radicis scorzonerae, salsaparillæ, chinæ ana uncias quatuor, glycyrrhize, cichorei ana unciam unam cum dimidia, semenis foeniculi unciam semis. M. Conc. F. species, quarum unciaæ duæ cum tribus aquæ mensuris per horam dimidiâ decoquendæ sunt: neque minus vino Burgundiaco, sed parce, uti licet. Cibî nec acidi, nec saliti, nec flatulentî, nec coctu difficiles esse debent; nec justo largiores comedantur; & quo frequentius jusculis, quæ ex carnibus vitulinis, vel gallinarum, cum radice cichorei, scorzonerae, asparagi ac petroselini coquuntur, vescetur, eo utilius futurum existimo. Aerem porro frigidum, omnemque pedum ac abdominis refrigerationem; nec non mœrores animi, & actiores intentiones vehementer fujat; &, cœlo sereno existente, corpus moderate exerceat, etiam atque etiam hortor.

Quod denique conjugium attinet, certius quidem suppeditare liceret consilium, si percepisssem, num semen sub nocturnis elabatur imaginibus: interim, quantum ex prescriptis morbi momentis judicare possum, illud neutiquam suadeo; si quidem vereor, ne exinde nervosi generis debilitas magis adaugeatur.

C A S U S CXXXVI.

De affectu spastmodico chronicæ.

Novemdecim annorum virgo, statuta mediocris, animi sensibilioris, sanguinis succorumque plena, a teneris fere continua tessell humida laboravit; quæ nulla unquæ corporis contabescentia

N n fuit

fuit siccata. Neque vero post feliciter superatas anno etatis decimo variolas, licet præstantissimis ea tussis debellari potuit remedis, tantum aberat, ut roncho, spirandique difficultate lensim siccata, saepius in catharrum præfocantem transisse videretur. Infusa theiformia, juscule medicata, pilulæ balsamicæ Hoffmanni, nec non sal ejus aperitivum, fecebant quidem levamen, non vero tollere valebant malum. Tandem quindecim annos nata, tumore cedemato ex tem arum manuum, atque faciei corripiebatur; quo adparente, remittebat tussis, ipso vero evanescente, haec cum sibili, stertoreq; pectoris statim redibat. Misso igitur circa vernale æquinoctium ex vena in pede tusa sanguine, qui crassus ac impurus erat; potisque mense Mayo acidulis Egranis, menstrua cœperunt fluere, ita vero irregularia, ut non nisi per unum, alterumq; diem parcus promanaret crux; dein per duos, tresve menses prorsus fileret hæc excretio, & hujus in locum, asthmatica pectoris urgeret adfectio.

Quamobrem, ut promoveretur ea flusio, bis quotannis in pede secabatur vena, per biennium quavis æstate potabantur fontes Egrani, atque loco potus ordinarii, cerevisia secundaria, eaque tenuissima hauriebatur. Sed omnis opera erat frustranea; namque statu quidem tempore profluebant menses, vix elapsi autem nocthemero excerni desinebant. Neque illa perferre poterat ulla, quamvis mitissima pellentia, nec tepidiora pediluvia; quippe quorum usum humorum ad caput congestio, cephalalgia, vultus intumescentia, & fortiores cordis palpitationes presso sequebantur pede; contra vero pulveres præcipitantes semper operæ fecerunt pretium. Anno abhinc tempore, cum gravi ac diurno ex obitu patris mœrore affecta, corpore contabesceret, pes ex improviso, veluti contra aqua corripi cœpit; & tusa in eo vena, tumore ad malleolos usque inflammatio, doloribusque arthriticis torquebatur, conjunctis febrilibus commotionibus. iisque potissimum vespertinis: que-

symptomata ejusdem lateris manum quoque prehendebant. Nucha ac pedis integræ suræ admovebantur vesicatoria; usurpabantur decocta ligni abietis cum cervisia parata; hisque humorum organum concitantibus, dabantur essentiae mundificantes, pulvrefisque præcipitantes; & adventante mense Mayo potabantur acidulæ Egranæ, conjuncta loco pilularum aqua Sedlicensi; primum sole, atq; cum ob alvi legnitum, quam tollere haud sufficiebant, vehementiorem præcordiorum anxieratem, spirandique difficultatem concitarent, cum lacte capriño mixta: a quorum remediorum usu tumor ac inflammatio dictorum artuum quidem evanescebant; sed nec dolores cessabant, nec menstrua purgatio in ordinem revocari potuit. Quin absoluta haccuratione, menses debita in periodo plane non fluebant, & horum potius in locum gravissimum asthma cum sterore invalescebat. Consultus igitur medicus iterum venam in pede secari jubebat, & succum squillæ propinabat eo effectu, ut eructato per vomitus que ac spitationem multo muco, melius haberet.

Elapsi mense in vicem lunaris tributi succedebat febris quartana contumacissima, quæ bis ope electuarii chinati suppressa recidebat; tandem post integrum semestre, dato purgante jalappino, vehementiorem quidem formabat accessionem, sed propinato tum cortice chine cum vino Hungarico infuso, penitus evanescerat. Verum tantum cesophagi, & totius dorsalis spinæ relinquebat spasnum, ut hæc satis foveri non posset, ille ad suffocationem usque constringeretur; donec & hoc incommodum, post tres demum hebdomades, dato pulvere laxante ex rhabarbaro, oculis cancerum, & nitro, mitigaretur. His itaque omnibus superatis, pristina jam scena luditur; siquidem erupit quidem menstruus crux justo tempore, sed parvissimus fertur, & cordis palpitationes, capitis dolores, artuumq; gravitatem comites habet: alvus præterea segnior est, & asthma molestum, ut vix per scalas ascendere

valeat. Quare ut tandem a tanto, tamque diurno liberetur malo, tuum, vir Doctissime, imploramus auxilium; & uti generatim morbi, ita maxime asthmatis originem, medelam, ac menses in ordinem revocandi rationem, numque in iis thermæ Carolinæ sint profuturae, doceri avemus.

C O N S I L I U M.

Spectatissima, de qua sermo est, virgo, mea quidem sententia, affectu spasmodico chronicō, a mensuris irregulari successu insigniter sustentato premitur. Præterea vero genus nervosarum partium a nativa dispositione, dum forsan a matre hysterica fuit nata, partim a gravioribus animi pathematisbus, & diurno cui indulxit mœrore, partim denique ab articulati morbo, & quartana febri, quibus cum diu constituta est, mirum in modum debilitatum videtur. Accedit etiam pulmonum, qualemunque sit, vitium, quo a prima fere infantia, maxime post superatas variolas, molestum patitur asthma, quod a retardato menstruorum fluxu majora utique sumvit incrementa. Ut ut vero haud assererem, ipsam jam exulcerationem pulmonibus inhereat; attamen non prouersus dubitarem, quin scirrhī aut tubercula illos jam obfederint; saltem insignem eorum suspicor atoniam, qua futurum esse credo, ut, nisi tempestiva feratur medela, utique phthysica vel hectica corporis accedat consumptio. Menstruorum vero irregularem, qui vasorum uterinorum nimis exilitati, ac subtilitati debetur, succelsum, omnium reliquarum passionum primariam constituere caussam, extra omne positum esse reor dubium. Inde enim factum est, ut succi vitales non solam spissi ac impuri fuerint redditii, verum etiam motus ac impetus eorum magis ad superiora, pectus nimis ac caput potissimum vergat; ex quo capitales dolores, vertigo, spiratio angusta, & magna præcordiorum anxietas, suos muuantur natales.

Quibus præmissis, facile jam erit,

viam curandi cognoscere: namque cum humoribus abundare videatur virgo letissima: abs re omnino fore judico, ut circa singula æquinoctia, sueta hucusque phlebotomia in pede continuetur. Deinceps vero ad revellendum sanguinis ad inferiora motum egregium spondent usum pediluvia, quæ valde temperata ac tepida oportet esse; nec ludetur opera, si ad alvum expediendam, & attemptrandum humorum orgasmum, pulveres ex lapidibus canerorum, terra soliata tartari, nitro, & rhabarbaro confecti, crebrius adhibeantur.

Tum quoque præcipua medendi intentione hæc erit, ut mensurum fluxum restituamus, sanguinisque æqualem per iminternis viscera procuremus circuitum. Quo quidem fine opera pretium faciet Elixir balsamicum, quod ex extractorum gentianæ, cardui benedicti, absynthii, cascarillæ, florum chamomillæ vulgaris, salisque tartari ana drachmis tribus, corpticum aurantiorum uncia una, cum vini Hungarici mensurâ parari, & ex ultimo sub epulis haustu, vel etiam hora pomeridiana quarta, ad octoginta guttas cum aqua pura fontana, aut destillata quadam assumi poterit. Non minus circa instans mensurum tempus, per aliquot successive dies, mane deglutire oportebit undecim pilularum mearum balsamicarum, & vesperi capere drachmam dimidiā pulveris, qui ex lapidum canerorum, borracis venetæ, nitri antimonati, salis absynthii, radicis ari, seminisque cymini ana drachma una concinnatur: nec alienum erit, mane pariter ac vesperi pedes, itum ventrem, maximeque pubis regionem, linteo, quod oleo amygdalarum dulcium sit imbutum, probe perficare; & sub ipso uterino fluxu infusum theiforme ex herba melissæ atque croco sorbillare.

Quod attinet thermas Carolinas, suadeo, ut ad vitium pulmonum restituendum, adventante vere potius acidulæ Selterane cum debito regimine, junctisque laxantibus mannatis ac rhabarbarinis per quatuor vel quinque hebdomades potenter, & sub harum usu vesperi balneum

temperatum, ex herbis emollientibus ac nervinis paratum adhibeatur. Tum autem futuro autumno, eo feliciori successu, thermæ Carolinæ, exque potissimum, quæ a molendino nomen habent, in usum trahi poterunt. Ceterum vivendi rationem, præsentis Medici relinquo dijudicationi; & ut hæc consilia a summo languorum medico reddantur salutaria, ex animo precor.

CASUS CXXXVII.

De affectu spasmodico cum purpura.

Matrona generosa, succis plena, habituque corporis spongioso, vasis exilioribus instructo, prædicta, septem liberorum felix mater, ex obitu mariti, elapso semestri, febre acuta præter opinionem extincti, gravi terrore pariter ac meroe adficitur: atque mox male habere, & de præcordiorum anxietate, spirandique difficultate conqueciit. Paullo post maculis per totum corpus purpureis, ipsaque in pectore purpura contaminata; septimo abhinc die, hora vespertina septima, vehementi corripiebatur paroxysmo, qui sic habebat: constringebantur subito præcordia, adeo ut, ipsa sic referente, cor calido crux innatare videretur, spiritus ægerime trahebatur, manus convulsivis motibus torquebantur, caninus spasmus os prehendebat, ut omnis loquendi facultas evanesceret, totumque corpus, cum insigni vultus rubore, velut tetano affectum obrigescebat. Tum sævissimus dolor pungitivus nucham obsidebat; vomendique conatus, & ipsi vomitus, muci tenacis parum excernentes urgebant, hisque tandem succedebant tormenta intestinorum in epigastrica regione. Durabant hæc symptomata per duodecim horas; & elapso triduo, eadem recidebant ratione, bis quotidie invadendo, & breviori periodo cessando. Adhibitis variis medicaminibus remittebant, & horum loco eadem hora prehendebat altus sopor ægram. Ab hoc quoque ita curata, ut obambulare rur.

sus ac in publicum prodire posset; per tres menses lunare tributum haud persolvit; quo tempore insignem corporis, capitisque gravitatem persensit, ac hypochondriacis infestata passionibus, sepius convulsivos artuum subsultus passa est.

Restituto mensium fluxu, cessabant convulsivæ agitationes: at succedebat cedematosus faciei, manuumque tumor; & capitis gravitas, vertigo, nocturnusque aurium tinnitus pertinaciter insistebant. Tandem febre corripiebatur intermittente, valde irregulari; quippe quæ binas quotidie formabat accessiones, sub quarum singula, convulsivis artuum succussionibus constipata, erumperbat purpura, atque, tribus elapsis horis, solutio cum copioso sequebatur sudore. Profligato post quindecim dies hoc quoque malo, torum corpus intomescere coepit, maximeque sinistro hypochondrium, & ventriculi regionem fiatulentæ distensiones cum gravi obstructione alvi obsidebant, atque his atrocia epigastricæ regionis tormenta jungebantur, quæ noctu dieque graves inferebant cruciatus, perque tres ac plures dies, frustra infusis crebrius clysteribus, inhærebant. Hæc pathemata per paroxysmos invadunt, quorum novissime adstringentum hæc est idea: observantur per aliquot dies ructus acidilli; sequuntur flatus & murmura abdominis, & his non excretis, excipiunt acuti circa umbilicum dolores, subsultus artuum convulsivi, præcordiorum compressiones: quæ haud prius conquiescunt, quam eductis per clysmata, sepius iterata, flatibus. Accedit nonraro intestini recti molestus ardor; & pronuper atrox odontalgia jungebatur, cum dejecto protinus appetitu. Quum igitur vereatur generosa mulier, ne partim febris illa denuo recrudescat, & habitualis fiat, partim convulsivæ artuum motitationes in ipsam tandem degenerent epilepsiam; anhelat salutare consilium, & ab his molestiis liberari cupit.

CON.

CONSIGLIO MEDICO.

Grauium, quæ foeminam generosam ultra semestre tempus immaniter tractarunt, afflictionum origo, procul omni dubio ingenti terrori, mœrori que, quem ex obitu carissimi conjugis percepit, debetur. Quum enim illa sanguine turget, habitumque corporis spongiosum, valis exilioribus instructum præle ferat, & admodum sensibilis sit; facile omnino fieri potuit, ut a dictis animi pathematis, sanguinis motus ab exterioribus ad internas potissimum corporis partes conversus, ejusque major copia ad caput, atque præcordia compulsa fuerit; unde pectoris oppressio, spiratio difficilis, anxietas, spasmodes, ac convulsivi motus suani trahunt originem. Hæc symptomata temporis successu majora utique sumserunt incrementa: namque dum iisdem spasmodicis motibus, naturale ventriculi ac intestinorum robur labefactatum, ciborum digestio vitiata, atque saluberrimum se- & excretionum negotium fuit perturbatum; non mirum est, si flatulenti vapores in primis viis generati, collectique nitium distenderunt ventriculi ac intestinorum canalem; qua distensione factum est, ut perturbato humorum æquabili circuitu, hi magis magisq; ad interiora invitati, tantos tumultus, spasmodesque totius corporis constrictiones induxerit. Accedit insuper trimestris menstruorum suppressione; ob quam humores impuri, scorbutici, molestiarum spasmodicarum nutritores magis increverunt; atque sine dubio purpuraceæ efflorescentiæ, ac irregularis febris causæ fuerunt. Quæ inopportuno forsan adstringentium ulu suppressa, atoniæ ventriculi intestinorum, atque viscerum tantam reliquit, ut tumores corporis œdematosi, & hypochondriaca symptomata, flatulentia, & insignis primarum viarum acrimonia denique exceperint.

Quum igitur generosa mulier, adhibitis novissime thermis Carolinis, ab inheatibus adhuc affectionibus penitus vindicari cupit: voti eam futuram spero

Hoffm, Consult. Med.

comptem, si sequentem in usum voca verit medicationem. Primum quidem operæ erit pretium, bis quotannis, vere scilicet, ac autumno phlebotomiam in pede, interjecto vero tempore ter scarificationem administrare. Deinceps in confortando ventriculo pariter, ac universo nervorum genere, insignem præstatabit utilitatem iufusum theiforme, quo vis manu sorbillandum, quod ita paratur; Recipe herba melissa, betonica, veronica, salvia ana manipulum unum, summatum millefolii, florum anthos ana pugillos quatuor, corticum aurantiorum recentium drachmas duas, anisi stellati drachmam unam & semis, Inc. M. D. Ut quoque sordes tam ex humorum mala, quam primis officinis expurgemus, flatuum proventum impediamus, & sanguinis per abdomen circuitum promoveamus; egregie inservient pilulae meæ balsamicæ, quæ alternis hebdomadibus per binos successive dies vesperi, numero quatuordecim capiantur, sumta sequenti mane salis mei aperitivi drachma una. Vespertino quoque tempore crebro usurpanda sunt pedaluvia, ex aqua fluvialili, floribus chamæmeli & cineribus clavellatis confecta, tepidiora, immisis paullo profundius pedibus. In sopiaendis vero ac discutiendis, quæ a flatuum retentione propullulant, molestiis, non præsentius ac efficacius erit remedium, quam clysteres ex decocto avenæ, floribus chamomilla, cymini, sale communi & oleo chamæmeli concinnati. Et quod denique victus attinet rationem; cibos acidos, flatulentos, potus spirituosos, corporis, & maxime extremonum refrigerationem, nec non animi fortiores commotiones, omni studio vitare oportebit.

C A S U S CXXXVIII.

De affectu spasmatico ex relictâ generis nervosi debilitate, cum ischuria & apoplexia conjuncto.

Honestæ mulier, quadraginta annorum, tēperamenti phlegmatico-san-

N n 3 gu-

guinei, habitus corporis spongiosi, sanguine abundans, & ad affectus animi valde proclivis, quatuor abhinc annis mensuorum passa cessationem, &, cum præterea vita sedentaria nimis indulgeret, ab eo tempore, tam calculosis, quam aliis, iisque gravioribus confictata est affectionibus. Namque primum per tres annos atroci manuum pedumque spasmo, præcordiorum anxietate, & spirandi difficultate cruciata, venam tundendam præbere cœpit: tumque his molestiis tormenta a calculo illata, ipsaque calculorum miscio jungebantur. Verum quatuor circiter jam effluxerunt hebdomades, cum iterum dextri lateris doloribus prehenderetur; quos a calculo derivans, anodino-antispasmodicis oppugnavi remediis. Hæc vomitu rejecta iteravi eo effectu, ut dolores quidem prorsus conquiscerent; hos vero pertinax excepiderat ischuria, qua intra nycthemeron ne guttulam quidem urinæ reddere valebat. Datis pilulis laxantibus, tinturaque tartari, liberum urinæ restituebatur iter, sed, qui junctus erat, artuum spasmus, cum inspiratione angusta, & loquendi difficultate, per quinque adhuc dies insistebat. Tum melius habere vi fa, elapso vix triduo, tanta subito fauicum, atque maxillarum constrictione prehendebatur, ut, rationis usu quidem integro remanente, nec os aperire, nec deglutire, nec loqui potuerit. Me absente, perterriti adstantes, chirurgum accersi, & octo cruris ex tulsi in utroque pedum venis uncias detrahi curant: quo facto prorsus evanescabant cuncta symptomata, & incolumis ægra in conclavi jam obambulare incipiebat. At vero, transactis circiter sex horis, idem paroxysmus, priori longe atrocior, cum plenaria loquendi impotentia recrude sciebat: in quo reversus ego clysmata emollientia non minus ac antispasmodica ano infundi jubebam; ex quibus sublevata, placido per noctem fruebatur somno.

Postridie hora prima pomeridiana præter omnem spem, ac opinionem in paroxysmum incidebat epilepticum; quo bre

vi tempore finito obdormiscebat, & ex pergefacta, omnium spasmodorum otio gaudebat. Sed vesperi hora sexta, rursus atrociter invadebat spasmodica fauicium, & muscularum maxillarum constrictio; quæ sinistre manus atque pedis plenaria comitabatur paralysis. Postridie circa meridiem hæ partes, naturalem movendi potentiam recuperabant quidem; at dextrum latus penitus resolutum, & morus expers deprehendebatur. Quum igitur ob impeditam deglutitionem interna non propinari potuerunt medicamina; externis pugnatum est nervinis, ex spiritu vini camphorato, salis ammoniaci, & cornu cervi paratis; quorum collo, maxilla atque nucha illitorum ope, relaxati harum partium spasmi, internorum remediorum usum permittebant, hisque adhibitis, cum somno & adpetitu, integra redire videbatur sanitas.

De hoc morbi triumpho gavisa ægrotans, elapso biduo, hora undecima nocturna ex improviso in epilepticas recidebat adfectiones, quæ duodecim vicibus invadentes, cum junctis deliriis per totam noctem sœvabant; alteroque mane cessabant, & datis, quæ abs re judicavi, remediis, plane silebant. Tum valebat per decem circiter dies; at his circumactis pristina ludi cœpit scena. Namque post dolorem gravativum, atque diffidentem, qui hora sexta matutina subito ad sinistrum irruerat latus, gravi rursus corripiebatur incuria. Hæc, laxantium ac tinturæ tartari vim eludens, cum convulsivis motitationibus, atque tractionibus artuum, capitis, maximeque oris, & temporum stipata, ad hunc usque diem, qui nonus est, inhæret absque doloribus. Et cum præterea nausea, mucique paucissimi laboriosæ jungerentur vomitiones, suspicabar calculum in cavitates renum hærentem, atque rebellem hanc lotiis retentio nem, a pertinaci renum vesicæque spasmo derivabam. Quare non nisi antispasmodicis medicinis, clysteribus emollientibus, balneis, pulveribus anodynis, linimentis, fotibusq; ad pubis & lumborum regionem inunctis, non omisis laxantibus, usus fui. Sed omnium effectus erat irritus; &

quan-

quamquam clysteres atq; laxantia insignem ferri quantitatem secum ducerent, lotiique aliquale stillicidium cum euphoria procurarent; attamen libera nondum restituta est mictio, & recensita superius symptomata, cum languore totius corporis, heri mirum in modum increcebant.

Interim cum nullus nec dolor, nec tumor, nec ponderis sensus, in pubis ac renum percipiatur regione; & ipsa vesica ab omni lotio, atque labo vacua videatur: nullum quidem mihi superest dubium, quin in renibus omne haret vitium. Verum anceps adhuc sum, num malum calculo renali, anne potius plethora, & hinc pendentia nimirum emulgientium repletioni debeatur? Ad calculum, omnem haec tenus curandi intentionem direxi; sed cum omnia medicamina in cassum data fuerint, parum abest, quin solam accusarem plethoram; & ad hanc imminuendam, venam de-nuo tundi curarem; maxime quom prior venæ sectio, in ipso spasmorum paroxysmo, inopportune fuerit instituta. Quicquid sit, serum in renibus retentum, jam omnino ad massam humorum retrocessisse arbitror; & illud ne nimia quantitate ad caput vel pectus delatum, repentinam aliquando suffocationem, aut soporosos affectus inducat, purgantium ope eliminandum esse reor, præsertim, quoniam a laxantibus, hoc in gravi malo exhibitis, optime semper habuerit. De his vero, & illis præsidii, quæ profutura censes, tuum, vir Experientissime, flagito ac expecto consilium.

Epicrisis cum consilio.

PEcularis & rarer hæc morbi historia, multa exhibet momenta, quibus quædam debetur animadversio. Primum quidem ea, quæ quotidiana experientia innovuit, confirmatur observatio, quod foeminae, sanguine plenæ, vitæque sedentariae addictæ, post mensium cessationem, quæ anno circiter atatis quinquagesimo fieri solet, maxime, si venationes omittant, doloribus calculosis, variisque generis spasmis corripiantur:

qui crux tam per vasculosam renum substantiam, quam reliquas partes ac viscera, difficilius progredienti, inquieti stagnanti, in acceptis referendi sunt.

Singularem subinde attentionem meritetur contumax illa urinæ retentio, qua per multos dies laboravit ægrotans. Solent plerumque hoc morbi genus a binis derivare caussis; nempe vel a spasmotica uretherum constrictione, vel ductuum urinariorum obstructione, sive per calculos, sive materiam mucosam, tenacemque facta: addiderim adhuc tertiam, quæ in nimia relaxatione vel atonia tubolorum renalium, atque uretherum consistit. Namque perpetuæ instar regulæ tenendum est, omnes ductus, & canales, qui secretionibus humorum serviant, veluti sunt biliferi & urinarii, pollere motu constrictorio & dilatatorio, qui in canale intestinorum, peculiari nomine peristaltici motus insignitur. Possunt igitur hi ductus & vehementi spastico nimium constringi, & atonia relaxari; utroque vero modo, nihil fluidi transmittunt: quemadmodum idem observamus in intestinis, quibus, vel nimis strictis, vel nimis laxis existentibus, nulla per alvum succedit excretio. Par ratio-ne cum urinæ suppressione, quam ischuriam vocant, comparatum est: quæ sic uti a remedii opiatibus, inopportune usurpati excitari, ita ab illo, si causa in vehementi spastico fuerit sita, debellari potest. Quæ cum ita sint, facile adparet, nostrum, de quo sermo est in lectissima scemina, morbum ab atonia canalium, quæ urinam secernunt, per anodyna & dolores sedantia medicamina, in affectu, qui antecessit, spasmotico propinata, inducta esse derivandum. Namque experientia docet, omnes nervosas partes, quæ spasmis ac doloribus affectæ fuerunt, his conqueſcentibus, retinere quendam languorem & atoniæ, quæ datis anodynisi longe magis invalescit. Hinc quoque ratio patet, cur in præfenti casu, clysteres atque purgantia, irritando nimirum, & ad motum excitando partes relaxatas, matutus levamen attulerint, quam cuncta &

emollientia, & antispasmodica. Neque raro adnotavi, urinæ retentionem ab ipsa vesica relaxata, ac nimium expansa, suam traxisse originem, quo in casu congrua purgantia, promovendo urinæ fluxum, semper operæ pretium fecisse deprehendi.

Non minus notatu dignum est momentum, quod nostra mulier spasmadicis, atque hystericas affecta fuerit motibus, adeo vehementibus, ut & fauces, & maxillarum musculos constrin-gendo, sermonis pariter, ac deglutitionis facultatem destruxerint; quodve hi paroxysmi post affectiones, ut ita loquar, paralyticas, protinus redierint. Neque vero ab alia caussa natales suos mutuantur, quam ab humorum in nervosis, ac membranaceis partibus, veluti sunt ventriculus & intestina, stagnatione.

Nee denique silentio sunt prætermittendi insultus illi epileptici, brevi post venæctionem invadentes, delirio sti-pati, & sponte evanescentes, inseguo subiuste paralytico ac sere apoplectico affectu, mox quoque cessante. Vocari hæc epilepsia species mere spasmatica meretur, quæ supervenire observatur gravioribus, ventriculi ac intestinorum doloribus, a quacunque causa, sive faburra acri, sive vermibus, sive etiam calculo inductis, & per consensum caput, membranaisque cerebrum & spinalem medullam cingentes occupantibus. Tales morbi nisi cum insigniori seri in cerebro extravasatione fuerint conjuncti, sæpen numero sponte remittere deprehen-duntur: simul vero, more omnibus spasmodicis morbis solito, facile recrude-scere, ac certas periodos servare conspi-ciuntur. Quamobrem spasmotica istiusmodi & epilepsia, & apoplexia, probe discernendæ sunt ab iis, quas adpellamus idiopathicas; siquidem hæ semper cum seri vel sanguinis extravasatione complicata, periculo haud vacant.

Quod autem attinet curationem ischuræ, quæ adhuc cum insigni totius corporis languore infestat; phlebotomiam minime iterandam suasi, nisi forsitan

mia sanguinis moles, vasorum plentydo, & pulsus magnus, atque plenus id indicarent. Commendavi potius, ut usus enematum, quæ cum vino, paucisque guttulis olei juniperi, carvi ac therebin-thinæ, nec non stimulo salino acuanda docui, continuaretur; & ter quotidie triginta circiter guttae essentiae succini cum tintura metallorum, aut antimoni acri, & spiritu cornu cervi succinato mixta, ex aqua menthae, aquæ simplici nupta assumerentur. Collaudavi non minus juscula medicata, cum radicibus petroselini, cicchorei, & asparago decocta; ac infusa theiformia, quæ ra-dicem liquiritæ, atque baccas juniperi toitas haberent. Denique corporis refri-gerationem, animi pathemata, & potus spirituosos, sedulo vitaret, injunxi. Atque his factum esse percepit, ut ægra egregie habere coepit.

C A S U S CXXXIX.

De affectu generis nervosi spasmatico, per Selteranas cum lacte curato.

Duos & viginti annos nata virgo, temperamenti sanguineo-cholerici, animi sensibilioris, corporisque tene-rioris, sub recta victus observatione, ad decimum sextum usque ætatis annum, illibata gavisa sanitate, tum ex improviso asthmate convulsivo prehendebatur: a quo cum gravissimis sympto-matibus, per novem hebdomades dive-xata, ope acidularum Egranarum con-sanuit. Nihilo tamen minus ab eo tempore varias ægritudines, ut ut le-viores, passa est, quas omnes, divina favente gratia, concurrente forsan ex-aetiori diata, feliciter superavit. Quatuor autem abhinc mensibus, cum jam per aliquod tempus de capitisi doloribus, sudoribus nocturnis, & molestis in-sistro latere sub hypochondriis puncturis, non nisi reutatum in lecto corporis statim excipientibus, conquesta fuisset, accidit, ut altero post solutum lunare tributum die, gravi percilleretur ter-tore, unde dictæ molestiæ longe majora-

sumserunt incrementa. Consultus medicus varia exhibuit remediorum genera; quæ nullam ferebant opem, tantum aberat, ut ægra potius summam corporis sentiret laßitudinem, & lecto prorsus affixa, copiosis sudoribus, inquietudine, vigiliis, ciborum fastidio, artuumque doloribus, immaniter vexaretur. Dedit idem medicus pulverem, qui pulveris stomachici Quercetani, antiæctici Poterii ana grana octo, tartari vitriolati grana quinque habebat, eumque singulis quatuor horis iterari jussit. Ab horum usu, cum ingentem nauseam, vomendi conatus, & intestinorum tormenta perceperisset; vim remedii potatione infusi theiformis, digitique in fauces immisione adjutura, ter vomuit, terque alvum dejecit. Sed posthac singultu, capitibus doloribus, æstu, inquietudine, ruboribusque nidorosis, per tres integras hebdomades discruciatæ, alijs medici opem imploravit. Is malum a sordibus acidis, ac viscidis, primas regiones obfidentibus subortum ratus, lene propinavit emeticum; tumque alternis diebus pulveres laxantes exhibuit, & serum lactis, cum manna uncia una permixtum, singulo mane ad mensuram dimidiad potari jussit. Non minus horum usum, confortantibus atque stomachicis secundavit medicinis; sed morbus in dies magis exacerbatus increvit; & abhinc hisce potissimum notis se manifestavit.

Per intervalla bis, ter, quaterve de die recurrentes patitur paroxysmos, qui sic se habent: Refrigescunt manus atque pedes, facies expallescit, succedunt rugitus copiosi, atque tum singultus, oppressio & anxietas præcordiorum, sensus infixi fauibus, vertigo, capitibus dolores, æstuque vexant; pulsus fertur debilis, sed æqualis, spiratio paulo difficultior, at nulla tussis nec sicca, nec humida adest. Solvitur talis paroxysmus, per dimidiad circiter inhærens horam, vel insigni laßitudine; vel, præviis inquietudine, oscillationibus, atque pandiculationibus, definit in profundum soporem, qui, elapsa hora, cum calore corporis, atque sudo-

re finitur. Notari vero meretur, quod si externi artus calorem naturalem retineant, paroxysmus longe sit mitior, atque brevior. Cæterum somno tranquillo, & integra ciborum cupiditate fruiatur, neque vero cibis, nisi coctu facilitibus ac nutrientibus vescitur; urina mingitur naturali similis, cu[m] quadam nubecula; alvus justo est segnior, & vix alternis respondet diebus; at si liberior fuerit, reddit multos flatus, atque mucum spumantem, tumque levora observantur cuncta symptomata, ructusque parciores. Menstrua debito tempore, justaque quantitate pariter, ac qualitate succedunt, & novissime sanguis per narres erupit aliquoties. Hodie demum adnotavi, paroxysmum subsultibus quoque convulsivis, & labii inferioris, & artuum stipari, atque ructibus explosis solutum fuisse.

Relatio mali, ejusque curationis.

Invenit morbus hic, cum recensitis symptomatis, ultra semestre tempus; nec ullis expugnari potuit medicinis. Consultus tandem ego, ex præmissa historia, judicare quidem potui, malum ad affectus nervosi generis spasmodicos esse referendum; & pulverem illum, de quo superius mentio fit, neutiquam tam perniciosos edidisse affectus, quales ipsi novissimus imputare voluit medicus. At fateor, me exinde de vera caussæ morbi, scæ sede nondum satis certum fuisse reditum. Quare nec judicium meum interponere potui; sed comendavi dumtaxat, decoctum consuetum pro potu ordinario, pulveremque ac pilulas antispasmodicas, illum ex pulvere Marchionis, cinnabari, nitro, & castoreo confectum; has ex extracti florum chamo-millæ vulgaris, summitatum millefolii ana drachma, corticis cascarillæ pulveris, sati drachma dimidia, extracti castorei, croci ana granis sex, oleique macis guttis quatuor paratas; hincque crebro interponi clysteres imperavi. Verum, licet hæc solida solamen tulerint miseræ, non tamen prorsus expugnare potuerunt ma-

lum;

lum; quid? quod illud brevi denuo in-
valeficeret.

Quamobrem ipse tandem accersitus,
coram inspexi etgrotantem; & exploratis
omnibus morbi momentis, percepit, eam
juveni per aliquot jam menses esse de-
sponsam, quem ardente prosequebatur
amore. Paroxysmus intra nycthemeron
me praesente sexies illam prehendebat,
cum pallore vultus, pulsu celeriori, re-
frigeratione extremonum, spirandi diffi-
culty, anxietate, vertigine, cephalal-
gia, doloribusque ac convulsivis fere ar-
tuum motitationibus; & sequuto sudore
solvebatur. Ex his itaque judicavi, gra-
ve illud malum sola generis nervosi debi-
litate niti; & hinc pendente nervosarum
partium spasmo absolvi. Hujus autem
primam originem a gravi terrore, quo
statim post menstruorum fluxum perculta
fuit, derivandam esse, eo certius credi-
di; quo magis quam plurima mihi inno-
tuuerunt exempla, quod terror enormous
ribus sanguinis profluviis superveniens,
istiusmodi produxerit affectiones. Neque
dubium est, quin eas in nostra virgine
adfectus amoris insigniter sustentaverit;
& subinde tanta medicinarum, quas ad-
hibuit, evacuantium, calefacientium,
carminativarum, & spirituosarum farra-
go exacerbaverit. Idcirco commendavi
curam lactis albinii; quod etiam cum
dimidia fontis Selterani parte marita-
tum, atque tepefactum, mane ad men-
suram integrum, hora vero tertia pome-
ridiana dimidiata, per quinque hebdo-
modes potavit. Præterea quovis quinto
die undecim pilularum balsamicarum de-
glutivit; & nonnunquam liquoris mei
anodynii viginti guttas, vel pulverem an-
tispasmodicum, supra descriptum assum-
it, coniuncto recto vivendi genere. At-
que his factum est, ut penitus convale-
sceret, & brevi post, viro nupta, sanita-
te jam fruatur illibata.

CASUS CXL.

*De affectu spasmodico, gravibus &
multis symptomatis stipato, cum
consilio, an thermae Caroline sint
prosuturae.*

Fœmina generosa, annorum trigesi-
ta, insigia sanguinis & succorum
mole prædicta, ante quindecim annos fe-
brem incidit acutam; sub qua, per de-
cem fere septimanas cum continuo deli-
rio infestante, tantus humorum ad caput
siebat raptus, ut hoc primum intumesce-
ret, cutis fonderetur, capilli defluenter,
& tandem erysipelate afficeretur. Supe-
rata febre, ejus reliquias expugnatura,
curationem, quæ per famem fit, in usum
vocavit; sed ob varia, quæ intercede-
bant, impedimenta, haud ad finem per-
duxit. Abeo vero tempore valetudina-
riam agere cœpit vitam: namque præ-
ter gravedinem, quam assiduum patieba-
tur, per intervalla, eaque crebriora re-
cruduit capitis erysipelas, quod levius
quidem, dextram malam dumtaxat; spa-
tio exiguo obsedit, nunquam vero febrili
commotione vacavit. Non minus dorso
inhæsit molestus dolor, sub costis spuriis
ad ventriculum excurrens, ilisque etiam
in pectore tensivus, per certas tantum-
modo periodos, tota præcordia valde
constrinxit: quæ tormenta, licet post
thermarum Carolinarum potum fere
debellata sint, nihilo secius per vices
adhuc vexant, totumque dorsum sem-
per est frigidum. Sex præterea jam es-
fluxerunt anni, cum iterum febre acuta,
velut pectorali prehenderetur; quippe
quæ non modo oppressione præcordio-
rum, sibili ac stertore pectoris, verum
etiam tam violenta tussi erat conjuncta,
ut sepius sanguinem expueret. Abhinc
varias in pectore sensit molestias; in-
que primis per novissimum biennium,
vehementi agitatur tussi, quæ a præ-
via titillatione quadam pulmonum ex-
citata, matutino potissimum tempore,
cum rejectione seri tenuissimi adfligit;
sorbillato autem per proximum seme-
stre.

tre appropriato infuso, longe jam minor est.

Verum enim vero nondum omnium incommodorum vacuitate gaudet; sed spirandi adhuc vexatur angustia, sub ascensu per scalas, vel etiam silente seri e pulmonibus ejectione, admodum incremente. Adhæc frequens est alvi obstratio; & a fortiori ipsam egerendi nisu, tubercula suboriuntur in ano, ac nonnunquam sanguis cum fæcibus excernitur. Notari meretur, hanc obstruktionem, excipere præsertim mensium fluorem, atque tumungi simul cœcas illas hæmorrhoides insigniter ardentes, totumque perinæum excoriantes.

Si menstrua instant, quod fere luna existente plena sit, antecedunt atrocia intestinorum tormenta, & dolor gravatus in uteri vagina; tumque crux spissus & ater, minori, quam olim, fertur copia. Junguntur etiam pedum, maxime sinistri, ad malleolos usque, insignis refrigeratio, quæ extra hoc lunare tempus, non nisi plantis pedum inhærescit assidua. Præterea hoc tempore horrendus ossis sacri dolor vexat, isque non raro ad regionem renum incumbit, a fortiori corporis motu, aut inclinatione ad terram exacerbatus; & in urina, ubi conquivit, sulum cernitur rubicundum.

Non minus per intervalla subtristis evadit ægra, tantoque corripitur angore, ut nihil sit, quo possit erigi: accedunt puncturae præcordiorum, cor maxime occupantes, cum sensu quodam renitus sanguinis haud rite propulsæ, qui instituto corporis vehementiori exercitio remittit. Nares perpetua gravedo obstruit; quæ, si in libero versata fuerit aere, mitior exsistit; quando vero in calefactis conclavibus commoratur, caput & internæ nares adeo constringuntur, ut nec aer, nec pituita has transire queat; jungitur aurium tinnitus, & animi cogitationes turbari videntur. Tandem, post pulveris sternuatorii, aliorumque remediorum usum, fetida, crassaque materia, puris instar emungitur, cum euphoria, sed brevi cefat hæc excretio.

Elapso proxime anno, hisce molestiis

jungebatur tensivus capitum dolor, tanta que vertigo, ut vix a lapsu, qui in dextrum præcipue latus imminebat, sibi cavere potuerit; ac novissime pertinacissima denuo tussis, velut suffocativa, cum raucedine, & æstu præternaturali stipata, invadebat, perque totam noctem inhærebat, mane mitior. Sensit quoque olim magna manuum, sinistrique potissimum brachii tormenta, quæ hoc tempore remiserunt. Non raro atrocissimi capitum dolores eam discruciant, &, sequito vomitu, protinus cessant. Mane in fauibus, maxime circa uulam, in exiguo quodam spatio, insignem acrimoniam & siccatatem, cum deglutitionis impedimento sentit; quæ, exscreato muco, evanescit. Nonnunquam externis pectoris partibus inhæret ardens rodensque dolor, isque in dextro potissimum latere, cutim interdum in vesicam elevavit, quæ sanguinem fudit: ac denique tanta nares offendit acrimonia, ut semper fere sint excoriæ. Et hæ sunt molestiæ, quibus eo usque permittur misera, & quarum medelam anxie querit: maxime vero doceri cupit, an iis expugnandis Carolinæ sint profuturæ.

Consilium Medici cujusdam.

EA valetudinis conditio, quam præfert generosa mulier, quamque morbi nomine insignire haud audeo, a nimia sanguinis & humorum mole, motuque inordinato, unice videtur dependere; & ab eorum inæquali per uterum, ob cerebra pueraria male constitutum, circulatione primam repetit originem. Namque hanc ob causam crux excretio menstrua haud est sufficiens, nec respondeat quantitatæ succorum, qui in toto continetur corpore; quare hi ad ramos hæmorrhoidales regurgitant, perque eos exitum affectant. Hic vero, quoniam deficiente naturali ad hunc fluxum dispositione non commode obtinetur, stagnat crux non modo in iis, quæ proxime investiunt anum, venis, & cœcas ignit hæmorrhoides; verum etiam in ramis hæmorrhoidalibus per os sacrum, atque

que dorsum ascendentibus subsistit, eosque distendendo, atroces illos in dorso dolores progenerat. Sub hac stagnatione humores redduntur spissi, atque viscidii; & obturgentes venas hæmorrhoidales, alvi quoque segnities proficisciuntur, quam in tali casu nec clysteres, nec purgantia referare sufficient.

His autem incommodis ut medeatur, duos potissimum scopos præfixos habemus, necesse est; nimirum ut humorum nimiam molem primum imminuamus, deinceps illorum crassitudinem attenuemus. Priori scopo venæ sectiones, motus corporis, & tenuis virtus facient satis; posteriori inservient decocta ex cremenis tartari uncia una cum dimidia, nitri drachmis duabus, sacchari unciis tribus, & flavidine citri cum sex aquæ mensuris parata, in vicem potus ordinarii large potanda. Nec alienum erit, hac præsertim anni tempestate, succum betule manu loco infusi theiformis forbillare.

Quod attinet thermas Carolinas, cauissimus earum debet esse usus, ne enomorem excitent per anum vel uterum hæmorrhagiam. Quare commendarem, ut solito parcior earundem sit potatio; ac vesperi præcedente, clysteres ex eisdem aquis parati, ano infunderentur. Inservient præprimis ad resolvendum sanguinis coagulum, maximeque referandam lienis obstructionem: quem effectum ab acidulis quoque tepescatis expectare licet; nec non a cibis tenuioribus, non nimis nutrientibus. Eodem scopo egregie profutura sunt balnea, ex aqua dulci tepidiora, quæ cutim relaxandi, & spissos succos attenuandi mirabilem vim possident; quorum etiam frictions pertinent. Ad imminuendam sanguinis abundantiam profunt porro hirudines & scarificationes; sed nisi diæta tenuior accesserit, mox nova crescer copia: nec denique iudetur opera, si æstivis mensibus serum lactis caprini adhibeat. Hisce subsidiis ante omnia moles humorum erit immixuenda; atque tum aliis remediis, iis, quæ restiterint, symptomatibus obviam eundum.

Epicrisis cum consilio.

QUAM multis, magnis atque diuturnis morbis pateant subjecta, succorum plena, maximeque foeminæ, quæ naturæ sensibilioris, & spongiosi corporis sunt habitus, præter crebram experientiam, præsens quoque testatur casus, Ingens enim sanguinæ, quæ in iis generatur copia, nisi justo vigore per debita ac patula loca, quæ in sexu sequiori uteris plerumque, interdum etiam venæ hæmorrhoidales sunt, excernatur, protinus in uteri, intestinorum, ac abdominis majoribus vasis stagnat, eaque distendendo, gravia spasmodica producit symptomata. Hisce vero non modo circulus succorum inæqualis redditur, sed illi quoque ad nobiliores partes, ad caput, præcordia, regionem lumbarem ac renalem majori compelluntur impetu, inque iis varia, ac non raro periculosa machinantur mala. Nulli autem occurunt febre morbi, qui tam facile in habitum ac consuetudinem degenerent, quam ejusmodi spasmodici: quanquam enim in plethoricis subjectis primario, a cruris abundantis stagnatione natales suos mutentur; attramen, si diutius duraverint, utrum remota illa stagnatione, a leviori causa, errore diætæ, aere frigido, humidoque, cibis flatulentis, calidioribus, animisque affectibus, facilime revocantur; multumque negotii medico perinde ac agrotanti faciliunt. In primis vero obnoxiae sunt hisce habitualibus spasmorum recidivis illæ foeminæ, quæ præter habitum corporis spongiosum, atque temperamentum sanguineum, diætæ erroribus indulgent, & vescuntur alimentis, quæ vel genus nervosum debilitant, & ad anomalous motus disponunt, vel criticas sanguinis per uterum excretiones remorantur. Molle siquidem hoc hominum genus plerumque pomis, acetariis, placentis, dulcibusque cibis deletatur, parco utitur potu, aut hunc frigidorem in corpus calefactum ingurgitat, vitam amat sine motu desiderem, lumen justo diutius indulget, corpus vestimenta-

mentis compressoriis paullo arctius includit, & ad vehementiores animi affectus, terorem, mœrem, tristitiam, quin non raro diuturniorem, depascentemque amorem proclive deprehenditur.

Quæcunque ex his caussæ in nostra concurrent ægrotante, satis est, eam nimis abundare humoribus, & ab horum irregulari circulo cuncta, quibus premitur, pullulare symptomata. Neque enim ullum est dubium, qm̄n partim capit is erysipelas, quod cum acuta febre complicatum, quindecim abhinc annis pasto est, partim febris illa pectoralis, paucis post annis infestans, soli sanguinis abundantiae, & inordinato circuitui debeantur. Quom autem ejusmodi affectiones eas, quas obfederunt partes, valde debilitant, earumque robur adeo labefactant, ut sub quavis vel levissima occasione humores in illis subsistant, ac pristinos resulscitent affectus, ratio facile patet, cur in nostra erysipelas faciei, gravedo, tussis & asthmatica pectoris afflictio s̄p̄ius recrudescat, & adhuc molestias creant. Reliqua, quæ in imo ventre tyrannidem exercant symptomata, veluti sunt tormenta intestinorum, dolor gravatus in uteri vagina, alvi segnities, tormenta ossis sacri atque renum, & hemorrhoides cœcae, utique ab inæquali humorum per viscera abdominis progressu, & sanguinis in uteri & hypogastricis vasis stagnatione soos mutuantur natales.

A quibus malis cum liberari cupiat generosa matrona, nihil fane est, quod ipsi convenientius judicare, quam ipsas thermas Carolinas, binis successive portandas annis: quippe quarum vis, in spasmodicis affectibus, omnium remediorum virtutem longissime superat. Generatim notari oportet, thermarum internum usum, personis, quæ sequioris sunt sexus, magis esse accommodatum, quam quidem acidulas: hæ enim, si quid adjuventi inferre debent, calefactæ sint, & cum externo balneorum Tœplicensium usu conjungantur, necesse est. In nostro casu eo certius emolumentum ab usu Carolinarum spondeo, quo insignius inde levamen jam antea percepit ægrotans.

Tantum enim abest, ut hæ thermæ, juxta Medici, cujus judicium præmissum est, sententiam, quam refutare instituti mei ratio neutiquam exigit, ad violenta & vehementiora remedia sint referenda; ut potius, longa experientia edocet, tutissimas eas pronunciare, & natura quoque debilioribus, fœminis, junioribus, quin & gravidis secure commendare queam, maxime si sub regimine prudentis medici adhibeantur. His ergo sub decenti viatu usurpati, si quicquam molestiarum adhuc restiterit, quæ abs re futura sint, docebo.

C A S U S C X L I .

De affectu spasmodico in fœmina, cum consilio, quænam post potum thermarum ex usu sint.

Matrona quadraginta novem annorum, subpinguis, & spongiosi corporis habitus, decimo sexto ætatis anno, menstrua primum profundere cepit, sequenti viro nupsit, vigesimoque sexto primum exclusit partum, qui simul ultimus fuit. Tribus autem abhinc vicibus, sub falsa imprægnationis spe, per tres semper menses haud persolvens lunare tributum, his elapsis, cum enormi cruxis per uterum profluvio, excrevit rudem, carneamque massam. Per novissimum triennium menstrua ab ordine naturali recesserunt; squidem mox per unum alterumve mensem suppressa fuerunt, mox justo copiosiori quantitatè promanarunt; & per proximum trimestre albus comparuit fluor. Quare non sine levamine haec tenus ter quovis anno venam secandam, cutiisque singulo mense scarificandam præbuit; detractumque sanguinem semper invellit cuticula quædam. Neque tamen minus valde infirma fruitur sanitatem: alvus segnis est, & vix omni biduo, vel triduo responderet, assidui vexant capitum dolores, nervorumque cervicis distractio-nes; crebræ adfigunt præcordiorum anxietates, cordisque palpitationes, quæ, si forsitan ad sinistrum latus decubuerit, cum suffocationis metu invalescunt, adpe-

adperitum fruitur avidiori, sed sumtis epulis, dolor gravatus in ventriculo percipitur, ciborumque languidior concoctio. Præterea duodecim abhinc annis, in sinistro abdominis latere prope umbilicum, tumor cum dolore, ardoreque adparuit, & post quatuor hebdomades, excreto per alvum multo pure, in abscessum degeneravit: quo loco ad hunc usque diem ingentem dolorem, maxime si retinentur fatus, persentisicit. Paucis post annis vultus intumuit, junctis æstu febribus, capitisque doloribus; qui tumor, saepe per nares profusa, evanuit quidem, sed insignem memorie debilitatem reliquit. Denique per aliquot annos calculo laboravit, multosque per intervalla ex utroque renum excravit lapillos, præcipue post thermarum Carolinarum usum, quas elapso anno potavit. Ab harum vero potatione siferunt hi dolores; sed in eorum locum pedum œdematosus succedit tumor. Contra has igitur affectiones, tuum, Vir Excellentissime, efflagitat consilium.

C O N S U L T A T I O .

EX iis, quæ de infirma mulieris geroſæ valetudine, mecum sunt communicata, probe ponderatis luculententer dispalescit, omnes, quibus soliciatur, affectiones a nimia sanguinis ac humorum mole, tardiorique per vasa, quæ exilia sunt, & ab incumbente multa pinguedine comprimuntur, circuitu proficiunt. Hinc enim non solum partium serofarum & excrementiarum conveniens per debita emunctoria secretio ac excretio, verum etiam ipsa cruris per uterum evacuatio, accedente præsertim ea ætatis periodo, qua cessare solent menstrua, nec legitime, nec vegete satis succedere potest. Idcirco irregulares humorum motus suboruntur, hique majori copia ac impetu ad partes superiores, dorsum, caput & præcordia compelluntur, qui, earum regionum vasa nimium distendendo, dolores dorsi, lumborum, atque capitidis, cordis palpitationes & anxietates machinantur.

Atque non vanus profecto est metus, ne ex hisce vitiis successu temporis cachexia, hydrops, quin & apoplexia subnascatur: quæ mala, ut præcaveantur, ac præsentia debellantur, eo dirigendi sunt curationis nervi, quo sanguinis abundantia imminuatur, circulatio promovetur, & stagnationes discutiantur. Quibus satisfactorius scopis, phlebotomiam & scarificationem, more hucusque solito, continuari jubeo; & adhibitis salutari consilio Carolinis fontibus, ea in usum vocanda suadeo medicamina, quæ alvum leniunt, stomachum robustant, vim digestivam instaurant, & transpirationis successum facilitant. Egregiam hoc nomine præstabile virtutem pulvis aperitivus, & præcipitans, sequentem in modum parandus: Recipe lapidum cancrorum unciam unam, arcani döplicati unciam semis, nitri depurati drachmas duas, olei de cedro Italici guttas sex. M. E. pulvis, cuius drachma dimidia, ex aqua vino nupta, quovis tertio die, vel brevi ante epulas, vel circa somni tempus captiatur. Deinceps collando usum Elixirii stomachici, quod sic componitur: Recipe radicis gentianæ rubræ unciam unam, herba cardui benedicti, corticum aurantiorum, salis tartaria unciam dimidiad. M. infundantur cum mensura dimidia spiritus vini Rhenani, & leni calore digerantur. Hoc remedii genus, quod ventriculum robustat, acrimoniam primarum viarum temperat, & alvinam excretionem secundat; ad sexaginta guttas vel mane ex infuso calidiori, vel vesperi assumi potest.

Non minus ad promovendum aqualem humorum progressum, eorumque adfluxum a pectori derivandum, non contemnendum effectum possident pediluvia ex furfuribus triticeis, sale communi, cineribusque clavellatis paranda, & vesperi adhibenda. Omnis quoque cervisia, maxime lupulata nocet, cuius vicem commode explebit decoctum ex radice scorzonerae, salsaparilla, semineque scenicali confectum. Et si denique alvus fuerit obstructa, missis, quo noxia sunt, cunctis purgantibus, eam

per sal Anglicanum, pondere dimidiæ unciaæ ex aqua capiendum, hausta desuper larga infusi calidioris quantitate, referare oportebit.

C A S U S C L I I .

*De variis pathematisbus spastico-hystericis
cum corporis consumptione.*

Celsissima Princeps, temperamenti melancholici, corporis gracilioris, annorum viginti trium, tempore pubertatis matrimonium contraxit, in eoque sine prole visit. Multis potius, durante hoc conjugio, pressa fuit & timoribus, & terroribus, cum vitæ nonnunquam periculo conjunctis. Dum enim aliquando una cum marito in curru veheretur equi fugam arripuerunt, laxatisque habenis, & præcipitante curru, metus erat, ne una cum lectissimo marito fatis cederet. Evaserunt equidem, quæ Dei est gratia, uterque ab hoc gravi periculo; sed nostra cordis tremorem, vel potius palpitationem, vultus pallorem, & angustias præcordiorum retinuit. Ab his, ut vindicaretur, choreæ institutæ fueront, aliaque muliebri sexui familiaria solamina: at nullum ex omnibus percepit levamen, tantum abest, ut sequuto post aliquot mense dilectissimi mariti variolis extinti obitu, pejus habere cœperit. Hinc enim longe plura propullarunt symptomata; siquidem accedebant vertigo sèpius recurrens, dolores stomachi, ejusque tensiones, menstruorum parciòr fluxus, & laßitudo quædam, totum & musculosarum & nervosarum partium genus occupans, adeo ut sepe vix pedibus sustinere posset. Interim ad secundas transit nuptias, inque his filium peperit unicum, nihilo lecìus autem perdurant recentiæ calamitates, quin accedente primum matris, & brevi post dilectissimi filioli, qui trimulus erat, morte, majora in dies sumserunt incrementa. Accessit demum muliebris fluor, modo albus, modo ad flavum vergens colorem, cum frequenti membrorum languore, quo ingravescente, lecto affi-

gi tenetur: ipse hic fluxus, promanantibus mensibus, per quatuor vel quinque dies cessat; hisque rursus cessantibus, de novo prorumpit. Sub finem defluxæ astatis cum in Italianam rediisset, in duplice incident tertiānam, cum capitis, stomachique dolore conjunctam; quæ unius mensis spatio profligata, tamen recurrit per intervalla, & tandem usū tintetur Chinæ de China, aliorumque amarorum, exspiravit, relictis semper iis, de quibus sermo fuit, symptomatibus. Rerum non naturalium exactam servat rationem, nisi exceperis, quod animi affectibus nimium indulget, eosque potius occultos soveat. Ceterum, licet toto vitæ suæ tempore parum carnosa fuerit, iam tamen sensim sensimque emaciatur; pulsusque arteriarum mox justo frequenter, mox vero æqualis, simul vero durus fertur.

Hæc est morbi, symptomatumque, quibus Celsissima Princeps premitur; idea; quorum explicationem pathologiam lubens omitto, tuamque, vir celeberrime, exopto sententiam. Haud vero silere debeo, me semper de spissitudine humorum judicasse, & eos curandi scopos habuisse præfixos, ut humores attenuentur, & mensium fluxus ad naturalem statum redigatur. Terrores enim, timores, atque mœrores tonum partium exteriorum constringerunt; hinc sanguis ad interiora congeritur, nec æquali progressu ubique distribuitur. Unde non mihi mirum videtur, quod serenissima Princeps pallorem, & præcordiorum angustiam patiatur, quod sanguis magis magisque spissescat, non legitime depuretur, non nutrit, corpusque sensim contabescat. Fluor albus, quamvis sit excretio, qua natura sæpiissime mensium defectum supplet, attamen in præsenti casu altioris videtur indaginis, quoniam insignem virium languorem, aliasque affectiones habet comites.

Quod attinet curationem, commensarem primum pilulas, ex pilulis Mustano familiaribus, extractis hellebori nigri, artemisiæ, matricariæ, betonicæ, hypericonis, bellidis minoris, cinnabari

nativa, castoreo, extracto visci querici, magisterio corticum ovorum, oculis cancerorum, ossibus sepiæ, & balsamo de Dopaiva compositas; quas sibi proficuas deprehendit serenissima mulier. Deinceps descenderem ad usum decocti, ex sarsaparilla, radice china, rafura eboris, lignorum lentisci, visci querici, glycyrrhizæ, & hordei, addita carne vituli, parati; quod mane per triginta dies cum viperarum carne præberem. Uterer etiam sero lactis caprilli, herbis balsamicis, & cichoraceis alterato, & secundum artem in balneo Mariæ destillato; & denique in lacte asinino totam curationis spem reponem.

Diebus canicularibus proponerem thermas Masini, quæ optimæ sunt, tam prò usu balnei, quam potus, ad tonum stomachi, aliarumque partium restituendum & roborandum, cujus beneficio concoctio alimentorum, succinde que chylosi per corpus distributio fiat. Nec alienam contra fluorem album crederem injectionem alicujus decocti balsamici cum pulvere Vern. ab Helvetio descripto: phlebotomiam vero, ob corporis gracilitatem, viriumque imbecillitatem, haud ordinarem. In rebus non naturalibus optimum semper servabit regimen: & ab his cuncta fausta auspicor. Mediolani, VIII. Calend. Aprilis 1724.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Intellexi ex communicata mecum historia morbi, quæ discriuerint Cellissimam Principem, cuius jam novi constitutionem, ægritudines, atque quam hisce profuturam censeat celebris quidam medicus medelam. Fateor, ea medicamina, quæ proposuit laudatus medicus, ita comparata esse, ut ea minime noxia prædicare possim: vix autem crediderim, quod tanta illorum farrago agrotanti sit profutura. Mea potius sententia paucis remedii adgrederer curationem; nec alias haberem intentiones, quam ut robur ventriculi ac inte-

riorum restaurarem, vimque concetrarem ita roborarem, quo legitimus ac spirituosus generaretur chylus. Quem si impetraverimus, reliqui quoque succient benigni, eorum circulus reddetur æquabilis, & omnes excretiones legitime succident; hinc vero cuncta, quæ morbosa sunt, symptomata sponte remittent. Nec dubito, quin iis scopis potituri simus, si hac porissimum incedemus via. Mane in lecto adhuc constitutæ agrotæ propinarem decoctum, ex pullis gallinarum, carne viperarum, radice foeniculi, asparagi, cichorei & petroselinii paratum, quantitate mensuræ dimidiæ. Sub epolis ex ultimo haustru, nec non hora quinta pomeridiana exhiberem quadraginta guttas. Elixirii stomachici, quod sic habet: Recipe extracti cardui benedicti, centaurii minoris ana unciam semis, corticis chinæ, aurantiorum recentium in pulveres redactorum ana unciam, salis tartari drachmas sex: affunde vini Hungarici, vel Canariensis libras duas, digerantur. Præstans enim est, qua in roborando ventriculo, absorbenda acrimonia, & discutiendis flatibus, hæc essentia pollet, efficacia. Non minus ad leniendam alvum, & humorum ebullitionem consopiendam, bis quavis hebdomade, ex aqua vino nopta porrigerem drachmam dimidiat pulveris sic parandi: Recipe lapidum cancerorum unciam semis, foecularum aronis, succini præparati, tartari vitriolati, nitri purificati ana drachmam semis, corticis cascarillæ grana duodecim, olei de cedro guttas quatuor. M. F. pulvis.

Hicce per quatuor circiter hebdomas des usurpati, binas hebdomas transigere suaderem uso balnei ex aqua dulci & lacte parati, cui matutinis pariter ac vespertinis horis erit insidendum, atque huic remedio subjungerem denuo supra dictam medicationem. Quæ cuncta, nisi adhuc votis satisfecerint, tandem collaudarem curam lactis asinini, sub integra animi tranquillitate, & crebra corporis exercitatione peragendam; ac denique loco potus ordinarii,

narii, vel acidulas, vel aquam puram fontanam, cum vino mixtam substituerem. Nec ullus dubito, quin, si placuerit Celsissimæ Principi, commendata in usum vocare medicamina, exoptatam inde sit recuperatura valetudinem; quam Deus sartam testamque reddat, ex animo precor.

CASUS CXLIII.

De malo spasmodico flatulento.

Verbi divini minister fidelissimus, ætatis consistentioris, temperamentique cholericó melancholici, vera olim melancholia, & molestissima he micrania discurciatus, sed ab hisce vi tuis, ope acidularum Egranarum vindicatus, multas jam patitur affectiones, quarum hæ sunt potissimæ: Pectus continuo pressionis sensu afficitur, cui noctu interdum tantæ junguntur tensiones, ut sedendo spiritum trahere oporteat, præsertim cum spiratio per se sit diffi lior, & sub adscensu per acclivia magis angusta fiat. Alvi pertinax urget obstru ctio, & flatus maximas distensiones par iunt, summamque cum asthmate præ cordiorum anxietatem, &, ut verbis illustris HOFFMANNI *diff. de Medicin. Selecta*, pag. II. utar, primas vias habet sensibilissimas, unde & anxietatum, spasmodorum, flatuumque ingens apud eum est proventus: quæ cuncta symptomata, cum autumnali pariter, ac hyemali tempore sint mitiora, ab æquinoctio vernali insigniter exacerbantur.

Præterea mens etiam afficitur, gravibusque ac anxiis nonnumquam terretur ideis, quas statim incredibilis angor pectorisque tanta constrictio sequitur, ut sermonis impedimentum accedat, sudoresque frigidi jungantur. Ab epulis sentit faucium constrictiōnem, tumque non modo sermo sit difficilis, verum etiam tantus manum occupat torpor, ut vix valeat scribere. Quod notabile est, accedente coryza, vel erysipelate faciei, cuncta hæc symptomata egregie miti-

gantur. Plurimi medicorum accusant passionem hypochondriacam, & eorum quidam acido austero spiritus turbanti, figitique malum adscribit. Alii obstructione pectoris scorbuticæ caussam tribuunt; & quidam morbum compli catum ex scorbuto & malo hypochondriaco suspicantur. Mox sanguinis ad pectus congestionem crepant; mox nimis subtilem, ac volatilem spirituum, atque biliosi succi temperiem allegant, & inde tam subitam vocis interceptio nem, motuumque a leviori caufsa anomaliā deducunt. Qui quoque sententia, ipse ægrotans addit calculus; atque, præter cerevisiam, quam bibt, spissiorem, ventriculi debilitatem horum malorum esse nutritorem arbitratur. Namque, si cibos coctu difficultiores, aut vinum austерum assūmerit, protinus cum ineffabili angore, insignem pectoris oppressionem patitur; sed si vegetatur alimentis, quæ boni sunt succi, ab omnibus liber est passionibus. Ut non minus suavit aquis destillatis, illaque vinosis, menthæ, melissæ, fœniculi, rosarum atque cinamomi; hisque causam constrictiōnis, quæ post pastum laryngem obsidet, attribuit.

Neque vero cuncta ferre potest remedium generæ; siquidem a calidioribus, carminativis, pectoralibus, volatilibus, martialibus, herbis acrioribus, veluti sunt trifolium fibrinum, absinthium, salvia &c. opiatis, castorinis, cinnabarinis, tartaratis, atque pulv rulentis male habet. Post calidiorum diaphoreticum usum, ulcera in pedibus effloruerunt; nec venarum in pedibus incisiones solamen tulerunt. Ex cibis abhorret dulcia pariter ac acida, tanquam infensa ipsi, & potius amarulenta v. g. cichoreum cum jusculis &c. cum fructu adhibet. Contra vero amica ipsi videntur remedia temperate calefacientia, confortantia, humectantia, & sedativa, maxime liquoris anodynæ mineralis usus; & insigne sentit adjumentum, ab olei rosa rum, citri, millefolii, aurantiorum, ad duas tresve guttulas sumitis.

Hoffm. Consult. Med.

Oo CON.

C O N S I L I U M .

Cuncta, quæ Viro summe Reverendo infesta sunt, symptomata, meo quidem arbitrio, a vitio & spasmodica constrictione, ut totius nervosi systematis, ita maxime septi transversi, ventriculi ac intestinorum profiscuntur, & jam in habitum, ac consuetudinem transfisse videntur. Inde enim alvi obstrunctiones, pectoris assidue oppressiones, ægra spiratio, præcordiorum anxietas, & constrictiones asperæ arteriæ, cum vocis interceptione, suos mutuantur natales. Proximum vero, quod ex spasmodicis stricturis resultat, incommodum, est intestinorum molesta contractio, qua nec excrementis, nec flatibus liber permititur exitus: quamobrem hi regurgitant ad superiora, & non solum ventriculum distendunt, ideoque descensum septi transversi impediendo, difficultatem spirandi adaugent; verum etiam comprimendo sanguifera imi ventris vasa, succos vitales ad caput majori quantitate compellunt, qui difficilius per cerebrum progredientes, varis, gravibusque ideis, & nimio mentis angori caussam præbent. Præterea ex spastmo primarum regionum suboritur vitium concoctionis, chylificationis, & consequenter sanguificationis: hinc sanguis generatur impurus, salibusque scorbuticus foetus, qui nervosis partibus perennem spasmorum materiam suppeditat, earumque nutritionem destruit: qui etiam crebrarum exulcerationum, atque erysipelatum caussam prebet.

Neque vero adeo invaluisse arbitror hæc vitia, quin medelam admittant; sed credo, fore ut debellentur, si his æger utatur remediis. Primum quidem cerevisiam, quam sibimet inimicam apprehendit, prorsos omittendam, & ei hoc decoctum substituendum esse puto: Recipere rasuræ cornu cervi, radicis scorzoneræ ana uncias tres, salsaparillæ uncias duas, radicis cichorei unciam, seminis foeniculi drachmas duas. Conc. Cont. D. S. species, quarum uncia una

& dimidia cum binis aquæ mehloris per horam dimidiâ sunt decoquenda. Deinceps operæ pretium facient pediluvia, ex aqua fluviali, furfuribusque triticeis parata, quibus, tepidis tantum, vesperi immittantur pedes. Brevi ante epulas, & si auxierates invalecant, allumentur ex aqua chamomillæ, vel acaciæ, viginti guttæ mixtura antispasmodicæ, quæ ex uncia dimidia liquoris anodynæ & drachma una balsamicæ concinnatur: neque minus liquoris dicti triginta guttæ, alternis diebus circa somni tempus ex commendato decocto capiantur; & bis quavis hebdomade, cum pulvere præcipitante alternentur.

In primis vero alvi habenda erit ratio, ut semper conservetur lubrica; quo fine manna, pondere unius cum dimidia, aut duarum unciarum, vel in lacte caprino, si tulerit ventriculus, vel in juscule avenæ tenuiori soluta, quovis decimo die sorbilletur; aut mane passulæ minores Corinthiacæ comedantur. Ex alimentis proficia valde sunt juscula, cum radice cichorei, nasturtii, ac petroselini parata, vel etiam ex lacte confecta; quorum usui, si præsto sit acida primarum viarum saburra, præmittantur lapides cancerorum, pondere drachmæ dimidiæ assumendi.

Neque vero spem fecellit hæc curatio; siquidem ex adhibitis, quæ commendata sunt, remediis, tantum solamen expertus est ægrotans, ut muneri suo absque molestiis fungi potuerit, & quum præterea Elixirri mei visceralis usum sibi haberet commendatum, sanitate jam fruatur illibata.

CASUS CXLIV.

*De affectu spasmodico flatulento in persona serenissima, per lac asinum
G Selteranas feliciter curato.*

QUAM persona quadam serenissima, contra varias, easque graviiores molestias, quibus usque eo male habetur, meum desideravit consilium & auxilium: hoc devota & submissa mente suppeditaturus, haud alienum putavi, ipsam morbi historiam praemittere. Est igitur gratiosissima Princeps annorum triginta, corpore tenerrima, strictior, multis nervis, exilibusque vasis instructa, sed animo valde sensibilis, ingenioque vivacissimo praedita. Transacta sub exoptato a gravioribus morbis otio juventute; per decem jam annos, alvi obstruções, flatuumque molestias patitur. Menstrua justo tempore, sed parciore copia feruntur; nulla ad sudorem est proclivitas, & ciborum languens appetitus. Somnus non reficit, & brevior est; si quidem ad medium usque noctem, sub letione librorum, protrahuntur vigilæ, neque animus ab affectibus, maxime messoribus liber est.

Per aliquot annos sepius de torpore, ac languore totius corporis, artuumque dolore contulso conqueritur; cui non raro præcordiorum anxietates, nauæ, quin ipsa animi delicia junguntur. Regio ventriculi & hypochondriorum inflata, atque tensa adparet; & alvus nisi clysmatibus, vel pilulis polychrestis sollicitata, nunquam responderet. Corpus contabescit, & crebræ phloges, cum pedum refrigeratione vexant: quæ cuncta symptomata, instantे menstruorum fluxu, magis ingravescunt.

Præterea pulsus plerumque languidus & tardior est: nonque raro tusses, corizza, aliæque catharrales adfligunt defluxiones; & elapsa circiter anno, febre laboravit acuta exanthematica, cum diurna tussi. Ceterum a quacunque corporis exercitatione, atque pere-

grinatione, nec non a venæ sectione convenienti tempore celebrata optime habet; & ab usu thermarum vel acidularum, insigne semper percepit solamen. Contra medicamina calidiora exacerbant malum; & lopiendo humorum orgasmo, nihil est convenientius, quam pulvis precipitans nitrosus.

Quæcum ita sint, cognitu facillimum erit, totum nervosarum partium, quæ sensationibus, motibusque percipiendis unice servient, sistema valde debilitatum, & ad motus irregulares pronum esse. In primis autem robur ventriculi ac intestinorum, valde languidum atque destructum videtur: unde his partibus spasmis pariter ac flatibus distentis, nec ciborum legitima concordia, nec debita chyli distributio, nec vegeta partium excrementiarum per alvum excretio potest contingere. Quare cum noxi, flatulentique vapores, sufficienti exitu destituantur; illi regurgitant ad intestina superiora, atque ventriculum; hunc graviter distendunt: vicinosque non solum, sed quoque ob consensum remotores nervos afficiunt, vellicant, & ideo nauseam, anxiatem, dolorem distendentem, ac inflativum ventriculi, ac hypochondriorum, quin totius corporis languorem & lassitudinem caußatur. Neque mirum, hæc affectiones quotidie augeri: siquidem non paucæ sunt caußæ, quæ eas sovent, ac sustentant: quas inter pertinent corporis tenerior, animique sensibilior constitutio, graviora pathemata, parcius somnus, & nimia mentis intentiones, ac meditationes.

Non equidem negaverim, quin ejusmodi calamitates, si inveteraverint, & altas egerint radices, magnam medenti faciant molestiam, & diuturnam requirant curationem: attamen, cum serenissima mulier partim juniori fruatur ætate, partim viribus, nondum prouersus prostratis, nec omnem medicinarum vim respuentibus gudeat, haud dubiam foveo spem, fore ut illis, quæjam sum commendaturus, remedii, votis potiatur, perfectamque recuperet:

sanitatem. Tres nimis m̄ præfixi mihi sunt curationis scopi, quorum prior respicit totius nervosi generis, maximeque ventriculi confortationem; alter flatuum remotionem, & alvinæ excretionis promotionem; & tertius æquabilis humorum circuitus restitutionem. Quibus satisfacturus indicationibus, primum commendo venæctionem, medio intra menstruorum fluxum tempore, cœlo exstante sereno instituendam, & ter quotannis, nimirum mense Martio, brevi ante æquinoctium vernale, dein mense Septembri, circa æquinoctium autunnale, & denique ante solsticium mense Decembri repetendam, deictis semper quatuor vel quinque cruxis unciis. Prospiciendum vero probe erit, ut ante phlebotomiā alvus sit aperta, post eam autem omne frigus arceatur, cibique coquiliōres, atque juscula comedantur, ne vitietur transpiratio, & digestio labeatur.

Deinceps non præstantius in persanandis ejusmodi spasmodicis, flatulentisque, si diuturniora fuerint, malis, quidpiam fere deprehenditur auxilium, quam aquæ minerales, tam interno, quam externo usu adhibenda: quippe quæ non solum innata ipsi virtute, verum etiam vi exercitationum corporis, mutationum aeris, tranquillitatis animi, ejusque a minus gratis objectis abstractionis, quæ momenta cum tali curatione nonquam non conjuncta sunt, solantur miseris, his ægritudinibus adfictos; adeo ut verum omnino sit, quod dulcissimis fructuosis ad ipsum fontem aquæ bibantur medicatæ. Quare sua derem, ut serenissima quovis vere ad fontes ejusmodi accedat; qui, cum diversis valde virtutibus, & effectibus sunt instruti, nec iidem in omnibus subjectis, atque morbis commendari possunt, in nostro casu tales selligendi sunt, qui nervis, quounque fiat modo, non adversentur, sed humorum fluxilitatem, alisque lubricitatem facilitent. Quo nomine interne acidularum Schwalbacensum potionem, externe balneorum, quæ vocant das Schlangenbad, usum; aut utrique scopo fontes

Wisbadenses cunctis reliquis præferrem: Ipsa hæc curatio sub finem mensis Maii adgredienda, & ita adornanda erit, ut commendatæ aquæ per tres vel quatuor hebdomades sub convenienti regimine reperfactæ, potentur: & hora pomeridiana quarta, in collaudata descendatur balnea; quæ valde temperata esse oportet, ne exagitent sanguinem. Post balneum fricandi sunt artus, atque tum lenis in latto expectandus sudor. Ceterum sub hac medicatione a reliquis medicaminibus abstinere licet, nec ullis uti opus est, quam essentia corticum aurantiorum, quadranginta guttis inter epulas, ad confortandum ventriculum capienda. Quod si vero ex usu balnearum sanguinis suboriatur ebullitio; vesperi pulverem præcipitatem nitrolum ex aqua cerasorum nigrorum assumere expediet. Præterea cum symptomata dictarum ægritudinum, autunnali potissimum tempore soleant exacerbari, non iudetur opera, si ad ea præcavenda, præmissa venæctione, eadem Schwalbacenses acidulæ per decem dumtaxat dies tepidores hauriantur, iisque balnea Laustadtensiæ subiungantur.

Verum enim vero, ut partim ad hasce curationes legitime disponantur corpus, partim iis absolutis, ulteriora avertantur incommoda: operæ pretium erit, per quatuor circiter ante fontium potionem hebdomades, sequentem in usum vocare medicationem. Sub epulis quotidie sumantur quinquaginta guttulae Elixirii mei visceralis, quod cum lixivio alcalinoque menstruo paratum, & balsamicum est. Pro potu ordinario usurpentur vel acidulæ Selteranae vino nuptæ, vel sequens decoctum: Recipe radicis scorzonerae, rafuræ cornucervi anauncias tres, anisi stellati, feminis scenculi ana drachmam unam cum dimidia, arcani duplicati drachmam semis. Conc. cont. D.S. species, quarum unciae binæ ex tribus aquæ mensuris per horam decoquantur dimidiā. Tum quoque, si forsitan nausea, & præcordiorum anxiates invaluerint, capiantur protinus scrupuli bini pulveris bezoardici, qui æquali pondere cum præcipitante mixtus sit,

sit, una cum viginti guttis liquoris mei anodynō-mineralis: quod remedii genus etiam quavis hebdomade seneat circa somni tempus, ex allegato decocto adhibeat. Ad hæc insigne pollicetur emolumentum corporis exercitatio, quævectionis ope, & ante prandium & cœnam institui debet; nec alienum erit, a suetis haec tenus vigiliis abstinere, & maturius lectum concidere, ut, nisi ipse somnus plenior capi queat, animus tamen a nimiis meditationibus avertatur. Atque eandem medendi rationem, per integrum ab acidularum potatione mensem continuare conveniet; nec dubito, quin si rite observatis, exceptata sit redditura valetudo.

Relatio.

QUUM Serenissima Princeps, ob varias caussas, ad fontes Schwalbenses, aut Wisbadenses iter facere interdicta fuisset, desideravit, ut ea proponerem remedia, quæ adventante Majo domi posset adhibere. Quare commendavi lac asinimum, cum aquis Selteranis maritatum; & ex illo eo illustrius promisi auxilium, quo magis internus, atque depascens, qui accelerat, calor, hecticæ metum faciebat, & humectantium ac demulcentium medicinarum usum indicabat. Recusavit primum mulier serenissima lactis usum, quoniam ab hoc se semper pejus habuisse affirmabat: at cum ostenderem, quod lac asinimum, & reliquis lactis generibus longissime distaret, & præter copiosum fæcharum, parcillimam caseosæ substantia quantitatem soveret, ideoque cum acidis ægerime coagularetur; quodque præterea ab admixtione Selteranarum, quæ copioso pollerent sale alcalino, magis innocenterem obtineret indolem; præbuit annes meis consiliis, & accersita, cuius pabulum erant medicatae herbae, asina, hunc in modum curam insituebat.

Per primum biduum, ad corpus purgandum, solas Selteranas ad mensuram dimidiā potavit, & iude ter vel quater alvum dejecti: sequentibus diebus, eas-

dem tepefactas, quantitate integræ mensuræ, cum lactis recens mulsi dimidiā mixtas, mane intra lectum adhuc constituta, spatio trium horæ quadrantum hausit: neque ulla præter eas sumbit medicinas, & sub epulis loco potus ordinariū dictas acidulas, cum quinta vini veteris Rhenani parte maritatas adhibuit. His per quatuordecim dies usurpati, egregius succedebat effectus: siquidem gratissima Princeps, somnum, vires, & adpetitum recuperare cœpit, alvus bis quotidie reddebat, & flatulentia, anxietates, & æstus interni sensim evanescabant. Idcirco ipsi placuit, huic curationi ulterius insistere, quam etiam per oculo continuavit hebdomades, ita ut singulis tribus per biduum circiter, ad subducendum fortius ventrem, solis acidulis uteretur. Inde factum est, ut absolta medicatione valeret optime, menstrua rite fluerent, & alvus tantum non semper officio suo perfungeretur: quare commendavi, ut sequenti anno, ad avertendas penitus mali reliquias, hæc cura iteraretur.

*C A S U S C X L V.**De affectu spasmodico-flatulento post puerperium.*

FOEMINA, triginta annos egressa, temperamentum sanguineo-cholerici, statuta mediocris, habitus laxioris, vasorum exilio plena, unicum filium undecim abhinc annis enixa, & in puerperio haud convenienter tractata fuit. Inde mensium irregularem, & justo partio rem passa est fluorem; & cum variis merores, aliisque, quibus luxuriant negotia domestica, animi affectus accedunt, sensim hysterica facta, in varias incidit spasmodicas passiones, cum alvi obstructionibus, flatuum retentione spirationem impediente, capitis doloribus, animique crebris stipata deliquis. His per intervalla corripitur, nonnunquam tam subito, ut vegeta, sellæ infidens, præter omnem spem ac opinionem, in terram præcepit ruat: remitten-

te vero paroxysmo, optime, ac sanæ instar se habet. Extremi artus continuo frigore, maxime in paroxysmo, affecti sunt; quo soluto, gelido perfunduntur sudore. Præsertim atrocissimus spasmodus regionem intestini coli, vel interdum etiam tenuium, hinc inde obsidet, adeo ut de clavo quasi isti loco infixo conquestratur: quam sensationem eo magis spasmodicæ stricturæ attribuo, si consideraverò, reperi in cadaveribus his morbis defunctorum, intestina variis in locis arctissime constricta, vicinas vero partes mirum in modum expansas. Adhibuit in hoc serum statu per aliquot jam annos multa remedia, multosque consuluit medicos; quorum quidam, cum in toto corpore maculae scorbuticae efflorescerent, ipsam salivatione mercuriali tractare ausus est. Hinc per novissimum annum abstinuit fere a pharmacorum usu, nec nisi ob ructus acidissimos, qui per vices invadabant, interdum pilulas laxantes, pulveresque absorbentes sumvit. At cum pronuper invaleaserent symptomata, & pedes, manus, atque facies intumescere viderentur, me vocavit in auxilium.

Ego vasorum minimorum, maxime circa uterum, obstructionem suspicatus, milso jam ante octo septimanas ex vena in pede tuis sanguine, clysteres commendavi; quos cum renueret, leniora laxantia propinavi, & in paroxysmo pulveres antispasmodicos, cum liquore anodynico dedi; extra illum pulveres resolventes, & mixturam, qua essentiam aurantiorum, millefolii, & spiritum salis ammoniaci vinorum habebat, exhibui: motusque febries, qui vespertino jungebantur tempore, pulveribus oppugnavi temperantibus. Instante etiam mensum fluxu, pilulas balsamicas porrexi, eo effectu, ut protumperet crux, cum symptomatum levamine, & macularum scorbuticarum efflorescentia. Et ideo jam in eo sum, ut futuram curationem, ad promovendum lunare tributum dirigam; quo etiam fine, cum rationes ægræ haud permittant, adeundi fontes medicatos, adventante vere, acidulas

Selteranas proponere, est animus; neque vero, nisi tuo, Vir Illustris, consilio adiutus, quicquam tentabo.

CONSULTATIO.

MOrbum, cuius causa consultus sum, adeo perspexit medicus novissime in auxilium vocatus, ut & causas illius rite exploraverit, & curationem ipsis convenientissimam adornaverit. Verum sicuti omnes ejusmodi interati affectus, qui tota jam sanguinis & humorum massam corruerunt, curatu sunt difficillimi: ita quoque cum nostro spasmodico flatulento malo, quod a viro utsi post partum constitutione, & hinc pendente inordinato mensum successu, originem traxit, comparatum est. Nihilo tamen secius, cum ægrotans ætate adhuc sit junior, & vires ipsi constent, non desperandum erit de salute, nec dubitandum, quin convenienti medela, debito viros regimine adjuta, pristinam sit recuperatura sanitatem: etsi recusata clysterum, qui in mitigandis horum malorum paroxysmis egregium ferunt solamen, infusio insignem utique remoram curationi injicit. Interim, ut meam aperiam mentem; ex internis nihil superest, quod majori fructu commendare possim, quam pulveres præcipiantes nitrolos, cum cinnabari, & extracto castorei permixtos, atque liquorum meum anodynnum, viginti guttis proficiunt.

Deinceps ad promovenda menstrua, & sponda spasmodica pathemata, admendum laudo sequens pilulas: Recipe myrræ, gummi oponacis, asæ foetidæ, croci, cinnabaris, aloes rosatæ, castorei, trochiscorum alhandal, aut extracti hellebori scrupulum dimidium. F. l. a. pilulæ, ex scrupulo viginti formandas; qua ante fluxum uterinum, per quatuor circiter dies, decem quotidie sumendo, usurpari possunt. Non minus ad temperandam scorbuticam humorum acrimoniam, pro potu ordinario, decoctum consuetum, & mane infusum theiforme ex herba artemisiæ, summitatibus

mil-

millesfolii, herba melissæ, floribus chamaemeli vulgaris, semineque foeniculi, summo cum fructu potabitur. His adjuncta est sufficiens corporis exercitatio, & mentis perpetua tranquillitas.

Vix autem ab his omnibus desideratus obtinebitur finis, nisi accesserit usus aquarum mineralium; quas inter thermas Carolinas in hisce affectibus, omnes reliquias superasse deprehendi. His vero cum certæ rationes non permittant uti; earum locum explebunt Selterianæ, tepide potande; & ut ventrem eo efficacius subducant, cum sale thermarum Carolinarum acuandæ.

C A S U S CXLVI.

De affectu spasmatico rheumatico, sepius recurrente.

Generosus vir, quadraginta sex annorum, teneroris & strictioris corporis habitus, temperamenti sanguineo-cholerici, crebris in pueritia sanguinis e naribus profluviis, ac ebullitionibus vexatus, ad has temperandas acidulis uti debuit. Tum juventutis annos ingressus, variis exercitiis, salutatione, equitatione &c. corpus insigniter commovere; nec non vinosis compotatiis, ad seram usque noctem indulgere, atque in venereis castris strenue pugnare suevit, adeo, ut plus simplici vice, seminis virulento laboraret fluxu. Neque tamen minus famus vixit, ac incolumis, donec quatuordecim demum abhinc annis, prima vice spasmis doloribusque tensivis, ac lancinantibus omnium artuum, maxime capitis, dorsisque postulis inflammatoriis, cum turbulentio somno corriperetur. Quæ symptomata cum per integrum annum crebris insultibus recurrerent, & multorum medicaminum vim eluderent, tandem salivatione, quæ per externam fit inunctionem, oppugnabantur, eo effectu, ut idem maneret rerum status. Namque, prægressis potissimum diætæ erroribus, spasmatici dolores plerumque suras, tum & alias partes, vago circuitu, usque tumore vel rubore externo, præ-

hendebant: quibus cessantibus, ciborum appetentia redibat, & egregie habebat. Et hæc scena per longos ludedatur annos; quorum singulo, venam in pede tundendam præbuit; & interne Schwalbencensibus aquis, externe balneis, quæ a serpentibus nomen habent, usus, sed in cassum fuit.

Ante quatuor circiter annos consoluit forsan medicum, qui improbat calidiorum, ac vehementiorum medicaminum usu, in paroxysmo sequentem pulverem, mane vespere sumendum ordinabat: Recipe matris perlarum, cerosiæ antimonii, pulveris lumbricorum terrestrium ana drachmam, cinnabaris nativæ drachmam dimidiæ, pulveris castorei grana septem. M.F. pulvis, div. in septem partes. Extrinsecus vero doletatem partem spiritu nervino perficari jubebat, cuius hæc erat formula: Recipe spiritus vini simplicis unciam unam, lumbricorum volatilis, formicarum ana unciam dimidiæ, essentiæ castorei, nucis ana drachmam unam cum dimidia. Prostigato horum ope intra paucos dies paroxysmo, extra illum singulis quatuordecim diebus, ad alvum leniendam, vel dosin pilularum Becherianarum, vel rhabarbari drachmam dimidiæ exhibebat, effectu felicissimo: nec non tinturam ex essentiæ corticum aurantiorum uncia dimidia, tinturæque salis tartari drachmis duabus conseptam, ab epulis sumendam propinbat. Non minus ordinabat, ut adventante vere, præmissis venæ sectione & laxantibus, lac asinum per binos menses potaret, & balneis, ex furfuribus triticeis, floribus chamomillæ, herba parietariæ & malvæ, aqua fluviali, ac lacte paratis, ad umbilicum usque iis insidendo, per quatuordecim dies uteretur. Qua curatione adhibita, dolores, & longe mitiores, & rariores recurrebant.

Verum enim vero, elapsò abhinc biennio, cum mense Aprili, aere existente frigido, simul humido, venationi diutius interesset, accidit, ut atrocissimus rheumatismus, horrendis doloribus stipatus, collum & brachia occuparet;

quæ vero molestie, regimine calidiori, lenibus diaphoreticis, & vesicatoriis nuchæ admotis, brevi tempore discutiebantur. Mense Octobri ejusdem anni in itinere constitutus, febre tertiana corripiebatur; quæ cortice Peruiano quinques suppressa, toties recidit, & tandem in eontinuam, sævis convulsionibus conjunctam, cum vitæ periculo desit. Ab hac ope alterius medici liberatus, retinuit febrem lencam cum nocturnis sudoribus; quæ primum jusculis gallinaceis, quibus viva vipera erat incocta, singulo mane sorbillatis per decem dies oppugnata, cum magis invaleficeret; tertius medicus, primas vias a sudoribus haud satis repurgatas esse ratus, missis istis jusculis, pilulas Becherianas, aliaque aperientia & amara medicamina dedit, iisque febrem superavit felicissime. Restabant adhuc tumores artuum extermorum cedematosi, qui in manib[us] emplastro exsiccante discussi, pedes contumaciter obsidebant; & cum matutinis horis disperarent, dolorum rheumaticorum levamen inferrent, nullasque præterea molestias crearent, nullis amplius oppugnabantur remedii.

Currentis anni mense Aprili, vi officiiterum per quatuordecim dies, sub cœlo humidiori, tres vel quatuor quotidie horas, summo mane, venando transigere debebat. Quo quidem tempore sumitis ante venationem jusculis, quæ ex jure carnium, cancris vivis contusis, herbisque antiscorbuticis, & aperientibus confecta erat, cuncta prævertere studebat symptoma; non tamen impedire poterat, quo minus rheumaticas humerorum, brachiorum, totiusque colli passiones, cum rigore earum partium pateretur. Accedebat insuper lenta febris, vesperi invalescens, & media demum nocte, sudore copioso, simul viscosa soluta; languebat adpetitus, vires imminuebantur, corpus eonatabescerat, & urina, naturali quidem similis, subpingui tamen cuticula cincta adparebat. Medicus porrigebat diaphoretica fixa, nitro permixta, ac nervina cum regimine diaphoretico; quibus in casu m[od]i datis, cucurbitas dorso applicari jubebat, nuchæ vesicans emplastrum adponi,

illamque unguento nervino ter quotidie perficari curabat, eo effectu, ut dolores cessarent, liberaque artus movendi potentia rediret. Interim quam maxime veretur generofus æger, ne forsan sæpius recrudescent hæc pathemata, atque tandem in habitum ac consuetudinem degenerent; quare conveniens auxilium querit, & flagitat.

CONSULTATIO.

Affectus præter naturam, qui diu gravissimis doloribus generofum ægrotantem discruciat, est ipsammodico-rheumaticus; & primam originem ab inordinato ac perverso victus genere, cui a primis pueritiae & juventutis annis indulxit, omnino repetit. Inde enim Vir generofus, qui natura tenerioris, ac sensibilioris est corporis constitutionis, robur atque tonum partium solidarum atque nervosarum, maxime primarum viatrum valde debilitavit, vim digestivam ventriculi destruxit, salutares noxiiorum succorum excretiones, præsertim quæ per cutim fiunt, perturbavit, atque sic sanguinis impuri ingentem copiam sibi met contraxit. Hinc non modo narium hemorrhagias, verum etiam pustulas & efflorescentias scorbuticas, nec non dolores & spasmos artuum vagos, qui ægro per multos annos inhegerunt, derivare licebit. Accessit demum tertiana febris, quæ sicuti legitime tractata id emolumenti secum ferre solet, ut referendo obstructa viscera ac emundatoria, totam humorum massam egregie depuret; ita inopportune, &c, ut vulgo fit, cortice Peruiano suppressa, debilitatem partium nervosarum, & motricium, ut & humorum impuritatem, magis nutrit & adauget. Quare non mirandum, quod in nostro non solum convulsivi motus accesserint, qui personis sensibilioribus ex tali causa facillime eveniunt; sed quoq[ue]; febris lenta cum nocturnis sudoribus exceperit.

Qui vero, hisce gravioribus malis, divina favente gratia, feliciter superatis, denuo supervenerunt rheumatici dolores, non nisi a transpiratione per aeræ frigidum ac humidum, cui corpus ali-

qua

quoties exposuit Vir agricola, cohibita natales suos mutuantur. Et hinc clarissime patet, non præstantius fore, hosce molestissimos affectus præservandi subsidium, quam studiosam cuiuscunque refrigerationis evitatem. Neque enim, adgressurus hujus mali curationem, alias mihi commendatas habeo indicationes, quam ut paucis medicaminibus, & recto regimine earum rerum, quas ad conservandam sanitatem summe necessarias, non naturales vocamus, debilitas & ad irregulares motus proclives partes corroborare studeamus.

Hisce vero scopis obtinendis, recta vivendi ratio omnium pharmacorum vim longissime superabit. Quare ante omnia qualvis occasiones, quæ animum perturbare, & ad mororem, iracundiam, aliosque affectus concitare valent, probe vitare oportet. Deinceps corpus in perpetuo calore, ac naturali transpiratione, omnem frigidum, humidumque maxime matutinum ac vespertinum aerem fugiendo, conservare; eoque fine, crebris exercitationibus, quotidie vel equitatione, vel vectione ad lenem usque sudorem continuandis, illud movere expediet; evando probe, ne mox ab epulis, sed ante has, ventriculo a cibis vacuo, instituantur. Namque motus corporis, prudenter administratus, incredibilem in debellandis morbis chronicis possidet virtutem, omnemque remediorum vim longissime antecellit; si quidem roborat ventriculi tonum, vimque digestivam, instaurat ciborum appetitiam, confortat elaterem partium solidarum, languidumque humorum circuitum promovet; hinc omnes excretiones, præsertim transpirationem egregie facilitat, atque sic obstructions ac infarctus viscerum, insigniter præoccupat, & averit. Illustrior autem ejus erit effectus, si binis circiter horis ante, ad juvandam humorum fluxilitatem, vel infusum aliquod theiforme, cui herba melissa cum citri corticibus inserviet, forbilletur, vel juscum medicatum assumatur, quod ex jure carnis bovinæ, vel gallinarum, cum radice cicchorei,

scorzonerae, nasturtio, atque succo citri, vel aurantiorum parari potest. Ex cibis porro, qui saliti sunt, aut nimia fovent aromata, vel lacticinia, sedulo evitentur; & pro potu ordinario vinum generosum Burgundiensem, aquis Selteranis dilutum adhibeatur.

Præterea operæ erit pretium, bis quotannis ante solstitia scarificationibus uti, atque bis, circa æquinoctia venam in pede tundendam præbere; quo præser-
tim tempore omne frigus arcendum, cibisque coctu facilimis vescendum erit, ne catharrales inducantur defluxiones. Ceterum ex pharmacis pauca sunt, quæ præter ordinata a Medico remedia, commendare possum; vellem autem, ut generosus æger loco fontium Selteranorum, laeti asinino nuptorum, singulo vere pariter ac autumno, aquis Amasanis, cum balneis, quæ das Schlangen-Bad dicuntur, utatur. Nec ludetur opera, si bis quovis mense venter subducatur; cui scopo inservient pilulae balsamicæ vel Stahlianæ, vel nostræ, numero undecim mane deglutienda, si præcedente vespera pulveris digestivi drachma una fuerit sumta, qui sic se habet: Recipe salis polychresti, sive arcani duplicati, terræ foliatæ tartari, lapidum cancerorum ana drachmam, nitri depurati drachmam semis. M. F. pulvis. Quovis denique tertio die vesperi ex haustu aquæ frigidæ capere expediet drachmam dimidiam pulveris nervini, cuius hæc sit formula: Recipe pulveris Marchionis, lapidum cancerorum ana drachinas duas, cinnabaris præparatae, succini præparati, nitri purificati ana drachmam semis, olei ma-
cis guttas tres. M. F. pulvis. Quæ si rite adhibeantur, de felici eventu nullus dubito, sed illum ex animo precor.

C A S U S CXLVII.

De Rheumatismo scorbutico.

Honesta quædam matrona, mercatoris uxor, annos sexaginta octo nata, temperamentiq; sanguineo-phlegmatici, totum fere conjugii tēpus adversa trans-

transegit valetudine; mox enim atrocissimis odontalgiis, mox dorsi saevis doloribus, mox quoque præteritum hyemali tempestate, tussi, & spirandi difficultate, graviter infestata fuit. Binis abhinc annis, dorsi tormentis, magis invalescentibus, accedebant rheumatici etiam cruciatus, per varios artus discurrentes; sed dato pulvere antispasmodico, qui ex lapidibus cancerorum citratis, lumbricis terrestribus, succino præparato, tartaro vitriolato, nitro depurato, atque cinabari nativa compositus erat, brevi tempore conquiescebant. Elapsis quibusdam hebdomadibus, morbo articulare vago prehendebatur; qui, usurpati præter allegatum pulverem, mixtura ex essentia trifolii fibrini, ac aristolochiae rotundæ, nec non infuso theiforme ex radicibus ac herbis resolventibus, & sic diæcis antiarthriticis concocto; & adplicatio extrinsecus spiritu lumbricorum terrestrium, cum spiritu vini camphorato permixto, intra paucos quoque dies profli-gabatur. Verum brevi post recrudescet, atque tum dictorum remediorum pertæsa ægrotans, aliud consuluit me dicum, qui se dolores protinus debellaturum pollicitus, præter infusum ex radicibus resolventibus concinnatum, ordinavit Elestuarium, quod diacordium Eracastorii, & corticem Peruvianum habebat. Hoc præsens, sed momentaneum dolorum inferebat levamen; & ad octo jam uncias usurpatum, meo suauo omittebatur. Nihilominus loco ejus, ex ejusdem medici præscripto, utebatur malfa pilularum de cynoglossa; quæ sumta solamen quidem præbebat, sed vix per binas horas durans. Potius dolores magis magisque invalescabant; artus, qui ipsis patebant, contracti ac immobiles reddebantur; pulsus erat durus, urina reddebat pauca, & crebra jungebantur animi defectiones. Interim remittebant sensim tormenta perpetua; & jam-jam, cum ex meo consilio per integrum fere annum, ab omni remediorum usu vacasset, in eo est statu, ut lecto semper affixa hæreat, & facultate manus pedeque movendi prorius destituta sit;

neque minus noctu immanes interdum patiatur dolores. Ab iis ergo vitis, ut liberetur, tuam, Vir Experientissime implorat opem; & licet etiam non funditus extirpari possint, satis tamen levaminis se perceperit potabit. Si extra lectum commorari, ac sellæ insidere potuerit.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

G Ravissimi, qui lectissimam fœminam molestant, dolores articulares, cum contractura, induratione, ac paralytica resolutione, tanta quidem, ut corpus lecto semper affixum, nec fleti, nec moveri queat, cumque midio-ne immunita, pulsus duritie, somnoque turbato stipati, non convenientius, quam rheumatismi scorbutici merentur nomen. Huic cauſam præbet humorum, maximeque lymphæ depravata diathesis; quippe quæ particulis salinis, & acribus imbuta, in articulis ossium subsistit, coagulator, atque sic ligamenta & tendines valde nervosos, partim nimis relaxando, partim indurando corruptit & vitiat. Perquam opportunæ autem hisce malis deprehenduntur fœminæ, quæ temperamenti sunt sanguinei, habitus corporis spongiosi, quæ ætatem lunari tributo onustam emensæ, viræ desidi, animi affectibus, & inordinato viatu indulgens, atque sanguinis decentes missiones neglectui habent. Nec levem curationi remoram injiciunt hæc vitia, præsertim si ætate proventiores invaserunt, diuturnitate sua partes solidas jam destruxerunt, aut plane crassis adstringentibus, vel opiatis oppugnata fuerunt; quæ sponiant quidem tormenta, ipsam vero cauſam nevitiquam tollunt, sed ei majus addendo pabulum, morbum redundunt contumaciorem ac habitualem.

Quare si præsentem casum dispiciamus, spes sane reconvalescentia in angusto est; neque alia, quam sequenti ratione curationem adgrediendam arbitror. Primum quidem valde necessarie sunt sanguinis imminitiones, quas, nisi jam fuerint institutæ, admotis decem vel duo.

duodecim cucurbitulis cum scarificatione perficiendas suaderem. Tum ad purificandos humores omnis cura erit dirigenda, quo fine commendarem, ut hac per tres vel quatuor hebdomades utatur medicatione. Hauriat, ad purgandum corpus, potiunculam laxantem, cuius haec sit formula: Recipe mannae electae unciam unam cum dimidia, rhabarbari Alexandrini, cremenis tartari ana drachmam; coque & solve leni calore in aqua veronicae uncias septem, colatur adde olei de Cedro guttas quinque. M. F. potio, pro una dosi, successivis haustris sorbillanda: quam singulis quinque diebus iterare, & curam cum eo claudere conveniet. Deinceps quavis vespera, drachmam unam sequentis capiat pulveris: Recipe cornu cervi usci, sine igne preparati, lapidum cancerorum, antimonii diaphoretici ana drachmas duas, cinnabaris nativæ preparatæ, nitri depurati, succini preparati ana drachmam, extracti croci grana octo, olei de Cedro guttas sex. M. F. pulvis. Mane denique mensuram dimidiad decocti, quod mox sequetur, calefacti potet, & ad sudorem se componat: illud vero sic se habet: Recipe rasuræ ligni sassafras uncias duas, guajaci tantundem, radicis chine, sarsaparille, scorzonerae ana uncias quatuor, cichorii, liquiritie ana uncias duas, seminis fœniculi unciam. M. F. species, quarum uncig tres, cum sex aquæ mensuris per horæ quadrantes, addito sub fine passulatum minorum manipulo uno, decoquantur.

Pro potu ordinario, cui plane non convenit cerevisia, vehementer laudo decoctum ex radice scorzonerae, cichorei, rasura cornu cervi, hordeo, corticibus que citri confectum; aut, si illud arriserit, acidulas Selteranas vino nuptas. Nec ludetur opera, si absoluta priori medicatione, fontis Selterani aquæ, cum binis lactis asinini partibus remixta, cu-re loco, per quatuor adhibeantur septimanæ. Balnea in præsenti rerum statu, cum humorum massa non satis sit depurata, neutquam proficient; nec abs re erunt topica, que vulgo his affectibus

opponi solent. Unicum, quod ex iis absque noxæ metu usurpari poterit, est emplastrum saponatum Barrette, quippe quod affectam partem ad sudorem proritando, interdum levamen ferre observatur. Et denique inter cibos, crebro vescendum erit jusculis medicatis, que ex jure gallinarum, cum radice graminis, cichorei, ac scorzonerae decocto parantur; nec erit alienum, sub epulis uti Elixirio viscerali stomachico. Tot sunt, que in tam gravi malo proponere possum: que, si adhuc medelæ fuerit locus, insignissimum pollicentur auxilium.

C A S U S C X L V I I I .

De rheumatismo scorbutico.

Matrona illostris, 34, annorum temperamenti sanguineo-cholerici, primum ætatis septenarium, variis catharris, & rheumatismis pectoris molestum transegit; & ab anno decimo quinto ad vigesimum secundum, maxime post fortiore corporis motum, vehementerque saltationem sè penumero sanguinem ex pulmonibus rejecit: quod cruentum sputum adhibitis dicto anno Tœplicensibus balneis cessavit. Tredecim annos nata, lunare tributum persolvere cœpit; idque ad hanc usque diem, præviis per binos semper dies doloribus, stato tempore, licet jam paulo parcus reddit. Præterea bis quotannis venam secandam, bis quoque cutim scarificandam præbere; & per satis longum tempus, quovis altero vel tertio anno acidulis Egrantis uti suevit. Haec, annuo abhinc tempore novissime potæ, more alias solito, votis haud fecerunt satis, sed adeo debilitarunt ventriculum, ut exinde ardores volatili semper epulas insequantur; neque minus ab earum usum tumores, qui jam diu obsederant pedes, magis invaluerunt. Crebros porto per multos olim annos, & omni fere mane pati soluit vomitus pituitæ bile permixta: qui omisso cerevisia potu protinus siluerunt.

Tres

Tres vero jam effluxerunt anni, cum gravioribus mœroribus, animique pethematibus vexata, tribus successive vicibus, enormem sanguinis quantitatem, cum summa virium prostratione & insig- ni languore corporis, ex utero profun- deret: unde corpus adeo contabescet, vultusque lurido colore induebatur, ut metus esset cachexia. At postquam men- tis tranquillitatem recuperabat, bene habere, iterumque vigore coepit. Ela- pso demum anno, incidit febrem cathar- ralem, quæ usurpatis convenientibus medicinis profligata, tribus abhinc men- sisbus recrudescet, doloribus artuum scorbuticis tam atrocibus stipata, ut vix movere potuerit ullum metubrum: attamen & haec vice usui diaconoicorum, diaphoreticorum, absorbentium, maxi- meque liquori anodynno-mineralis obse- cundabat, & ex his cedebat.

Tandem tres ante septimanas, de capitis doloribus atque phlogosibus per aliquot dies conquesta, cœlo existente se reno, venam, more solito, in pede tunden- dam curavit; & cum paullo post corpus insigniter refrigerasset, accidit, ut quartu- abhinc die, sana ceteroquin & inco- lumis, ex improviso, tensionibus & tra- ctionibus convulsivis capitum ac cervicis, tremore totius corporis, constrictione & anxietate praecordiorum, tinnitu aurium, visus obscuratione, vertigine gravissima, vomendi conatu, iploque vomitu, at- que tanta totius spinæ debilitate prehen- deretur, ut se erigi haud posset, quin in dextrum mox laberetur latus. His per tres circiter horas adfligentibus, e præcordiis ad splenis regionem uno im- petu devolvi videbantur constrictiones, conjunctio crebro flatu; done infusis clysmatis, & propinatis nervinis, to- niciis, uterinis, ac temperantibus re- mediis, hæc symptomata sensim remit- terent, & intra sex dies prorsus conqui- scerent.

Verum, cum brevi post corpus ite- rum exponeret frigori, recurrebant ea- dem molestiæ, licet & leviores, & bre- viores: quæ, ne sèpius propullulent, & in habitum degenerent, convenien-

tem cognoscere cupimus medelam, & rectam cuncta mala præservandi ratio- nem. Ceterum scire licet, agram ex- atlissimam servare diatam; & missa ce- revisia, pro potu ordinario uti aqua sim- plici, vino Rhenano, vel Molellano, vel etiam illo, quod Pontac vocat, nupta; eique nonnunquam interponere haustum generosi Hungarici. Ante qua- tuor annos viro juncta est, ætate pro- vectiori, qui elapsò anno unico mortuus nostram reliquit sine prole viduam.

CONSULTATIO.

Affectiones atrocissimæ, quas no- vissime passa fuit illustris molier, & quarum præservatoriam anhelat me- delam, non nisi ad dolores rheumaticos, motibus partium internarum, maxime ventriculi ac intestinorum spasmodicis conjunctos referri merentur. Primam haec repetunt originem a colluvie seri im- purioris, in sanguinea massa accumulari; & a cohibita post venæ sectionem trans- spiratione in eum motum acti, qui mo- tus spasmodicos, febriles, variosque de- cubitus ac stagnationes in externis parti- bus procreare valuit. Neque raro obser- vavi, materiam purpuraceam, quæ sal- se & acris est indolis, horum malorum esse caussam. Quod si vero de iis caussis dispiciamus, quæ ad ingenerandam seri scorbuticam impunitatem contribuerunt, has inter diurni mœrores, vita seden- taria, & largiora cruoris ex utero pro- fluvia, summo jure collocari possunt. Sed his non immorabor, & ostendam dumtaxat, quomodo, mea quidem sen- tentia, hæc mala in posterum præcaveri queant. Et hoc nomine præcipiam intentionem ad alvi conservandam lubri- citatem dirigere oportet; quam sumto aliquoties, alternis vesperis, sequenti pulvere obtinere licebit: Recipe rha- barbari, lapidum cancrorum, tremoris tartari ana scrupulom unum, disagrydit sulphurati grana tria. M. F. pulvis, D. pro una dosi. Alvo soluta, transpiratio erit promovenda; quo fine vesperi pul- veris bezoardici, præcipitante remixti

[scr.]

scrupulum sumere ; & haustis , altero mane , decocti calidioris , ex china , cichoreo , ac passulis parati , aliquot va sculis , leniter in lecto sudare conveniet . Qua curatione per sex continua dies , alvus iterum ope dicti laxantis solvenda , atque tum per aliquot dies rufus sudandum est .

In ipso , si forsan revertatur , paroxysmo , hanc mixturam , quantitate unius cochlearis , frequentius propinare juvabit : Recipe aquæ menthæ sine vino uncias sex , lapidum cancerorum drachmas tres , antimonii diaphoretici drachmam unam , syrapi acetositatis cirri drachmas tres , li quoris anodynæ guttas sexaginta , aquæ puræ fontanæ mensuram unam . M. D. Ad roborandum denique stomachum sub epulis sexaginta guttas Elixirii mei visceralis capere ; pro potu , decocto supra allegato frigido uti ; corpus in æquali calore servare , sedulo movere , & mentis tranquillitat probe studere expediet .

C A S U S C X L I X .

De malo rheumatico scorbutico .

Vix 44. annorum , temperamenti cholericó-melancholici sanguinei , statura mediocris , & habitus corporis strietioris , ex mobili , sedentarium , ac meditationibus plenum vitæ genus ingressus , hypochondriacis laborare cœpit affecti onibus , quas annuus acidularum Pir montanarum usus egregie mitigavit . Quum vero harum potatio , binis abhinc annis , accendentibus forsan vinosis compotationibus , ac nimis per saltationem corporis commotionibus , insigniores sanguinis e bullitiones , vehementem languorem & somnolentiam concitaret : deflusa proxime æstate , ab earum usu abstinuit ; & fatis bene quidem habuit , at sequenti au tuinno rheumaticos colli & scapularum incidit dolores . Caput subinde , contra voluntatem , anterius trahebatur ; instar eorum , qui dormituri nescitant . Accede-

bat gravis excandescens ; qua non modo convulsivus ille capitum motus invalescebat ; verum etiam sermonis quoddam impedimentum , omniumque artuum sub sultus ac tremores insequebantur . Tri duo ab hac iracundia elapo , imminentे æquinoctio vernali , vena ipsi in pede fecabatur : unde tormenta colli quidem remittebant , sed in sinistrum pedem , in quo tusa erat vena , eo atrocius irruerant , ut lecto inhærente perpetuo debuerit . Quilibet pedis motitatio insigniter adaugebat hunc dolorem , ut a digitis incipiens , per totum pedem ad genu usque gravissimus excurseret .

Hujus dolorifici affectus caussam , imputabant primum sectioni venæ , impro vide administratæ ; at quum nulla extrinsecus adpareret læsio , & illa symptomata , his , quæ nervia aut tendinis puncturam comitantur , valde dissimilia essent , accusabant rheumatismi a scapulis ad pedem decubitum . Jungebatur paullo post febris catharralis , quam pulsus celerior , & urina fere flammea vespertino potissimum tempore significabant . Hac ope digestivorum ac temperantium remediorum , nec non essentia alexipharmacæ Stahlii , cum essentia succini , & spiritu cornu cervi mixta profligata ; occupabant effectum pedem maculae obscure rubicundæ , & paullo post totus ille pes copiosissimas dimittebat squamulas . Præterea in hujus pariter , ac alterius pedis digitis effloresebant ulcuscula , ichorofam materiem plorantia ; accedebant interdum furunculi , quin & tumor edematosus , maxime post motum corporis . Neque tameu minus perdurabant dolores , qui si remittebant interdum , protinus excipiebant tensivi ac gravitati in dextra abdominis parte cruciatus , anxieties præcordiorum , & obtusi omnium artuum dolores . Somnus est turbulentus , & mane molesta vexat nausea , non nisi sumto cibo , levata . Adhibuit varia remediorum genera , venæ sectiones , & acidulas Pyrmontanas ; neque aliud inde sensit effectum , quam ut in conclavi obambulare queat . At quoniam ob omni , quæ adhuc restat , molestia pe ni-

nitus liberari cupiat, salutare flagitat
consilium.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Artuum externorum, maxime sinistri pedis spasmmodici, ac traxtorii, quibus atrociter vexatur vir spectatissimus, dolores, debentur, si primam dispiciamus originem, dyscrasiam sanguinis & seri scorbuticam, cum insigni generis nervosi debilitate coniunctam; quando enim serum illud acre, a massa sanguinis separatum, membranis nerveis & tendinis muscularum incumbit, easque vellicit, arrodit, subnascuntur dolores ejusmodi spasmmodici, & praternaturales commotiones. Dicta vero seri impuritati non minus, ac partium nervosarum nimiae ad motus irregulares proclivitati, caussam utique praebuit hypochondriaca passio, quae diu vexavit virum agrotatem; quippe quae ejus est indolis, ut vim ventriculi digestivam destructam semper habeat comitem; qua sit, ut succi minus legitimi generentur, qui sanguineæ permixti massæ, cunctis abdominis visceribus, nec non universo generi nervoso, lubemaffrictant. Hinc via panditur spasmmodicis motibus, quibus præ reliquis partibus, ventriculus & intestina patent; & hanc obeauissam languent; sed & excretiones, atque ingens impuritatum fit preventus. Favent præterea gignendo huic malo, variæ externæ caussæ, quas inter regio, in qua degit æger, aere inimico plena, vietus crassior, & in eo commissi errores, nec non animi affectus, jure merentur collocari.

Quum igitur hi morbi sint molestissimi, & quo diutius durarunt, eo contumaciores reddantur: opus omnino est, ut ipsum mali fontem, dyscrasiam nempe fluidorum, & imbecillitatem solidorum adgrediamur; quibus sublatis, cuncta, quæ inde pullulant, symptomata sponte cessabunt. Ilujus autem voti per usum aquarum mineralium compotes hemus: ex quibus Pyrmontanas, lacte caprino vel albinino permixtas commendarem; siquidem illæ, tali ratione po-

tae, in morbis, qui a seri & sanguinis acrimonia proficiscuntur, excellentissimæ sunt virtutis. Iis equidem, qui acidum acidulis tribuunt principium, valde alienum videtur, eas cum lacte commiscendas suadere; at, quum alcalinum potius elementum iis inesse credam, non abs te fore putavi, si cum lacte combinarerentur. Nec me fecellit hæc sententia; siquidem multiplex experientia eam adeo confirmatam dedit, ut nullus jam dubitem, eam sic permixtas in usum propondere.

Modus hic utendi, sequens esto: Tribus fontis partibus adfundantur binæ lactis calefacti, ea proportione, ut hujus mixturæ singulo mane mensura una cum dimidia hauriatur. Ante hanc potationem, ad corpus repurgandum, pridie sumuntur sex drachmæ salis Anglicani, in mensura dimidia aquæ puræ fontanæ soluti; tum per septem dies potentur aquæ dicto modo, octava die capiantur rursus idem sal; repetatur per septiduum aquarum potus; tertium adhibeatur sal, atque haustis iterum per septem vel novem dies acidulis, sale illo finiatur curatio.

Ceterum studiose sub hac potatione servare oportet vietus rationem. Conceditur sub epulis haustus vini generosi Rhenani, vel Burgundiae, ex quo subprando non minus, ac vesperi capiantur octoginta guttula Elixirri balsamici, quod sic parari potest: Recipe extracti cardui benedicti, centaurii minoris, salis tartari, nitri depurati ana drachmas duas, corticum aurantiorum recentium unciam semis, vini Sejt, sive Hungarici libram dimidiad; coque & extrahe leni calore, colaturæ adde olei de Cedro Italici grana quindecim. M. D. Quod remedii genus, absoluta quoque curatione diutius continuari poterit: neque minus, omissa cerevisia, pro potu ordinario adhibere juvabit decoctum aliquod, cuius hæc sit formula: Recipe radicis scorzonerae, salsaparillæ, rafraæ cornu cervi ana uncias quatuor, radicis cicchorei unciam unam, herbae cardui benedicti, cochleariae, hepaticæ nobilis

bilis ana manipulum unum , corticis ligni sassafras , tartari vitriolati , nitri depurati ana drachmam unam . Conc. Cont. D.S. species , quarum uncia binæ ex quatuor aquæ mensuris per horæ decoquuntur dimidium . Nec erit alienum , finito acidularum potu , hoc decocto tepefacto mane , loco infusi theiformis , vel solo , vel tertia parte lactis caprini permixto uti . Ceterum corporis exercitationi stude re conveniet , quam & matutinis , & ve spertinis absoluta digestione , horis insituere licebit , fugiendo omnes animi pariter ac corporis vehementiores com motiones . Quæ si rite & juxta præscriptum ordinem observaverit æger spectatissimus ; certissimam foveo spem , fore ut insigne malorum suorum sit perceptu rus allevamentum .

Ulterior Relatio .

Adhibuit vir ægrotans commendatas acidulas , aliaque medicamina . Sal Anglicanum , pondere unius unciae prima vice sumtum , sexies subduxit ventrem , cum magna virium iactura : altera vice addrachmas tres datum , vix movit al vum ; & tertia dosis , quæ priori erat si milis , quater eam duxit , absque ulla molestia , nulloque virium collapsu . Acidulas cum egregio corporis viriumque potavit incremento ; licet magis urinam moverint , quam alvum . Dolores , qui antea abdomen per vices invaserant , penitus cessant ; & ipse pes affectus liberiori jam gaudet movendi facultate . Interim nondum omne sublatum est vitium : tor por enim & debilitas in flexura circa tar fum , eadem ac olim est , neque adhuc valet , istius pedis inniti digitis . Ubi extenditur , totus contremiscit , continuato ad suras usque motu , ac formicationis sensatione : malleolum non raro obsidet ardens dolor acutissimus , nullum ferens contactum . Accedunt per intervalla subfultus convulsivi , per suram ad femora ascendentes , quin etiam brachia ac scapulas interdum occupantes : & notabile est , quod mitigatis quandoque pedis molestias , intestinorum dolor , cum anxi

sequatur sudore . Sentit quoque matutinis nonnunquam horis nausea , & inflatum ac gravatum ventriculi dolorem , cum refectione lymphæ ex ore . Quare ul teriore petit medelam , & quoniam phlebotomiam insigniter jam horret , doceri cupit , anne huic scarificationes li ceat substituere ?

C O N S I L I U M .

PErcepi ex datis novissime ad me litteris , remississe quidem ab usu col laudatarum acidularum , multa pathema ta ; nihil tamen minus adhuc quædam superesse , qua multam figant crucem , veluti sunt debilitas ac torpor tarsi , ar dens affecti pedis dolor , subfultus forarum , femorum , & brachiorum , nec non nausea cum ventriculi inflatione , mane potissimum invadens . A quibus cum liberari prorsus cupiat ægrotans vir , a sanguinis missione jam capiendam esse curam hortor . Et quoniam aversatur venarum sectionem ; non improbare utique possum scarificationis usum , quam singulis binis mensibus , appositis vel ipsi pedi , vel supra genu , atque dorso cucurbitulis instituendam suadeo . Præterea vero pediluvia commendo , quibus ex aqua fluviali , furfuribus triticeis , & floribus chamæmeli paratis , ac tepidis domtaxat , pedes immitten di , & subinde sapone veneto , in spi ritu vini camphorato soluto , fricandi sunt .

Quum vero ventriculi robur , ac vis digestiva languere simul videatur ; ope re erit pretium , Elixirii visceralis , quod supra commendavi , usum sub epulis continuare ; quod jam a nitro vacuum esse decet . Proinde alvi habenda ratio ; cui liquande , incongrua plane sunt purgantia ; quippe quæ in affectibus scorbuticis , cum imbecillitate generis nervosi complicatis , insigne terre dampnum deprehendi . Conveniet potius huic scopo decoctum laxativum , quod sequentem in modum concinnare suevi : Recipe rhabarbari eleæti , tremoris tar

tari ana drachmam unam, manuæ uncias duas, coque leni calore in aquæ florum a-caciæ unciisquinque, colature adde olei de cedro guttas tres. M.D. Hoc pro una do-si successivis haustibus, interposito juscu-lo avenaceo, sorbillare oportet. Ce-terum etiam atque etiam hortor, ut fu-turo vere acidula Pyrmontanæ cum laete, eadem ac ante ratione adhibeantur: qua-cuncta præsidia ut summum Numen se-cundet, ex animo precor,

CASUS CL.

De affectu spasmodicq; convulsivo.

Virgo, viginti duos annos nata, in-
genio vivaci prædita, ambitione in-
flammata, & lectione librorum omne se-
re terens tempus, a prima juventute, va-
riolarum morbillorumque perfusa mortis
valuit rectissime. Sed ante aliquod
tempus accidit, ut fur, ob quadraginta
circiter thaleros, clam ablatos, laqueo
suffocaret. Nostra, fore ut tam levis
furti caussa neutquam strangularetur ille
nebulo, sed saltē mortis terrore a sce-
leribus avocaretur, persuasa, cum perce-
pisset, ipsum utique perentum fuisse, tan-
ta mota est commiseratione, ut factum
matri nunciatura, delira loqueretur. Ad-
monita vero, furem patibulo ac morte di-
gnam luisse poenam, ad se rediit, sumto-
que, quem contra casum vocant, pulve-
re, bene habuit. Paullo post a parentibus
ob levem caussam, vehementioribus re-
prehensa verbis, graviter exarist; & e-
lapsis inde aliquot diebus, atrox incidit
malum, quod sic habuit: Coenæ assidens,
inter gratas collocutiones, subito expal-
lerebat, se inclinabat ad sinistrum latus,
veluti lapsura in terram, mox vero ite-
rum erigebat, atque tum caput ad dext-
rum contorquebat latus, hiabant oculi,
mox huc & illuc verrebantur, os modo
claudebat, modo aperiebat, sonitumque
edebat, manibus percutiebat dextrum la-
tus, variisque gestibus vultum deforma-

bat. Brevi post rubebat, ac intumesce-
bat facies: unde parentes suffocationem,
ex illapso forsan in asperam arteriam cibi
frusto, imminere, & quod sibi consultu-
ra, brachia elevaret, arbitrati; dorsum
ejus, more in hisce casibus solito, mani-
bus percutiebant; atque brachii elevatio-
nem adjuvabant. Hoc in elevato situ ri-
gidum permanebat, nec nisi multo labo-
re deprimi poterat: quare ligamenta, qui-
bus vellimentum compressorium, quo
induta erat, connectebatur, subito la-
xabantur, eo effectu, ut abdomen in-
tumeiceret, vehementes paullo remit-
terent motitationes. Erecta stabat rigi-
dissima, moribundæ similis; & lecto
imposita, sponte ad se redibat, inter-
sectionem venæ in sinistro brachio sitæ.
Mirata confluxum hominum, (aderant
enim tres medici & bini chirurgi) sur-
gebat, nec nisi de dolore stomachi gra-
vativo conquerebatur. Mox vero assumta
haud ita pridem jusculta, rusticulas fri-
xas, poma cydoniorum saccharo condita,
atque placentulas vomitu reddebat; tum-
que lectum petens, placido somno totam
transigebat noctem.

Poltridie bene habebat, nisi quod vul-
tus color solito esset rubicundior; & fer-
mo, ob os quasi constrictum impeditior
vide retur, sed hæc incommoda intra
paucos dies penitus evanescabant; adpe-
titus ac somnus sibi constabant, alvis
rite respondebat, nec morbos quicquam
amplius observabatur, nisi quod sub epu-
lis facies mox expallescet, mox rube-
ret. Verum ante aliquot dies, sumto
prandio, eodem prehendebatur paro-
xysono; qui, laxatis vestium vinculis,
& adspersa pedibus aqua frigida, vix
elapsa horæ quadrante, remittebat, &
puncturas præcordiorum, caliginem ocul-
orum, ac vomendi conatus relinque-
bat. Dabatur ergo, vomendi scopo,
radix Ipecacuanhæ; qua tribus vicibus
reddebat paullo ante comedea, atque tum
incisa in dextro pede vena, valere cœ-
pit, & ad hanc usque diem, præter ru-
bicundiorem vultus colorem, non habet,
unde conqueratur.

Neque vero ignorari oportet, eam
non

nonnunquam, vespertino potissimum tempore, ideis melancholicis turbari, omniumque rerum oblivione, sed breviori, vexari. Ceterum monstra singulis quinque hebdomadibus promantur, vitam amat sedentariam; adpetitui vero largius indulget; & per aliquot septimanas pro potu sola utitur aqua.

CONSULTATIO.

INtellexi ex premissa morbi historia, virginem quandam eo usque insultum spasmatico convulsivum, ut ut leviores, cum capitis & oculorum contorsione, rigore oris, rubore ac intumescenciae vultus, rigore membrorum, loquela difficultate, & animi deliquis aliquoties fuisse passam. Quemadmodum vero proxima harum affectionum causa in spastico membranarum cerebrum, medullamque spinalem cingentium est collocanda: ita variae quoque remotiones occurunt causae, quæ ad id mali genus contribuerunt. Videatur scilicet generosa virgo, valde sensibili, atque debili nervosarum partium systemate praedita; demonstrante id insigni, qua pollet, ingenii vivacitate. Ejusmodi vero subjecta ab animi vehementioribus adfectibus quam facile in motus irregulares conjiciuntur, qui caput potissimum occupant. Neque igitur dubium est, quin in nostro casu commiserationes, & excandescencia tacita, cum nacore juncta, primam malo dederint originem.

Accedit insoper ventriculi imbecillitas, ob quam non modo cibi, quos majori, quam par est, quantitate assumere solet, non rite digeruntur; verum inde quoque multæ acidæ, atque viscidae cruditates in primis viis generantur: quæ in vapores halituosos resolutæ, distendunt stomachum, ejusque nervosas vellicando tunicas, spastum excitant, ad totum nervorum, quod jam debilitatum est, genus, maximeque dictas cerebri membranas, vi consensus earum partium propagatum. Atque haec in nostro casu ita contigisse, tria sunt, quæ testantur, momenta; quod nimirum paroxysmi mox

Hoffm. Consult. Med.

ab epulis, stomacho cibis farto, invaserint; quod redditis per vomitum cibis conquiererint, quodve sumptum lene emeticum insigne præstiterit levamen. Ex hac porro ventriculi debilitate, & acrimonia, quam avidior quoque appetitus significat, vero fit limillimum, imminere, quin adesse jam prima passionis hypochondriacæ rudimenta; que a nimiis, quibus indulget, meditationibus, ac librorum lectionibus majores utique cepit vires.

Quæcum ita sint, consultum omnino erit, tempestivas huic malo ferre suppetias, eo magis, cum sibi relatum in melancholiā hypochondriacā, quin & epilepsiam facile transire queat. Præcipui vero curationis scopi hi erunt fere, ut confortemus totum nervorum systema, vim ventriculi digestivam restauremus, atque primas regiones ab omni viscida, & acida saburra repurgemus. Quibus consequendis indicationibus ante omnia inserviet aeris a cœli mutatione: quare suadeo, ut generosa Virgo, æstate existente serena, diurniores suscipiat peregrinationes; deinceps a cunctis animi adfectibus, meditationibus, & librorum lectionibus sibi caveat, & potius gratis intersit consortiis; atque ex cibis fugiat acidos, dulces ex lacte, ac farina paratos, poma, & cuncta, quæ dignunt flatus; vino parco, epulisque parioribus utatur.

Mane, loco potuum Calidorum herbae Theæ, vel fabarum Coffee, sorbillanda commendo quædam vascula infusi theiformis, quod sic se habet: Recipe radicis chinæ, scorzonerae ana drachmam unam, herbae melissæ, betonicae, borraginis ana manipulos duos, florum anthos, lavendulae ana pugillos tres, seminis fœniculi drachmam unam. Conc. Cont. D. Ad temperandam subinde primarum viarum acrimoniam, insiguum præstabit utilitatem hic pulvis: Recipe lapidum cancrorum, cornu cervi philosophice præparati, testarum ovorum præparatarum ana drachmam unam, pulveris Marchionis drachmas duas, nitri purificati scrupulum unum, extracti castorei ana octo,

P p olei

olei macis guttas sex. M. F. pulvis, cuius drachma una, & brevi ante epulas, & hora pomeridiana quinta ex aqua menthe capiatur. Præterea quavis hebdomade quatuordecim pilularum balsamicarum vesperi assumantur; quoniam & alvo liquandæ, & menstruis facilitans egregie inserviunt. Non minus insignis usus erit essentia corticum aurantium, sexaginta guttas inter epulas adhibenda; nec denique levem in derivandis a capite humoribus præstabunt operam pediluvia tepidiora, ex floribus chamomillæ, cineribus clavellatis, saleque communi conficienda, & crebro usurpanda. Quæ rite observata, quin votis sint satisfactura, nullus dubito.

C^AS^US CLI.

De affectu nervorum spasmodico-convulsivo.

Vix tringita annorum, temperamenti melancolico-cholerici, strictioris corporis habitus, sed humoribus abundans, & hypochondriacis obnoxius symptomatibus, duro in juventute vitæ genere, ob valde curtam supellestilem, uti, multasque corporis defatigations patidebuit. Correptus inde scabie sicca, septendecim annos natus, dura subire coactus fuit servitia; sub quibus multis in caput plagis percussus, variis fese exposuit refrigerationibus, atque sic paullo post, ex sicca humidam fibimet contraxit scabiem. Hanc pertulsa, hausta singulo mane, quam ipse mittebat, urina, & usurpato extrinsecus unguento, quod ex oleo raparum, sulphure ac mercurio vivo paratum erat, protinus repulit; at mox graviorem incidit morbum, quo cum per decem annos ad hanc usque diem conflictatur, hisce semet exserente notis. Per intervalla, quæ quotidie crebra sunt, persentisicit primum in dextro latere motum quasi undulatorium, qui brevi tempore ad caput usque ascendens, omnem sensum ac rationis usum tollit, atque omnis motus in dicto toto latere post se trahit abolitionem. Dum adhuc

sibi constant sensus, junguntur vehementes anxietates, & vomendi conatus: turbatis vero jam sensibus, discurrat cancerum in morem retrosum, atque tum subito in terram concidit, immobilisque prostrus, extenso dextro pede, ejusdemque lateris manu contremiscente, jacer. Vultus præterea rubet, & venæ intumescent valde; neque vero pollices in manus comprimit, nec spuma ex ore prorumpt, nec ulla sunt artuum motitationes. Ipse paroxysmus, vix temporis minutum explet, atque tum cessat, ægro existente vegeto, & de nullis amplius conquerente molestiis.

Variorum medicorum consiliis, multis que remediis usus est: quæ inter fuit eleuarium quoddam, a cuius usu id quidem solaminis percepit, ut in paroxysmo nec recurrat, nec concidat, sed statuæ instar immobilis persistat; verum abhinc epileptici insultus accesserunt; qui incertis quidem nocturnis tamen semper invadunt temporibus, atque altum soporem cum copiosissimis sudoribus relinquunt. Notari vero meretur, utriusque mali paroxysmos a levi in diæta, & potu excessu averti posse; sed sequenti periodo, eo majori recrudescere vehementia. Prior affectus intentiores meditationes statim excipit, & si diu sederit, surgens protinus eo corripitur: quod si vero obambulet, ab eo liber est. Observatur quoque hic morbus frequenter luna decrescente, quamquidem in crescente; & hic non minus, ac epilepsia circa æquinoctia, quando venam suauis medicorum tundendam præbuit, crebrius & vehementius invaserunt. Ceterum præter dextri lateris resolutionem, memoria debilitatem, ac torvum vultus asperatum, nullis affligitur passionibus; sed adpetitu integro gaudet, alvusque nunquam non respondet.

Hæc est sœvarum affectionum idea; quarum caussas penitiores nondum eruere valui. Scio quidem, quod sicuti totius nervosi generis debilitas isti malo remotam; ita motus spirituum irregularis, explosivus, a spasmodica partium membranaceo-nervosarum constrictione, san-

gui-

guinem plus justo copiosius ad caput propellente, efficientem proximam; & sanguis viscidus, acris, & vellicans, mediatam caussam præbeat. Nec me fugit, quod temperamentum melancholico-cholericum, ærumnosa vixta ratio, corporis crebra refrigeratio, capitis ac cerebri a verberibus contusio, atque commotio, mœrores, tristitia, & scabies inopportune retropulsa, tamquam occasio nales contribuerint caussæ. Verum occurunt quædam momenta v. g. quod malum sequatur meditationes, & ægrum a sella surgentem adoriantur &c. quæ valde dubium anticipitemque me reddunt; quorum ratione, si cordis palpitatio, pulsus irregularis, & impedita spiratio jungerentur, utique polyposa suspicarer concrementa.

Interim his in curando uterer indicationibus, ut genus nervosum per robورantia interna pariter ac externa confortarem, sanguinis molem per hirudines anno admotas imminuerem, qualitatem per alterantia, & ea, quæ salutares adjuvant excretiones, emendarem, ejusque congestiones ad caput ope pediluviorum derivarem, & denique irregulares spirituum motus congruis remediis sopire studerem. At hæc omnia Tuo, Vir Experientissime, acutissimo judicio submitto; nec nisi eo adjutus, quicquam tentabo.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Dirus affectus, cujus caussa consultus sum, utique est spasmodico-convulsivus, qui primario quidem a strictura membranarum, quæ cerebrum & medullam spinalem investiunt, dependet, omnes vero totius corporis nervosas ac membranaceas partes in consensem trahit. Ex caussis vero, quæ hoc contulerunt, sola sufficit scabiei per unguentum, ex oleo raparum, sulphure ac mercurio vivo facta repulso; quæ remedia tubulos nervo-membranaceos cutis graviter constringendi, & ferum acre causticum, quod in glandulis subcutaneis hospitatur, iatros agendi, potenti pollent efficacia. Quum

autem retroacta ista materia, veneni instar nervosis incumbit partibus, iisque, quoniam subtilis est, profundius, ac intimius insinuatur: facile patet, cur ex ea caussa graves nervorum, atque cerebri affectus, quos spirituum morbos vocare solent, pollulare possint ac solcant.

In nostro quidem casu vero videtur simillimum, quod spasmodica stricture circa ventriculum maxime & intestinorum canalem, nominatim pylorum, intestinum duodenum, canalesque, qui valde nervi sunt, biliosos, fixam primum obtinuerint sedem: quæ coarctatis inferioribus, humores majori copia ac impetu ad superiora, maximeque caput compulerunt. Inde vero id resultat incommodi, ut crux a capite per venas reditus, ob nimiam molem in iis stagnet, easque interdum, sicuti testantur cadaverum sectiones, varicosas reddat. Hinc carotides, quæ oculum ingrediuntur, sanguine turgidae, compresserunt nervos opticos, iis vicinos; ideoque visus obnubilationem ac vertiginem induxerunt: & quom eidem fato reliqui, qui sensui motuq; serviunt, nervi fuerunt obnoxii, non mirum est, quod sensuum motusq; voluntarii in dextro potissimum latere, quod caussis mali forsitan præ sinistro patet, abolito exceperit, & æger in terram delapsus, manum pedemque dextrum trenebundum extenderit.

Præterea vehementiori sanguinis ad caput raptui debetur vultus rubor, venarumque sanguine fartarum turgescencia; neque minus ab ejusdem copiosiori ad praecordia compressione horum ineffabilis anxietas suos mutuatur natales. Conatus vero vomendi partim a materia peccante, quæ in primis viis stabulatur, partim a spasmodica nervorum ac membranarum cerebri constrictione proficiuntur: siquidem crebrior experientia testatur, quod violentas, & a caussa externa factas capitis lassiones, per consensem, non raro vomendi conatus, & ipsi vomitus comitantur. Atque sic expenda erit ratio paroxysmorum, quos malum nostrum formare solet, cuius diuturnitas confirmat eam observationem, quæ

docemur; ejusmodi spasmodicos nervorum morbos, non modo diutius inhærente, & in consuetudinem degenerare; verum etiam in morbum tandem transire comitialem; qui nostri quoque mali molestissimus jam deprehenditur comes.

Verum sunt adhuc quædam momenta, quæ attentionem merentur; nimirum quod diætae errores, circa mali accessio nem commissi, paroxysmos remoren tur, illi tamen posthæc vehementiores revertantur. Non raro observavi, quod in iis, qui asthmate convulsivo, vel doloribus ventris spasmodicis laborarunt, si ante consuetas mali accessiones, vel gulæ nimis indulserint, vel vinosos potus copiosius ingeserint, illæ vel prorsus per aliquod tempus siluerint, vel valde mitiores fuerint. Ratio hujus phænomeni mea quidem sententia hæc est: Per nimiam ingestorum, præsertim spirituoso rum molem, partes nervosæ infimi ventris, maxime ventriculus ac intestina, justo violentius dilatantur & extenduntur; quum vero ab earum spasmodica constrictione plerumque incipere solent præternaturales motus, facile patet, cur ea per contrariam extensionis motionem impedita, hi motus fieri nequeant.

Notabile est, profundiores meditatio nes illico suscitare malum. Atque hunc effectum quotidiana confirmat experientia: ubi enim cunque nervosæ partes jam debilitate, & ad motus irregulares sunt pronæ; insignem & affectus animi, & aceriores cogitationes obtinent vim non modo spasmodicas affectiones revocandi, verum etiam ad ipsam insaniam, melancholiæ, epilepsiam, quin apoplexiæ permagnam conferunt symbolam.

Neque minus animadversione dignum est; quod si federit aliquandiu æger, tumque surgat & progrediatur, mox in malum vertiginosum incidat. Exinde dis palescit, caussas externas vel levissimas, qualis hic est sola corporis motitatio, ad augendo motum sanguinis progressivum, in revocandis nervorum morbis esse efficacissimas.

Æque meretur attentionem; quod malum luna decrescente invalescebat. Perpetuae nimirum regulæ instar est, graviores capitum morbos, qui per certos temporum circuitus redeunt, velut sunt melancholicæ, maniacæ, epilepticæ, paralyticæ ac apoplepticæ affectiones, plerumque lunæ mutationes sequi, & ea mox decrescente, mox incremente exacerbari; aut sub eodem lunæ situ, quo primum invaserunt, posthæc semper reverti. Hinc vero docemur, quantam potentiam, mediante nostra atmosphera, in corpus humanum, ejusque sensibiliores porifissimum partes, quales sunt nervæ, ac membranaceæ, alternandas possideat luna: & quoniam a tam levi externa cauſa ægritudines nervosi generis revocari ac exacerbari possunt; illud exinde resuldat monitum practicum, ut medentes studiose caveant, ne ejusmodi affectiones fortioribus ac violentis adgrediantur medicaminibus.

Denique non silentio erit prætermittendum, quod accessiones & vertiginoſæ, & epilepticæ, tusa circa æquinoctia vena, acerbiores pariter ac diurniores infestaverint. Quare non ignorari oportet, sanguinis missiones in hisce affectibus, qui tantum non semper vel nimia mole, vel spissitudine humorum soventur ac nutriuntur, convenientissimum quidem præbere subsidium; attamen insigni cautione atque prudentia opus est, ut probe discernatur, quantum crux, quoniam tempore, & in qua corporis regione sit detrahendum. Adnotamus enim, perniciosum esse, sanguinem in paroxysmo, vel brevi ante eum mittere, aut ejus, si nimium abundaverit, parciorem evacuare quantitatem. Necesse porro est, ut mox ab instituta phlebotomia tepidiora pediluvia & interna diaphoretica in usum vocentur: quo nimirum hisce præsidii sanguis per totum corpus equaliter distribuatur, maximeq; ad inferiores partes invitetur, & tali ratione nova spasmodorum cauſa, quam humorum inæqualis circuitus præbet, illico præscindatur.

His præmissis, ad curationem mali præsentis, vetustate sua in consuetudinem

jam degenerati, transeundum erit. Neque aliae hoc scopo mihi sunt intentiones, quam illae, quas medicus historie morbi adposuit; at optasse, ut ejusmodi remedia exhiberet supellex medica, quæ his indicationibus ad prime facerent satis. Certe officinæ pharmaceuticæ hisce remediis fere vacuae sunt; at si adhuc salutis in hoc diro malo quædam restiterit spes, ea magis ex curationi viatorum observatione, & prudenti rerum non naturalium usu erit repetenda. Idcirco ea, quæ commendare in hisce casibus soleo, medicamina in aeris mutatione, peregrinationibus ad loca salubria, corporis exercitationibus, præsertim per equitationem instituendis, balneis aquæ dulcis, pediluvii, abstinentia a viuo, & spirituosis, rebusque mentem fagitantibus unice consistunt: quibus ex pharmacis addere juvabit usum nitroforum cum potu tenui, atq; lactis asinini; ac denique alvi perpetuam conservare expediet lubricitatem. Hæc, licet funditus neutquam extirpare valeant ejusmodi contumaces morbos, quorum vis omnem medicinam superat; atiamen ipsis egregium solamen intulisse, cæbriori doctus sum experientia.

C A S U S C L I I .

De morbo spasmodico convulsivo.

Decem annorum puella incidit elapsu abhinc anno, vernali quidem tempore, in febrem intermittentem; quæ sumta per aliquot dies tintura quadam, colore pellucido vinum recens Franconicum adæquante, & a Chirurgo ipsam præscribente pro sale absynthii in aqua soluto vendirata protinus cessavit; & licet per octiduum reverteretur, ejusdem tamen tinturæ ope prorsus debellata est. Dederat allegatus Chirurgus id genus remedii, aliis quoque eo tempore febrentibus: qui ad unum omnes testantur, se ab ejus usu, ructus, vomendi conatus, & lymphæ limpidæ ex ore refectionem fuisse passos. Interim puella, ab hac febre liberata, paullo post lenta

Hoffm. Consult. Med.

contabescere videbatur: qua ope medicus cuiusdam celebrioris personata, per totam æstatem, sequentemque autumnum, rectissime valuit.

Verum currentis anni mense Januario, hora prima meridiana, sumto prandio, simul & femel de tormentibus ac punctis ventriculi, ad dextrum hypochondrium excurrentibus conqueri cœpit; iisque per horæ circiter quadrantem, juncta vehementi nausea, horrendum in modum discruciatum. Hæc adfætio per tres inhærebat hebdomades, adeo, ut semper circa dictum meridianum tempus invaserit; quare remittente, per integrum diem satis bene habebat, nisi quod per intervalla vomendi conatus persisteret. Dabantur laxantia, a quibus movebantur excrements duriora, globiformia, prunoque colore tincta. Remittebat inde prior affectus; sed brevi post succedebat singultus, qui eam mane expergefactam adoriebatur, & cum proclivitate ad vomendum interduni complicabatur, brevi vero conquiescebat. Jungebatur præterea, aliquot lapsis diebus, molestior adflatio, & per intervalla, quæ quotidie septies, quin novies repetebant, hisce notis invadebat: Præviis oscitationibus, oculi fortiter claudebantur, ut nulla arte potuerint aperiri, tum sequebatur insignis primum abdominis, mox totius corporis tremor, atque his per horæ quadrantem vexata, olcitabat iterum, & ad se redibat: valens ceterum, donec novus accederet paroxysmus.

Novissime vero per tres circiter hebdomades, ita se habet malum: Expergefacta mane, pandiculationibus, & oscitationibus vexata, claudit oculos, mox contremiscit abdomen, totumque corpus, tum emittit copiosos ructus, & sub horum explosione aperit oculos, quos iisque cessantibus illico rufus comprimit: atque horrendis dolorum in abdomine, & circa femora tormentis cruciata, miserandos edit planctus. Hos dolores solvant denuo ructus, apertis semper oculis emissi; quos iterum tormenta sequuntur, & hi dolores cum ructibus aliquoties alternant: cuncta vero hæc symptomata,

P p 3 quæ

quæ solvuntur oscitationibus, intra horę quadrantem primum, jam vero intra aliquot minuta terminantur. Infestat hic paroxysmus tredecim, & jamjam duodecim tantum quotidie vicibus; sub quo nec rationis, nec sermonis usus aboletur, tantum abest, ut, oculis præsertim aperitis, ad cuncta rite respondeat quæ sita; & cum oscitationes comitantur frequentiores, probe tamen determinare potest illas, quibus præcisè terminatur malum. Neque vero in hoc rerum statu collabuntur vires; sed ægra extra paroxysmum integro adpetitu, & bona gaudet valetudine. Urina plerumque tenuis mingitur, & a sanorum haud dissidet; interdum vero cocta, & laetis instar alba adparet, cum sedimento simili.

Suspiciuntur vermes quidam medicorum; sed datis variis anthelminticis, non nisi unicus excernebatur. Injiciebantur clysteres, & adhibebantur balnea ex aqua fluvialili, surfuribus, & sapone confecta; at nihil serebant levaminis, nisi quod ab eorum usu multi exploderentur per anum fatus. Nec denique ignorari oportet, puellam paucis ante horum malorum primam invasionem diebus, ex incendio in ea domo, ubi degebat, suborto, sed mox sedato, insigni percussam fuisse terrore; qui num malo dederit originem, in dubio relinquitur.

CONSULTATIO.

SI mali, cujus historia mecum est communicata, primam caussam ac originem indagemus, vero videtur simillimum, illam a febre potissimum per medicamen merito suspectum inopportune suppressa esse derivandam. Ea quippe tintura, quam chirurgus pro solutione salis absynthii venditavit, talis neutiquam fuit; siquidem hæc nec febrem supprimit, nec nauseam, nec vomendi conatum movet; ideoque justissima remanet suspicio, ne forsitan mercuriale fuerit remedium; quod nervosas partes vehementer vellicare, debilitare, & ad motus

spasmodico-convulsivos utique disponere potuit. Quicquid vero sit, præter hanc caussam, quæ adhuc dubia existit, occurrunt adhuc binæ, quæ huic malo inducendo satis opportunæ, atque efficaces deprehenduntur. Prior est insignis, quam puella ex incendio in suo conclavi suborto, brevi ante mali accessum, percepit terror, qui ad motus spasmodicos, quin epilepticos suscitandos, solus teste experientia sufficit. Alteram præbent vermes; quorum præsentiam partim ex facta jam lumbrici excretione, partim ex sedimento urinæ lacteo, dubio procul colligere licet. Terror primum effectum in partem intestinorum inferiorem egisse, eamque contraxisse videtur; unde puella protinus de vehementi dolore in dextro hypochondrio, & alvi obstructione conquesta fuit: illuma enim dolorem a flatibus, per constricta inferius intestina, sursum actis, partesque nervosas intestinorum valde distendentibus derivandum esse duco. Vermibus vero in intestinorum canale, aut, quod pejus est, ipso ventriculo hospitantibus, debentur reliqua symptomata, veluti sunt nausea, ructus, & rejectio muci liquidi ex ore, tortmina intestinorum, tremor abdominis, & totius corporis, ac contractiones muscularum, qui pápebras claudunt; hæc enim omnia non nisi motibus spasmodicis absolvuntur, & frequenter a vermium colluvie suos mutuantur natales.

Quod itaque curationem attinet, hanc ad binos potissimum dirigendam esse scopos arbitror: nimur, ut fordes acres, atque biliosas, nec non colluviem verminosam ex canale intestinorum eliminemus; & sobinde motus partium nervosarum spasmodicos-convulsivos, per demulcentia, relaxantia, & antispasmodica consopiamus. Quo nomine operæ pretium facturos puto clysteres, ex lactis uncii quatuor, mellis drachmis tribus, & nitri drachma una paratos; quos per octo successive dies, mane pariter ac vespere infundendos suadeo; siquidem non modo constrictas partes demulcendi ac emolliendi, verum etiam vermes evan-

euandi , flatusque discutiendi , insigni pollut ventute . Ad hæc , bis quavis hebdomade , mane post applicatum clyisma , forbillare conveniet potiunculum laxantem , cuius hæc sit formula : Recipe manna electæ , tremoris tartari ana drachmam , coque & solve leni calore in uncis quatuor aquæ graminis , colaturæ adde olei amygdalarum dulcium unciam . M. D. pro duabus dosibus .

Reliquis diebus mane sumantur duo vel tria cochlearia olei amygdalarum dulcium ex juscule avenaceo ; & interjecto horæ spatio , alternis diebus , capiantur octo pilularum , quæ sic habent : Recipe aloes rosatæ drachmam , sagapeni , aſa fetidæ , myrræ electæ , mercurii dulcis , extracti panchymagogi Crollii ana scrupulum , extracti croci , castorei , salis fucini ana grana quatuor , olei tanaceti guttas tres . M. F. pilulæ , ex scrupulo uno no. XXIV. parandæ . Illis vero diebus , ubi non adhibentur pilulæ , vespere immittendi sunt pedes in pediluvia ex aqua fluvialili , furfuribus triticeis & saponine veneto concinnata , atque tum petendus lectus . Denique sub epulis assumantur quindecim guttæ de hac mixtura : Recipe essentiæ tanaceti , myrræ , santonici ana unciam semis , extracti absynthii , gentianæ rubræ ana grana duodecim . M. D.

Quod si ab horum usu intra quatuor hebdomades non cessaverint motus convulsivi ; tunc abs re fore statuo , ut acidula Selterana , cum dimidia lactis parte commixtae in usum vocentur .

C A S U S CLIII.

De affectu spasmodico convulsivo diris symptomatibus stipato.

Puer 12. annorum , temperamenti sanguineo cholericæ , ingenii admundum floridi , parentibus haemorrhoidariis natus , binis abhinc annis febre corripiebatur tertiana . Hæc per integrum semestre variis remediorum generibus opugnata , omnium vim elusit ; donec tandem , excretis multis ascaridibus , sensim

remitteret , & vires cum appetitu redirent . Ceterum per tota fere vitam a morbis gravioribus immunis mansit , nisi quod variolas cum convolutionibus stipatas olim sustinuerit : & trimulus existens ob vehementiorem terrorem per aliquot dies epilepsiam passus fuerit . Elapso vero anno rursus ingenti , eoque iterato percelleretur terrore ; & inde statim commotionibus febrilibus , doloribus dorsi & capitinis , gravitate artuum , convolutionibus , delirio que prehendebatur . Datis quibusdam medicinis , & excretis denuo ascaridibus , remittebant hæc troculentæ affectiones : sed brevi post , ex matris gravi , & cum vite periculo conjuncto morbo , valde contractatus , appetitus defectum , & vehementes faucium constrictiones , cum deglutitionis impedimento persensit . Hic cum novus isque gravis accederet terror , incidit in veras , atrocesque convolutiones , ad hanc usque diem inhærentes . Invadabant nempe decies , quin & vigesies quotidie , & sic habebant : Artus primum externi distorquebantur , ita tamen ut alternatim mox dextrum , mox sinistrum brachium , nec non pedes hoc vel illuc traherentur , corporis truncum mox antrorsum , mox retrorsum flectebat ; tum saxo immobilior obrigescebat , incurvatis pedibus ; mox spasmus maxillas cum ore distorquebat ; faucesque cum suffocationis metu constringebat ; brevi post pondus a summis faucibus ad abdomen devolvi videbatur ; sequutisque rusticibus , solvebatur paroxysmus .

In cassum contra hunc affectum usurpati variis generis specificis , & antiepilepticis ; medicus , purgato prius supra infrave corpore , malum oppugoavit antiscorbuticis , anthelminticis , aperitivis , nervinis , antiepilepticis , roborantibus , cephalicis , interpositisque clysmatibus ac laxantibus remedii : neque minus ex topicis linimenta nervina , spiritus ac balsama applicavit , eo effectu , ut efflorescente per totum corpus purpura , puer versus solstitium currentis anni æstivum convalesceret , & quum antea , pedibus ioniti haud posset , qui statim obrigesceret , post hanc curationem , ambulandi

perfectam recuperaret facultatem, scholam vegetus frequentaret, corpusque sedulo moveret.

Reversa itaque sanitate, accedebant hæmorrhoides fluentes: quarum jam septem annos natus quædam exhibuerat indicia; quæ, si impeditius promanabant, aut plane silebant, dolores in dorso, & intestino recto post se trahebant. Neque vero ulla his opponebantur medicamina, prater pulveres antispasmodicos interdum datos. Dum hæc fiebant, ad studia rursus indefessus incumbebat, memoriisque valde fatigabat; & præterea cibis incongruis, dulcibus, pannificiis, placentis, cum lardo præsertim confectis, pomisque immaturis delectabatur. Hinc, cumulatis denuo in primis officinis cruditatis, accidit, ut quinque circiter abhinc hebdomadibus, febre quadam corriperetur, quæ quotidiane intermittens instar, ingenti frigore, per unam alteramve horam durante, quotidie impetebat, & nullum fere astum, nec aliud symptoma insequens habebat. Quo facto hæmorrhoides non amplius profluebant, sed vanis dumtaxat moliminiibus vexabant, jungebatur iterum scorbutica cutis efflorescentia, cito disparens, & tandem ex improviso recrudescebant pristini motus convulsivi.

Aspernabantur hac vice cuncta, licet præstantissima subsidia; tantum aberat, ut versus novissimum autumnale æquinoctium insigniter exacerbarentur, lunaque incremente magis invaleficerent, & adhuc insistant contumacissimi. Paroxysmi enim sæpe trigesies quotidie recurserunt, &, quod notatu dignum est, matutinis horis breviores ac mitiores; summis vero epulis, aut animo vehementius commoto, & frequentiores, & acerbiores observantur. Antecedunt ineffabiles præcordiorum anxieties, sequuntur fauicium constrictiones, & in externo collo tumor conspicitur, tumque excipiunt convulsivæ agitations, sub quibus, miserando spectaculo, flet, ridet, commordet dentibus, vociferatur, manibusque adstantes percussurus petit. Solvuntur paroxysmi copiosis ructibus, & relinquunt

insignem corporis lassitudinem: salvo tamen permanente rationis usu.

Ceterum noctem tranquillo transigit somno; nec nisi expergesfactus affectu suo corripi incipit; pulsus fertur semper æqualis, atque durus; urina mingitur sanorum simillima absque ullo sedimento; adpetitus est integer, quin paullo avidior; alvus autem non, nisi dato lachante, aut infusis clysteribus, vel globulis molchatis sollicitata responderet, tumque sclerora reddit indurata, stupenda quantitate.

Et hæc est diri, quo vexatur, morbi idea: qui, quoniam veremur, ne in habitum transeat, ac consuetudinem, convenientem flagitamus medelam, deque illius indole ac caussis informari cupimus.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

A Spectu atrox quidem, & horrendum est malum, quod puerum bonæ indolis ac spesi immaniter habet; verum neutiquam tam grave, quin multam sanationis spem relinquit. Referri nimirum meretur ad affectus spasmodico-convulsivos, qui ex membranis spinalem medelam amplectentibus, primario pullulantes, omnes subinde nervos, ac nervosas inde proficiscentes partes, quin ipsius cerebri tunicas, in truculentorum motuum consensem rapient. Atque harum membranarum spasmodica constrictio formalem eorum morborum rationem constituit; ita tamen, ut, sicut illa strictura, si primario cerebri membranas occupaverit, veram producit epilepsiam; ita eadem, si in medulla spinali fixam sedem obtinuerit, convulsivos artuum externorum motus, jaestationes, tractiones, distensiones, cum extremerum refrigerationibus, alvi obstructionibus, ac præcordiorum anxietatibus stipatas, progeneret. His in præsenti casu jungi videtur cerebelli, nervorumq; inde prodeuntium strictura, ex qua risus, fletus, ac voicerationis rationem derivare licet.

Quod vero caussas sævarum harum passionum attinet; ex iis præcipua est cerebri ille terror, quo percussus fuit

puer, qui ad inducendos ejusmodi affectus insigni pollet facultate. Deinceps in censum caesarum veniunt vermes, in canale intestinorum stabulantes, quos, rodendo horum nervosas tunicas, veherentissimas convulsiones excitare posse, quam plurima scriptorum testantur monumenta. Accedit porro sensibilior, & ad motus irregulares proclivior cerebri, & nervosarum partium in nostro agrotante constitutio; quam vivax, quo puer gaudet, ingenium, & nimia ad animi affectus, terorem, & excandescen-
tiam promptitudo significant. Nec silen-
tio prætermittenda est nativa ad fluxum hemorrhoidalem dispositio, ejusque
præmatura eruptio: quæ clarissimum
præbet documentum, interiores abdo-
minis partes, maximeque intestina spas-
modicis patere affectionibus. Tum quo-
que attentionem meretur inconveniens
victus ratio, qua puerum edulia dulcia,
poma immatura, atque panificia in deli-
ciis habere percepit, unde cruditates aci-
da, biliosæ, atque fatus, spasmodorum nu-
tritores, copiosius ingenerantur. Et de-
nique concurrit ingenii, memoriarumque
nimia fatigatio; quæ magnam vim
hosce affectus & revocandi & exacerbandi,
teste experientia locuplete, possidet.
Quum itaque tot, tantæque causæ ad
ammanem hunc in nostro puero morbum
contribuerunt; atque hic plus una vice
recrudit: non mirum profecto est, si
solidæ nervosæque partes, harum irregula-
rium motionum tantam habitudinem ac-
quisiverint, ut a levissimis cauſis ille
protinus repullulaverint. Quamvis vero
ejusmodi affectiones nervosi generis per-
quam difficilem admittant medicatio-
nem, quin ab iis, quæ vulgo opponi solent,
medicaminibus, maxime si cali-
diora fuerint, ac fortiora, magis contu-
maces reddantur: attamen crebra com-
pertum habeo observatione, quod in
tam tenera ætate, usurpati blandis &
diæticis remedii, temporis beneficio
adjuvit, omnino profligari queant.

Quamobrem votis nos potituros confi-
do, si hac utemur medendi ratione.
Primum quidem experientia pariter, ac

probatissimorum medicorum testimonia
docent, non ullum in hisce nervorum
vitiis fructuosius esse præsidium, quam
quod ex loci aerisque mutatione desumi-
tur. Hanc igitur ante omnia commendabo;
& ut æger ad talem locum transferatur,
in quo simul ab animi pathematibus, ti-
more, terrore, iracundia, nec non stu-
diorum exercitiis vacuus sit, etiam atque
etiam hortor. Deinceps convenientem
feligere oportet potum; quo sine omni
vinum, omnisque cerevisia, sive sit lu-
pulata, sive triticea exfusare debet, &
pro potu ordinario sequenti decocto uti
juvabit: Recipe rasuræ cornu cervi, ra-
dicis seorzonera ana uncias tres, radicis
peconiz, cichorei ana unciam fermis, se-
minis scenicali drachmas duas. Conc. D.
S. species, quarum uncia una cum binis
aqua mensuris per tres horæ quadrantes
decoquantur. Non minus a cibis salitis,
acidis, flatulentis, & omni placentarum
genere studiose cavere, epulisque parcio-
ribus uti expediet.

Præterea ex usu in his morbis mihi est
lac asininum, hac ratione usurpandum:
Lac ex asina, cuius purum sit pabulum,
recens mulsum, quantitate dimidiæ men-
suræ, cum quarta fontis Selterani parte
permixtum, & aquæ ferventi, ut incal-
lescat, impositum, mane intra lectum,
successivis haustibus sorbilletur, fugiendo
omnem per tres horas ciborum usum.
Quod si vero hæc duo medicamina haud
in promptu fuerint, illis serum lactis ca-
prini substituere licet, quod paraturus
lactis caprini recens mulsi mensuram
dimidiæ, in patina stannea sub conti-
nua, ne aduratur, agitatione leni ca-
lore ad consistentiam pulveris flavi eva-
poret, pulveri huic aquæ puræ fontanæ
mensuram dimidiæ affundat, & ebulli-
re invicem sinat, ut pulvis solvatur, tum
percoletur, quo caseosa remaneat sub-
stantia, & percolatum serum eadem ra-
tione, ac lac asininum singulo mane po-
tetur. Quæcumque sint hæc medicamina,
per sex vel octo hebdomades illis uti ope-
rebit; ita tamen, ut eorum initium ca-
piatur a ventris purgatione, quæ sumis
primo mane manæ uncia una & dimidiæ

cremoris tartari drachmæ uni nupta , & in lacte , vel ejus sero soluta , commode obtinebitur .

Ad hæc non levem præstebunt opem pediluvia tepidiora , ex aqua pluvialili , furfuribus triticeis , fæculo inclusis , & lacte vaccino concinnata ; in quæ singula vespera ad suras usque pedes ægroti immittantur pueri . Ex pharmacis primum , quod commendo , est pulvis nervinus , sic parandus : Recipe pulveris Marchionis , lapidum cancerorum , cornu cervi sine igne ana drachimam unam & semis , cinnabaris nativæ , succini præparati ana scrupulum unum , nitri purificati grana decem , castorei grana octo . M . F . pulvis , cuius drachma dimidia , ex aqua florum tiliæ , vel primulæ veris , alternis vesperis assumatur . Reliquis , ubi hic pulvis haud adhibetur , diebus , hora pomeridiana quarta capiantur decem guttulæ spiritus , quem simul mitto , nervinum , antispasmodicum , statuque discutientem . Extrinsecus , semel vel bis quotidie , spinæ dorsi in loco calido inungatur linimentum nervinum , hac ratione componendum : Recipe axungiae humanæ uncias duas , olei lavendulae , balsami Peruviani , olei nucistaræ stillati ana drachmam unam , olei rutæ guttas viginti . M . D . Denique conservetur corpus in moderato calore ac perspiratione ; ac cerebro moveatur ; nec enim dubito , quin horum debitus usus exoptatissimam sit allaturus medelam .

Respondit etiam votis eventus ; siquidem relatum mihi est , adhibitis , quas proposui , medicinis paroxysmum sensim mitigatum primum vigiles tantum de die , mox decies , tum quater reversum , tandem prorsus evanuisse , puerumque plane confanuisse .

C A S U S CLIV:

De singulari quodam affectu spasmico convulsivo .

Generosa , ac valde formosa virgo , solitudinis , & vite sedentariæ amantissima , septemdecim annorum , & avi-

diori ciborum ad peritum gaudens , spasmico convulsivo morbo obnoxia , potavit hoc anno acidulas Schwalbaceas ; & posthac Francofurtum se conferens , male rursus habuit , atque ideo medicum accersiri curavit . Is eam paroxysmo convulsivo , quem plus simplicis vice erat passa , occupatam deprehendit : sub quo omnes totius corporis artus alternatim spasmico torquebantur , caput retrorsum trahebatur , oculi obrigescebant , os hiabat , linguam exserebat , & memorie vis penitus languebat , adeo , ut eorum quæ in paroxysmo agebantur , hoc finito , reminisci non potuerit . Quidam præterea sanguine turgebat , & menstrua periodus imminebat , vena in pede tundebatur , & dabantur pulveres ex nitro , cinnabari , castoreoque parati , non sine fructu egregio .

Exploratis quibusdam antecedentibus momentis , referebat ægota , hunc affectionem plerumque circa menstruum tempus recruduisse , sensim atrociorem . Affirmabat , se juniores similes ferme insulatus , sub lypothymiarum nomine sustinuisse ; & jamjam accessiones illas antecedere atroces dorsi , & intestinorum , maxime circa umbilicalem regionem , nec non capitibus & ossis sacri dolores , extremonrum frigus , oculorum caliginem , sensumque formicationis , qui in digitis pedum æque ac manuum incipiens , sensim per umbilicum , cordisque scrobiculum ad caput ascenderet ; tumque subsequitis pandiculationibus excipere paroxysmum .

Præterea vero notatu dignum erat , quod , sicuti in ejusmodi morbis plerumque suppressio , vel inordinatus minimum menstruorum successus jungatur , ita e contrario in hoc casu ea ferantur copiosa . In paroxysmo , moro epilepticis folito , neutriquam in pugnum colligit pollices : a gravi autem terrore , iracundia , cibisque dulcibus , & vinosis potibus ille valde exacerbatur ; quid? quod eo tempore , quo adfligit malum , ab omni carne , & juculisi inde paratis , majorem istius vehementiam persentifcat . Neque ipsi suppetias aut ullum levamen attrahunt .

runt acidulae Schwalbacenses, hunc in finem poterat: & denique insigoi obstru-
ctione alvi vexatur, adeo, ut vix singu-
lis octo vel decem diebus reddatur.

Dictum itaque est, ægram missio san-
guine, & dato pulvere melius habuisse:
vix autem unus vel alter dies effluxit,
cum menstrua prorumperent, more con-
sueto admodum copiosa, quotum fluxum
mox comitabant motus convulsivi;
adeo ut quamdiu uterus cruentum funde-
ret, tam diu hi adfligerent, & cessante
fluore, hi quoque remitterent, ægrotan-
tisque præter capitis, dorsi, laterisque
dolores non haberet, de quo conquerre-
retur. Redibant quoque somnus & adpe-
titus, neque vero adeo cessabant motus
convulsivi, quin leves membrorum sub-
sultus, maximeque opisthotonæ agitatio-
nes, licet momentaneæ tantum, quoti-
die recurrerent; alvi segnities dicto mo-
do persistebat, & calor conclavis illico
sanguinis orgasmum, & præcordiorum
anxietates excitabat.

Versus instantem igitur menstruorum
fatalem periodum, propinabat medicus
blanda laxantia, nec non pulveres ex
specifice cephalico, nitro, castoreo, &
limaturæ chalybis granis octo concinna-
tos, bis quotidie sumendos, & Elixirum
aperitivum Claudi, cum tintura ca-
stori remixtum inter epulas porrigebat.
Infundi quoque anno jubebat clysteres,
qui licet primum spem votis facerent,
ramen excitabant abdominis tornina, &
præcordiorum anxietates; unde his omis-
sis, ob turgentem sanguinis abundan-
tiæ, vena in pede secabatur. Hinc fa-
ctum est, ut virgo ægra, binis succeſſive
mensibus cruentum ex utero redderet satis
quidem copiosum, motiones vero, quæ
junctæ erant, convulsivæ levissimæ fue-
rint, & illa intermedio tempore integra
sanitate gauderet.

Postquam autem, omisso chalybis uso,
tertium instabant menstrua; caput & re-
liquum corpus doloribus iterum agitari
ceperunt, & erumpente sanguine, pri-
stina illico revertebant convulsiva sym-
ptomata, eaque vehementissima. Jun-
gebatur insuper paroxysmis, anxia &

lamentabilis vociferatio, qualis eorum
est, qui saevius cruciantur tormentis, tan-
ta quidem atrocia, ut inde sanguinis &
pulmonibus timeretur eruptio: cujus ta-
men, finito paroxysmo, prorsus erat in-
scia. Ipsæ accessiones invadebant cum
ingenti circa cordis scrobiculum dolore,
quem sequebatur spirandi angustia, sen-
sim invalescens, & tandem in vocifera-
tionem illam desinens, cujuscomes erat
insignis totius corporis tremor.

Cum silente menstrua purgatione li-
lebant evicta symptomata, dabatur ite-
rum pulvis ex solo specifico cephalico,
nitro nupto paratus; sed accedente quar-
to lunaris tributi termino, pristina ludi
coepit scena. Tum in usum vocabatur
pulvis catholicus purgans Glauberi, qui
tribus pro dosi granis, specifico cephalic-
o nuptus, & primum semel, paullo post
bis quotidie propinatus, id commodi se-
cum ferebat, ut jam alvus alternis diebus
solveretur, & convulsivæ agitationes ex-
ternarum partium insigniter remitterent;
hæ vero magis ad interna ruerent, adeo,
ut per aliquot horas, gravis instar syn-
copes, sine sensu, motu, ac vix nota-
bili respiratione, moribundæ similis ja-
ceret.

Ab hoc tempore adeo defecta est viri-
bus, ut ipsam lecto perpetuo inhærente
oporteret: abhinc quoque tam diversa
paroxysmorum erat facies, ut eos ordine
recensere, videatur impossibile; quare
præcipua tantum notabimus momenta.
Ingens vociferatio, dicta brevante ra-
tione, per intervalla adfligit, Interduum,
cessante, minimum vix notabili pulsu
& spiratione, evanescit omnis vis senti-
endi, obrigescit totum corpus, mox
calidum, mox frigidum, gelidoque su-
dore perfusum, hiant oculi lato immo-
biliores; mox lingua exseritur, variis
que motitationibus agitantur artus; bra-
chia mox contorquentur, mox cum di-
gitis recta intenduntur, ut vix flecti
queant, mox pollicem pugno includit.
Nonnnuquam alternis manibus aerem
quatit, inanibus iactibus; iisdemque ab-
domen vehementer percutit, cum paro-
xyssi solutione; quæ etiam non raro fu-
bito

bito clamore fit. Quandoque singultiens motus & gram corripit, auditu quidem haud percipiendos, sed visu in faucibus adnotandus: quem primum raucedo excipit, tum vox perit, & sensim restituitur; ita tamen, ut si germanica lingua loquatur, ea minus sit articulata; contra si gallicam strepat, expeditior obseruetur sermo. Sæpius utrumque brachiorum reclinat, & dorso supponit, ut manibus insidere videatur: atque his, aliisque innumeris modis atrox malum tristem ludit tragediam.

Ipsum quoque paroxysmorum initium variis modis se habet; mox inter amicas collocationes, vegeta, ac incolmis, ab uno ad alterum latus corpus subito movere, & adeo vacillare incipit, ut lapsus in terram immineat; tum supina in lectum recidit, atque violentis motibusprehenditur. Mox tacitura fit, de dolore in vertice capitis conqueritur, & vel formicationis sensum in digitis manus, sensim ad præcordia ac caput ascendentem percipit, vel motum undulatorium, a pedibus per abdomen, ac uterum, quem dolore atroci infestat, ad caput aspirantem persentiscit. Hunc sequuntur præcordiorum anxietas, ac dolores compressiorii, spiratio sensim fit angustior, obnubilatur caput, rigent oculi, visus tamen facultate privati, & ipsa faxo immobilior per aliquot horas decumbit: vel loco hujus rigoris tetanodei, artus torquentur, distorquentur, variisque miris modis agitantur. Tum excipit sudor atque tremor omnium membrorum, & ipsa ad se reddit, inscia eorum, quæ sunt acta. Attamen mirabile est, & suspicionem non abolitæ omnis penitus sensationis movet, quod iis, qui durante paroxysmo minus grata ipsi præstant officia, inimicum, vindictaque plenum, variis signis testetur animum. Finito paroxysmo dolores in vertice ac dorso patitur; &, cum ante noctes placido somno transegerit, per novissimum trimestre eas insomnes experitur, recurrente paroxysmo, mox leviori, mox graviori molestas, ma-

xime priusquam obdormisceat.

Ceterum appetitu jam fruitur immunitori, calorem, olim ipsi infensum, commodius fert, animus ad varios adfertus valde proclivis est, ipsaque morte manifesta causa tristis, mox hilaris conspicitur, mox sacræ devota indulget meditationibus, precibus, atque canticationibus. Non minus distincte prænunciare valet, quonam die imminet mali accessio, anne gravior, vel mitior sit futura. Extra lectum commorari nequit, tantum absit, ut, si modo pedes ex eo propendeant, gravissimos patiatur dolores: idcirco, pedibus sub corpore inflexis supercedendo, miseram transigere oportet vitam.

CONCILIUM MEDICUM.

Affectus spasmodico-convulsivus, quo atrocem in modum virgo generosa molestatur, totum quidem nervorum genus occupavit; in primis autem eos, qui ex spinali medulla ad artus exteiiores feruntur, nervos nec non intercostalem ramum, qui ex paro quinto, octavo, atque nono subortus, per plurima porrigitur viscera, pro sexvarum motionum objecto habet. Unde non solum externi artus violentis motibus agitantur; verum etiam caput, os, lingua, oculi, & spiritales partes, in tristem eorum societatem rapiuntur. Atque primam immanis hujus affectus originem, ex nimis sensibili, quam a nativitate traxisse videtur, partium nervosarum dispositione repetendam esse statuo: cui, cum accesserint temperamentum sanguineum, copiosi sanguinis ferax, & passionum hypochondriarum, concurrente vita sedentaria adaustra rum rudimenta, testantibus alvi obstructione, spasmis & flatulentiis imi ventris, & insigni animi mobilitate; non fieri potuit, quin malum in dies majores ceperit vires. Namque morbo hypochondriaco vexatis, humores gerantur spissi pariter ac impuri, & acriores, qui spasmorum abdomen ob sidentium ope, ad superiora a que ca-

put

put magis compelluntur, & per nervos membranas circulantes, has ad graves proritant spasmos. Quum vero partium infernarum spasmi, eo potissimum, quo menstrua fluunt, tempore exasperantur, quoniam ipse mensium fluor spasmo absolvitur: facile patet, cur in nostra quoque ægorante, hoc maxime tempore malum infestaverit; dum scilicet spasmi in plexibus mesaraicis incipientes per dorsi spinam ascenderunt, & in universales tandem abierunt convulsiones. In tali rerum statu non mirum est, quod acidularum Schwalbencensium potionem sinistri excepit effectus: haec enim naturali, quo polent, frigore cursum humorum spissorum per minima vascula eo magis retardant, transpirationis plenorem successum remorantur, & iis, qui nervorum laborant imbecillitate, semper sunt inimicæ.

Opus itaque est, ut huic quam oxyssime medeamur malo; quoniam illud, terroris tædiique plenum, non omni vacat periculo. Siquidem ob impetuosum crassi sanguinis ad caput raptum, ille facile minima cerebri vasa perrumpere, ac extravasatus lethalem apoplexiā inducere potest. Neque vero negandum est, quin affectus ejusmodi firmius radicati, & in tantum habitum degenerati, ut a facillima revocari possint caussa, curationis spem valde angustam reddant, & præstantissima remedia valde eludant: attamen neutquam desperandum est, quoniam, si debita adhibeatur medela, omnino nisi prouersus extirpari, saltem insigniter sublevari possunt.

Ut autem in præsenti casu votis nostris potiamur, ad binos præsertim scopos dirigendam esse curationem arbitror. Primus est, ut effrænes partium externarum convulsiones perinde, ac graves internarum spasmos apte consopiamus; alter, ut tonum atque robur ventriculi & intestinorum restauremus: quo digestio fiat rite, generofus chylus elaboretur, solidum excrementiarum colluvies debite eliminetur, atque sic somes motionum præternaturalium re-

moveatur. Perpetuæ enim regulæ instar habendum est, quod spasmodicæ partium internarum, maxime ventriculi ac intestinorum constrictiones protinus turbent, atque sufflamenta salutares excretiones, tam quæ per alvum ac transpirationem fiunt, quam sanguineas, quæ per uterus aut hæmorrhoides contingunt. Retentis ergo sordibus cumulatur acre impurum serum, idque cum reliqua humorum massa per corpus progressum novam spasmodicis affectibus præbet occasionem.

Obtinendis vero præfixis curandi scopis hæc medicamina satis esse factura confido. Primum videlicet valde commendo sequentem pulverem: Recipe pulveris Marchionis, lapidum cancerorum ana drachmam unam, cinnabaris factiæ drachmam semis, nitri purificati scrupulum unum, extracti castorei grana tria. M. F. pulvis div. in 4. doses. Hunc pulverem vel solum, vel cum lumbricis terrestribus permixtum, bis terve quotidie, ex aqua chamomillæ vulgaris, vel primulæ veris, vel lilioverum convallium, cum cerevisia Lœbeginensi destillata exhibere conveniet. Deinceps singulo mane quædam vascula infusi theiformis, quod ex herba melissa, betonica, summitatibus millefolii, floribus chamomillæ vulgaris, salviæ, tiliæ, & aniso stellato paratur, sorbere expediet. Vesperi vero assumantur quinquaginta guttae liquoris mei anodyno-mineralis, cuius tres partes, cum una liquoris benzardici sint permixtæ. Egregium hoc est remedii genus, non in sistendis modo spasmodicis moribus, verum etiam facilitanda diaphoresi: quippe quod vesperi sumtum, ægrotos mane leniter sudare facit.

Ad roborandum autem tonum ventriculi ac intestinorum, insignis usus deprehendi has pilulas: Recipe extracti millefolii, florum chamomillæ, herbare cardui benedicti ana drachmam unam, theriacæ veteris, corticis chinæ ana drachmam semis, croci grana duodecim, olei chamomillæ veri guttas octo. M. F. pilulae, ex scrupulo uno numero viginti,

quæ

quæ pro una dosi, alternis circiter diebus deglutiantur. Externe spinam dorsi sequenti linimento inungendam suadeo: Recipe unguenti martiati, axungia humanæ ana unciani unam, olei laviae, lavendulae, majoranæ, nucista destillati ana drachmam unam. M. D. Nec sine peculiari fructu adhibebuntur pediluvia ex aqua fluviatili, floribus chamomilla, & furfuribus tritici parata, & vespertino tempore usurpata. Et ad alvinam non minus, ac menstruam excretionem faciliterandam, opera pretium facient pilulae balsamicæ, ad Stahlii vel meam men tem confectæ; quas bis quavis hebdomade, sumto præcedente vespera pulvere præcipitante ex nitro, ac lapidibus caucrorum parato, mane numero quatuordecim devorare decet.

Ceterum cane pejus & angue fugienda sunt cuncta volatilia, calidiora, vaporosa & suaveoleantia, quæ humores exacerbando augent spasmoidicos motus. Quare etiam cautum omnis vini atque cervisia usum esse oportet; cuius in locum commendarem decoctum ex radice chinæ, visco quercino, & passulis compositum. Cœna sit parcior; fugiatur frigus, maxime pedum, & imi ventris, & omnes sedulo evitentur causæ, quæ animum ad graviores invitant commotiones. Quæ, nisi sufficerint, motus corporis, mutatio cœli, & conveniens balneorum, maxime Toeplicensium usus, omnem curandi absolvant paginam.

C A S U S CLV.

*De singulari generis nervosi affectu
spasmoidico-convulsivo.*

Matrona generosa, viginti octo annorum, temperamenti sanguineocholerici, habitus corporis teneroris, animi vero affectibus, quod mirum est, parum obnoxia, bis peperit cum successu felicissimo. Secundum vero puerperium, quo sex abhinc annis perfuncta est, exceptit mensium inordinatus, & nimius fluor, per octo integras hebdomades inhaerens; tandemque sopitus, atroces imi-

ventris dolores reliquit, per quatuordecim dies molestos, tumque ope balnearum ex aqua dulci profugatos. Tum rursus utero coepit gerere, debitoque tempore, felici partu puellam exclusit. Abhinc valuit per integrum annum, quo elapsi menses denuo silentes novæ imprægnationis suspicionem movebant. Post decem autem hebdomades, subito prehendebatur doloribus ossis sacri, qui parturientium similes erant; quibus per aliquot horas vexata ad alvum sentiebat stimulum, atque hanc exoneratura præter opinionem ex utero reddebat concrementum carneum, cum inserviente enormi haemorrhagia. Hac sedata, menstrua per integrum annum, nimia ac inordinata fluebant; tandemque, ope variorum medicaminum, maxime acidularum Schwalbacensium, in ordinem redibant.

Mense Novembri anni millesimi septingentesimi noni, bis successive febre catharrali benigna laboravit: qua superata, crux uterinus adhuc semel profusebat, tumque penitus ferri desinebat. At succedebant graves mox dentium, mox dorsi dolores, vomendi crebri urgebant conatus, ipsaque vomitiones, & abdomen gravidarum more grandescerat; quin post aliquot menses, manu ventri imposita, persentiscebant motum, qui magis magisque invalescens, præcordiorum anxietatem, spirandique demum difficultatem inducebat molestissimam. Dabantur pulveres antispasmodici cinnabarini, & ex vena in brachio tusa tres eruoris unciae detrahebantur; sed nondum conquescebat ille motus, tantum aberat, ut potius novus affectus per intervalla tandem accederet, qui hunc in modum habebat.

Abdomen, maximeque regionem epigastricam, tremula obsidebat moritatio, quæ sensim superiora versus ascendens pectus cum scapulis elevabat; caput anteriorum torquebatur; pharynx constringebatur, ut nec cibi, nec potus quidpiam admitteret; fauces peculiariter tremulum exhibebant sonitum, qualis singulientibus est, os, maxillaque variis mo-
dis.

dis distrahebatur, atque palpebrae celeri-
mo motu agitabantur. Neque vero sub
ejusmodi paroxysmis, qui vix tertiam
minuti partem explebant, & sapissime
recrudescabant, sumtoque potu calidiori
statim revocabantur, pollices in manum
comprimebantur, nec sputna os obside-
bant, nec ulli urgebant dolores, nec ra-
tionis, sensuumque usus turbabatur. Ar-
teriarum pulsus erat parvus, debilis, ac
equalis; urina mox sanorum similis,
mox turbida, cum copioso sedimento,
& alvus aperta.

Hoc in rerum statu consultus medicus
porrigebat pulveres antispasmodicos,
cum pulvere lumbricorum terrestrium,
Marchionis, nitro, cinnabarique mix-
tos; infusa ex herba millefolii, cum flo-
ribus chamomillae; mixturam tonico-
nervinam Stahlii, essentia castorei ex-
tractoque cascarillae nuptam; Elixir ute-
rinum Crollii, & oleum amygdalarum
dulcium; extrinsecus vero, præter cre-
bros clysteres, atque vesicatoria pedibus
ad applicata, linimentis, balsamisque ner-
vinis, nec non sacculis resolventibus ac
discutientibus dimicabat. Neque horum
frustranea erat efficacia, siquidem ma-
lum, fracta sensim vehementia, intra
paucos dies prorsus conquiescebat.

Verum elapsi binis hebdomadibus
atrocious revertebatur; & ab extero, qui
vocabatur, medico anthelminticis oppu-
gnabatur, quoniam illud a vermis de-
rivabat. Ordinabat eo fine & mixtu-
ram, quæ ex gummi ammoniaci granu-
lati drachmis duabus in aqua melissæ
uncii sex solutis erat confecta, & pulve-
rem, qui habebat seminis santonici drach-
mas duas, corallinæ drachmam unam,
mercuriique dulcis grana duodecim, &
in quatuor dividebatur partes. Illam se-
quebantur non modo alvinæ dejectiones,
verum etiam molestissimæ vomitiones;
hunc sanguinis per alvum fluxus, & ab
utroque remedio ingravescerat morbus,
ac paroxysmi, brevissimis intervallis,
invicem excipiebant.

Istis ergo, ne gravius inducerent peri-
culum, omissis, ad oleum animale Dip-
pelii descendebatur, quod ad tres vel

quinque guttas, inter paroxysmorum
remissiones datum, tam felicem praefla-
bat effectum, ut gravis affectus sensim
remitteret, ac cessaret, & grotaque ejus
vacuitate per integrum mensem gaudet-
ret, cum somni, appetitusque integrita-
te restituta. Brevi vero post idem recide-
bat, eodem ac ante modo; & eodem
animali oleo in usum revocato, intra
quatuordecim dies iterum evanescerat.
Sextus tum agebatur mensis, ex quo gra-
vida videbatur, nec fallebat spes, siqui-
dem consopita convulsiva ac tremula mo-
titatione, distinctior jam evadebat em-
bryonis motus, & ipsa, recuperatis vi-
ribus, egregie habebat, nisi quod de in-
solita artuum, maximeque pedum lassi-
tudine, atque gravitate conquereretur.
Transigebat tamen reliquum gestationis
tempus, a suo malo vacuum, donec tan-
dem adventebat pariendi necessitas. In-
vadebant ad partum dolores, & cum his
malum, quod per tres conqueverat men-
ses, recurrebat, per crebros paroxys-
mos, foetus exclusionem insigniter re-
tardantes. Neque tamen minus post qua-
tuor horarum decursum puer exclude-
batur, ad hanc usque diem integra fruens
sanitate: Lochia fluebant rite, & affe-
ctus ille molestissimus, spasmodico-con-
vulsivus, non nisi prioribus puerperii die-
bus infesta bat, reliquis silebat.

Sic sana ac incolumis visa mulier gene-
rosa, dum aliquando animi laxandi caus-
sa, rheda se in rus vehendam curaret,
ingentem capit is, & in primis dentium
rheumatismum, cum vehementi cordis
palpitatione stipatum incidebat. A quo
liberata, lunare rursus persolvere cœpit
tributum, larga satis quantitate, sed
huic cessanti illico successit malum con-
vulsivum, quod hoc usque cuncta elu-
dens remedia inhæret. Paroxysmi priori-
bus per omnia similes sunt, nisi quod sub
illis atrocis dextrum hypochondrium cir-
ca lumbos discurcent dolores, & index
manus dextræ digitus ita moveatur, ac
si quempiam vocare vellet. Præterea,
loco lassitudinis relinquunt gravem ver-
tiginem, cum insigni oculorum caligine,
veluti sudario obducti essent, conjun-
ctam,

Dam, adeo ut s^æpius instar animo defectorum jaceat. Menstrua debito prominant tempore, satis copiosa: quibus fluentibus, silent convulsivi motus: iisdem vero cessantibus, hi tristem scenam agere incipiunt.

A novissimo puerperio contra has affectiones, nullis fere, præter pilulas Stahlianæ, & liquorem quendam acidulum, qui phlegmati spiritus vitrioli analogus ad quindecim quotidie guttas sumitur, usus est remediis: sub quorum usu convulsivi motus mitiores quidem & breviores; at gravativa artuum lassitudo, vertigo, & oculorum caligo acerbiores pariter, ac diurniores observantur. Balnea aquæ dulcis, cum furfuribus triticeis, malum exacerbare videntur. Et quoniam præter coryzam, quam a novissimo capit is rheumatismo perpetuam patitur, cum primario orbo nondum penitus in gratiam rediit, tantum abest, ut graviores illius vereatur recursus: anhelat omnino salutare judicium, malorumque, quibus permittitur, causam, originem, & convenientissimam medelam cognoscere cupit.

CONSULTATIO.

Affectus præter naturam, quocum mulier quædam generosa, non modo sub novissima graviditate per sex menses, verum etiam post partum hue usque immaniter conflicta fuit, non sane aliud est, quam morbus generis nervosi spasmodico-convulsivus. Illius primaria sedes in abdomine, maximeque intestinis tenuibus harere videret; siquidem incipiendo a plexu superiori mesenterico, qui circa primam lumborum vertebram situs est, & a pari nervorum intercostali conformatur, ad reliquas thoracis, capitisque partes, quæ a pari vago, & intercostali ramo, nerveas suas propagines mutuantur, ut sunt musculi cervicis, atque pharyngis, propagatur. Cerebri vero membranæ ab hoc spacio omnino adhuc liberae sunt; unde non modo rationi, sensibusque sua mansit integritas, ve-

rum etiam epilepticæ nondum accessere motiones.

Quod causam mali attinet, eam haud sine ratione in utero collocare licet, quippe cuius vitium irregularis, qui hactenus fuit, menstruorum, moxque nimius, mox plane suppressus fluor, nec non polypo sum concrementum, olim excretum significant. Verum enim vero, quem generosa fœmina sub hoc affectu utero concepit, felicemque exclusit partum; non dubito sane, quin cum altero Medicorum, concurrentes lumbricos, angustiis intestini ilei implicitos accusem. Plures enim mihi innoverunt casus, quod gravidæ ex vermis ejusmodi graves motuum affectiones passæ fuerint: quibus etiam demortuis forsan, ac intra intestina in putredinem abeuntibus, febrem catharralem, qua bis laboravit nostra ægrotans, deberi existim^o. Confirmant præterea hanc sententiam, peculiaria, quibus molestata fuit, symptomata, utpote quæ a sola passione hysterica omnino deprehenduntur aliena. Neque vero minus imbecillitas nervosi generis ad augendam mali ferocitatem multum contribuisse videtur: licet enim mulier illa ad animi excandescientiam minus proclivis observetur, attamen illi forsan magis suppressæ indulget, atque hac maiorem sibi noxiam contrahit. Et si præsertim ea, quibus jam infestatur, symptomata, veluti sunt languor corporis, vertigo, obscuratio visus, atque catharrales defluxiones, mecum perpendam, hac sane non ab alia causa originem trahunt, quam a nimia nervosi generis atque ventriculi debilitate, vitiataque digestione; cumprimis, si verminosa intelligentiorum amurca concurrat.

Sed his non immorabor ulterius: id dumtaxat jam prosequitur, cuius operatio institui possit. Adaptanda hac potissimum erit verminosæ putredine corpore proscribendæ: cui scopo fortiora, & quæ vulgo adhiberi solent, antihelmintica, neutiquam convenient. Com mendare potius fontes Selteranos, quantitate mensurae unius quotidie potandos, adeo, ut eorum tepefactorum dimidia-

por.

portio mane , altera hora pomeridiana quinta hauriatur : & singulis quinque diebus pilularum Stahlianarum undecim deglutiuntur . Ante horum usum , bis quotidie assumantur octoginta guttae Elixirii balsamici , quod hunc in modum conficitur : Recipe extracti cardui benedicti , gentianæ rubræ , myrræ electæ , succinæ drachmas duas , salis tartari drachmas tres , olei menthae destillati , de cedro ana guttas viginti . M. cum una vini Sect vel Hispanici libra leni calore digerantur : quod remedii genus etiam aboluta acidularum potatione , per aliquod tempus , ter quotidie usurpari potest . Præterea corpus moderata , sed frequenti exercitatione movere , ab animi affectibus probe cavere , omne frigus arcere , cibosque dulces pariter ac acidos sedulo vitare expediet . Et denique , his per quoddam tempus adhibitis , nervoso generi confortando apprime convenient balnea , ex aqua , lacte , & triticeis surforibus conficienda , & tepida tantum in usum vocanda . Neque paucam foveo spem , quis ex horum prudenti usu insigne mulier generosa sit consequentia altementum .

CASUS CLVI.

De affectu spasmatico . convulsivo chronicō .

Prior morbi historia .

Foemina , duos & triginta annos nata , temperamenti melancholicocholerici , statura mediocris , infirmata teneris passa est valetudinem . Superatis enim anno etatis secundo copiosis & que ac valde malignis variolis , gravem tulit exulcerationem capitis pone aurem sinistram , cum largo , & quantitate libram unam superante puris effluxu , diu inharentem : quam oculorum lippitudo , narium gravedo , aliisque catharrales excepterunt distillationes . Anno etatis octavo ex febre acuta ; cum purpura complicata ; undecimo diurna aurigine ; & decimo quarto periculosa febre

Hoffm , Consult . Med .

petechiali , non sine vita periculo labavit . Postquam vero menstrua proruperunt , non modo oculorum defluxiones cessarunt , verum ipsa quoque , ad conjugium usque , egregia sanitate est gavisa . At quam primo perfungeretur puerperio , fluor uterinus imminui , & ægra flatulentis febrilibusque infestari cœpit molestiis .

Nihilo tamen mihius , finito puerperio , Deo grates redditura , more consueto , satis incolumis templum ingrediebatur ; sed ibidem , ex gravissimo tonitru , tanto percellebatur terrore , ut abhinc spasmaticis ac convulsivis obnoxia fuerit affectibus . Interim altera posthæc , quia & tertia vice peperit feliciter ; quo in puerperio , ob gravantem tunc epidemicæ purporam , calidius justo regimen observare jubebatur ; unde factum est , ut in summam debilitatem , viriumque colapsum incideret , atque convulsivi motus cum animi deliquiis stipati magis invaleficerent .

Novem jam elapsis annis , gravi ac peculiari prehendebatur capitis dolore , ad cervicem & humeros usque excurrente : cui tanta jungebatur imbecillitas , ut caput in erecto situ continere neutiquam potuerit . Ab hoc quoque incommodo , divina favente gratia , liberata per subsequentes annos vitam transagit sub recurrentibus per intervalla capitis doloribus , animi deliquiis , spasmaticisque ac convulsivis affectibus , satis incolorem , adeo , ut ante biennium fonticulum , quem dextro brachio inflictum diu gesserat , coalescere permiserit , absque morbosis consecstariis . Præterea hoc tempore duorum successive liberorum felix facta fuit mater : quorum primum cum utero gereret , per priores gestationis menses tantum mucosæ cruentum mixti ex utero ploravit , ut abortus esset suspicio . Novissime gravida tam insigne crurum imbecillitatem sensit , ut , nisi innixa ancillæ , non incedere potuerit ; neque ab hac molestia , puerum convulsivis motibus paullo post denatum enixa , immunis fuit ; donec successu temporis sponte remitteret .

Qq

Ve.

Verum enim vero, ante tres circiter menses, ex improviso gravissimas incidit convulsiones, crebris paroxysmis per quatuordecim dies, recurrentes, qui sic se habebant: Sentiebat primum formicationis sensum, mox dextrum, mox sinistrum latus, atque brachium occupantem; sequebatur sermonis impotentialia, atque tum prehendebant animi defectio-nes, persistente integro rationis usu: aut in harum locum succedebant praecordiorum anxietates, oculi cladebantur, lacrymasque copiosas plorabant, ore a spuma libero existente. Externi artus con-vellebantur alternatim; brachia exten-debantur, obrigescebant, crura gravati-vo dolore afficiebantur; atque sic ea per unum vel alterum horæ quadrantem de-tenta, solvebantur paroxysmi, relictatorius corporis lassitudine.

Novissime libera quidem est ab hoc malo: quod si vero animi affectum ac excandescientiam, ad quam valde proclivi-sus est, patiatur, mox illo prehenditur: & præterea sapore semper falso molestatur, maxime si mucum screatu reddat. Ceterum ipsi rite fluunt menstrua.

Actea morbi historia.

Matra, trigesimum secundum æ-tatis annum egressa, tempera-mentis sanguineo-melancholici, sex libe-rorum mater, superatis in juventute va-riolis, purpuratisque morbis, ad pri-mum usque puerperium satis integra gavisa fuit valetudine. Ab hoc vero, dum præter suetudinem multis in re do-mestica curis indulgeret, male habere coepit, & de praecordiorum anxietate ac compressione, sensu globi ex abdomi-ne ad fauces devoluti cum metu stran-gulationis, animi defectiōibus, cordis palpitationibus, capitis doloribus, ma-xime hemicranicis, nec non dolorificis circa cordis serobiculum molestiis con-querebatur. Hæc symptomata per lon-gos annos, mox mitiora, mox graviora inhæserunt, & pro hystericis habita, ob accedentes crebras graviditates, non nisi anodynisi, & antispaſmodiciis oppugnata

fuere remediis. Novissime vero majora sumserunt incrementa; siquidem post levem excandescientiam, vel terrorem, protinus invadunt vehementiores spasmi, ad externos quoque artus excurrentes, cum rigida brachiorum extensione, ad-petus jactura, & tanta artuum, maxi-meque pedum lassitudine, ac imbecilli-tate, ut vix ambulandi gaudeat faculta-te. Ceterum subtristis est animus, & so-litudinem amat; alius suo non fungitur officio, nisi passulis admoveatur; urina meitur coloris aurantii, cum nubecula, chryſtallisque tattareis, & menstrua na-turali succedunt ordine.

Consultus novissime medicus, qui ma-lum hypochondriaco-hystericum esse au-tumat, ordinavit nodulum aperitivum ex incidentibus, & attenuantibus, radi-ce cichorei, caryophyllorum, apii, polypodii, herbis capilli veneris, fumariae, scordii, foliis sennæ, rhabarbaro, fibris hellebori nigri, elixirio proprietatis, li-quore terra foliatæ tartari, confectionum; nec non temperantia ex nitro, tartaro vitriolato & magnesia parata: sub epulis dedit tincturam corticum aurantiorum, cum spiritu nitri dulci permixtam; scopo tonico propinavit tincturam vitrioli mar-tis aperitivam Ludovici: & denique ma-ne potandum præbuit infusum theiforme ex salvia, melissa, radice piaplantæ, floribus chamomillæ, ac millefolii con-cinnatum.

CONSULTATIO.

Quartum ex binis morbi historiis, invicem collatis, & probe ponde-ratis judicare licuit: atrox ille, ac diurnus, quo foemina quædam agi-tatur affectus, omnino est spasmatica-convulsivus, qui totum partium nervo-sorum tam internarum, quam externarum systema occupavit. Et ab interno-rum quidem viscerum spasmatica con-ſtrictione natales suos mutuantur cardialgia, faucium strangulatus, loquelæ impoten-tia, atque alvi obstrutio: externarum vero partium convulsive agitationi de-bentur subsultus brachiorum, eorumque

rigi-

rigidæ extensiones, palpebrarum constrictiones, nec non pedum insignis corpor. Sub fam irregularibus partium solidarum motibus, non quoque fieri potuit, quin primæ & ciborum digestioni tributæ officinæ labefactatae fuerint: unde loco generosi chyli, mines laudabilis generatur, nec resistantes a cibis fortes per congruas rite eliminantur vias. Hinc tota sanguinis & humorum massa impuris, acribus, scorbuticisque imbuitur salibus; & fluidum illud subtilissimum, tenue, lymphaticum, nerveum, iners redditur, partibusque solidis & nutriendis & movendis minus fit idoneum, hæ languescent, & suis functionibus obeundis sunt impares. Neque paucæ sunt, quæ ad hæc motuum vitia contribuerunt, causæ: quas inter in hoc corpore, tam gravibus a pueritia morbis debilitato, ingens terror, a primo puerperio superveniens, præposterior & justo calidius post tertium partum regimen, ipsa puerperia crebro invicem excipientia, animi pathemata, erroresque diætetici, præcipuum sibi vindicant locum.

Qua cum ita sint, & causæ morborum ejusmodi, vetustate corruptorum, nevi, quam in mole materie, vel crassitie humorum, vel viscerum infarctu, sed potius solo motuum vitio hæreant; facile patet, quod in iis expugnandis non iuſſicant confueta, aperientia, martialis, carminativa, & cuncta, quæ malo hypochondriaco, vel hysterico opponi soleat. Neque in præsenti casu acidulæ vel thermæ operæ facient pretium: quippe quarum potatio supponit integrum adhuc ventriculi ac intestinalium robur, quo scilicet aquarum moles e corpore sufficienter prescribi possit. Meo potius arbitrio, ea abs re fatura sunt remedia, quæ ex alimentorum & rerum non naturalium recto usu desumuntur; nec alia restant indicationes, quam ut horum ope, conjunctis sedativis, roborantibus, laxantibusque medicinis, impuros succos corrigamus, excretioni maturos eliminemus, & solidis nervosisque partibus debitum instauremus robur.

His satis facturus scopis, etiam atque

etiam hortor, ut alvi proeuretur lubritas, coque fine infusum ex passulis minoribus, rhabarbaroque, cum aqua vi- no nupta, additoque sub finem cinnamo- mo paratum, bis quavis hebdomade adhibeatur. Deinceps non levem præstabit usum mixtura, quæ sedativa non minus, & diaphoretica atque diuretica pollet virtute, & sic concinnatur: Recipe tinctura antimonii acris, liquoris anodynæ mineralis ana unciam dimidiā, essentia castorei, succini, spiritus bezoardici Bussi ana drachmam unam. M. D. Hæc ad quinquaginta guttas bis terve quotidie sumenda erit: forbendo desuper mane infusum theiforme, quod habet herbam melissæ, flores tiliæ & liliorum convallium. Vesperi temperante scopo capiatur pulvis Marchionis, cum nitro, cinnabari, & aliquot olei macis guttis permixtus; & loco potus ordinarii bibatur decoctum ex rasura cornu cervi, & radice scorzo- neræ compositum.

Ex topicis egregiata laudem meretur linimentum quoddam nervinum, dorsum spinæ, manuumque juncturis inungendum, cujus hæc sit formula: Recipe axungia humanæ unciam unam, olei nucis expressi, balsami Peruviani ana drachmas duas, olei ruta, lavendula, caryophyllorum, rosmarini ana guttas triginta M. D. Pertinax vero vietus observatio utramque curandi paginam absolvet; cujus regimen præsentibus quidem medicis ordinandum relinquo; id vero sedulo injungendum esse duco, ut ægra tantum motui corporis moderato studeat, quantum e contrario men- tis conservandæ tranquillitati, curæ im- pendere ipsam oportet. Nihil quoque majorem ipsi noxam minatur, quam corporis refrigeratio non minus, ac potus spirituofores, cibique calidores; idcirco horum providum esse decet usum, nec sine fructu vescetur brodiis, ac jusculis, quæ ex carne gallinarum, vel vitulina, additis acetosa, asparago, na- sturtio, cancrisque contusis parantur. Ceterum his usurpati, si sanitatis læta spes nondum affulserit, commendare

fontis Selterani, cum lacte vaccino aut asinino permixti internum, & balneorum Hirschbergensium externum usum: quibus omnibus ut annuat divina clemencia, ex animo precor.

C A S U S CLVII.

De affectu spasmodico convulsivo, cum commotionibus epilepticis.

Generosus puer, duodecim annorum, tenerioris corporis constitutionis, animi sensibilioris, ingeniique perquam vivaci, ciborum dulcium, saccharo conditorum, placentarum, panificiorum, atque pomorum amantissimus, per novissimum semestre gravi infestatur morbo, cuius paroxysmi sic habent: Corripitur ex improviso nausea, praecordiorum anxietate, & intestinorum tormentibus; tum expallescit, concidit, lingua perit, interdum pollices in manum comprimit, caput, maxillæque hue vel illuc violenter distorquentur; mox pectus magno impetu attollitur, moxque os & nares humorem serofundunt. Per incertos temporum circuitus reddit hoc malum, & nunc per aliquot successive dies, semel bisque quotidie recurrendo invadit, nunc per unam alteramque septimanam cessat; & nullas habet sui prænuncias notas. Elusit quaque cuncta, utur præstantissima remediorum genera: quare generosi parentes, de periculi plena unici filii conditione admodum solliciti, ad Te, Vir Experientissime, consugiunt, & scire epiunt, anne salutis adhuc supersit spes, & qua ratione votis potiri queant.

C O N S I L I U M M E D I C U M .

ATROX, tædiisque plenum, quo puer quidam, unica parentum spes, milere cruciatur, malum non nisi spasmodicis nervosarum, maxime cerebri partium absolvitur motibus; quorum primariam sedem, in ventriculo ac intestinis hærere, nausea, praecordiorum

anxietaes, & intestinorum dolores, paroxysmum antecedentes, omnino significant. Extra omne enim positum esse videtur dubium, quod, nisi verminosa colluvies, huic ætati perquam familiaris, tamen amurca viscosa, biliofa, acria, in primis præsto sit regionibus: unde haec vellicatae vehementer constringuntur, atque sic comprimento sanguinea, quæ in imo ventre sunt, vasa, humores vitales majori ad caput compellunt copia. Hi ergo impeditius per cerebrum, ejusque membranas progredientes has distendunt, & ad gravem proritant spasmodum: qui per reliquas capitis ac faciei nervosas musculosque partes propagatus capitis distorsiones, maxillarum convulsiones, aliasque epilepticas machinatur commotiones. Atque hinc adparet, caussas horum affectionum non tam in humorum vitio, aut nimia mole, quam potius in partium solidarum inordinatis motibus querendas esse; qui crebris recursibus, ac vespustate in habitum utique degenerant ac consuetudinem: uti in præsenti quoque casu factum esse, vera est simillimum.

Quamvis vero hi partium nervosarum firmius radicati morbi valde sint refractarii, & a pharmacis vulgo adhiberi solitis minime expugnari soleant, tantum abest, ut ab iis, accessentibus præfertim animi pathematis, magis exasperentur: at tandem crebra docet experientia, quod in junioribus corporibus illi non raro extirpari possint, si tam recta vivendi ratione, quam convenientium medicinarum ope, caussæ materiales tolluntur, nervorum sistema, maximeque ventriculus confortatur, roburque naturale ipsis restituitur. Nec ullus dubito, quin, si in præsenti casu hisce scopis adaptetur curatio, nos votorum futuri simus compotes.

Et quum irrita erit omnis medicamentorum opera, nisi prudens ac providus rerum, quas non naturales vocamus, accesserit usus: de hoc primum quædam præcipiemus. Præcipua igitur cura esto; ut puer cuncta objecta, omnesque occa-

occasiones, quantum est possibile, remo-
veantur, a quibus ad terrorem, mero-
rem, aut iracundiam excitari possit: cui et
iam scopo conveniet aeris mutatio, ac pe-
regrinatio, ex eo, in quo malo suo affe-
ctus est, & jam degit, ad alium locum,
qui puro serenoque gaudet aere. Tum
ciborum recta habeatur ratio: omnes
enim, qui flatus gignunt, & qui nimias
in primis viis relinquunt cruditates, ve-
luti fructus horai, poma, legumina, omne
placentarum genus, cuncta salta, fumo
indurata, & acetato condita &c. cane pejus
& angue fugiantur, & quæcumque come-
derit, probe masticentur, necesse est.
Oportet etiam rectum aeris servare regi-
men: ille enim & nimium frigidus, &
justo calidior valde nocivus est; neque
ideo fortiori saltatione corpus exagitare,
nec etiam nimium studiis indulgere con-
veniet. Cum primis cavendum erit, ne
corpus sudore madidum & nimis calefa-
ctum subito frigori liberius committa-
tur; nec pedes ipsi exponentur. Et præ-
terea nihil magis dissuadeo, quam promi-
scuum remediorum, arcanorum, atque
specificorum, quæ his morbis vulgo op-
poni solent, usum: multa enim experien-
tia doctus asseverare possum, quod loco
desideratæ opis, insigne inferant damnum.

Idcirco pauca etiam sunt, quæ ex phar-
macis profutura existimo; & quidem pri-
mum loco potuum calidorum Thee vel
Caffee, hoc infusum forbillandum com-
mendo: Recipe herba melissæ, betoni-
æ, florum tiliæ, chamomillæ vulgaris,
summitatum millefolii ana manipulum
unum, seminis foeniculi, anisi stellati ana
drachmam unam. M.C.D. Hoc infusum,
nec nimis saturatum sit, nec cum fonta-
na, sed potius fluvialili infundatur aqua:
atque sic, cum tertia parte lactis caprini
mixtum, mane intra lectum ad quinque
vel sex potetur vascula, tumque lenis ex-
pectetur sudor. Præterea omnem quoque
vini, ac cerevisiæ potum improbo; & in
eorum locum sequens substituendum sua-
deo decoctum: Recipe rafuræ cornu cer-
vi, radicis scorzonerae, ana uncias tres,
radicis pœoniae, eichorei ana unciam
unam, seminis foeniculi drachmas duas,

Hoffm. Consult. Med.

nitri purificati, tartari vitriolati ana
drachmam unam. M.D.S. species, qua-
rum uncia cum binis aquæ mensuris per
tres horæ quadrantes decoquatur; eique
decoctioni interdum vini Burgundiaci
quantum sexta mensuræ pars capit, ad-
datur.

Tum vero, ad genus nervosum cor-
roborandum, vimque digestivam ven-
triculi restituendam, non sine fructu ad-
hibebitur Elixir meum viscerale, ad tri-
ginta guttas, hora pomeridiana quinta,
propinandum. Et quoniam verminosa,
vel quæcumque alia faburra, in ventri-
culo, vel potius intestinis stabulatur:
non ludetur opera, si circa quodvis &
plenilonium, & noviluvium, bis circi-
ter alternis diebus deglutiantur duode-
cim pilularum, quas in hisce casibus
longo usu comprobatas habeo, & sic
parandas doceo: Recipe aloes rosatæ,
extracti rhabarbari, myrræ electæ,
mercurii dulcis ana drachmam semis,
alæ scutidæ grana quindecim, olei ta-
naceti guttas sex. M.F. pilulæ ex scru-
pulo uno numero viginti: sub quarum
usu oleo amygdalarum dulcium recenti
large erit utendum.

Quod si denique paroxysmus immi-
neat, operæ erit pretium, pedes ad ge-
nua usque protinus imponere pediluvis
repidioribus, quæ ex aqua fluvialili, la-
ete & furfuribus triticeis parari, & affu-
sione calidioris aquæ in æquali tempore con-
servari debent; bis terve quotidie eorum
dem usum repetendo. Eodem tempore,
ad avertendam non minus, ac mitigan-
dam mali accessionem, omnino proderit
liquor meus anodynus, ad duodecim gut-
tas, cum pulvere precipitante exhiben-
dus; nec temere ventriculi regio, pre-
cordia, atque nucha balsamo meo vite
inungentur. Quæ si ex prescripto per ali-
quod tempus fuerint adhibita, non du-
biā foveo spem, quin egregium sint al-
latura levamen.

Judicium de commendata a Medico ordinario medendi ratione.

POstquam desiderarunt generosi parentes, ut de sententia, ac medendi ratione, quam medicus ordinarius proposuerat, meum ferrem judicium: non alienum erit, datum ab ipso consilium hisce praemittere.

Morbus, inquit, quo generosus vexatur puer, ad convulsivos pertinet, & originem suam trahit a spasmō fibrarum membranosatum ac nervearum, in nucha circa nervorum principium sitarum; qui præterea ad nervos, capiti, sensibusque potissimum externis dicatos extenditur: unde oculi obrigescunt, loquendi potentia perit, ipsumque caput hoc vel illuc distorquetur. Quum autem vi horum spasmorum vasa sanguinea, per collum ascendentia sicut comprimuntur: crux in ascensu præpeditus ad præcordia regurgitat, & horum anxietates, cum gravi cordis palpitatione parit. Et horum quidem symptomatum caussas vermbus deberi, lumbrici per alvum, datis laxantibus, excreti testantur: hinc flatulentia & spasmī intestinorum generantur, atque nauseam, imique ventris tormenta progenerant. Idecirco duo sunt curandi scopi, quorum prior motionum præternaturalium sedationem, alter amurcæ verminosæ excretionem respicit. His potiturus commendo venæsectionem, vesicatorium, laxantemque pulverem, cuius hæc est compositio: Recipe mastæ pilularum aloephanginarum scrupulum unum, mercurii dulcis grana septem, resinæ jalappæ granum unum. M. F. pulvis, qui per tres priores menses, biduo ante quodvis novilunium assumatur. Proinde ter quotidie viginti guttas sequentis mixturæ capienda suadeo: Recipe essentiæ ablynthii compositæ, elixirii proprietatis cum rhabarbaro ana drachmas duas, essentiæ castorei, salis volatilis oleosi Sylvii ana drachmam unam. M. D. Et denique quavis vespera pedes in pediluvia, ex aqua dulci, lacte vaccino, furfurum manipulis quatuor, florum malvæ, & chamomillæ Ro-

manæ ana manipulis duobus parata immittendos hortor.

His præmissis, consentientem me habet medicus ille, quod verminosa colluvies, convulsivum in puer malum, nisi induixerit, saltem foveat atque sustentet: quare etiam comprobo purgantis, quem commendavit, pulveris usum, eumque non circa novam solum, verum etiam plenam lunam, puer exhibendum suadeo; neque habeo, quæ contra laudatum pediluviorum usum moneam. Verum, quod attinet venæsectionem, ac vesicatorium, ea neutiquam arrident mihi: neque enim ad spasmos sopiendos, nec ad colluviem verminosam expurgandam quicquam contribuent; tantum abest, ut ab iis spasmorum vehementiam in tam tenebra ætate magis exacerbatum iri arbitrer.

Mea quidem sententia, malum hoc, quod tam atrox videtur, incremente ætate sponte exspirabit; & ad illud mitigandum sufficient utique commendata a me præsidia, quibus adjungendus est pulveris ante dicti usus. Adhæc, ut adventante vere, balnea Toeplicensia adhibeantur, & interne tam Sedlicenses, quam Selteranæ aquæ, lacri caprino vel asinino nuptæ potentur, auctor sum suasorque: utpote his binis remediorum summis generibus, ad extirpandos motus spasmодico-convulsivos, non unquam certius deprehendi, ac fructuosius. Ceterum adhuc laudo atque hortor, ut imminentे paroxysmo, puer illico in balnea ex aqua dulci, & triticeis furfuribus confecta descendat, iisque per horam insidet, & egressus collum ac cervicem balsamo meo vitæ inungendum cureret. Nec denique ludetur opera, si ad confortandum nervorum principium emplastrum, quod ex gummi elem, benzoës, mastichis, succini ana uncia dimidia, therehinthioæ venetæ uncis duabus, olei nucifæ expressi drachmis duabus confici potest, nucha, magnitudine palmæ singulo oclido recens imponatur: & si alvi obstructio irreperferit, ea clysteribus referatur.

CASUS CLVIII.

De affectu scorbutico.

TRIGESIMUM octavum ætatis annum, cœlebs emensus vir quidam generosus, sanguine plenus, temperatu-
rae cholericо-sanguinæ, judicii acutissimi, floridoque vultus colore prædictus, qui nunquam sanguinem ex venis sibi detrahi permisit, sed non raro crupulis vinosis indulxit, sanus videtur ac incolu-
mis, nisi quod affectu dextri pedis diu-
turno vexetur. Namque egregia fruitur
ciborum adpetentia, eosque, qualescum-
que sint, optime digerit, pro potu ce-
revisia tenuiori, atque vino generoso
usus: neque minus naturali alvus liber-
tate gaudet, & per novissimos annos
perpetuo croorem hæmorrhoidalem cum
stercoribus, absque molestia reddere sue-
vit. Verum aliquot a nativitate annis
externam in dextro pede passus est vio-
lentiam, qua ille sinistro brevior factus,
ambulandi potentiam valde difficilem
molestamque reddit. Decem abhinc
annis, in superiori ossis femoris regio-
ne, varia effloruerunt ulcuscula: qui-
bus ope naturæ consolidatis, eo usque
vix habuit, de quo conquereretur; do-
nec ante tres menses, denuo dolor, tu-
mor, atque durities ipsum prehenderent.
Quando enim paullo diutius sedit, in
poplite tensum ac obtusum persenti-
fit dolorem, qui, ubi surgens pedi ini-
nititur, ad plantam usque excurrit:
tendines obrigescunt, adeo, ut nisi ad-
jutus baculo eundi caret potentia.
Præterea glandulae inguinales, in fle-
xura femoris sitæ, jam intumuerunt,
rubore tamen adhuc vacue.

Nec pauca sunt, quibus tam medi-
corum, quam chirurgorum multi hoc
vitium, sed frustra oppugnarunt, reme-
dia interna, pariter ac externa, balnea,
ungaenta, & emplastra: & ego tandem
consultus, id a negotio hæmorrhoidalí
inordinato derivandum esse duxi. Cre-
do enim, naturam salutari consilio, hu-
moribus acribus impuris, scorbuticisque

non modo per venas sedales eliminan-
dis, verum etiam, minus sufficiente
hac excretione, eosdem ad musculos,
nervos, ac tendines ossis femoris com-
pellendis studere; atque valde metuo,
ne accumulatis in eo loco impuritatibus,
longe gravius tandem sequatur per-
ticulum. Quod ut præcaverem, pugna-
vi haec tenus medicinis antiscorbutico-to-
nicis, & interne dedi tinturam vitrioli
martis, essentia trifolii fibrini nuptam,
nec non infusum theiforme, ex radice
sarsaparilla, chinæ, scorzonera, poly-
podii, atque semine foeniculi concinna-
tum; & extrinsecus unguentum resolv-
vens ac roborsans, ex balsamo Peruvia-
no, cum vitellis ovorum soluto, cum
que spiritu vini camphorato permixto
commendavi. At quem hæc votis non-
dum satisfecerint; tuum, Vir illustris,
anhelamus auxilium.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

AGre percepit ex datis ad me litteris, virum generosum dolorifi-
co ac diurno pedis dextri tumore vexari. Neque enim a veri tramite aber-
ravit medicus ordinarius, dum id vitii a sero scorbutico, motu quodam critico, ad eam partem, tanquam imbecil-
lem compulso; ibidemque intra partes nervosas ac membranaceas stagnante,
& acrimonia sua dolorem, copia tumo-
rem excitante pendere autumavit. Et
præcavendum utique omni jam erit stu-
dio, ne increscat hic seri decubitus, &
successa temporis plane in ulcus trans-
eat; quoniam ulceræ in hisce locis mo-
lestæ, diurna, & valde rebellia esse so-
lent. Sed quoniam hyemale, in quo
jam vivimus, tempus curationi hujus
morbi minus opportunum existit: opes
ra tamen erit pretium, ut illius incre-
menta hac potissimum ratione præ-
diamus.

Primum rectam vivendi rationem obserbare oportet; in qua coena sit par-
cior, cibi acidi, crudi, saliti fugiantur,
fumus Nicotianæ parce fugatur, pes af-
fectus in perpetuo calore conservetur,

potus spirituosi , vinosi non minus ac ce-
revisarii vitentur , & in potus ordina-
rii locum , hoc potetur decoctum : Re-
cipe radicis scorzonerae , salsaparilla
ana uncias quatuor , cichorii , glycy-
rhizae ana uncias duas , corticis ligni
fassafras unciam semis . M.D.S. species ,
quarum unciæ binæ , in tribus aquæ
mensuris decoctaæ , ad usum asserven-
tur . Consultum subinde judico , ut sin-
gulo mense , furæ affecti pedis binæ cu-
curbitulae cum scarificatione imponan-
tur ; & alvus , si fuerit obstructa , sum-
tis manuæ binis unciis cum rhabarbari
drachma dimidia mixtis , & in infuso
calidiori herbae Theæ , vel Coffee solu-
tis , liqueatur . Alternis quoque vespereis ,
capiendam suadeo drachmam pulveris
bezoardici ac temperantis , qui sic ha-
bet : Recipe antimonii diaphoretici dra-
chmas duas , lapidum cancerorum drach-
mam , cinnabaris rite paratae , nitri de-
purati , salis tartari ana drachmam se-
mis , extracti croci grana tria . M. F.
pulvis . Hoc sumto , altero mane seque-
tur lenis fudor , quem promovere con-
veniet forbitione infusi theiformis , hunc
in modum conficiendi : Recipe herbæ
veronicae , salviæ , scordii , cardui bene-
dicti ana manipulum enum , florum
sambuci , summitatum millefolii ana
pugillos tres , feminis foeniculi dra-
chmas duas . M. D. Et denique adventan-
te vere , ad aquarium thermalium , ma-
ximeque Carolinarum potationem des-
cendentum erit .

Brevi autem post nunciavit mihi vir
generofus , usurpatis per tres hebdo-
mades , quas commendavi , medicinis ,
tumorem pariter ac dolorem affecti
pedis , una cum reliquis symptomati-
bus , proflus fere evanuisse . Hinc ad
confirmandam sanitatem , suasi , ut in-
choatam medendi rationem adhuc con-
tinuaret .

C A S U S CLIX.

*De scorbutica humorum impuritate cum
nervosarum partium debilitate .*

S Erenissima Princeps , annorum qua-
draginta quatuor , temperamenti
sanguineo-cholerici , teneroris constitu-
tionis , superatis in juventute febre ter-
tiana , efflorescentiis scorbuticis stipata ,
& aliquot interjectis annis , acuta satis
gravi , Bataviam se contulit , ibidem-
que sub aere marino , vixtu crassiori ,
multis mœroribus , curis ac terroribus ,
nec non crebris , & decies iteratis puer-
periis , satis integra per longos annos
gavisa est valetudine . Namque , si ex-
cepitis tubercula inflammatoria , furuncu-
culis similia , que ante quinquennium
per corpus effluerant copiosa , & fe-
brem intermittentem epidemicam , qua
elapo biennio prehensa , per quinque
anni quadrantes laboraverat , tandem-
que ope infusi vinosi cum china facti ,
ab ea vindicata erat : nullas profecto
habuit , unde conquereretur , ægritudi-
nes . Transacto autem jam anno , huc
redux , incipiente æstate , per totum
corpus partim pustulis purpuraceis , par-
tim furunculis minoribus contaminaba-
tur ; sed usurpatis pulveribus diaphore-
ticis , ac præcipitantibus , cinnabari , &
nitro nuptis ; tinctura antimonii tarta-
risata , essentia lignorum , pimpinellæ
albæ , nec non laxantibus rhabarbari-
nis , ab iis liberabatur , relieta ultra se-
mestre corporis lassitudine . Verum sex
abhiunc hebdomadibus ex improviso de
doloribus , ac insigni torpore languore
que sinistri-lateris , querula esse cepit ;
idque vitii refrigerationi corporis deberi
existimat . Namque scire licet , non
modo arcem , in qua degit Princeps gra-
tiosissima , in altissimo monte extru-
ctam , libero undique patere aeri , ve-
rum etiam ipsius cubiculum ventis Afri-
cis , & ex austro flantibus adversum te-
nere , adeo ut non raro totum corpus
perfrigescat .

Consultus ego , affectum potius pro
rheu-

rheumatico catharrali habui , eumque propinata essentia succini feliciter profili-gavi . At idem interjectis paucis diebus , refrigerato , quod sudore madebat , cor-pore , protinus recrudescebat : & data rursus essentia succini , more his adfe-stibus simili , ad dextram scapulam , ca-porque decumbebat , cum molesta grave-dine . Hanc ope pulveris sternutatorii , in coryzam , ipsi familiarem commuta-tura , votis hucusque potiri nondum po-tuit , tantum abest , ut adhuc , efflores-centiis corporis & extremorum scorbu-ticis stipata , adfligat . Ipsa præterea , ab hominum confortio remota , subtri-stes foveat ideas , terroribus obnoxia est , & a quibuscumque adversis objectis , non modo animi perturbations , verum in cor-pore quoque varias patitur molestias . Quam ob caussam suam , ut infusum fa-barum Coffee , quod nimis saturatum potare solet , omitteret ; ex cubiculo , in quo , transpirationi minus opportuno , dormiebat , in aliud se conferret ; ac-cende t æquinoctio , venam tundendam præberet , corpus frequentius moveret , & omni studio ab animi pathematibus sibi caveret . Non minus in usum pro-posui serum lactis , vel decoctum ligno-rum , cum radicibus scorzonerae , sar-saparillæ , atque chinæ paratum ; pulveres bezoardicos ; tinturam antimonii tartari-satam ; & mane sorbillandum com-mendavi vel juscum quoddam , vel æsti-vo præsertim tempore aquam frigidam .

De his vero , atque num lenta vel he-
ticæ febris metus immineat , tuam , Vir
Experientissime , rescire aveimus senten-tiam . Neque vero Te ignorare opor-tet , serenissimam matronam nimium remediorum usum insigniter abhor-re-re , & aquæ potum reformidare ; sed ea vino nupta in potus vicem uti . Ceterum menstrua ipsi fluunt inordinata ; pulsus fertur languidus , & debilis ; adpetitus mox prostratus , mox justo avidior est . Vires sunt adeo dejectæ , ut extra lectum commorari nequeat ; dolores rheumatici in sinistrum maxime capitum decumbunt latus ; oculi lympham acrem plorant ; na-zes plerumque siccissime & obturate sunt ;

flatulentia imi ventris vexant ; & ad so-mum perpetuo inclinat .

CONSULTATIO.

EX litteris , quibus de adversa serenis-simæ Principiis valetudine , me cer-tiore reddidit medicus ordinarius , pro-be percepit totam morbi historiam ; ea-que sedulo mecum perpensa , intellexi , cuncta , quibus vexatur , symptomata impuritati sanguinis ac lymphæ scorbuti-cae , cum insigni generis nervosi debilita-te complicatae deberi . Scorbuticam hu-morum diathesin attestantur efflorescen-tiæ scorbuticæ , ac purpuraceæ , furunculi , dolores rheumatici artuum , maxi-meque scapularum & capitis , virium ja-ctura , & acres oculorum distillationes . Nervorum vero imbecillitatem signifi-cant nimia ad terrorem , timorem , tri-stitiam , ac melancholiæ proclivitas , & præternaturalis ad somnum propen-sio . Utrique vitio remotiores præbuerunt caussas , clima marinum , in quo diutius degit , nimius infusi saturationis fabarum Coffee usus , febris intermittens diutu-na perverse tractata , habitatio in loco frigido , ventis minus salubribus patulo , & hinc dependens impeditior transpira-tionis successus . Quæ cum ita sint , & fluidæ non minus , quam solidæ partes , a naturali recesserint temperie ; non in-justus sane est metus , ne tandem major virium corporisque consumtio , atque ea-lor lensus & hecticus suboriatur .

Quare principiis obstatre decet ; neque parum eo fine laudis merentur com-men-data a medico ordinario medicamina , veluti fuerunt serum lactis dulce , venarum in pede circa æquinoctia celebranda sectio , decocta temperata porci ordi-nario servientia , pulveres bezoardici , temperantes ac leniter nitrosi , nec non tintura antimonii tartarisata &c. quippe quæ his affectibus apprime quadrant . Ve-rum enim vero sola non præstabunt deside-ratum effectum : quam ob caussam com-mendarem præterea fontium Selterano-rum , cum dimidia lactis parte remissio-rum potionem , per 5. vel 6. hebdoma-

des protrahendam. Huic autem præmittendum erit lene laxans, quod tale ordinare soleo: Recipe mannae electæ unciam, rhabarbari electi scrupulos duos, terræ foliatæ tartari scrupulum, aquæ cerasorum nigrorum uncias quatuor, coque & solve leni calore, & collatis adde olei de cedro guttas quatuor. M. D. Neque ludetur opera, si illud sub ipsa acidularum potatione singulo adsumatur octiduo, & curationi imponat colophonem. Fontis dicti, cum lacte maritati, singulo mane mensuram unam in lecto, sub blanda transpiratione potare conveniet; sumto vesperi pulvere temperante ac nervino, hunc in modum præscribendo: Recipe pulveris Marchionis drachmam, antimonii diaphoretici, succini preparati ana drachmam semis, nitri purificati, cinnabaris nativæ præparatae ana grana viginti duo, extracti croci grana duo. M. F. pulvis. Pro potu non improbare haustum vini Rhenani veteris, sub epulis adhibendum; sed reliquo tempore, in vicem cerevisie commendarem decoctum temperans, & lymphæ acrimoniam demuleens, quod ex radicis scorzonerae, chinæ, salsaparillæ, cornu cervi raspati ana uncii quatuor, radicis glycyrrhizæ, cichorei ana uncia una cum dimidia, seminis foeniculi uncia dimidia parari potest.

Prius vero, quam hæc curandi via in-eatur, nimiam sanguinis molem, detractis ex vena in pede tusa, sex circiter eruoris uncii, imminuere juvabit. Non minus consultissimum erit, ut ægra sere-nissima mane intra lectum, mensuram dimidiæ aquæ frigidæ fontanæ, inque ea liquoris mei anodynæ 40. guttas hau-riat, atque tum, corpore probe tecto, leniter sudet: vesperi vero libram tan-tum dimidiæ ejusdem aquæ poter, & in ea, vel dictum liquorem, vel supra commendatum pulverem alternatim capiat.

Cæterum studendum summopere erit, ut corpus in assidua conservetur transpi-ratione; cui scopo lenis corporis motus egregie infervit: carbonum vero fumo frigus arcere velle, pericolosum, & aer-

vis noxiū est. Loco potus calidioris Coffee, majori fructu, hausta prius aqua, mane decoctum succoladæ potabitur; & quo denique frequentius juf-culis, ex carne vitulina, succo aurantiorum, radice scorzonerae & cichorei confectis Princeps gratiosissima velce-tur, eo majus inde percipiet allevamen-tum.

C A S U S C L X .

De malo scorbutico inveterato.

VIR, munere ecclesiastico, nimium laborioso functus, annorum 56. animi ad meiores facilissimi, corporis spongiosi, & satis floridi vultus colo-ris, puerilem ac juvenilem ætatem, ob rem valde angustam, tenui victu, crebrisque corporis refrigerationibus tran-sigere debuit. Hinc præter omnem evi-dentem caussam, decem annos natus, molestis vigiliis noctes insomnes ducere incipiebat; & abhinc mox malo hypo-chondriaco, cum dolore obtuso sinistri hypochondrii sese exacerbante, mox fe-bré acuta, morbo scabie humida, fu-runculis, & exanthematibus scorbuticis vexatus fuit. Posthæc a vigesimoquinto ad octavum ætatis annum, atroces per intervalla capitis passus est dolores; his-que, cum herba Nicotiana in fumo uti-cepit, mitigatis; ad tricesimum octa-vum, crebro incidit colicam spasmodi-cam. Gravi quoque sèpius laboravit vertigine, nec non febre tertiana in-termittente, sumto emerico quidem pro-fligata, sed sequenti anno vehementius recurrente infestatus fuit. Non minus a teneris ipsum excruciarunt catharrales ac rheumaticæ capitis affectiones, au-riumque sulcurus, quos inustus sinistro brachio ante aliquot annos fonticulus, insigniter mitigavit: & interdum ma-cule scorbuticæ, rubicundæ, absque ullo pruritu, dolore ac ardore molesta, cum secessione cuticulae dorsum obsede-runt.

Tanto morborum agmine a teneris pressus, deprehendit, quod a quinqua-gesimo per sequentes ætatis annos, sudet

Pedum, qui antea sc̄etidissimus, & tam acris fuerat, ut arroderet pedes, sensim quasi exarefcere, & quod notatu dignum erit, primum calcaneum, mox plantam, & demum extremos desereret digitos. Ab hoc tempore ilias ægritudinum habet ipsum sollicitum. Primum enim, quod ex cessante hoc pedum sudore, resultabat incommodum, erat eorundem rigor, stupor, atque tumor. Hic jamjam ad suras usque alceddit, cum dolore crurum tensivo, & maculis rubicundis, in sura sinistra conspicuis junctus: noctu quidem extrema tibia dispares, extremo vero pedi nūquam non contumaciter inhārens. Neque vero cœdemosus, sed ventosus magis esse videtur, & impressas digito foveas relinquit. Circa malleolos, cum primis sinistri pedis, qui ob tarſi luxationem, ante triginta annos toleratam, semper dextro fuit debilior, humores insigniter stagnant, & adeo infarciunt venas, ut hæc in externa cute retis instar dispersa conspiciantur. Atque hoc in easu oculis cerni potest flasium generatio; sanguinis enim, dicta vasa irruens, ab initio rubicundior, successive vero magis ater adparet. Non minus suras pedum copiosi varices occupant; & eundi potentia magis magisque redditur impeditior.

Præterea multam crucem figit dolor tensivus, qui absque omni tumore ac rubore, a cordis scrobiculo sub costis spuriis ad dextrum hypochondrium tendit, spatiumque spitharnæ longitudine dumtaxat oblidet: quid? quod novissime totum abdomen interdum grandescat. Per aliquot menses, nocturno potissimum tempore, ex capite, pectore, atque brachiis, absque ulla virium jactura, sudor copiosus promanat: & autumnali tempestate, catarrhalis defluxio oculis incumbit cum visus obscuratione; cui pilulae quædam, & vesicatoria opem tulerunt. Non raro vexatur ardore ventriculi, tanquam vitio hereditario: quippe qui parentem diu molestavit, cui etiam non minus ac ægrotantis fratri familiaris fuit podagra. Soror illius dyscrasia humorum scorbutica diu cruciata, & salivatione demum curata est.

Ad hæc noster ægrotus fluori hæmor-

rhoidalii, sed impeditius succedenti obnoxius est; adipitu integro, & somno placido fruitur, & alvi perpetua gaudet lubricitate. Si legumina ac olera comedenter, hæc, oberto ventris profluvio, indigesta egeruntur; contra vero cibos coctos difficiliores, fumoque induratos, facilius digerit ventriculus. Quæ momenta quam spem facerent, fore ut recensitæ afflictiones convenienti obsecundarent medelg: variorum medicorum consiliis usus est ægrotans, & ex eorum præscripto non modo sanguinem per phlebotomias pariter ac scarificationes, utrasque sepius iteratas, sibi detrahendum curavit; verum etiam variii generis remedia purgantia, diaphoretica, diuretica, mundificantia, balnea, decoctumque Viennense antipodagricum &c. adhibuit. Verum horum omnium vim elusit malum, vel potius malorum cohors; nihil tamē feci, omni nondum dejectus est spe, vir auxilio dignus; sed a Te, Vir Excellentissime, adhuc flagitat consilium.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Omnibus morbi, mecum communicati momentis rite exploratis, luculenter perfpxi, affectum, quo ægrotans infestatur, valde chronicum, corruptum, & in habitum quasi conversum esse. Namque ille, debile partium nervosarum ac solidatum genus, a parentibus spasmodicis affectionibus diversatis per jus quasi hereditarium natus; multis refrigerationibus corporis, aliisque digre erroribus, quos puer committere coactus fuit, non modo robur solidorum, maximeque ventriculi, ac intestinorum valde destruxit, verum etiam humores impuros scorbuticosque similitudinem contraxit. Et ex hisce caussis dependent quam plurima, quibus per totum fere vitæ tempus succubuit, mala; nimis affectiones catharales, fusurus aurium, passio hypochondriaca, colica spasmodica, vertigo, febris tertiana sepius recurrens, scabies humida, furunculi,

su-

sudor acris , & scotidus pedum , & hunc repressum excipiens dolor , imbecillitas , ac tumor eorumdem varicosus : quibus natura per fluxum haemorrhoidalem consultura non valuit sufficientem illius successum procurare .

Tantis vero vitiis , quæ solidarum non minus ac fluidarum partium labore nituntur , perarduum profecto est mederi ; & si adhuc spes salutis resisterit , eam neutiquam a nimia remediorum , cum primis potentiorum farragine , sed non nisi temperatis , magisque alimentis obtainere licet ; adeo , ut ante omnia roborando primarum viarum tono , & instaurandæ digestioni studeamus ; quo laudabilis generetur chylus , & inde reliqui succi , temperati , benigni , ac spirituosi fiant . Qua intentione potus primum habenda est ratio ; cui nulla his in morbis convenit cerevisia ; sed suadetrem , ut in hujus locum decocto uteretur , quod humores depurandi facultate polleret , & hunc in modum confici posset : Recipe radicum scorzonerae , salsaparille , chinæ ana uncias quinque , cichorei , liquiritiae , corticis ligni sassafras ana unciam dimidiām . Conc . Cont . irrorantur cum olei tartari per deliquium drachmis duabus . D . S species , quarum uncia binæ , cum tribus aquæ mensuris , in vase probe clauso per tres horæ quadrantes decoquuntur . Neque erit alienum , hujus infusi potionē , ad confortandum stomachum , sub epulis haustum vini veteris Rhenani interponere . Matutino autem tempore , loco consuetorum hodie potuum , majori cum fructu intra lectum sorbillabit juscule , quæ ex jure carnis vitulino , vel gallinarum , radice cichorei , scorzonerae , petroselini , alparago , & succocitri vel aurantiorum , non nimis pinguia conficiuntur . Et quamvis ventriculus edulia duriora , fumoque indurata bene ferre videatur ; hortarer tamen , ut ab iis prorsus abstineat ; nisi mala jora mali incrementa inde velit expectare .

Deinceps non satis collaudare possum , aquæ simplicis , frigidae , fontanæ usum ; cuius , quantum quarta mensuræ pars capit , ab eo cubitum itero , successivis haustibus capiatur . Hæc enim in faburra pri-

marum viarum acidæ , & bilioſa præcipitanda , humorum acrimonia distempora , perque lenem , quem moveret , sordorem eliminanda , virtute pollet præstantissima . Ad hæc consultissimum judico , ter minimum quotannis sanguinem ex tusa in pede vena , aut , si magis placuerit , per pedum manuumque scarificationem , detrahere . Neque etiam leve cunctorum symptomatum levamen pollicetur , haemorrhoidum ad ordinatum ac sufficientem successum perductus fluor , quem procul dubio assequetur ægirotus , si corpus sedulo & temperate moverit ; si que imminente fluoris termino , per aliquot successive dies , undecim mearum pilularum devoraverit . Præterea sibi commendatum habeat Elixir meum viscerale balsamicum ; idque ad 50. guttas , & mane ex commendato juscule , & inter prandium ex haustu vini capiat , auctor sum suasorque : atque ut ab omni frigido , humidoque aere , nec non animi affectibus studiose sibi caveat , etiam atque etiam hortor .

Quod attinet denique dolorificum pedum tumorem , ex suppresso horum factore enatum : non dubito , quin , hoc revocato , ille omnino sit exspiratorius . Operæ pretium hoc sine facient pediluvia temperata , ex aqua fluviali , latè , & surfuribus triticeis confecta , & vespertino tempore , in crebrum usum vocata . Atque si accesserit vernalis tempestas , rotum curationis cardinem , acidulæ Seltzranæ , cum lacte asinino potæ absolvent .

C A S U S C L X I .

*De affectu scorbutico cum effusione
seri acris in humeris
& dorso .*

Generosus senex , duos ultra septuaginta annos natus , temperamenti languineo-phlegmatici , strictioris corporis habitus , diætæ exactiori studens , cibos duriores in deliciis habens , eosque sine

sine molestia ferens, caloris autem exteri impatiens, inque frigidis magis degens locis, præter venæctiones, bis quotannis institui solitas, eo usque circa singula æquinoctia, sanguinem e naribus fundere consuevit, atque si excepéris animi defectiones, ad quas proclivis est, sanguis vixit ac incolumis. At elapsa una vel altera septimana, flantibus ventis borealibus, primum levi faucium raucedine, brevique post rheumatismo corripiebatur, qui mane scapulam obsidebat, summis epulis invalescebat, accedente lypothymia ad pectus descendebat, & vesperi secum trahebat quasdam spontaneas alvi dejectiones. Sumebat eadem vespera, quem hic loci usitatissimum, ac ex nitro, tartaro, & sulphure antimonijs paratum, panaceam vocant, pulverem: unde nō du largus promanabat sudor, qui dorsum imprimis arrodebat, ac si aqua fortius perfusum esset. Postridie, adhibito mane sale Anglicano, quod vix semel mouebat alvum, vi muneric in publicum prodibat; atque circa somni tempus deglutiebat dosin pilularum, ex aloe, mirra correcta, croco, theriaca, lapide bezoardico, corallijs & perlis confectionarum. Transacta sub leni sudore nocte, mane bis alvum deponebat: sed rheumaticus dolor in sinistrum hypochondrium atrociter incumbebat, & flatulentis magis exasperatus, ad dorsum usque excurrebat. Datis partim mixtura resolvente, leniter carminativa, ac diapnoica, partim panacea superius dicta, sudor egregie profluebat, sed in dorso temper acerrimus erat, adeo, ut illud inter scapulas excoriatum serum copiosum ploraret, instar eorum cutis, qui imposita habuerunt vesicatoria. Præterea in pectore toto, ac sinistro brachio efflorescebant complures pustulæ, ad levem contactum ruptæ, & serum acre profundentes. Accedebant pungentes capitisi dolores, uti olim, ita jam profluvi e naribus cruenti præcursori, & inseguon fluxu remittentes. Sed cum reliqua rheumatica affectiones, cum scorbutica illa dorſi, humerique efflorescentia, adhuc inhærescant, salubre peti confilium.

C O N S U L T A T I O .

Quantum ex iis, quæ de molesta Viri generosi valetudine mihi prescripta sunt, judicare licuit: non modo solidæ, cum primis nerveæ partes, insigni debilitate affectæ, verum humores quoque, præsertim feroci, impuritatibus scorbuticis referri esse videntur. Neque etiam mirum; ipsa enim senectus, in qua Vir ægrotans vivit, ob languentes sensim excretiones, ad generanda in sanguine salia proclivis est; cui cum accedant vita motus expers, potus parcior, ciborumque crassorum, salitorum, & fumo induratorum frequens usus, maioresque utique vires sumbit cacochymia. Et in tali rerum statu, ubi præter æatem proiectorem, feri peccat acrimonia, omnis conservandæ sanitatis ratio in eo consistit, ut legitimus transpirationis successus, vitando liberoris aeris accessionem perpetuo conservetur: eo quod hac cohibita, serum impurum intus remaneat, nervosisque partibus incumbens rheumaticos, arthriticos atque spasmodicos pariat dolores.

Idem in nostro casu contigisse, morbi docet historia: in quo critico quodam motu materia acris, intus acta, ad corporis habitum in pustularum forma iterum fuit expulsa. Quamobrem non quoque aliae in hoc affectu sunt indicationes, quam ut salia scorbutica per diluentia, humectantia, & sanguinem edulcorantia attemperemus; ea que, conservata perpetua diaphoresi, per cutim eliminemus. Neque enim convenient hoc in passu salina remedia, veluti fuit Anglicanum sal, utpote quæ salia salibus augent: nec conserunt aloetica, quippe quæ humores nimium siccant, exstuant, & a superficie ad intestina invitant.

Ex remedii igitur, quibus extirpatum iri hunc affectum confido, primum est emulsio, quæ hunc in modum conficiatur: Recipe amygdalarum dulcium unciam semis, seminum quatuor frigidorum

majorum, papaveris albi ana drachmam, aquæ florum sambuci, acaciæ, tiliæ, primula veris, ceraforum nigrorum ana uncia duas. M. F. l. a. emulsio; adde lapidum cancerorum, matris perlarum præparatæ ana drachmam semis, julepi rotarum drachmas tres. M. D. de qua, prout placet, bis terve largior capiatur haustus. Juvabit subinde mæse infuso theiformi, quod ex veronica, radice glycyrrhizæ, semineque fœniculi potest parari, & præterea loco cerevisæ, decocto quodam uti. Nec sine singulari fructu, vesperi viginti liquoris mei aedyni guttae adhibebuntur, quippe cuius virtus, & in confortando stomacho, & in attemperanda sanguinis acrimonia est præstantissima.

Si vernum accesserit tempus, hortor, ut acidulæ Selteranæ lacti-ashinino-nuptæ potentur. Quantum enim lac illud humanis corporibus adferat emolumenti, non ego solum in diff. haud ita pridem de excellenti usu lactis ashinini habita demonstravi; verum cum primis GUIDO PATINUS Epist. Tom. II. pag. 312. comprobavit, & complura in medium adduxit exempla hominum, qui hoc lacte utentes, vitam ultra octoginta, quin nonaginta protrauerunt annos. Quod Panaceam illam, de qua sermo fuit, attinet; ea, prout ex illius examine chymico colligere licuit, adprime convenit cum sale illo polychresto, quod ex nitro ac sulphure vivo parare soleo; hoc enim sulphur idem cum sulphure antimonii mihi videtur esse. Referri metetur ad neutra. & digestiva salia, nec in alvo pariter, ac urina sudoreque movendis, sua caret laude.

Ceterum opera erit pretium, iusculis, quæ ex carne gallinarum, ossibus que vitulinis contusis coquendo extrahuntur, crebro vesci: & alvi, si accelerit, segnitiem ope vel clysterum, vel sumta ex infuso theiformi mannae uncia reservare. Atque si senex generosus exterrum frigus simul vitaverit, nec nimium meditationibus indulserit, de felici curationis eventu nullus dubito.

CASUS CLXII.

De affectu scorbutico male tractato cum pedis rigiditate.

VIR annorum quadraginta septem, temperamenti sanguineo-cholerici, aulico, eoque molesto functus munere, cuius ratione non modo variis itineribus, sub iniqua sæpius, ac nebulosa tempestate institutis, corpus fatigare, verum etiam vietu inordinato, & ut id vitæ genus fert, crebris compotationibus indulgere debuit, impuros & scorbuticos jam diu sibimet contraxit succos. Ante viginti enim annos multis ulcusculis corpus contaminari coepit: quæ frustra datis variis generis & purgantibus, & vomitoris diu inhæserunt. Trigesimo octatis anno hæmorrhoides satis larga promanarunt quantitate; sed a consulo medico, fluxum hunc in hac etate præmaturum esse rato suppressimabantur. Abhinc nunquam recte valuit; sed perpetuum sanguinis ebullitionem passus est.

Elapsis sex annis, cum post vehementem excandescientiam frigidum ingurgitasset potum, circa sinistri pedis malleolum sensit tumorem dolorificum: qui aqua Hungarica, ex consilio medici inunctus evanuit quidem, sed ad genu dicti pedis, majori molestia junctus decubuit. Namque præter hujus tumorem, atque dolorem, obrigescebat totus pes, cum omnibus tendinibus, ut nec inter eundum rite flexi potuerit, non minus tremore ac spasmatica motitatione, ad artus quoque superiores excurrente, afficiebatur, & gravis humorum per totum corpus vexabat ebullitio. Quæ affectiones cum magis invalescerent, usus est balneis tam Toeplicensibus, quam Radebergensibus; sed malum majora in dies cepit incrementa. Quare undique conquirens opem, ad Chirurgum tandem, natione Gallum deveniebat; qui se malum salivatione per inunctionem administrata, exstirpatorum pollicitus, hanc suscepit curationem. Primo die ve-

nam in pede secavit; altero pilulas, numero quinque propinavit, quæ ter subduxerunt ventrem; tertio in pede adhuc integro venam tudit, eodemque die anno clysterem infudit; quarto laxans dedit, idque, cum mane alvum haud moliretur, a meridie iteravit, unde æger semel dejecit alvum, & quinques vomuit. Quinto ac sequentibus decem diebus, bis quotidie ipsum per duas horas balneis ex aqua dulci tepidioribus insidere jussit, simulque exhibuit morsulos, ex pulvere viperarum, & confectione alkermes completa confessos, eorum dosin quotidie augendo. Tum dato iterum laxante, quod alvum tredecim vicibus movit, mercurio juncturas artuum inungere coepit, ac insimul bis quotidie duas tantum pro dosi pilulas ordinavit.

Verum, hac medicatione per tres dumtaxat dies continuata, cum vires ægrotantis incredibilem in modum prosterrentur, ipse Chirurgus animum despondere incepit, atque medicum advocari jussit. Hic de salute prorsus desperavit; graviter advertens, quod ægro, ante mercurialem inunctionem, ultra octo cruris librae fuerint detractæ. Prescripsit equidem quasdam medicinas; sed omnium irritus erat effectus: neque enim hanc gravem valetudinem solabantur ulcera bina magna, quæ brevi post circa nates efflorescebant, & copiosum pus fundebant; donec post decem hebdomas vires sensim instaurarentur.

Alter chirurgorum consultus iterandam suafit inunctionem mercurialem: at eam abhorrens æger admittere recusavit. Interim pes ille sinister adhuc est rigidus, & totum illud latus atonia quadam, veluti paralytorea afficitur: noctu atroces spastmi utrumque pedum graviter discruciant, & mane insigni tremore umerque concutitur. Inter ambulandum vehementes subsultus affectum pedem exagitant; & sæpen numero totum corpus contremiscit, ut æger mercurium in corpore residuum, horum symptomatum causam esse suspicetur. Extremum pedem non raro ingentes dolores,

res, ad tempestatis constitutionem vel leviores vel graviores vexant; appetitu fruitur integro, sed ubi spirituosos cibos vel potus assumerit, ingravescent affecti pedis tormenta. His ergo incommodis medela flagitatur; quæ num forsan ex balneis Wolkensteinensis expectari queat, doceri cupimus.

CONCILIUM MEDICUM.

PEdis sinistri rigiditas, dolor, tumor, resolutio sinistri lateris paralytorea, & reliqua, quibus ægrotum infestari percipi, symptomata, partim a nervosarum partium debilitate, partim dyscrasia humorum scorbutica, accidente, tanquam occasionali causa, potu frigido in corpus iracundia commotum ingestu, natales suos mutuantur. Namque crebra docemur experientia, eam esse iracundiae indolem, ut nervosas partes constringat, & humorum cursum pervertat, ac irregularē reddit: cui cum accelererit frigidus potus, non omnino fieri potuit, quin humores adhuc magis coagulati, & in libero suo cursu præpediti, in pedibus, tanquam remotis, & ad fovendas stales aptissimis partibus, stagnationem subierint, ac tumores produixerint. Huic autem ægritudini, quam nulla prorsus venera, sed scorbutica tantum sustentavit impuritas, perverso plane ac perniciari consilio opposita fuit cura mercurialis: siquidem mercurialia scorbuticis propinata, veneni instar se habent, quoniam salia humorum acria, vi quasi caustica ac venenata imbuunt, quæ solidis nervosisque partibus profundius insinuata eas partim debilitant, partim ad stricturas spasmodicas proritant. Atque si mercurius in his impuris corporibus non sufficienter rursus expellatur, adauget ille mirum in modum sanguinis dyscrasiam, quemadmodum præsentis casus testimonio amplius confirmatur.

Neque vero ullum est dubium; quin ægrotans noster per longos jam annos scorbutica succorum vitalium laboraverit diathesis quippe cuius testimonium non modo ulcuscula, corpus ante viginti annos

nos obscientia præbent, verum inde quoque adparet, quod nulla nec externa nec interna ferre queat spirituosa, quæ scorbuticis semper sunt inimica. Et hanc ob caussam curatio iis absolvetur indicationibus, ut humores edulcorentur, & ab omnibus vindicentur impuritate; ac nervosæ partes corroborentur, earumque inordinatae motiones consopiantur.

His scopis convenientissima erit medicatio, quæ cum lacte, aquis mineralibus nupto, instituitur. Nimirum acidulas Egranas, quarum binæ partes cum una lacticis caprini sint permixtæ, easque reperfactas per tres hebdomades ita potandas suadeo, ut binis prioribus diebus eorum mensura una, reliquis una cum diuidia mane hauriatur. Curæ initium capiendum erit a laxante mannato, quod & ipsi portationi interponi, & sub ejus finem adhiberi, siveque parari potest: Recipe manna electæ uncias duas, cremoris tartari drachmam, aque florum acaciae uncias sex; coque & solve leni calore, colaturæ adde olei de cedro guttas tres. M. D. pro una dosi. Subepulis ex ultimo haustu capiantur 50. guttae mixturæ, ex essentiâ gentianæ rubrae, corticum aurantiorum recentium, tinturæ tartariana uncia dimidia, spiritusque salis ammoniaci drachmis duabus compositæ; & vesperi circa somni tempus sumatur drachma dimidia pulveris temperantis, sic conficiendi: Recipe antimonii diaphoretici, lapidum cancerorum preparatorum ana drachmas duas, nitri puri, cinnabaris rite parati ana drachmam semis. M. F. pulvis, qui ex aqua florum acaciae propinetur. Extrinsecus vero juncturæ artuum, maxime pedis affecti, probe perfricentur cum unguento, quod habeat axungiae humanae uncias duas, olei spicæ, balsamique de Copaiua ana drachmas duas.

Quæ si votis nondum satifecerint, operæ tum erit pretium, balneis Wölkensteinensibus, coniuncto intrinsecus serî lactis dulci potu, uti. Hoc paratus, lactis caprini, aut hoc deficiente, vaccini mensuram unam, leni calore, sub continua agitacione, ad consistentiam

polveris evaporet, huic aquæ puræ mensuram affundat, & ebullire rursus permittat, tum percolet, ac percolato addat nasturtii concisi manipulum unum, idque rursus leniter coquat, ac percolet. Quæ portio mane vel tota sorbeatur, vel ejus tercia pars hora pomeridiana quartæ hauriatur, semper tepesfacta. Atque hæc curatio per tres vel quatuor protrahenda est septimanæ, hac ratione, ut alternis diebus commendatus pulvis assūmatur, & quavis hebdomade, ad solvendam alvum, binæ mannae unciae, in eodem lactis sero solutæ, capiantur.

CASUS CLXIII.

De morbo scorbutico spasmodico:

Quinquagenarius vir, sanguineo-cholerici temperamenti, perverso vendi indulgens generi, nec cibis solum durioribus, salitis, fumoque induratis delestatu, verum etiam Baccho, venereque liberaliter usus, & animi affectibus valde debitus, per multos jam annos tormenta a calculo renum illata passus, & novissimis mensibus de artuum capitisque doloribus, nec non rheumaticis catharralibus defluxionibus, ac oculorum lippitudine conquestus fuit. Neque enim fonticuli, ob dictas molestias brachii inflitti, opem tulerunt, tantum absuit, ut potius hemicranicæ dextri capitidis affectiones, & graves odontalgiae accesserint. Notari vero meretur, hæc incommoda guttam rosaceam faciei, ope epithematis ex aqua spermatis ranarum, mucilagine feminis cydoniorum, succo citri, & floribus sulphuris parati, retrupulsam presso pede excepisse. Verum non ita multo post sponte remiserunt ea pathemata, sed morbum post se traxerunt longe atrociorum: qui absolvitur dolorifico, spasmodicoque dextri faciei lateris affectu. Oritur ille circa dextram aurem, in regione glandulæ parotidis; & abhinc per maxillam protensus, ad superiori nariorum partem, eo in loco, ubi nervi olfactui tributii, ex osse ethmoideo egredientur, desigitur, ibide mque gravissimum ardorem

rem & dolorem constrictivum atque tensivum, ac si caput in ea regione sive constrictum esset, infert. Brevi post rumpi videtur ille funis, tuncque subito dolor & dicto loco evanescit, & in oculum irruit dextrum, cuius externas non minus, ac interiores partes atrociter affligit, atque tandem ad superiorem narium partem devolvitur. Sensim majora cepit incrementa, & totum dextrum faciei latens in consensu rapuit: siquidem non solum maxilla inferior, eo praesertim loco, quo nervosus ex quinto pari ramus eam intrat, immanni torquetur dolore; verum ad musculos quoque labiorum in dextro dumtaxat laterem, extendet, eorumque tremebundam inducit motitationem.

Neque pauca sunt, quæ complures Medicorum huic malo oppulerunt medicamina: ex quibus laxantia, purgantia, antiscorbutica, polveres absorbentes, precipitantes, decocta lignorum proposito ordinario, decoctum chine cum liquoritia, venæsectiones, scarificationes, hirudines, pediluvia, vesicatoria, externa emplastrum, unguenta, quin & ipsa mercurialia, sed incassum, fuerunt exhibita. Quamobrem ad Te, Vir Illustris, confugimus, Tuoque auxilio spinosum hunc affectum iri debellatum speramus.

RESPONSUM MEDICUM.

Affectus præter naturam, cuius causa sae confundit sum, non aliud est, quam spasmodico-convulsivus partium nervosarum, atque musculosarum, quæ in dextro faciei latere sunt sitæ, motus. Meretur ille ad rarissimos referri morbos; & sedem suam procul omni dubio in nervosis istis partibus, quæ musculos faciei investiunt, & a pari nervorum quinto suos natales mutuantur, habet. Neminem enim rei anatomicae peritum fugiet, quod par illud quintum quamplurimis ramificationibus per externas capitum partes dispergatur: siquidem ab eo ad nares, musculos oculorum, palpebras, maxillam superiorem ac inferiorem, genas, glandulam parotidem, mu-

Hoffm. Consult. Med.

sculum temporale, pericranium, & quod ossa faciei tegit, periostium quamplures tendunt propagines. Quamobrem ratio quoque dispalescit, cur tam recto hæ partes invicem gaudent consensu, ut vix possibile sit, quin una earum præternaturaliter affecta, reliqui omnes maliant participes. Earum itaque partium spasmodica ac partim convulsiva agitatio, formalem præsentis morbi constituit rationem: quæ primum superiori tantummodo capitis regioni inhærens, hemocraniam efficit, tuncque magis ad inferiora facie descendens, illum, quo jam æger laborat, produxit effectum.

Quod si vero materialem hujus spasmodicæ torturæ perquiramus caussam, ea certe minime in crasso humore, aut hujus nimia mole, quippe quem tenera membranarum structura, sinu suo fovere neutiquam potest, sed potius in materia subtili, activa, acri quærenda est. Namque attenta compertum habemus experientia, quod quo subtilior ac volatilior est materia peccans, eo perniciosem, quin & venenatam in solidas, nervosasque partes exserat potentiam. Et hujus quidem virulentæ quasi materia originem, in nostro casu, guttæ rosaceæ per adstringentia intus actæ deberi, extra dubium est; præprimis cum eandem caussam graves & ophthalmias, & hemocranias insequi, quamplurimæ testantur observationes. Retropulsa enim, quæ sub hoc exanthemate externæ cuti insidet, materia protinus nervosarum partium texturam penetrat, inque iis corporibus, quæ vel nervosi generis debilitate, vel universi sanguinis scorbutica diathesi jam laborant, longe majorem exercet tyrannidem, quam quidem in aliis. At vero, qui consideraverit, nostrum egrotantem perverso victus generi, crebris crapolis ac vinosis compotationibus, nimio veneris exercitio ac fortioribus animi affectionibus admodum induluisse: is facile perspicet, quod & humorum impuritatem, & nervosi generis insignem imbecillitatem sibi met contraxerit; neque ideo mirabitur, quod accidente imperita guttæ rosaceæ repressione, omnium maxime,

R r affe.

affectum, quem patitur, incidere, comedere diutius infestari debuerit.

Præterea ipsi quoque medicationi, quæ malum hocce eousque oppugnatum legi, quædam debetur animadversio: quippe quæ, cum medicinis vehementioribus & ipsis mercurialibus peracta fuit, nullum omnino levamen ferre potuit, tantum abest, ut potius nervosarum partium debilitatem, ipsiusque mali vehementiam longe magis adauxerit. Neque enimolla, quæ adhibita percepi medicamina, caussæ morbi responderunt; sed non nisi quantitatì humorum imminuendæ destinata videntur; id quod de laxantibus, purgantibus, sudoriferis, vesicatoriis, venæsectionibus, scarificationibus, hidradinibus, aliisque nemo est, qui negabit. At vero dicta superius ratione, pauca moles materiæ, hujusque veluti venenatæ ac causticæ, hosce tumultus excitavit: cui corrigendæ ac eliminandæ crassa evacuantia neutiquam conveniunt.

Ut itaque rectam curandi viam prosequar; monendum prius duco, ad ejusmodi maleferiatis artibus plane corruptum morbum debellandum, magna patientia, temporis diurnitate, atque iis potissimum subsidiis opus esse, quæ ex recto rerum non naturalium usu defumuntur, veluti sunt vietus salubris, aeris mutatio, corporis exercitatio, & studiose conservata animi tranquillitas. Cum primis omni studio in id incumbendum erit, ut sicuti totum corpus, ita maxime affecta pars in perpetuo calore, lenique transpiratione conserventur: ac præterea debilitatæ partes blande corroborentur. Ad conservandam transpirationem adprime quadrabit pulvis diaforeticus, hac ratione parandus: Recipe pulveris Marchionis, cerussæ antimoniæ, succini ana drachmam unam, cinnabaris preparatæ drachmam semis, salis volatilis cornu cervi bene depuratiæ grana decem, extracti castorei grana tria, M. F. pulvis, cuius drachmam dimidiam alternis diebus mane in lecto sumat ægratus, tumque sorbillato infuso theiformi, quod ex herba melisse,

floribusq; tiliæ paratur, ad lenem se ponat sudorem. Neque subinde propositu ordinario salubris est cerevisia in ejusmodi morbis, & commendare potius in ejus locum soleo decoctum ex radice chinæ, scorzonerae, corticibusque citri recentibus cum aqua paratum, cujus mensuræ uni tartari vitriolati, vel arcani duplicati drachma addi potest. Porro alvi habenda est ratio, pro qua referenda, has cumprimis pilulas bis quavæ hebdomade capiendas suadeo: Recipe extracti cardui benedicti drachmam unam, cinnabaris nativæ, mercurij dulcis, extracti rhubarbari, extracti agricæ ana scrupulum unum, salis succini grana octo, misce, fiant pilula ex scrupulo uno numero 20. conspergantur pulvere succini. Ex topicis usui commodissimum erit vel balsamum vita meum, vel hoc linimentum, cum linteis calidis ad affecta loca probe inungendum: Recipe aquæ Anhaltinæ unciam unam & semis, spiritus lumbricorum volatile, essentia croci, nucista ana drachmas duas, camphoræ drachmam semis. M. D.

Multis autem parasangis cuncta hæc remediorum genera superabit recta vendi ratio, maximeque cœli mutatio: quo nomine vehementer laudarem, ut vernali, eaque serena tempestate, iter ad alium locum instituatur. Hoc enim subsidio, in confirmanda morborum, qui atonia partium solidarum nituntur, sanatione, non quidquam est fructuosius; quemadmodum in quadam disputatione de peregrinationibus sanitatis causa instituendis fusius demonstravi. Ab humido & frigido aere cumprimis cayendum erit; quippe qui relaxando solidorum tonum, & incrassando humores, nervosarum partium morbos insigniter sustentare solet. Idem de animi pathematis, nimioque veneris exercitio valet; quæ perinde, ac potus spirituosiæ, nec non cibos fumo induratos, aliosque duriores, maxime marinos, omnino vitare expediet. Ceterum non abs re erit, cœlo existente amico, mane in balnea ex aqua dulci, cum her-

bis nervinis, & sale alkalino parata descendere, & ab his leniter sudare.

C A S U S C L X I V .

De affectu scorbutico spasmodico.

VIR 30. annorum, temperamentique sanguineo-phlegmatici, alvi obstructionibus obnoxius, per aliquot annos circa utriusque æquinoctii tempora, molesta gravedine, capitisque saevissimis doloribus agitatus, a multis medicorum, utrū frustraneam quæsivit opem. Tandem ex medici cuiusdam consilio sal volatile cornu cervi naribus admovit, pulveremque sternutatorum adhibuit, eo effectu, ut copiosissimus mucus non modo e naribus stillaverit, verum e polmonibus quoque tussi ejectus fuerit. Hinc, recto servato regime, lene summis laxans, & infusum theiforme cerebro potavit: unde quidem melius habere, simul autem vertigine cruciari cœpit. Quæ, a stagnatione pituitæ viscida primum derivata, quum invaleficeret, & præterea excretio per nares æque apectus cessaret; reus agebatur ventriculus, & ex huic vitio, concurrente, qua olim æger laboraverat, passione hypochondriaca, per consensum nasci dicebatur. Quamobrem, præter Elixir aperitivum Claudi, quod aliquoties movebat alvum, magnesia nitri, & aquæ Sedlicenses, nec sine effectu adhibebantur. At vertiginis eadem permanxit vehementia per totam astatem; cui, tusa circa autumnale æquinoctium, que antea in pede secabatur, ex præscripto medici in brachio vena, protinus tensi vi ac tractorii nucha dolores, capitique temulentia jungebantur. Dabat medicus pulveres præcipitantes; & fore ut mutato coelo, quod tum temporis ventosum erat, ac pluviosum, remitteret malum, asterebat. Obtemperans æger in patientia quarebat levamen; & facto quadraginta milliariorum itinere, obtertam sub eo inordinatam vitam, nullius non modo incommodis, sed ad-

hæc præcordiorum anxietatibus, auriumque tintinnu pressus, ad suum redux denuo confugiebat medicum. Hic exhibebat magnesiam nitri, pilulas balsamicas, & clysteres iterato ano immitti jubebat; sed ne alvi quidem solutio sequebatur, tantum aberat, ut increaserent & ejus obstrukiones & flatulentiae. Et ingrauecebant quoque reliqua symptomata, adeo, ut matutino præsertim tempore expergefactus æger, præter capitum temulentiam atque vertiginem, sensationem auræ ex notha ad caput adspirantis, inque tinsientem aurium molestiam desinentis perciperet: ubde medicus flatuum ad caput régurgitationem suspicatus, esentiam corticum aurantiorum, spiritum de tribus, nitrique dulcem ordinabat, & venæ sectionem in pede, sed in cassum administrandam curabat.

Viribus itaque, somno & adperitu magis magisque defectus, & jam lecto affixus Vir spectabilissimus, implorabat alterius medici opem, qui morbum esse hypochondriacum, spasmodicis motibus, ad fluxum hæmorrhoidalem tendentibus, scorbutoque slipatum ratus, ordinabat pro infuso theiformi herbam salviæ & milfolij, pro decocto ordinario, radicem sarsaparilla, scorzonera &c. & pulverem, qui habebat oculos cancerorum, sal Sedlicense, nitrum fixum, specificum cephalicum, & extractum castorei: sed spes non respondebat votis. Siquidem non modo priora symptomata, mox mitiora, mox graviora perseverabant; sed accedebant quoque artuum vagi dolores, & præsertim crurum insignis torpor, atque tremor, quin etiam subultus extremerum, cum plenaria somni abolitione.

Hinc tertius, isque exterus in consilium vocabatur medicus: qui materiam malihyphondriaci, ut ajebat, melancholicam, humorum dyscrasiam, generisque nervosi debilitatem accusabat; & præter ordinata sal Anglicanum, pulveresque ac tincturas resolventes, ad stomachum confortandum curandi intentionem dirigebat. Horum usum sequebatur copiosa mucilividii, tenacissimi, & fere visceri per nares excretio, cum aliquali-

symptomatum remissione. Tandem & ego accitus, malum hoc inveteratum, a sanguinis & humorum partim dyscrasia scorbutica, partim crassitie vasa obstruente, & æqualem circuitum præpeditante, natales suos mutuari, atque hinc sudorem graveolentem, ipsumque pectoris catharrum, pendere autumavi. Medendi itaque scopos hos mihi præfixos habui, ut viscerum obstructions referarem, humores crassos attenuarem, impurosque temperarem. His me satisfactum pugnati, si propinarem pulveres nervinos resolventes, tremori tartari nuptos; essentiam cordialem, cum spiritu salis ammoniaci, & essentia succini maritata, pulveres aperitivos, nec non pharmacos ex herbis cephalicis; infusa theiformia, ex semine foeniculi, & herba sanicula; atque ordinarem pediluvia cum speciebus resolventibus, floribusque lavendula parata.

Quibus per aliquod tempus usurpati, accidebat primum tinnitus, susurrusque aurium, & hunc excipiebat copiosa pituitæ tam per nares, quam per tussim e pulmonibus rejeccio. Quo factò flatulentæ molestiae præcordiorum anxiatatem inferentes, nec non vertiginosa incomoda evanescebant, & æger alacrior, suisque muneribus obeundis idoneus reddebatur. Attamen remanebat capitistemulentia, dolores circa erurum juncturas insistebant, & ipse conquerebatur, quod corpus grave, pedes vero illi ferendo minus pares, ac debiliores essent. Intezim circa novissimum, idque vernale æquinoctium venas in pedibus tundendas, atque cutim, quoniam pustulis, & insigni pruritu afficiebatur, scarificandam præbuit: ex quo, præter dictam largiorrem muci per nares æque ac tussim excretionem, egregie habuit, ciborumque adpetentia cum somno integra gavisus est. Neque igitur hoc tempore aliud quicquam, præter infusum theiforme, ex rasura ligni sassafras, corticibus lauratiorum, citri, semine foeniculi, radice pareiræ bravæ, liquiritæ, polypodio querno, summitatibus hyperici, herba iunaria, saniculi, trifolii fibrini, hedera terrestri, & prunella confectum adhibuit;

unde & tormentorum quoddam levamen sensit, & sudor criticus singulo mane erupit. Quum autem integra valetudo nondum redierit: ad Te, Vir Illustris, confugimus, teque rogamus, velis nos docere, qua ratione mali reliquiæ penitus extirpari queant.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Graves, quibus æger adscitur, ægritudines, partim humorum imputitatibus viscidis, scorbuticisque imbutitorum, partim primarum viarum, atque digestioinis vitio deberi, extra dubium positum est. His enim labefactatis, & a tono roboreque naturali dejectis, ubi est cruditatum acidarum, viscidarum & biliosarum proventus, generantur copiosi flatus, & spasmodicae intestinorum torsiones inducuntur. Inde languet alvina excretio, & succi vitales acres ac impuri, vi spasmorum ac flatulentiarum majori cum impetu ad superiores partes, maximeque caput compelluntur. Ibidem ob accumulatam copiam, impeditus per vasa ac membranas cerebri feruntur, inque glandulosis ac vasculosis partibus, a nimia mole relaxatis stagnant. Hinc dependent vertigo, temulentia capitis, aurumque tinnitus ac susurrus: quæ symptomata, oborta muci per nares, ac pulmones excretionem, omnino levati solent.

Neque igitur improbare ausim remedium, eo usque a medicis præscriptorum usum, quippe quæ ad referandam alvi obstructionem, discutiendos flatus, & incidentos resolvendosque viscidos, impuros, ac acidos humores fuerunt accommodata. Verum enimvero, quum in hoc malo firmius radicato, & humoris corrupti, & nervosæ maxime capitatis partes debilitatæ sint, & hisc digestionis, alvinæque excretionis negotium laugeat, nulla pharmaca sufficient, funditus extirpando malo; sed unicum auxilium a recto aquarum mineralium potu expectari debere arbitror. Quam obrem meum eo collineat consilium, ut æger instante vere acidulis Egraniis,

com tertia parte lactis caprini mixtis, per quinque septimanas utatur, adeo, ut earum quatuor libras singulo mane sorbeat. Neque enim in scorbuticis spasmodicisque affectibus, qualis noster est, his aquis praestantius deprehendi substdium, cum primis si laeti fuerint nuptæ. Namque juxta vulgarem medicorum opinionem, minime acidum, quod cum lacte coagulum subiret, principium; sed potius alcalinum, cum acidis effervescentis, lactisque coagulationem prædiens fovent elementum.

Hæc autem curatio, ut recte instituatur, purgandæ prius sunt primæ regiones. Quo scopo prima die, potiunciam mannatam, & blande & sufficienter laxandi munere functuram, mane capiendam suadeo, haustis desuper juseculi avenacei, vel infusi calidioris Thee vel Coffee aliquot vasculis. Altera die circa somni tempus capiantur quindecim pilularum; & tertia inchoetur potus acidularum, adeo, ut primum tres dumtaxat earum libræ, post quatuor hauriantur, Huic potationi, quovis septimo die interponatur dictus pilularum usus; eademque per quinque hebdomades protracta, sumto infuso mannato finiatur. Ad hanc autem secundandam, opera erit pretium, omnem cerevisiæ usum vitare, nec nisi vino veteri Rhenano parce sub epulis uti, reliquo vero tempore hoc decoctum pro potu ordinario adhibere: Recipe radix scorzonerae, salsaparillæ ana uncias quatuor, cichorei unciam unam, anisi stellati, seminis foeniculi ana drachmas duas. Conc. Cont. D.S. species, quarum unciae binæ, ex tribus aquæ mensuris per horæ dimidium coquantur. Ex eodem quoque decocto, inter epulas 50. guttas Elixirii stomachici adsumere expediet, quod sic paratur: Recipe essentia corticum aurantiorum recentium, gentianæ rubræ, tintura tartari ana unciam unam, olei de cedro Italici guttas viginti. M. D. Vesperi in pediluvia, ex aqua pluviatili & furfuribus triticeis parata, eaque tepida, pedes paullo profundius immittere juvabit; & ad roborandum caput, mixturam spirituosalam, que ex aquæ Reginæ Hoffm. Consult. Med.

Hungariæ unciis duabus, balsami Peruiani, oleique lavendulae ana drachma una confieri potest, naribus crebro admovere conveniet. Nec abs re erit, ad demulcentam humorum acrimoniam, & ebullitionem, pulverem nitrosum ac præcipitantem ex laudato decocto interdum propinare. Cum primis vero diætæ habenda ratio, in qua animi vehementiores affectus, mœrores, inquietudines, labores cum meditatione junctos, potus spirituosi, refrigerationes corporis, cibos coetu difficultiores, cane pejus & angue vitare; coena parciori uti, & crebris, tamē moderatis corporis exercitationibus studeare oportebit. Neque ullus dubito, quin his rite usurpatis ac observatis, desiderata valetudo sit insequutur: quam eo certius sperare licebit, si vel fluxus hæmorrhoidalis, vel podagra, vel efflorescentia accederit.

CASUS CLXV.

De affectu scorbutico, rheumaticis, & arthriticis symptomatibus stipato.

Generosissimus Liber Baro de L. Vit triginta octo annorum, cholericofanginei temperamenti, patre arthriticis ac calculosis affectibus divexato natus, alisque obstructioni, velut hæreditariae obnoxius, juvenis ob fortiores corporis commotiones, copiosum sanguinem e naribus crebro reddidit, & post hæc febribus intermittentibus sè penumero laboravit. Novemdecim annos natus, veneras pudendorum affectiones incidit; quibus ope pilularum, ex mercurio dulci, jalappaque confessarum, maximam partem profligatis, retinuit tumorem testiculi scirrhosum, ante octo decim annos, per salivationem mercuriale sublatum. Superato venereo morbo, nomen dedit militia; atque multis corporis defatigationibus, studiose ramen a nimio bacchi, venerisque exercitio sibi cavendo, obnoxius fuit. Nec obstante ab erroribus diætæ temperantia,

anno etatis vigesimo septimo, de vitiata digestione conqueri cœpit; & abhinc mox alvi profluvia, mox febres intermitentes, pati debuit, quin sequentibus annis, maxime circa æquinoctiorum tempora, dolores in osse sacro, magis magisque invalescentes, atque cum insigni lumborum atque crurum gravitate stipatos persensit. Interdum quoque sanguis, cum gravi tenesmo, saceribus intermixtus adparuit, sed paucissimus: neque vero hæmorrhoides, de quibus suspicio erat, unquam legitime fluxerunt.

Triginta emensus annos, in rus se contulit, ibidemque inter crebras venationes, frequentes corporis refrigerationes, multumque ciborum salitorum, ac fumo induratorum ulum pinguiscere videbatur; sed ante biennium febre tertiana corripiebatur. Hac, ope salium digestivorum, alcalinorum, & aliorum antifebrilium remediorum, non omisssis blandis laxantibus, brevi tempore profligata; & ciborum rediit adpetentia, & eorum robustior digestio, ut se optimè valere potaret. Sequenti anno præter opinionem stranguria, cum imminuta midione prehendebatur, sed ab hac quoque molestia, summis nitrosis pulveribus paullo post convalescebat. Tum in itinere, quod jussu principis ipsi fasciendum erat, ex improviso gravis pruritus dorsum, & sinistrum brachium, in quo ante aliquot annos tusa fuerat vena, obsidebat, cum capit i doloribus, præcordiorum anxietatibus, æstu volatico, & imi ventris flatulentiis conjunctus. Data vomendi scopo radix Ipecacuanha nullam serebat opem; sed venælectio circa autunmale æquinoctium in pede instituta solamini erat.

Currentis anni mense Januario, longo rursus itinere fungi jubebatur; & in illo tam vinosis nimium indulsi potibus, quam corpus intensiori exposuit frigori. Hinc primum adpetitum desitui cœpit, corpus contabuit, viresque perierunt: & quum venælectione sibi consulturus esset crux uncias ex pede de-

trahendas curaret, magis, magisque vacillavit valetudo. Consulti medici, ad unum omnes passionem hypochondriacam accusantes, ordinabant pilulas ex gummi ammoniaco, sale polychresto, & rhabarbaro paratas, aliudque laxans ex manna, rhabarbaroque confectum; illebis, hoc decies alvum movebant. Præscribant quoque infusum theiforme ex salvia, melissa, ac veronica concinnatum; & apparentibus in ano tumoribus, admoveri jubebant hirudines: sed tantum aberat, ut inde solamen perciperet, ut potius alvi pertinax obstrutio, flatulentæ, ac vertiginosæ accederent molestiæ. Commendata martialis, verens ne noxam inducerent, tribus dumtaxat capiebat vicibus, eo effectu, ut excrementa cruento tincta adparerent, & adpetitus paullisper rediret. Somnus autem parciorerat, & si forsitan evigilaret, acutissimum dolorem, a nucha ad frontem excurrentem persenscebat, qui cum redeunte somno sopiebatur; at interdiu hemicranici dextri capitis dolores atrociter urgebant.

His sensim plura jungebantur symptoma; quorum jamjam adhuc gentium hæc est idea. Summis epulis cutis vehementi ardore prurit, maxime, que brachia, juncturasque digitorum investit; tum peculiaris dolor in certum dumtaxat humeri sinistri spatium irruit, spasmodici & tractorii cruciatus scapulas, cervicem, totamque dorsi spinam disseruant, adeo, ut si vel leviter loco moveatur, strepitus quidam in dictis partibus audiatur. Cum primis volas manuum molestus ardor vexat; qui, erumpente in iis udore, evanescit. Interdum intercostales musculi vagis torquentur doloribus. Alvis non respondet, nisi vel pilulis balsamicis Hoffmanni, vel clysteribus tollicitetur; flatus multam crucem, præsertim noctu figunt, & circa utraque hypochondria sub spuriis costis tensio quedam, licet iam mitior, ac antea, inhæret. Saliva acidulum saporem orientem exhibet; qui num a fumo herbae Nicotianæ, quem juslo copiosius cum multa sputatione fugit, anne potius?

tius a prava digestione, & hinc penden-
te nimia succi pancreatici aciditate de-
pendeat, in medio relinquatur. Inter-
im integrum froi incipit adpetitu, nec
viribus adeo defectus jam est, quin equi-
tando, & ambulando diutus, absque
lassitudine, corpus movere possit; nec
sudores nocturni amplius vexant; nec
somnus, nec pulsus arteriarum a statu
naturali recedunt; & nihil secius cor-
pus haud proficit. Urina, quam mane
mingit, copiosa, & ex albo citrina est;
sed quae decima circiter matutina hora
fertur, parcior adparet & rubicundior;
atque post duarum horarum quietem,
largum deponit sedimentum, instar ru-
bicundi fabuli, firmius vitri lateribus
adhærens.

Novissime præter ardorem brachiorum, atque manuum, rubor quidam, lancinansque dolor articulos occupat, ad ipsa femora extenditur; & nonnunquam ex improviso, insignis rigiditas collum obsidet, nocturno præfertim tempore, quæ suberto sudore expirat. Non raro tensivus dolor ad genam dextram, ipsumque oculum cum rubore protenditur. Omnis abest sitis, nec tussis molesta est, nisi quod per illam interdum salsa excreetur pituita: excrementa quandoque alba redduntur; & ad sudorem magna est proclivitas. Inter eundem, spiratio sœpe fit difficultior; at, explosis rectibus levatur: nec non coagula muci tenacis ex pectore nonnunquam excernuntur.

CONSULTATIO.

QUÆ haftenus Virum generosissi-
mum male habuerunt affectiones,
ita sunt comparatae, ut si eas ab
humorum acrimonia scorbutica, ad mem-
branosa nerveasque partes decumbente
derivarem, me a vero haud aberrasse
existimem. Quando enim subtilis & acris
ejusmodi humor, membranis musculo-
rum, & ligamentis articulorum insinua-
tur, vellicat has partes, easque ad spas-
modicas constrictiones proritando, ar-
dorem gravemque dolorem infert. Et
prout variant partes, quibus incumbit

hoc acre serum; ita molestiae dictæ mox
brachia & scapulas, mox digitos & ma-
nus, mox dorsum, mox intercostales
musculos, mox etiam caput occupant,
& vehementer discruciant. Quoniam ve-
ro ventriculus & intestina, ex membra-
nis valde nervis ac sensilibus construun-
tur, a decubitu feri acrioris ad illa, gra-
viores eorundem stricturæ propullulant.
Unde imi ventris spasmodica ac flatulen-
ta pathemata, & stomachi graves disten-
siones, præcordiorum anxietates infe-
rentes, solutisque rectibus allevatae suam
trahunt originem. Et si verum fatear,
totum nervosarum partium systema sub-
ejusmodi casibus præter naturam affici-
tur; siquidem illæ regiones, quibus non
actu inhæret inimica materia, per con-
fusum in motuum irregularium soci-
tatem rapiuntur: atque hinc omnes se-
cretiones pariter ac excretiones, ad sa-
nitatem conservandam perquam necel-
larie pervertuntur. Sic mox cutis, per-
spirationis organon, spasmo vehementi-
bus constringitur, nullumque sudorem
transmittit; mox nimium relaxatur, &
copiosum, magisque delassantem effun-
dit sudorem. Pari ratione urinosis ductus
si contrahuntur, urina mingitur palli-
dior: quæ remittente strictura, rubicun-
da, crassa, multoque sedimento tartareo-
referta excernitur. Idem fit cum ductibus
in hepate biliferis, qui spasmo coarctati,
bilis in intestinum duodenum re-
morantur aditum; unde stercorum albedo
dependet; si autem sequuta eorundem
relaxatione, bilis copiosior in pri-
mas regiones irruit, vomitus, alvi pro-
fluvia, & intestinorum tormina subo-
riuntur.

Non vero solum spasmodicorum mo-
tuum genetrix est ea, quam dixi, seræ
atque lymphæ acrimonia; verum reliqua
etiam, quibus æger premitur, symptoma-
ta exinde suos mutuantur natales. Pri-
mum enim ipsi debetur corporis conta-
bescentia; siquidem ejus incrementum
ac nutritio succum lymphaticum dulcem
roscidum, atque temperatum requirit.
Et quom succi lymphatici ac salivales,
qui ex glandulis œlophagi, ventriculi,

& intestinorum, maxime duodenii secernunt, & ad intimum alimentorum dissolutionem multum contribuunt, viati sunt; non mirum est, ciborum digestione languere, chylum generari minus laudabilem, & ideo humorum impuritatem sensim accrescere. Hinc porro ratio salivæ falsæ ac acidæ, quæ in statu naturali insipida est, nec non salium scorbuticorum, ac tartareorum, quæ cum urina redduntur, erit derivanda.

Quæ cum ita sint, inquirendæ jam veniunt remotiores illæ, quæ ad dictam impuritatem contribuerunt, caußæ. Hæ generatim consideratæ, in glandularum atque tubulorum organa colatoria constituentium constrictio & obstrukcio-ne, & hinc perturbato secretione & excretionum negotio quærendæ sunt. Cum primis accusari meretur & cohbita transpiratio, & impedita succi biliosi in hepatæ secretio: hæc vero pri-mam plerumque originem a difficiliori sanguinis per hepar circuitu, tanquam secunda scorbuti matre, trahit. Quando enim cunque crux vitalis per ramulos vene portæ ac cavæ, per hepatis substantiam disseminatos, impeditius progredi-tur, & in iis stagnat: non satis a particulis sulphureis, salinis ac excrementiis, quæ bilem constituant, depuratur: sed illas secum revehit, & cum tota hu-morum massa communicat. Deinceps idem sanguis, in suo per hepar itinere retardatus, majori ad lienem ruit im-petu: unde infarctus & aggravatus lien munere suo, quod in attenuando sanguine consistit, fungi prohibetur, & hinc increscit humorum impuritas. Non mi-nus stagnans in venis portæ ac mesentericis crux, copiosius ad intestina fertur; in que iis stagnando, mora temporis cras-fior ac impurior redditur: unde porro va-sa hemorrhoidalia, circa intestini recti finem valde infaciuntur, distenduntur, & vel tumores in ano dolentes, doloremque in lumbis & osse sacro gravati-vum exhibent, vel erupta sanguinem plo-rant. Hæc ita in generoso ægrotante contigisse, conatus, quos diu ad fluxum

hemorrhoidalem sensit, luculentter at-testantur: quippe qui semper impedi-tiorem sanguinis per viscera imi-ventris, maximeque hepar circuitum, im-puritatum scorbuticarum caußam certi-sime indicant. Concurrunt insuper plura momenta, quæ ad id vitii genus in-ducendum suam contulerunt symbolam; ex quibus primum est temperamentum, quo Vir generosus pollet, sanguineum: quippe quod generandæ sanguinis nimis moli insigniter faveat, eaque ipsa viam sternit ad difficiliorem circuitum. Ac-cedunt aeris, in quo vivit noster ægrotus, frigidior, minusque salubris con-stitutio, ciborum fumo induratorum & coctu difficultiorum usus, potus calidio-res, animi pathemata, crebræ refrige-rationes, crapulæ vinosa, & mox ve-hementiores corporis defatigations, mox vita sedentaria: quæ caußæ occa-sionales fatis magnam vim possident, impuram humorum diathesin & gene-randi & adaugendi.

Hinc igitur non solum indoles mal-i rheumatico-scorbutici adparebit; verum clarissime etiam perspicci poterit, quam ardua, tantorum vitiorum, solidas & que ac fluidas partes corruptientium cohortem debellaturo, imposita sit provincia. Plures enim scopi ipsi præfixi sunt, quas assequi difficillimum erit. Namque pri-mum vias atque glandulas, quæ in or-ganis ac visceribus colatoris obstruetæ sunt, referare; dein salia impura ac scorbutica, ex humoribus, quibus inti-me permixta sunt, separare; tumque impuritatum colluviem, quæ solidas at-que nervosas partes jam penetrasse vi-dentur, rite eliminate oportebit. Ni-hilo tamen minus omni nondum de-jectus sum spe; sed multa experientia confirmatus non dubito, quin, acceden-te præsertim vegetoriæ ætate, & ægrotantis perseverantia, temporis diurni-tate, & accommodatorum præsidiorum usu, votorum futuri simus compotes.

Curationem vero, quam ad extir-panda ejusmodi mala convenientissi-mam arbitror, a recto aquarum mi-neralium usu inchoare soleo; atque hoc

fine

sine vel thermas Carolinas, conjunctis extrinsecus balneis, ex aqua dulci paratis; vel aquas Egranas, aut nonnunquam Sedlicenses, cum externo balneorum Tœplicensium usu, sèpius felicissimò cum successu commendavi. Hæc generosa præsidia, quæ verno adhibere decet tempore, licet neutquam omnem curandi paginam absolvant; attamen, cum primas vias non minus, ac totam humorum massam egregie liberent a cunctis sordibus, sanguinemque reddant fluxiorem; viam medenti sternunt, quæ ad obtainendum proslus finem certius incedere potest. Tum enim ex usu mihi est lac asinimum, vel solum, vel cum aquis Sedlicensibus æquali pondere mixtum, quod per quatuor vel quinque septimanas, conjunctis laxantibus, ac recta vivendi ratione, potari jubeo. Et denique venæflectiones, circa singula æquinoctia iterandas, blanda laxantia, fixiora diaphoretica, stomachica, diluentia, sanguinem depurantia, & accuratum in rebus non naturalibus regimen ordinare solitus; atque horum ope, Deo sint grates, votis meis semper poritus sum.

Verum enimvero si propositum specia- lius consideravero casum, eo respiciendum erit, ut quoniam præsens autumnale tempus potationi aquarum mineralium minus est opportunum, aliis subsidiis caussæ morbi, quantum possibile est, detrahamus, atque corpus ita præparamus, ut futuro thermarum potui magis aptum evadat. Quæ nomine rectum vivendi ordinem eo curatius observare conveniet, quo minus absque illius ope boni quicquam obtainere licebit. Cum primis itaque animi tranquillitatib; studere, omnesque illius commotiones fedulo vitare decet; quum exinde, præsertim mero-ribus ac solitudinibus, irreparabile damnum in morbos ejusmodi diuturnos redundat. Deinceps aer ita moderandus est, ut corpus in æquali ac temperato calore conservetur: nihil enim est, quod ad generandum æque ac fœendum scorbutum efficacius contribuat, quam subi- tanea aeris frigidi in calidum, & calidi in frigidum mutatio; quæ cum in locis se-

ptemtrionalibus familiaris sit, caustam quærentibus offert, cur ejusmodi in regionibus scorbuticæ affectiones & frequentiores, & pertinaciores observentur. Ex cibis fugiendi sunt, qui crassum chylum pariunt, ac saburram viscidam in primis relinquunt officinis: contra vero ad temperandos succos crebro vescendum jusculis, parum salitis, quæ ex carnis mollioribus vitulinis, vel gallinarum, additis radiee scorzonerae, cicho-ri, petroselini, foeniculi, asparagi, & succo citri vel aurantiorum coquuntur, & reliquis cibis immiscendum sèpius na- sturtium.

Potui ordinario plane non quadrat cerevisia, sed potius decoctum quoddam conveniet, hac ratione conficiendum: Recipe radicis scorzonerae, chinæ ana uncias duas, rasuræ ligni sassafras uncias quatuor, radicis pimpinellæ albæ unciam unam, liquiritæ, anisi stellati ana unciam semis. Conc. Cont. D. S. species, quarum unciae binæ cum quatuor aquæ mensuris, in vase clauso per horam diuidiam, addita sub finem salis aperitivi drachma diuidia, decoquantur. Neque vero improbaverim, si præter hoc decoctum, inter epulas, ad roborandam vim digestivam, vinum vetus Rhenanum, vel Gallicum hauriatur. Et denique infi- gnissimam opem spondet corporis exerci- tatio, quæ vel matutino tempore, vel tribus ab epulis horis, aut equitando, aut ambulando poterit institui.

Pharmacorum autem usum sic ador- nandum hortor: sumat primum Vir ge- nerosissimus laxans, quod intestinorum canalem ab inhærente ipsi amurca expurget, & sic paretur: Recipe manæ ele- ctæ uncias duas cum diuidia, cremen- tarii, rhabarbari ana drachmam unam. Coque & solye leni calore in aquæ florum acacieuncis quinque; colaturæ adde olei de cedro Italici guttas tres. M. F. potio, quæ pro una dosi, successivis haustibus, interposita jusculi avenacei sorbi- tione, adhibeatur. Postridie capiat cum aqua sambuci mixturam, ex liquoris anodyni guttis viginti, spiritus cornu cervi succinati guttis sex, & tinturæ antimo-

iii acris guttis decem paratam, tum for-
beat sex infusi theiformis vascula; abhinc
ad lenem se componat sudorem, & hoc
finito, corpus blande moveat. Sub pran-
dio quadraginta guttas tinturæ corticum
aurantiorum; vesperi vero duos scrupu-
los pulveris bezoardici, cum castorei,
atque nitri ana granis quinque maritati
capiat; & singula hebdomade, circa lu-
na mutationem, ejusdem pulveris be-
zoardici quindecim grana, cum totidem
pulveris lumbricorum terrestrium, ma-
ne assumat.

His per octo dies continuatis, inter-
ponatur usus potationis mannatæ, sopra
descriptæ; tum repetatur reliqua medi-
catio; & eadem, sumto tertium laxan-
te, si opus fuerit, tertia vice iteretur.
Tandem, hac absoluta, etiam atque etiam
hortor, ut singulo mane Elixirii mei vi-
sceralis polychresti octoginta guttæ, cum
aqua frigida fontana hauriantur, & dein
de infumum Theebois superbibatur; que
remediorum genera, hora quoque quarta
pomeridiana usurpari possunt, quoniam
in confortandis ventriculo ac visceribus,
& promovendo hæmorrhoidum fluore,
egregiam præstabant opem. Hujus enim
sanguineæ excretionis legitimus successus
quocunque modo secundari debet: quo
fine vapor lactis cum floribus chamomil-
læ decocti, per sellam perforatam ano
admittere; aut hæmorrhoidibus, si cœ-
ca intumescent, hirudines admoveare
juvabit. Non minus circa æquinoctia ac
solstitia venam in pede tundere, & octo
circiter cruris uncias detrahere, simul
autem illo tempore sedulo ab aere frigi-
do, ac largioribus epulis cavere expediet.
Omnis pilularum usus studiose vitandus
est, quoniam succos vitales nimium ex-
agitant: quod si vero alvus obstruta fue-
rit, illam vel ope clysterum ex decocto
avenæ, oleo chamomillæ, amygdala-
rum, & sale communi confectorum, vel
salis Epsonensis uncia dimidia ex haustu
aqua fontanæ sumata referare præstabit.
Et certam utique foveo spem, fore, ut
ex recto commendatorum subsidiorum
usu, quamplurimum emolumenti sit per-
cepturus vir generosissimus.

CASUS CLXVI.

*De malo scorbutico pathematis hypo-
chondriaco-spasmodicis flipato.*

Generosus vir, trium & quadraginta
annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, corporis robusti, sanguineque pleni, & ad iracundiam facillimus, juventutem suam, quandiu castra se queretur, multis licet percussus vulneribus, ab omni morbo sartam rectamque translegit. Quum vero ante octodecim annos, militæ valedicens, privatam magis ac sedentariam eligeret vitam; accidit ex improviso, ut peculiari corripatur affectu, quo vehementes dolores, ad utrumque lumborum, maximeque juncturas femorum, genuumque irruerant, cum contractura pedum stipata. Excitato in suris fonticulo, remittebant hæc incommoda; & licet octo post annis redierint, hausta tamen aqua frigida, iterum acquiescebant; nisi quod mustantes in dorso dolores, hyemali potissimum tempore per intervalla adfligerent. Ab his liberari gestiens varios consuluit medicos, multaque usurpavit remedia; quæ inter hæ fuerunt pilulæ: Recipe gummi ammoniaci puri ana drachmas duas, millepedum præparatorum drachmas tres, salis absynthii, cardui benedicti, ammoniaci puri, myrræ rubræ ana drachmas duas, aloes lucide drachmam unam & semis, olei desillati caryophyllicorum, cumini ana guttas sex. M. F. cum spiritu trifolii aquatici pilulæ. Quotannis etiam acidulas Pyrmontanas, quantum sine convenienti ordine ac regimine potavit; & ex his, dictisque pilulis aliquale dolorum quidem levamen sensit, nee non cruorem per venas hæmorrhoidales semel profudit; at perfecta eorum vacuitate potiri nequivit. Ante tres demum annos tormenta hæc dorsi præter opinionem sponte levabantur; at in horum locum flatulentæ imi ventris molestiae, mox flexurascoli occupantes, mox ventriculum distendentes, atque præcordiorum auxietates, ardenteque stoma-

ichi dolorem inferentes succedebant, quas vomendi conatus, quia ipsæ vomitiones, atque crebriores alvi dejectiones plerumque cum levamine excipiebant.

Neque vero paucas contra hæc mala usurpavit medicinas, a quibus non nisi breviores symptomatum inducias interdum sensit. Hinc ad me quoque confugit, & cum deprehenderem, ægrum nimia pharmacorum cupiditate simul labrare, interdixi eorundem, maxime calidiorum & carminativorum, copiosissimum usum, nec nisi nitrosis & absorventibus pugnavi. Ipsum vero malum sic habebat: Noctu saepius præcordiorum anxietates, cum somno interrupto patiebatur; per diem mens dejecta, ideisque turbulentis imbuta erat; facies pallida, torva, pulsus tardus & debilis; mox hic citior ferebatur, illa rubebat, & oculi venæ tumebant. Superius ventriculi orificium acuto quandoq; torquebatur dolore, quem sedaturus, circa verum adpetitum ciborum quidpiam capiebat, & inde mox melius habebat, mox vero majori vexabatur angore. Non nunquam cum leviani tensimo, desidendi crebro conatu, & molesta stranguria paroxysmus incipiebat, tumque exoneratus alvum emissò flatu solamen percipiebat, & modo copiosa, modo pauca, modo nulla reddebat stercore.

Per paroxysmos redeunt hæc symptomata; a quibus nulla dies vacua est. Si jucundis amicorum interest consortiis, sano videtur simillimus, neque habet, de quo conqueratur, nisi quod pedum perpetuum frigus vexet, & interdum subitus dolor pollicem pedis prehendat, brevi rursus evanescens tempore. Octodecim effluxerunt hebdomades; cum per totam diem restissime valens, sumta post coenam essentia carminativa, immanni circa sinistram coli flexuram dolore, cum inquietudine, alvo obstructa, atque vomitionibus stipato, repente corriperetur. Frustra datis interne carminativis & antispasmodicis, externe vero unguentis discutientibus in casulum applicatis, pilulae Stahlianæ, conjuncto enematum emollientium usu, propinabantur, eo effectu, ut alvus cum euphorialiquare-

tur: qua insignis muci quantitas repetitis dejectionibus excrenebatur, & inde cuncta filebant symptomata. Sed brevi post pristina ludi cœpit, ut adhuc luditur tragœdia.

Ceterum diætæ regulas, præsertim paroxysmorum tempore, contumaciter servat: mane quatuor infusi theiformis vascula sorbet, panemque bis coctum adsumit; prandio pariter ac coena, vi-tatis, quæ status gignunt, edulis, satis liberaliter utitur, & sub iis, præter cerevisiam bonæ notæ, vinum rubrum potare solet. Interdum in cerevisiæ locum ex meo consilio aquam puram haurit; sed ex ejus potu diutius protracto vertiginem patitur. Motui corporis, muneris ratione interdictus, haud sufficienter studet; meditationibus vero ac lucubrationibus justo magis indulget. Alvis, si paroxysmos exceperis, plerumque respondet, redditis, quæ naturalis sunt consistentia, excrementis. Urina ordinario sanorum meitur similis; sed non raro rubrum sedimentum, & mucosam deponit materiem. Somno fruitur inconstanti, mox placido, mox vero, præsertim versus diluculum turbulento; nec sine fructu illum capit meridianum.

Haud ita pridem ex largiori vini Campaniensis potu, ardor circa ani sphincterem sequebatur, tumque hæmorrhoides intumescabant, sed illico rursus disparebant, relicto circa os coccygis molestissimo pruritu. Paullo post a somno meridianio stimulum ad matutinam forsitan sentiebat; quem ex improviso tantus corporis languor comitabatur, ut & gelidus sudor cuncta membra perfunderet. Resciplatus per insequitam noctem ingentem in pedibus dolorem, cum ardore stipatum, sponteque solutum percipiebat. Binis abhinc diebus gravativo ventriculi sensu, & tanta afficiebatur nausea, ut vomendo sibimet consulturus, digitum intruderet fauibus, & inde pituitam tenacissimam, quæ spirabat odorem acidissimum, vomitu eructaret. Tam vagis variisque modis malum suam hactenus tyrannidem exercuit.

Collatis igitur omnibus morbi momentis,

tis, generosum ægrum ex mutato mobiliore in sedentarium vitæ genere nimiam contraxisse sanguinis molem, ejusque nervosum systema ob crebram iracundiam, errores diæteticos, & immodicum fortasse veneris exercitium valde debilitatum esse judicavi. Hinc vero factum esse putavi, ut humores circa imi ventris viscera, maxime quæ a vena portæ sua vasa accipiunt, stagnaverint, & inde spastmodici in intestino colo, vicinisque partibus sequenti fuerunt motus, quibus consultura natura, hæmorrhoidalem fluxum intendit. Cui promovendo ego etiam studens, venam in pede secandam curavi, nitrofa, maximeque pulverem antispastmodicum Stahlii ordinavi, & pilulas ex galbano, castoreo, afa foetida, & sale volatili succini confessas, ad roborandum intestinorum tonum præscripsi. Sed his ob vanum adstrictionis metum uti reculavit. Idecirco, cum aliquando colici dolores, cum multa muci excretione accederent, suasi, ut singulo mense per aliquot dies pilulis Stahlianis uteretur. Præterea non neglexi absorbentium, succino nuptorum usum; atque præter flatas venæ sectiones, pediluvia, & motus corporis, valde commendavi.

RESPONSUM MEDICUM.

MOrbum, quo Virum generosum diu vexatum fuisse percepī, non nisi pro scorbutico, cum hypochondriaco-spastmodica passione complicato habendum esse reor; quo sicuti totum nervorum genus, ita speciatim ventriculus cum primis regionibus adeo debilitata videtur, ut iis vehementiori spastro agitari, liber sanguinis circuitus per totum corpus valde sit perturbatus. Hanc enim subesse causam, clarissime testantur conjuncta morbo symptomata; veluti sunt ingens dorsi dolor, flatulentæ hypochondriorum & ventriculi distensiones, anxietas, ardensque & pressoria circa praecordia sensatio, nausea, vomitiones, somnus turbulentus, animus dejectus, pulsus mox tardus & debilis, mox fortis,

& celer, urina mox tenuis, mox crassa cum sedimento, vultus mox pallidus, mox rubicundus color, tenesmus ani, desidendi, mingendique crebra cupiditas, tumor ardens venarum sedalium, pedum refrigeratio, sudor gelidus &c. quæ omnia malum hypochondriaco-spastmodicum nunquam non comitantur. Ipsum vero, quo æger pollet, cholericum temperamentum, nimia ad iram propensio, & forsan justo crebrior vinorum calidiorum usus, non modo impedimento fuerunt, quo minus a suis incommodis liberari potuerit, verum etiam iisdem augendis & exacerbandis insigniter faverunt. Præterea tota humorum massa, impuritatibus salinis scorbuticisque scaturire videtur, unde dolores circa juncturas femorum & genuum molesti, pedumque fere contracturam inducentes, repetunt originem. Neque enim dubito, quin quædam in nostro ægrotante ad podagram præsto sit dispositio, quæ si ad aëtum deveniret, permultum totius mali levamen pollicetur.

Quanquam igitur, more hypochondriacis, præsertim si activioris animi fuerint, communi, multis æger & Medicis & medicaminibus usus sit: attamen, cum pauci eorum veram mali hypochondriaci indolem perspectam habeant, idque potius, purgantium, stomachicorum, & carminativorum remediorum ope debellari posse credant; non mirum est, quod inde loco sperati solaminis, majus redundaverit damnum. Profecto non præstantius hisce subjectis consilium suppeditari potest, quam ut & medicos, & medicamenta fugiant; eoque potius respiciant, ut recto vivendi genere, visitando scilicet nimium frigus, animi vehementiores affectus, potus spirituosi, & corporis commotionem, suæ consulant salati. Atque hæc etiam sunt, quæ in præsenti casu ante omnia commendabo. Ad hæc vero suadeo, ut æger aquis Spadanis utatur, ita quidem, ut primo mense eas solas, altero cum dimidia lactis asinini parte maritatas, pondere unius cum dimidia mensura singulo mane hauriat.

Ante

Ante harum usum vena in pede secanda; atque sumto laxante, corpus ab omni faburra repurgandum est; quod hoc fine ipsi potationi bis vel ter interponere, & sub ejus finem iterare decet. Ex laxantibus vero sequens insigni cum fructu semper adhibere solui: Recipe mannae electae uncias duas, cremenoris tartari drachmam, aqua florum acaciæ uncias quinque, solve leni calore, colatura adde olei de cedro guttas tres. M. F. potio, quæ pro una dosi successivis haustibus, interposita infusi theiformis sorbitione, assumatur. Præstansimæ hoc laxans est utilitatis, dum absque ulla molestia alvum ducit, sanguinem aerem, acidamque primarum viarum demulcet, & intestinorum membranas, spasmo constrictas, egregie relaxat: quæ virtutes ab aliis purgantibus neutiquam expectari possunt, tantum abest, ut humores magis exagittent; quemadmodum de ipsis Stahlii pilulis, quas tamen aliis in casibus maximeque mulierum morbis proficuas prehendi, prædicare ausim.

Præterea potus ordinarii rectam habere convenit rationem; cui accommodatissimæ erunt acidulae vel Selteranae, vel Tœnadienses, vel Spadanæ, cum quarta parte vini Mosellani permixta: vina enim rubra ob vim adstrictivam nociva sunt. Non minus cum insigni fructu potari possunt infusa theiformia ex summitatibus millefolii, floribus sambuci, & chamomillæ confecta: interdum pulverem absorbentem nitrosum adhibere, & sub epulis ex ultimo hauitu essentiam corticum aurantiorum, cum æquali pondere spiritus nitri dulcis, tinturæque tartari maritatem capere expediet. Et hæc sunt, quibus iustiti Viri generosi consulendum esse duxi.

CASUS CLXVII.

De catharris in veram podagram terminatis.

Generosissimus quidam Vir, natione Gallus, tres ultra sexaginta annos emensus, sanguineo-cholerici temperamenti, opiparo victui adsuetus, variisque itineribus, sub inimicissimo saepius coelo, perfunctus, multis semper rheumaticis ac catharralibus patuit defluxionibus. Præsertim adhuc juvenis dolores vagos, pressorios, atque gravativos, mox pectus, mox scapulas obfidentes, & in malum denique ischiadicum desinentes passus est. Hoc usurpatis fontibus Amasanis, eorumque balneis, siluit quidem; at vix transacto triennio, post vehementiorem corporis equitando concussionem, denuo recruduit, dextrumque potissimum latus, cum antea in sinistro saeviisset, occupavit; sed abhibitis iisdem aquis rursus conquevit. Interjectis aliquot annis, redierunt fluxiones rheumaticæ, doloresque vagi, dorsum maxime & cervicem discruciantes; qui tandem anno ætatis trigesimo quarto, in veram mutati podagram, pollicem utriusque pedis cumprimis atrociter adfixerunt. Sequenti anno idem dolor in pedes irruit; hisque admota moxa ustis, evanuit quidem; at ulcusculum inde subortum valde rebelle fuit, atque ob perpetuum feri acrioris adfluxum, vix intra binos menses consolidari potuit.

Tum in Italiam profectus, ibidemque per tres annos commoratus, ab omni molestia immunis vixit; reversus vero hyemali tempore in Germaniam, pristina in scapulis tormenta per longum tempus percepit. His paullo conquiscentibus, bellum sequutus, per integrum nocthemeron in loco udo ac paludosο degere debuit, & inde protinus podagricum denuo incidit insultum. Idem ex eadem occasione sequenti anno adfixit, cum tanto dolorifico certevis spasmo, qui nec levissimum perferre.

serebat attactum. Et hæc rigida collidetentio, ob crebras, quibus postea obnoxius fuit, corporis & refrigerationes & humectationes, magis magisque crevit, & adhuc omnem fere ejus motum præpedit.

Ultra viginti igitur jam annos podagræ sævitiam, sensim invalecentem expertus est; quæ nunquam sine febre quadam symptomatica infestavit. Novem abhinc annis nephritis calculosa accessit; atque sub hac paroxysmi podagrici, excretis per urinam fabulo, vel lapillis pleuramque remiserunt. Neque vero soli pedes dolorum tyrannidi succubuerunt; verum illi vago circuitu per totum corpus oberrarunt, & sèpius tophos atque nodos, quorum adhuc quidam digitorum articulos obsident, post se traxerunt.

In tali rerum statu, præter vietus pertinacem observationem, statas & phlebotomias, & scarifications instituit vir generosissimus, crebra summis laxantia, pedibus moxam applicari permisit, variisque remedii, etiam sympatheticis usus est. Adhibuit quoque sic dictum syrum polychrestum, quem ad longam vitam collaudant; & inde per aliquod tempus rariores quidem podagræ recursus observavit; at eadem paulo post & crebrior & vehementior rediit.

Ante binos circiter annos cum sub paroxysmi podagrici declinatione vehementi excederet iracundia; illo repte remittente, colicam incidit flatulentam, cum præcordiorum anxietate, astu febrili, & vomendi conatibus stipitam. Ego consultus suspicabar retrocedentem podagram, qua datis pulveribus nitrofisi, cinnabarinis, ac digestivis, revocata, cuncta cedebant symptomata. Brevi post ex improviso atrox lumborum & sinistri renis dolor, spirandi difficultate, vomitionibus, torminibus intestinorum, alvi obstructione, mictione imminuta, adpetitusque dejectione conjunctis invadebat. Monebam, ut cuncta pellentia, & sic dicta lithontriptica remedia studiose vitaret, quoniam majorem sanguinis ad renes adfluxum concitarent, fabulique excretioni ma-

geam injieerent remoram. Neque tamen minus curæ ejusdam Medici se committiebat, qui pellentibus, carminativis, castorinis ac opiatis malum oppugnabat. Iniminebat jam periculum; at datis emulsionibus ac potionibus diapeñicis avertebatur, adeo ut levi dolore redderetur calculus, fabam magnitudine adæquans. Verum paucis post diebus infultus accedebat gonagrico-podagricus, cum calore præternaturali ad delirium aucto, & denuo ab usu pulverum abortientium, nitroforum, ac cinaabarorum evanesceret. Excipiebat, brevi tempore interjecto, dolor dextri renis nephriticus; nec cedebat, nisi exerto rursus calculo. Et hæc est ægritudinum, quæ adfigunt ægrum, idea; quarum medelam & præservationem flagitat.

CONSULTATIO.

INveteratus, & firmius radicatus affetus, quo Vir generosissimus sollicitatur, in tam proœcta ætate, angustam quidem perfectæ sanationis spem relinquit: neque vero dubium est, quin si lubribus consiliis aures dederit, permagnum mali levamen sit percepturus, & ad minimum a gravioribus periculis posset præcaveri. Non immorabor pathologicæ illius disquisitioni; sed ea proponam remedia, quæ ipsi extirpando convenientissima reor. Et hunc in finem a recto potus genere ordiar; cui nec vinum Gallicum, Franconicum, aut Rhenum, nec cerevisia interviet. Præstabit potius sub epulis vino Hungarico uti, & in locum potus ordinarii hoc substituere decoctum: Recipe radicis scorzonerae uncias tres, chinæ, salsaparillæ ana uncias duas, caryophyllatæ, corticis chinæ ana unciam unam, seminis foeniculi, anisi stellati ana drachmam unam & semis. Conc. D. S. species pro decocto.

Deinceps alvi rationem habere, ejusque perpetuam lubricitatem conservare juvabit. Hoc scopo utilis est manna, si ejus una cum dimidia uncia, ex infuso veronicæ, ad temperandam acrimoniam, lacti nupto mane sumatur; & pridie ho-

ra quinta pomeridiana lapidum cancro-
rum drachina una, cum scrupulo magne-
sia permixta capiatur; haecque medica-
mina bis quavis hebdomade iterentur.
Tum singulo mense circa novilunium,
loca podagræ patentia scarificare, quovis
altero mense dorso pedibusque curvitas
admoveare, atque sic venæsectionem
prosuls omittere expediet; hausto ante
institutam scarificationem infuso, quod
veronicam, carduum benedictum, &
fernæ fœniculi habeat. Ad acidæ vero,
quæ in primis forsan stabulantur viis,
cruditates attemperandas, juvandamque
vim digestivam, opera pretium faciet
Elixir nostrum balsamicum, amarum,
quod valde temperatum est, nec cum
spirituoso paratur menstruo, & ad octo-
ginta guttas inter prandium adhibeatur.

Ipse si accesserit paroxysmus, præter
crebriorem decocti commendati, ejus-
que tepidioris porationem, interno pro-
pinandus pulvis cinnabarinus, ex croco,
castoreo, & pulvere Marchionis confe-
ctus; & extrinsecus, ad demuleendos
dolores, linimentum ex liquore meo an-
dyno, nitro artificiali nupto, pedibus
insungendum est. Hæc sane sufficient ad
levandum malum; cum primis, si re-
ctum vivendi genus, & ab omni, quæ
mentem turbare potest, occasione sedula
abstinentia accesserint: id quod ex ani-
mo precor.

C A S U S CLXVIII.

De podagra adolescentis.

Studiosus annorum viginti quatuor,
temperamenti sanguinei, habitus
corporis tenerioris, patre podagrico ge-
nitus, perque puerilem ac juvenilem æ-
tatem lauto victu & cumprimis vino
Hungarico usus, per totam fere vitam a
morbis gravioribus immunis fuit, nisi
quod olim circa utrumque anni æquino-
ctium, spontaneo, eoque critico labora-
verit vomitu. Octodecim autem annos
natus, vera vexari coepit podagra; quæ
adhibitis externe Landbergensisibus in Si-
lesia thermis, siluit quidem: at sequenti

anno mense Aprili recruduit. Revocatis
in usum iisdem thermis, rursus ab ea li-
beratus; sed ab iis redux, tusa in dextro
brachio vena, ferociissima tussi, ultra
binos menses inhærente correptus est.
Ingressus vigesimum ætatis annum, pe-
tiit Academiam; ibidemque, transacto
sub inordinato ac perverso vivendi genere
semestri, cum æstate ineunte incidit in
tanta pedumi æque ac genuum tormenta
arthritica, ut per binos menses lecto affi-
sus misere fuerit. Accedente autumnali
æquinoctio venam in pede secundam præ-
buit; idemque, integra per totam hye-
mem gavilus sanitate, vernali iteran-
dum curavit. Neque tamen minus me-
dia æstate, podagrici dolores, utut mi-
tores, pristinum repetierunt locum: &
ab his, celebrata circa ineuntem au-
tumnum rursus venæctione, tota
hyeme conquieverunt. Verum eadem
circa sequens vernum tempus neglecta,
gravibus, & terrorum, angorumque
plenis insomniis exerceri coepit; quæ
sumto purgante, unde alvum decies red-
didit, presso pede sequebatur podagra.
Usus hinc iterum est balneis supra dictis;
sed ab his reversus, magnam præcordio-
rum anxietatem, spirandi angustiam,
tussim, inflationem abdominis, tormi-
na intestinorum, tumorem dextri hypo-
chondrii circa jecur duriorem, ejusque
dolorem gravativum, ad sinistrum quo-
que latus excurrentem, & sub inspiratio-
ne, vel quoconque corporis motu acer-
biorem, somnumque turbulentum sen-
sit. Et hisce symptomatibus, cum inter-
currente per intervalla podagra, cuncta
remediorum genera eludentibus, hac
adhuc die valde discruciatur.

C O N S I L I U M.

Arthritis, podagricaque, quibus
egregius juvenis torquetur, tor-
menta, vitio hæreditario omni procul
dubio debentur: quoniam per ætatem
juvenilem, cui neutquam familiaris est
hic morbus, inciderunt. Omnes equi-
dem arthritici, & podagrici affectus, si
inveteraverint, & altiores egerint radi-
ces,

ces, nituntur partium solidarum imbecillitate, per morbi vetustatem acquisita; qua sit, ut ciborum languidior sit digestio, & hinc impuri, ac acries generentur humores; qui per certos temporum circuitus, ad artus valde infirmos delati, ibidem stagnantes, nervosas ac tendinosas regiones vellicant, stimulant, & in iis tumores doloresque inflammatorios parunt. Verum ubi hereditarium subest vitium, accusanda potissimum venit nativa membranae earum, & motricium partium debilitas; quæ non modo curationi rebellior, verum etiam in producendis gravioribus symptomatibus longe secundior est. Quamobrem affectiones ejusmodi, quæ a parentibus trahuntur, delicatiorem & vietus observationem, & medicationem poscent; & quæcumque debilitatem partium solidarum augere valent, cane pejus & angue fugiantur, necesse est. Ex iis largiores epulae, crapulae, potus spirituosiores, mœrores, immoderatus amor, nimis meditationes, purgantia, crebrae venæflectiones, anodyna improvide adhibita, opiate, & immodicum frigida veneni instar se habent: quin etiam thermæ in balneorum forma usurpatæ, nisi earum vel acidularum internus conjugatur usus, in personis præsertim, quæ extenuato corpore, & sanguine sicciori ac calidiori sunt prædictæ, tonum partium relaxando, majus damnum, quam commodum ferre deprehenduntur.

Quod speciatim præsentē attinet casum; in eo podagrī dolores non pedes solum, aut genua occupant: verum ad præcordia etiam extenduntur. Spasmi enim & flatulentiae, quæ tantam in hypochondriis, & pectori exercent tyrannidem, ut ferocitate sua podagrīos fere superent cruciatus, præter humorum in imo ventre stagnationem, non aliama agnoscent causam, quam materiam arthriticam, nervis earum partium incumbentem. Quibus omnibus si conveniens medela est adPLICANDA; ea his potissimum absolvetur indicationibus, ut totum nervorum sistema, maxime ventriculus & intestina corroborentur, & naturales per alvum,

cutim & urinam excretiones in legitimo successu conserventur: quo demum redditio sanguinis & humorum æquabilis circuitu, eorum stagnatio, & materiae vitiosæ acris, tartareæque generatio, consequenter colorum arthriticorum formæ prescindatur.

Nec spe hos scopos obtinendi falleatur Vir juvenis, si ante omnia aerem mutaverit, ac cælum purius ac temperatus subimet elegerit. Dici enim vix potest, quantum hæc locorum mutatio ad curandos ejusmodi morbos conferat momentum: adeo, ut quamplurimos, iis morbis obnoxios noverim, qui facta in Italiā, vel Galliā peregrinatione, reduces suis prorsus caruerunt ægritudinibus. Ipsum subinde oportet frequenter, sed moderato corporis exercitio studere; & circa utriusque æquinoctii tempora veniam in pede secundam dare. Tum in vini ac cerevisiæ, his in morbis noxiis, locum, hoc commendo decoctum: Recipe radicis chinæ, cichorei, aristolochiæ ana drachmas duas, M. C. D. S. species, quæ cum una & dimidia aquæ fontanæ mensa, per horæ dimidium, addito sub fine cinnamomo decoquantur. Hæc decoctio cum mensura una aquæ puræ frigidæ permisceatur, ejusque liberallior haustus, mane pariter, ac hora post meridianam quartâ sorbilletur: ceterum addita vini Mosellani veteris mensura dimidia, pro potu ordinario adhibeatur.

Præterea opera facient pretium pilorum balsamicæ, numero septemdecim, singulis quatuordecim diebus deglutientia; nec levem in roborando ventriculo, totoque genere nervoso operam præstabit hoc electuarium: Recipe corticis chinæ unciam semis, aristolochiæ longæ, costi veri, caryophyllorum, florum camomillæ vulgaris, cortis cascarillæ, nucis moschatæ ana drachmas duas, julepi rosarum uncias quatuor, spiritus vi trioli guttas triginta, olei de cedro, menthae, maoris ana guttas decem, balsami Peruviani drachmam semis. M. F. electuarium, cui etiam addi potest crocus, vel quoque theriaca. Hujus remedium drachma una, vel si hæc æstum faciat di-

dimidia, bis terve quavis hebdomade, vel mane, hausto deluper infuso theiformi, vel vesperi, superbibendo commendatum decoctum capiatur. Ipsi pedes ab omni frigido perinde, ac humido muniendi sunt aere, & ballamo meo vita nonnunquam inungendi, rectoque vivendi genere studiose utendum.

C A S U S CLXIX.

De podagra sanguinea haemorrhoidali.

Vir generosus, trium ultra triginta annorum, temperamenti sanguinei, carnis spongiosis, baccho, venerique nimium indulgens, in juvenili ætate ob clima, in quo tunc degebat, impurum, scorbutique ferax, in scabiem incidit scorbuticam. Quam, frustra adhibitis varii generis remedius, salivatione mercuriali tandem expugnaturus, tres turpe-thi mineralis doles sumvit; eoque spem fallente, unguenta mercurialia extrinsecos adhibuit; & nec his voto respondentibus, curæ cujusdam chirurgi se tradidit. Dedit ille quoddam electuarium, quod vesperi sumvit, primo sudorem movit, post medium noctem alvum duxit, eo effectu, ut brevi tempore a malo suo liberetur. Sed sensit paullo post dolores gonyricos; quibus tandem evanescuntibus, cruentum e pectore sputum successit; neque vero alia reliquit consectaria, nisi quod sicca tussis paullulum infestaret; ab uso autem axungiæ humanæ brevi soperatur.

Verum enimvero, ante quatuor circiter annos, post vehementes corporis fatigationes, tam acutis circa genua corripiebatur dolorum tormentis, ut ad levissimum contactum acerbas emitteret queras. Et elapsis inde quatuor hebdomadibus, prævia gravi excandescencia erumpabant veri dolores podagrī, totum pedem occupantes, & dextri genu contraturam inferentes. Ab eo tempore uti cepit decocto, ex lignis radicibusque resolventibus concocto; & sub ejus potatione sensit quidem mali insultus, per interval-

Hoffm. Consult. Med.

la recurrentes; sed illud non nisi dictum genu, extremique pedis malleolum, atque pollicem distorsit. Haud ita pridem balsamum quoddam, longævitati destinatum, & Dresda ipsi missum adhibuit; sed cum appetitus prostrationem inde sentiret, illius usum omisit. Ante tres annos potavit acidulas Egranas; easque sequenti anno iteravit: eo effectu, ut preter levem ventriculi debilitatem inde subortam bene habuerit, & abhinc sanguinem ex venis haemorrhoidalibus interdum reddiderit, cum egregio podagræ levamine. Parcior quidem ille fluor est; attamen, cum pronuper per tres integros sileret menses, vehementior podagræ insulcus infestavit, & utraque genua pariter ac pedes occupavit: quin redeunte sanguinea excretione, rursus conquievit. Ab eo quoque tempore, podagra correptus, pilulas Immanuelis Norimbergenses sumere soluit, unde tintoris cruento exrementis a suo malo protinus liberatur. Ipse hic fluor novissime singulis quatuordecim diebus, absque ulla molestia reddit; quem plerumque faciei quædam intumescencia, & intestinorum termina antecedunt. Hoc vero cessante fluxu, subito invadunt flatulentia, & præcordiorum anxieties: alvus plerumque libera est, at si clauditur, mali atrociam auget.

Ceterum haud ignorari oportet, ægrum juniores narium haemorrhagiis obnoxium; & decem abhinc annis haemoptysin passum fuisse: hinc semel bisve quotannis venam tundendam præbuisse; hujusque sectionem post hæc intermissam, excepisse dolores gonyricos. His ergo vexatus, in usum revocavit phlebotomiam, quam largiori copia institutam, tantum non semper sequutus est fluxus haemorrhoidalis. Ipse eger contabescit; & ob languidam digestionem, haustu vini Rhenani sub epulis uti solet: appetitus ipsi est dejectus, somnus turbulentus, terrorisque plenus. Ad hæc de paroxysmis podagrī notandum est, quod vernali gravius infestant, quam autumnali tempestate; hac enim ab æstu præternaturali immunes, illa calore, ardoreque vehementissimo, cum

S f in.

incurrente rigore , ac subsequentे sudore stipati urgent ; ac novissime , cum cutis in pedibus manibusque secessione , nodisque digitorum solvuntur . Quorum igitur caussa medelam flagitat , & num sibi profuturæ sint thermæ Carolinæ doceri avet .

C O N S I L I U M .

DE gravi affectione , quæ virum generosum atrociter discruciat , fentio , quod a partium nervosarum totius corporis insigni debilitate , & ad motiones spasmodicas proclivitate , maxime ventriculi , ejusque digestivæ virtutis imbecillitate , primam repeatat originem . Proximum , quod inde resultat , incommodum est chyli , ac reliquorum succorum vitalium impura diathesis & acrimonia ; quæ languente ventriculi tono , in vicem generosorum humorum producitur , & ansam præbet , ut vernali potissimum tempore , quo insignis in toto corpore confit mutatio , ad externos compellatur artus , inque iis vagos pariat dolores . Accedit insuper temperamentum ægri sanguineum , quod ad generandam sanguinis nimiam molem valde existit opportunum . Inde enim factum utique est , ut juvenitatis annis superflui humores per nares pariter , ac paullo post per pulmones fuerint excussi . Quæ excretiones , quam incremente ætate cessaverint , atque debilitate ventriculi ac intestinorum magis increverit ; stagnans in ramis vengportæ crux fluor hæmorrhoidali causam præbuit . Quemadmodum vero hic fluxus , si rite succedat , egregium est subsidium , quo graves spasmodicæ , aliæque affectiones præcaveri possunt : ita ab eodem impedito , ac difficilius eveniente , gravissima in corpus redundant damna . Tum enim retentus crux infarcit vasa imi ventris maximeque intestinalium sanguinea , hæcque distendendo , nervosarum partium graves parit stricturas . Harum ope succi vitales ad loca superiora majori impetu , & copia compelluntur : qui in capite dolores , vertiginem , ac te-

mulentiam , in præcordiis anxietatem , spirandique difficultatem ; & in exterrnis artibus , si aciores fuerint , podagricta , & arthritica progenerant tormenta .

Cuncta vero hæc symptomata nervosi generis debilitati in acceptis potissimum sunt ferenda : quæ in nostro ægrotante , nisi a nativa dispositione suos mutuetur natales , tamen varias agnoscit caussas , a quibus introduci potuit . Has inter primum locum occupant vinousæ compositæ , & veneris exercitia , quibus juvenis nimium indulxit : unde etiam scabiem , quæ dicitur scorbutica , profectam fuisse reor . Deinceps accusanda venit salivatio , tam per turpethum minerale , quam externas inundationes tentata , quæ , præsertim cum imprudenti regimine instituta , magnam nervorum debilitatem , & hinc pendentes artuum externorum gravissimos post se trahere solet dolores . Et denique multum debetur animi affectibus , cumpri mis excandescentiæ ; quibus in perversendo partium motricium robore nihil fere potentius .

Sed ad medendi jam tradendam , cuius caussa consultus sum , rationem deve nio ; atque quod præsertim thermas Carolinas , vel acidulas attinet , earum usui non subscribo ; quoniam spem omnino fallunt , si robur primarum regionum , & nervosarum partium haud integrum fuerit . Mea potius sententia eo jam respiciendum erit , ut convenientibus alimentis , blandisque medicaminibus , vires dejectæ restaurentur ; atque iis demum restitutis , non alienum fore arbitror , ut in usum vocentur thermæ Carolinæ .

Primum itaque suadeo , ut bis quotannis , circa singula nimirum æquinoctia , cœlo existente sereno , vena in pede tundatur , & octo circiter crux unciae detrahantur . Dum enim sanguis in hac persona generosa nimium abundant , nec sufficienti per venas hæmorrhoidales potitur exitu : metus utique justissimus , ne in vasis imi ventris stagnando , graviorum auditor fiat ægritu-

dinum, nisi ejus molem dictis venæ se-
tionibus depleamus. Deinceps potus
recta ratio habenda est; pro quo nulla
nec cerevisia, nec vina, minime aci-
dula, convenient. In ejus ordinarii lo-
cum commendarem decoctum, quod ex
radicis chinæ, & scorzonerae ana uncia
Gimidia, corticis ligni saltafras, ac cin-
namomi ana dracma, cum tribus aque
mensuris, per horæ dimidium decoctis
parari potest; & ad ventriculum robo-
randum concederem usum vini Hunga-
riæ vel Burgundiaci parce sub epulis ad-
hibendi.

Tum cum blando regimine mane in-
tra lectum, sex circiter vascula infusi
theiformis, ex herbæ melissæ, salviæ,
betonicæ, veronicae ana manipulo uno,
corticumque citri recentium drachmis
tribus compositi, sorbillanda suadeo;
brevi vero ante prandium hexaginta gut-
tas Elixirii visceralis balsamici, ex lau-
dato decocto, vino nuptio sumendas; &
vesperi, alternis diebus drachmam unam
pulveris mei bezoardici capiendam hor-
ror. Præterea quavis hebdomade deglu-
tire expediet sedecim pilularum mea-
rum balsamicarum; quæ & alvum blan-
de movent, & robur intestinorum re-
staurant. Circa æquinoctiorum vero,
& illa tempora, quibus hæmorrhoidalis
fluor imminet, easdem pilulas, quinque
successive vicibus, alternis diebus, ad
promovendas hæmorrhoides devorare
conveniet.

Ceterum rectæ victus rationi studere
juvabit. Epulæ, cum primis cœna, sint
parciores; cibi nimium pingues, acidi
salitique fugiantur, & potius assi comen-
dantur, quam elixi; nimius quoque
herbæ Nicotianæ, decoctaque fabarum
Caffee usus evitetur; omnes, quæ ani-
mum ad graviores commotiones irrita-
re valent, occasions studiose cavean-
tur; & potius crebræ, sed moderatae
corporis exercitationes instituantur. His
per instantem hyemem adhibitis, futu-
ro vere thermarum Carolinarum usus
cum successu felicissimo subjungetur.

Neque vero spes fecellit hanc cura-
tionem; siquidem, ea per binos menses

protracta, victusque recto servato ordi-
ne, valere cœpit generosus æger; at-
que thermis Carolinis supersedens, ab
illa sola confanuit.

CASUS CLXX.

*De topicis, in primis camphoratis in po-
dagra & erysipelate noxiis.*

VIR quidam generosus, in eximia
dignitate constitutus, & ætate
proiectior, ante aliquot hecdomades,
tumore inflammatorio dextri pedis, qui
antea exulceratione contaminatus erat,
prehendebatur; adeo ut in superiori ti-
biæ parte prægrande tuberculum subo-
rretur, & hoc subita totius pedis in-
flammatio sequeretur. Postridie fini-
strum pedem, in calcaneo pariter ac tar-
so obsidebat tumor atque dolor poda-
gricus. Consultus chirurgus utrius pe-
dum applicabat spiritum vini camphorati-
um, croco tinctum, & crescente in-
flammatione, camphoram in pulvere
admovebat: unde quarta circiter die, &
inflammatio evanescet, & dolor re-
mittebat. Verum paullo post excipie-
bant insignis præcordiorum anxietas,
summa spirandi difficultas, inquietudo,
æstus intensior, & sitis ferme inexplebi-
lis, adpetitus dejectio, contumax alvi
obstructio, & flatulentæ molestiæ. In-
jecti clysteres, sumtique pulveres anti-
spasmodici Stahlii, levabant quidem
paulilulum ea symptomata; sed non ex-
pugnabant: donec hausta portio laxans,
ad mentem illustris Hoffmanni cum man-
na parata, tantum ferret levamen, ut
generosus æger extra lectum commorari
potuerit. Tandem copiosus, isque cri-
ticus erumpet sudor, & hæmorrhoi-
dum solitus fluor accedebat, cum infe-
quente totius malii remissione. Quum
vero his erysipelacis, ac podagræ in-
commidis sœpius infestari soleat; quo-
modo ab iis præcaveri possit, scire cu-
pit.

CONSULTATIO.

Molestissima, quæ virum generosissimum graviter exercuerunt symptomata, præcordiorum nempe anxietas, inquietudo, distensiones imi ventris, calor præternaturalis, sitis, & alvi obstruc*tion*, debentur omnino materia arthriticæ, ac erysipelaceæ, per camphorata remedia, in secca pariter ac liquida forma applicata factæ repulsioni. Amplissimus enim æger, cuius constitutionem satis perspectam habeo, præter cacochymicam succorum vitalium, qua poterit, defœdationem, fluori hemorrhoidalí obnoxius est. Quo haud legitimate succedente, non modo humorum moles, ac copia crescit; sed accedente præfertim vita sedentaria, in qua constitutus est, eorundem quoque impuritas majores acquirit vires. Et in hoc rerum statu, salutari plane confilio, & critico quodam motu, qui saepe simul est febrilis, serum acre & impurum, ad habitum & externas corporis partes compellitur, inque iis mox erysipelaceas inflammations, mox podagricos, arthriticosque dolores, mox etiam ulcera producit. Hisce in affectionibus autem eo a prudenti medico respiciendum est, ut humores diluantur, sanguinis motus ad corporis superficiem, datis diaphoreticis, promoveantur, & alvus infusionis elysmatibus lubrica conservetur; quo demum corpus ab excrementitiis folidibus liberetur. Quod si vero quidam dolorum impatiens, hos una cum coniuncto rubore, ac tumore, ad applicatis extrinsecus topicis repellentibus, improvide consopiverit, grave profecto & irreparabile sanitatis damnum teste perpetua experientia incurrit. Namque serum illud acre, quod a sanguinis massa separatum, & ad externas partes depositum fuit, ibidem stagnando, causticam ac virulentam induit naturam; qua imbutum, si retro agitur, internis, quæ nervosæ sunt, partibus incumbit; veluti sunt membranae ventriculi, intestinorum, ma-

ximeque coli, tendinea diaphragmatis pars, pulmonum bronchia, & ipsa cerebri involuera: unde earum partium spasm, dolores, inflammations, febres, deliria, & nisi tempestivæ ferantur suppetitæ, longe graviora, quin mortifera proficiuntur symptomata.

Quod speciatim attinet camphorata; vix ullus est, qui de illis credat, quod extrinsecus admota materiam arthriticam ac erysipelaceam intus agant; sed plerique ipsis vim discutientem, ac obstructos poros referantem attribuunt. Non equidem negaverim, quin hoc remedii genus, in certis subjectis ac circumstantiis, stagnantis materiæ discusionem saepius adjuvet: verum non raro observavi, quod illud tam in pulveris, quam spiritus forma, externe adhibitum, in podagrīs æque ac erysipelaceis affectibus, noxiū & repellentem exserat effectum. Haud ita pridem curæ meæ se tradiderat matrona quædam generosissima, quæ podagrico insultu, quo saepius exercita fuerat, prehensa, tertio die camphoram, minio permixtam pedibus applicuerat. Conquiescentibus, inde doloribus, in magnam præcordiorum anxietatem, insignem corporis lassitudinem, æstum febrilem, ad deliria auctum, inquietudines, vomitus, & alvi obstructionem inciderat. Accitus egodabam pulvrem nitrosum præcipitatem, cui camphoræ, quantum quarta grani pars capit, permiscebam: & insimul emulsionem ex semenibus quatuor frigidie, cum juscō avenato, crebro exhibebam: unde expulso rursus podagrico motu, convalescebat.

Quod vero damnum camphora externe adhibita excitavit, id ab ejus interno usu resarciri, saepissime deprehendi, haud secus ac de sulphure, quod in ulcerosis, ac scabiosis affectibus, inter topicā usurpatum, repellendo materiam peccantem, insignem noxiā parit, interne vero datum, eandem cum magnis sanitatis commode, ad corporis depellit superficialiem. Quamobrem in ejusmodi affectibus ab omni topicorum usu abstinerere; nec nisi sub morbi declinatione ad

roborandas partes debiles, iis uti soleo: id quod vir generosus in posterum sibi habeat commendatissimum, etiam atque etiam hortor.

Quibus præmissis, ad trahendam methodum, qua ab hoc molestio affectu præcaveri queat vir gravissimus, deveniens, suadeo, ut bis quotannis, circa utraque nimirum æquinoctia, venam sibi tundendam curet; & paullo post per aliquot dies potionem illa laxante ac marnata utatur, quam sibi jam utileri deprehendit: si quidem in morbis spasmodicis præsertim intestinorum, marnatis non tutiora sunt laxantia. Deinceps opera erit pretium, mense Majo acidulas Selteranas potare; ante, sub, & post quarum potationem idem marnatum laxans capiendum est. Nec pro potu ordinatio convenit cerevisia; sed huic substituere juvabit conveniens decoctum, cum quarta vini Mosellani parte permixtum; quod sic parari potest: Recipe radicis saraparillæ, scorzonerae ana uncias quatuor, radicis cichorei unciam unam, herbae cardui benedicti manipulum unum, anisi stellati drachmas duas. Conc. Cont. D.S. species, quarum unciae duæ cum tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes decoquantur. Nec ludetur opera, si nonnunquam circa somni tempus, pulvis meus bezoardicus, præcipitanti nupius ex aqua florum fambuci, vel cerasorum nigrorum assumatur. His si accesserit prudens rerum non naturalium usus, & studiosa a nimiis meditationibus, vita sedentaria, animi pathematis, corporis refrigeratione, cibisque acidis, salitis & coctu difficultioribus abstinentia, non dubito, fore, ut dictorum malorum vacuitate vir generosus in posterum gaudeat.

C A S U S C L X X I .

De pertinaci ulceratione femoris.

IMploravit quondam tuam, Vir Experientissime, opem vir quidam generosus, eo quod tum temporis, carci-
Hoffm. Consult. Med.

nomatoso oris ulcere laborabat; quod præscriptis a Te decoctis, blandis laxantibus, lenemque sudorem ducentibus, nec non recta vivendi ratione, prorsus coalescebat. Verum idem Vir ante quinque annos, in superiori, & externa ossis femoris sinistri parte, insignem primum sentire coepit pruritum, qui paullo post, immoderatus scalpendo, in latam degeneravit ulcerationem. Hæc inuncto bal- samo Peruviano, inspersaque ad perficiendam consolidationem pulvere quodam, intra quatuordecim dies equidem coaluit; sed paullo post nova in eodem loco, numeroque plura effluerunt ulcuscula. Atque his etiam consolidatis factum est, ut ab eo tempore quovis & vernali & autunnali tempestate dictum locum quedam ulcerationes occuparent. Suboriuntur enim primum tubercula, attractu duriora, pruritu molestissimo irritata; quæ post aliquot dies, veluti sanguine suffusa conspicuntur, nigrescent, tumque finduntur, & sanie fundunt, carne subiectam profundius depalcentem: siquidem hæc filamentorum instar abscedit, donec excreto copiosius pure, mundiscetur ulcus, inducat cicatricem. Coniuncti præterea vehementes sunt & pruritus, & dolores, ac interdum ipse sincerus crux cum pure excretur. Consueto hoc more, circa elapsum novissime vernalē tempus, iterum eruperunt dicta ulcuscula; verum præter opinionem, tanta pertinacia per totam inheserunt estatem, ut uno excisato alterum effloresceret, & hec scena ad hanc usque diem ludatur. Quam itaque veretur generosus egrotans, ne hoc malum majora capiat incrementa, & graviora post se trahat pericula: petit consilium, quo funditus illud extirpari possit.

C O N S U L T A T I O .

GEnerosissimus Vir, cuius adversa valetudo mecum est communicata, humoribus impuris, falsis, acribus, viscidiis atque scorbuticis, pollere videtur.

Horum documentum non modo a carcinomatozo, quod ante aliquot annos labia obsedit, ulcere; verum etiam illo, quod per integrum quinquennium, quis semestri in femore effloruit, & per novissimam æstatem, cuncta remedia eludens, pertinaciter inhæsit, omnino desumi potest. Hinc simul curandi patet ratio, quod solis externis remediis neutrum admistrari debeat; sed ea simul intrinsecus data requirat medicamina, quæ totam humorum massam ab omnibus depurare valent impuritatibus. Atque talem adornaturus curationem, ante omnia sanguinis convenientem suadeo missionem. Quum enim innotuit mihi, Virum ægrotantem per multos jam annos venælectionibus supersedisse: non dubito, quin ex cumulata inde humorum mole, & consequenter tardiori eorundem circuitu, multum augmentum dyscrasiaz scorbuticæ accessisse statuam. Tundenda igitur circa utrumque æquinoctiorum in pede est vena; &, quo impetus humorum eo derivetur, aliquot ante diebus tepidiora usurpanda sunt pediluvia. Consulo præterea, ut per aliquot menses omnis & vini & cerevisiaz potus fugiatur, & hoc in ordinarii potus locum adhibeat decoctum: Recipe radicis salsaparillæ uncias duas, chinæ, scorzonera ana unciam unam, seminis feniculi drachmam semis. Conc. Cont. D.S. species, quarum una & dimidia uncia cum binis aquæ mensuris per horæ dimidium in vase clauso decoquatur: quo etiam decocto calido mane utilicebit.

Tum vero hæc instituatur medicatio. Parentur species ex foliorum sennæ, radicis polypodii, rhabarbari ana drachma una, aristochiaz rotundæ, agaricis trochiscati, arcani duplicati, anisi stellati ana drachma dimidia. Harum drachma una, in petia ligata, cum decocti superius laudati ea, quam sexta mensura pars capit, quantitate decoquatur; & hæc decoctio pro una dosi mane hauriatur, continuando per tres successives dies. Ducet per alvum hoc remedium genus omnes crassas ac viscidas

impuritates, neque ullas movebit molestias. Hinc repurgatis primis regionibus, per proximum septiduum, decoctum superius solum, cui herbz cardui benedictæ tres pugilli sint incocti, mane capiatue calidum, & inde sudor expectetur. Et hæc duo medicamina tribus vicibus alternatim adhibeantur, ita ut laxans per triduum, & infusum diaphoreticum per septem sorbilletur dies. Dum hæc fiunt, vesperi assūmatur drachma una pulveris, qui sic se habet: Recipe cerussæ antimonii, lapidum cancerorum, succini præparati ana drachmam unam, cinnabaris antimonii bene præparatæ drachmam semis. M.F. pulvis, div. in quatuor partes. Ceterum a cibis pinguibus, salitis, acidisque, potibus vinosis, fumo tabaci, & vita motus experte, nec non venere cavendum, & corporis exercitationi probe studendum. Extrinsecus sequens mixtura, cum linteo, repetitis de die vicibus ulceri admoveatur: Recipe aquæ calcis vivæ, solani, arquebysadæ ana unciam unam, sacchari saturni, mercurii dulcis ana drachmam semis. M.D. Et hæc medicatio non solum præsenti ulcerationi extirpandæ convenientissima erit; verum etiam, si quovis semestri repperatur, virum generosum ab omni in postrem præcavebit molestia.

CASUS CLXXII.

De abolitione motus pedis & prava curatione post lapsum.

Foemina quadam generosa, meam aliquando requirebat opem, eo, quod molestum pedis affectum per tres anni quadrantes passa fuerit. Quum enim ante dictum tempus, gravi lapsu in ipsum femoris os præceps ageretur, surgens in eo latere, quod sinistrum fuit, maximeque circa tendines musculi tricipitis, in anteriori ossis sacri parte tensum percepit dolorem; adeo tamen levem, ut eadem die, licet non sine molestia saltare potuerit. Sequenti vero nocte ranta dolorum tormenta, in affectum locum, ad tibiam usque protensa irruerunt, ut nullus esset, quo semet solari po-

potuerit, corporis situs. Scire tamen licet, feminam generosam ante hujus mali invasionem, non solum gravi exarsisse iracundia, verum scorbutico in manu exanthemate, brevi ante per topica intus acto, contaminatam fuisse.

Interim ea jam dolorum levamen quarens, incidit in manus Chirurgi cuiusdam castrensis, qui in pede dextro tanquam integro, venam secavit, & affecto loco ceratum imposuit: unde dolores magis creverunt, & tendines in regione pubis, quasi contractura affecti comparuerunt. Tandem conquiscentibus post balneorum vaporoforum usum tantisper doloribus; consultus quidam balnearior, femori laeso vesicans adplicuit emplastrum: at abhinc tanta ferocitate recruduerunt dolores, ut omnem somnum, omnemque fere patientiam adimerent; nec ullis balneis, unguentis, atque topicis depelli posse viderentur. Verumtamen succelu temporis exspirarunt; & symptomata, que jam sollicitant peregriniam matronam, haec fere observantur. Femur affecti lateris magis eminet, & ipse pes sinistri dextro brevior est, nec ipsi valet inniti; nec eundem extenderet, nec extrosum movere; siquidem musculorum, maximeque tricipitis tendines contracti, ac quasi indurati conspi ciuntur. Neque etiam caput ossis femoris, sine insigni dolore, moveri aut correctari se patitur. Ceterum menstruorum fluor inordinatus succedit, & ideo hysterice passiones, cum primis animi deliquia, & cordis palpitationes per intervalla vexant: sique dulces assumserit cibos, male habet.

His praemissis, si in cassas horum malorum inquiramus, non sane solus in femur lapsus accusandus venit. Quamvis enim huic debilitatem tendinum, femorisque subluxationem deberi, extra dubium sit positum: attamen ad rheumaticum humorum versus has debilitatas partes decubitus maximopere respiciendum est. Namque huic in acceptis ferendi sunt dolores, qui factae lesioni supervenerunt, ischiadici; qui cum incongruis topicis, & præsertim vesicatoriis

tractati fuerunt, non mirum est, quod humorum acrum ad hanc partem adfluxus magis austus sit, & subluxatio incrementerit. Unde tandem callus in acetabulo generatus, & musculi, tendines, nervi que pedem introrsum flectentes, inducunt contractaque fuerunt; ut nulla eundem extrosum movendi, quin & ambulandi imminuta sit facultas.

Quæcum ita sint, vix fieri poterit, ut id vitii & internis & externis medicamentibus funditus persanari, aut pes in naturalem suum reponi queat; quoniam calli in acetabulo generati discussio nullum amplius locum habere videtur. Neque tamen minus certissimam foveo spem, fore, ut convenientibus medicinis, pedem & movendi, & extendendi liberior obtineri queat potentia. Quum vero malum a scorbutica humorum diathesi, quam exanthemata in manibus efflorescentia, & fluor, quo generosa mulier detinetur, albus indicant, fovert vero sit simillimum; eo curationem simul dirigendam arbitror, ut ea acrimonia contemperetur, & edulcoretur.

Huic satisfacturus scopo, sequens in usum propono remedium genus: Recipe radicis scorzonerae, salsaparillæ, chinæ ana uncias sex, liquiritiæ, cichorei, ana uncias duas, corticis ligni sassafras, unciam semis. C. C. D. S. species, quarum unciae binæ cum tribus aquæ mensuris per tres horæ quadrantes, addito antimo nio crudo uncia dimidiæ pondere pul verisato, & in petia ligato, decoquantur. Decocto vero hoc mane calido, in vicem potus Theebois, reliquo tempore frigido in locum potus ordinarii uti juabit. Deinceps polveris mei bezoardici drachmam unam alternis diebus vesperi capere, & pilularum balsamicarum quindecim, quovis tertio die devorare conveniet. Non minus balnea vaporosa, circa somni tempus adhibenda, operæ facient pretium; tum enim ægrotans sellæ perforatæ insidere, & vaporem decocti suppositi, quod ex floribus chamo illæ, fimbuci, aqua & lacte paratur, pedibus probe velatis, ad affectam partem admittere debet.

Ex topicis hoc unguentum commendo: Recipe axungiae humanæ uncias tres, balsami de Copiva, olei spicæ veriana drachmas tres. M. D. & mane non minus, ac per reliquam diem aliquoties parti læsæ illinatur. Nec denique abs re erit, vesicam vitulinam, oleo lini tepidiori plenam, circa pubis regionem, intra femora gestare; eandemque, ubi refixit, in aquam servidam imponendo, rursus calefacere. Non enim dubito, quin ex his præsidiiis egregium mali levamentum sit insequuturum.

Epicrisis.

QUAMVIS ex gravi, ejus in historia morbi mentio fit, in os ischion lapsu, non protinus suborta fuerit vera femoris luxatio; id quod vel exinde patet, quod ægrotans paullo post saltare adhuc potuerit: attamen, accendentibus aliis causis, enati tandem subluxationem posse, præfens confirmat historia. Dum enim antecessit exanthematum in manu scorbuticorum improvida repulsio: factum est, ut humores illi impuri, data per lapsum occasione, ad juncturam femoris, tanquam partem debilem decubuerint; ibidemque tormenta pepererint ischiadica. Hic humorum adfluxus, accidente perversa medicatione, & inconvenienti ceratorum, & vesicatoriorum usu, magis omnino est confirmatus, adeo ut inde caput ossis femoris e sede sua excussum, & partes musculosæ, & tendinosæ quadam contractura affectæ fuerint. Mea quidem sententia hæc mala utique præcaveri potuissent, si ab initio interne mixtura discutiens, ex aqua cardui benedicti, chærefolii, acetato destillato, mixtura simplici, lapidibus cancrosum, antimonio diaphoretico, & syrupo croci propinata; extrinsecus vero pars læsa spiritu vini camphorato, cum essentia croci, atque nucista permixto probe fricata, & in naturalem situm perita manu reposita fuisset. Verum generato jam & inveterascente acetabuli callo, morbus est immedicabilis.

C A S U S CLXXXIII.

De impotentia ambulandi ex lapsu in regionem ischiadam, osse femoris nec fracto, nec luxato.

VIR sexagenario major, tempera menti sanguineo-cholerici, vitæ genere sedentario & motus experte usus, Huori hæmorrhoidalí moderato, bis vel ter quotannis circa solemnes ut plurimum céli mutationes obnoxius, & hernia ab intefinis ex dextro inguine in scrotum prolapsi satis grandi affectus, ante septem hebdomades in plana pavimenti superficie, ex improviso in regionem ischiadicam dextræ lateris graviter concidebat. Surgens, & per aliquot passus absq; ullo incommodo progressus, tanto repente dolore in eo loco prehendebatur, ut standi pariter ac ambulandi potentia destitutus, lecto imponi debauerit. Visitato curatius loco, nulla ossis femoris nec in collo, nec in medio corpore fractura, nec ejus luxatio; sed ingens tantum contusio, & muscularum, tendinumque vehemens contorsio deprehendi poterat. Quamobrem ad præcavendum tumorem inflammatorium, externe spiritus bezoardicus camphoratus adhibebatur; interne propter graviorem, qui junctus erat, terorem, tam essentia blande bezoardica, quam pulvis temperans bezoardicus è chelis cancerorum, specifico cephalico Michaelis, nitro depurato paratus dabatur. Neque tamen minus sex a facto lapsu diebus, calore præternaturali, & contumaci alvi obstructione corripiebatur. Præter dicta remedia & aquas diapnoicas circa somni tempus, ad promovendam transpirationem propinatas, admovebatur læso femori emplastrum e nervino, santalino, & oxycroeo, non nihil camphorato confectionum. Alvus autem per integrum octiduum clausa manebat, quo elasto, datis crebrius dictis pulveribus, tartaro vitriolato nuptis tandem solvebatur. Lentus tamen calor adhuc molestiam crebat; & ipsi dolores per intervalla moda graviores, modo tam

ram mites erant, ut iterum stare, & utraque crura absque ullo molestia sensu movere valeret; urina existente saturata, & quandoque crassa ac turbida.

Elapsis tribus septimanis, alvi profluviū accedebat copiosissimum, non modo muco tenaci, in frustis excreto, verum ipso etiam cruento permixtum. Quo circa vigesimum sextum morbi diem ledato, urina mejebat citrina, ciborum adpetitus redibat, somnus erat tranquillior, nisi quod flatulentiae ipsam non nunquam turbarent; & æger, ministro innixus, in conclavi abique doloribus obambulare valebat. Qum vero femur circa genu exarescere videbatur; chirurgus ipsi mox unguentum iherinum, mox solum spiritum vini camphoratum, mox dictum supra emplastrum, cum oleo lumbricorum terrestrium subactum, non sine levamine applicabat. Cœpit etiam bene habere ægrotus vir, adeo ut sexta a facto lapsu hebdomade, lectum deserens, pede a frigore munito, sellæ insideret. Hinc vero utriusque, maxime læsi pedis tumor œdematosus, ad genu usque excurrens accedebat, qui externe facculis paregoricis, cum floribus sambuci, & camphora paratis, interne diureticis ac diapnoicis oppugnatus, sensim detumesciebat; neque vero, licet pedes continuo uodore madeant, eos prorsus reliquit. Jungebantur etiam crebra sternutatoria, levior tussicula, & raucedo quedam; sed brevi post evanescabant.

Et in hoc rerum statu per septem jam vivit hebdomades æger; adpetitu nequit quam defectus, tantum abest, ut eandem, quam sanus sumsit, capere soleat ciborum quantitatem; nec viribus adeo privatus est, quin non modo in ipso conclavi se circumgestari, sed ope lectica in aedes sacras vehi curet. Ipse ceterum exercitores diæteticos ac crapulas, nec non cibos coctu difficultiores studiole fugit; nec potibus calidioribus Thee, Coffee, vel Succoladæ, nec alii quibuscumque decoctis uitur: sed inter epulas præter cerevisiam Naumbergensem, unum vel alterum vini Hungarici haustum assumere solet; quoniam ab aliis & vinis, & cere-

visis, quandam in primis officinis nasci sentit cruditatem. Venam nunquam secundam præbuit; siquidem omnes sanguinis missiones insigniter aversatur. Nec ignorari oportet, parentem ejus quinquaginta annos natum, hydrope, toti familiarē familiari, périssile; postquam tribus ante mortem annis, eodem ac nostrarum lapsu percussus fuerat.

Quam ob caussam dubius quoque habet medicus, num junctum œdema pedum ab ipso lapsu, & facto subinde gravi terrore derivaret, anne potius diurnorem decubitum, & hinc generatum succorum vitalium lentorem, ac consequentem invisceribus imi ventris, maximeque hepate stagnationem accusaret, indeque futuram metueret cachexiam. Idcirco cum reliquis medicaminibus ordinavit etiam aperientia, roborantia, atque visceralia: sed quum malum nulla adhuc medicatione prorsus debellari potuit; ad Te, Vir Illustris, confugimus, tuamque sententiam de his potissimum anhemus momentis.

1) Num recte judicaverit medicus, quod caput ossis femoris nec fractum, nec luxatum sit; anne commendata ab ipso topica sine noxa metu potuerint adhiberi?

2) Utrum tumor œdematosus, quo jam ante aliquot annos, utut leviori laboravit, hac vice continuante nequicquam perspiratione inhærens, a solo terrore, & facta per lapsum membranarum nervearum, ac musculorum contusione sit derivandus; anne potius humorum quandam acrimoniam, ac incipientem cachexiam significet, in primis, cum tussis, raucedo, alvi fluxus, & sternutatio supervenientes huic opinioni favere videatur?

3) An consultum sit, usum sacculorum paregoricorum externum continuare, omnissa tamen jam camphora, quippe quæ partibus mucidis & gelatinosis spissoribus, in poris & fibrillis pedum, tanquam partium a fonte caloris remotissimarum resistitantibus, majorem stagnandi occasionem præbere animadvertisit? anne sit convenientius, pedum trapirationem, solis integumentis calidioribus adjuvare?

4) Utrum

4) Utrum spiritus nervinus , cum eu-phorbia destillatus , emplastro hucusque usurpato sit præferendus?

5) Num liceat , gestationem in lecti-cis , coelo existente sereno , continuare?

6) Anne tam ad depellendum pedum cedema , quam promovendas hæmorrhoides , sit proficuum , singulo mense , lu-na deerefcente , ventrem leni laxante subducere? Et

7) Num denique recurrentes inter-dum dolores , vel sanguinis in acetabulo sub lapsu factam stasin , vel plane occultam adhuc ossis innominati lesionem significant?

RESPONSI O CONSULTATORIA.

Cuncta morbi , cuius cauſa consultus sum , momenta ſedulo perſcruta-tus , ad queſtioneum adnexarum pri-mam repondeo , quod mea quidemfen-tentia , nulla omnino nec luxatio , nec fractura ossis femoris , ejusque capitidis präſto fit. Primum enim lapsus ille in planam pavimenti ſuperficiem non tam violentus eſſe potuit , ut in ægro , qui non valde carnoſus eſſe videtur , ipsam femoris vel luxationem , vel fracturam produxerit. Deinceps sub illatis femori violentiis ejusmodi , omnis ambulandi potentia protinus aboleri ſolet ; quam noſtro poſt lapsum reliquam fuile , morbi docet hiſtoria , ut taceam , capitis , quod in osſe femoris eſt , luxationem eſſe rariſſimam . Credo potius , quod li-gamenta illa tendinosa , nervea , ac glandulosa , qua ossibus ilchii , ilei , at-que femoris connectendis tributa ſunt , a gravi illo lapsu laſta , compressa ac contusa fuerint , unde humores in libe-ro per vasa contufarum partium circui-tu retardati , ibidem stagnaverunt , & doloris pariter ac tumoris auctores exiſtunt. Hisce vero stagnantibus fuccis di-ſeuſtendis , ſtatiu ab initio non conve-nientius fuileſt ſpiritu vini camphorato remedium , quem in ejusmodi caſibus eum eſſentia croci & caſtorei remiſcere ſoleo . Emplastro oxycroeo , quod ob-vim , qua pollet , attractivam & exagi-

tantem minus proficuum arbitror , ma-jori cum fructu emplaſtrum miraculouſum Barbette ſubſtitui potuisse ceneſo ; quip-pe quod egregia reſolvendi , doloreſque ſopiendi virtute gaudet , nec transpira-tionis ſuccēſſum remoratur . Nec lude-tur opera , ſi adhuc dieſta topicorum ge-nera in uſum vocentur . Reliqua vero , qua lapsum exceperunt , ſymptomata , veluti alvi obſtruſio , calor präternatu-ralis , febris ſympomatica , & adpeti-tus proſtratio &c. non niſi ſuborto in parte affecta dolori debentur : ea enim eſt partium nervosarum indoles , ut si gravi ſpasmo ac dolore afficiantur , hunc cum vicinis non ſolum , verum etiam remotis partibus communiceant , pulſumque durum & celerem , cum urina fa-tuatiōri , & æſtu intensiori poſt ſe tra-hant.

Cumprimis juxta alteram queſtioneum , cedematosus pedum tumor attentius con-ſiderari meretur. Non negaverim , qui niple lapsus , & inde ſuborti dolores , nec non diuturnior decubitus , & vita-nine motu deſes , ad illum generandum magnum contulerint momentum : verum cum non laſsum tantummodo , ſed alterum quoque adhuc integrum pedem ob-ſedit , & jam ante aliquot annos präſto ſuit , hacque demum vice prästantiſſima remediorum genera elutis ; omnino inducor , ut ipſius originem in ipſis imi-ventrijs viſceribus quæram. Quare ſi conſideravero , ægrum vitam agere motus fer-expertem , epulis largis uti , ſanguinis miſſionem prortius abhorrente , hæmorrhoidum fluori obnoxium eſſe , ejusque parentem hydrope periſſe ; non vana laboritur ſuſ-picio , ne cachexie prima rudimenta jam locum occupaverint ; qua , ſi hæmorrhoides in posterum parcus ſuſceſſerint , & animi curæ ac ſollicitudines interve-nerint , maiores utique acquirent vires , quibus omni ſtudio jam erit präcauen-dum. Huic ſcopo ea , qua hactenū uſur-pata ſunt , & externa , & interna medi-camina , apprime respondere ceneſo & eaque ſummo cum fructu continuari poſſe credo ; maxime ſi animi tranquillitas ſtudioſe conſervetur , & corpus modera-

re, si vel vestine fiat, moveatur. Ego præterea ejusmodi in casibus, multa doctus experientia, a prudenti thermarum Carolinarum usu, conjuncta peregrinatione, magnum policeri possum auxilium; num vero hæc remedia in nostro ægrotante locum inveniant, præsentium medicorum dilucidationi relinquo. Quod si non arriserint, eodem cum successu illis substitui poterunt salia, quæ ex thermis paranda docui, & in cacheisticis, quin hydropicis affedib[us] utilissima deprehendi. Hanc vero curationem ita adornandam soleo, & suadeo: Salis mei aperitivi scrupulus unus, vel drachma dimidia, mane ex aqua vino nupta capiatur, desuperque juscum medicatum sorbilletur. Sub epulis 50. guttae Elixirii balsamici visceralis assumantur; & alternis diebus decem pilularum balsamicarum devorentur. His per dies 14. usurparis, exhibeat per aliquod tempus tinctura martis pomata: ejusque usui & largus potus, maxime iuſculorum, & sufficiens corporis motus conjugatur.

Quod speciatim tertiam attinet quæſtionem: consultissimum utique mihi videtur, camphoræ externum usum jam prorsus omittere, & potius totum pedem convenientibus ligaturis, nec nimis laxis, nec justo strictioribus vincire, atque cum lectulis mollioribus probe munire. Hæc enim ligaturæ, dum sanguinis regressum, qui in pedibus, ob situm eorundem perpendiculararem, esse solet difficillimus, egregie juvant, absque omnini noxæ motu in usum vocari possunt. Nec ludetur opera, si tumidi pedes saepius igni camini admoveantur: siquidem & inde stagnantium humorum quandam discussionem, & laxatarum partium corroborationem sperare licet.

Quartæ satisfactorius quæſtioni, non sane video, qua ratione nimius exſiccantium, ſpirituosorum, qualis est commendatus nervinus ſpiritus, cum euphorbia destillatus, votis fit reſponsurus uſus. Meo arbitrio ex topicis ſufficient emplarum miraculorum Barbette, loco afferto prius cum mixtura, quæ ex effentia croci, caſtorei, & ſpiritu vini campho-

rato paratur, probe perficato admotum. In more etiam mihi poſitum eſt, tumidos pedes pelle leporino circumdare: ſed diſpiciendum erit, an in præſenti caſu, ejus adſpicioſio perferatur; ſi quidem non omnes illius uſum ferre poſſunt.

Motum corporis, per gestationem factum, de quo quinta agit quæſtio, maxime commendo; id tamen monendum duco, ut ſi fiat ſub libero aere, non niſi cœlo ſereno, temperateque calido exiftente instituatur. Neque juxta ſextam quæſtionem, alienum judico, ut luna decrecente, blando laxante alvina promoteatur excretio. Præterea vero urina fluxum oīni modo ſecundare juvabit: cui ſcopo magis alimenta inſervient, quam remedia pharmaceuticalia. Sic utilissima eo fine ſunt brodia, quæ ex jure carnis bovinæ, vel gallinarum, cum radice graminis, asparagi, petroselini, ſceniculi, & cremore tartari coquuntur, ſub epulis frequenter ſorbillanda. Cumpromis optarem, ut fluxus haemorrhoidalis ad iustum ordinem ac ſuccellum reduci poſſet: tum enim ab omni metu futurae cachexiae tutos, ſecurosque eſſe liceret.

Ad septimam denique quæſtionem respondere, eo minus erit neceſſarium, quo magis prolatæ in eo opinioneſ nullo gauſtent fundamento; & ex ſupra dictis innotescet, cuncta morbi ſymptomata a nervis male affectis, & inde ſubortis doloribus pendere. Neque dubito, quin ſi ex præcripto vixerit æger, & commendatis remediis rite uſus fuerit, a malo ſuo perfectam ſit conſequuturus curationem.

C A S U S CLXXIV.

De impotentia ambulandi ex imbecillitate naturali.

I Mploravit aliquando meam per litteras opem matrona quædam generofa: eo quod ipsius filius, puer optimè indolis, ac ſpei, ambulandi quodam vitio, coque naturali laboraret; & in tarſo

tarse utriusque pedum quoddam eminenter tuberculum, quod inter eundum extorsum versus malleolum vergeret, ibidemque, cum ipsius pedis distorsione, gressum fallente, frequentique refrigeratione, promineret. Ipse puer erat temperamenti phlegmatici, corporis spongiosi, succorumque pituitosorum valde pleni; & partes solidæ, nervosæ, ac membranaceæ, præfertim artuum externorum, valde debiles, laxæque adparebant. Cum primis juuatura, ac ligamenta, quæ ossibus pedis extremi connectendis interficiunt, admodum relaxata videbantur; adeo, ut pedes ob eorundem insitum, gestando totius corporis oneri, minus pares fuerint, sed sub quovis gressu extorsum cesserint, cum tuberculii cujusdam circa malleolos eminentia, & ideo ambulandi difficultem reddiderint facultatem. Quum vero hoc vitium nativa debilitate, & mala pedum conformatio ntitatur: ei radicitus extirpando, nulla utique sufficient pharmaca. Idcirco, quod forsitan restiterit auxilium, a solo ætatis progressu expectandum esse reor; cum cujus incremento partium quoque solidarum robur augeri deprehenditur.

Verum nec omnis vis arti denegari debet, sed omni studio prospiciendum est, ut convenienti ratione nimiam se rosorum, & pituitosorum humorum mollem imminuamus, ejusque generationem præpediamus. Et hoc fine nos potiri posse censeo, si primum vietus recta habeatur ratio. Quare ante omnia monendum est æger, ut epulis tensim adfuescat parcioribus; jusculis pinguioribus, oleribus, leguminibus, carnibusque elixis parum utatur; contra vero assis, jusculisque tenuioribus, ex aqua vino nupta, semine cymini, crustaque panis, vel baccis cynosbati confectis; vel iis, quæ ex jure carnium, cum radice petroselini, apio, chærefolio & acetosa parantur; atque carnibus assis, cum vino, baccis juniperi, & succo citri maceratis, eo frequenter vescatur. Deinceps omni cœrevisia interdicendus est, cujus in loco pro potu ordinario decoctum bibat, cujus haec

sit formula: Recipe radicis sarsaparille uncias quatuor, rasuræ ligni juniperi sassafras, radicis cichorei, liquiritiae, chinæ ana unciam. M. C. D. S. species, quarum uncia binæ cum tribus aquæ mensuris per horæ dimidium coquantur. Alternis quoque diebus hujus decocti calidioris aliquot vascula manæ forbillare, & abhinc blanda exercitatione corpus agitare conveniet; quæ nec reliquo intermitti debet tempore. Vespere capiatur interdum drachma dimidia pulveris mei bezardici; & circa imminentes lunæ mutationes, ad liquandam alvum, sumantur per duos semper dies, pilularum balsamicarum quatuordecim.

Extrinsicus ad roborandas partes, insignissimi usus erit hoc linimentum: Recipe axungæ humanae uncias duas, ceræ albæ, spermatis ceti ana unciam semis, balsami Peruviani drachmas duas, olei juniperi, spicæ, caryophyllorum ana drachmam. M. F. unguentum, quo cum calidiori junctura pedum bis quotidie inungantur. His per binas circiter hebdomades usurpati, cum egregio fructu adhiberi poterunt balnea Lauchstadiensia, mense Mayo potissimum; quippe quæ ob terram, quam fovent, subtilem sulphureo martialem, roborandi fine, his in adfectibus sunt præstantissima. Et si quid opis adhuc restiterit, ea profecto non nisi dicta ratione erit obtinenda.

C A S U S CLXXV.

De tumore cruris sanguineo.

Vix generosus, septuagenario major, robusti, & subpinguis habitus corporis, pro ætatis ratione satis vegetus, & quovis verno tempore venam tundendam præbere solitus, haud ita pridem, noctu urinam missurus, ex lecto surgens, præter opinionem in gypseum concidebat pavimentum; & gravi terrore percussus lectum denuo petebat, de magno in dextro crure circa genu conquestus dolore. Postridie in eadem regione tumor suborriebatur, qui intra-

paucos dies ad magnam molem , & capitis humani magnitudinem increaserat . Perterritus æger Medicum &que ac Chirurgum accersi jubebat , qui tumorem doloris , ardorisque expertem , sed leviorbore circa genu investitum animadvertebant . Idcirco ipsi applicabant emplastrum de sapone , largiter camphoratum , eique linnea triplicata , decocto ex herbis scordii , rutæ , cardui benedicti , floribus sambuci , chamomilla Romanæ , baccis lauri , & juniperi , cum vino Rhenano , & sub finem decoctionis addita spiritus salis ammoniaci uncia dimidia parato , madefacta superimponebant . Interne ordinabant tinturam bezoardicam camphoratam ; & lapides cancrorum ex vino capiendos ; verum nullum inde sequebatur levamen , tantum aberat , ut tumor magis increaseret , cum insigni totius corporis laetitudine junctus .

Ego demum consultus , ut tumor facta incisione protinus aperiretur , suavi ; eo quod conjicere poteram , humorem extravasatum , cutim inter ac subjectos musculos fluctuari . Incisa cuta effluenter fere binæ libræ sinceri cruxis , quem purulenta sanguine remixa sequebatur materia . Concidetum tumor , ejusque cavitas , candela cerea explorata , magnum occupasse spatium deprehendebatur . Huic injiciendum curavi liquorem traumaticum , qui ex spiritu vini rectificato , myrra , aloë rosata , gummi elemi , taca-mahaca , floribus hyperici , rosarum , millefolii , & balsamo Peruviano , lenti calore digestis , & melle rosato permixtis , erat confectus . Præterea dicti emplasti , & cataplasmatis usum continuari jussi ; & interne pulverem meum bezoardicum , ac Elixir viscerale propinavi , atque ob adipitus summam prostrationem haustum vini Hungarici commendavi . Ipsum ulcus bis quotidie deligandum curavi , quod prioribus diebus saniem adhuc , cruxem permixtam , deinceps vero solum pus , colore æque ac consistentia bonum stillabat , & intra quinque mensium decursum prorsus coalescebat , redeunte perfecta sanitate .

Non alienum hoc loco erit , casum

quendam allegare , qui haud ita pridem meæ curæ traditus erat , & in tumore sanguineo consistebat ; sed a priori partim ratione originis , partim respectu decursus , multum discrepabat . Nimirum vir quidam sexagenarius , siccæ & melancholie temperaturæ , vita motus experti , ac ærumnarum plenæ deditus , & a longo tempore arthriticis podagræ cisque tormentis obnoxius , ex improviso tumore totius brachii dextri dolorifico , & sensim cœruleo lividoque corripiebatur . Oppugnatus ille variis topicis , relicta in brachio quadam duritie , pristinoque colore , inde discedebat , & dextrum pectoris latus circa mamillam obsidebat . Ibidem magis magisque invalescerat , durior & ex cœruleo rubicundus adparebat , virium defectu , adipitus prostratione , molesta tussi , spirandi difficultate , & tumore utriusque pedis edematoso stipatus .

Acciti Medicus & Chirurgus in eo conveniebant , ut imminentí periculo non nisi prudenti tumoris incisiōe consuli posset . At æger huic consilio aures dare recusans meā implorabat opem : quare exploratis , & ejus constitutione , & tumoris indole , operationi calculum addere non potui . Namque non pus subesse , sed humorem acrem , corrumpumque , qui substrata vasa jam exederat , delitescere animadverti ; ideoque judicavi , fore ut accidente inter incisionem aere liberiori corruptio illa majores fumeret vires , atque mortem acceleraret .

Neque vero minus , me absente , hic tumor aperiebatur , & ex illo loco putati puris , sincerus sanguis , cum acri ichore maritus , ultra mensuræ quantitatē detrahebatur ; injecta subinde essentia myrræ aquosa , quæ etiam interne propinabatur . Postridie eadem sanies profluebat ; & tertio die purus crux tanato flumine effundebatur , ut vix compesci potuerit . Fractus hinc magis magisque viribus , post aliquot dies vitam cum morte commutabat . Secato corpore , interna abscessus cavitas rotunda siderata , pectus & abdomen intus humore putre-

fœtidoque repleta, & sinister pulmonum lobus, ab inhærente sanie corruptus ac putridus adparebant.

Epicrisis.

Varii generis tumores in quacunque fere corporis humani parte enasci solere, in vulgus notum est; nec ullus, rei medicæ peritus, facile negabit, quin a variis caussis suam trahant originem. Hinc vero certissima sequitur conclusio, quod medicus, & que ac chirurgus id vitii genus curaturus, diversas caussas ab invicem probe discernere, atque cuivis peculiarem tribuere debeat curationem: quum per crebram proh dolor! experientiam compertum habeamus, ejusmodi tumores, minus perita manu tractatos, non modo periculosos, verum non raro lethiferos esse.

Cumprimis vero tumores, qui in allegatis casibus occurrerunt, rariores sunt, ac peculiarem speciem constituant, utpote qui, dum a cruento stagnante, ac extravasato, post incisionem magna copia, in conspectum prodente, suos natantes mutuentur, omni jure sanguinei merentur adpellari. Probe distinguendi sunt ab apostemate vel abscessu, qui inflammationes sequitur, verum pus fovet, & absque convenienti apertura vix curari potest. Tumor ejusmodi apostematodeus, cum nascitur, magno dolore, rubedine, & sti præternaturali, atque foriori arteriarum vicinarum pulsatione sese prodit, & intra certam temporis periodum suppuratus, tumque attactu valde mollis, & instar vesicæ aqua repletæ est. Contra vero tumores sanguinei plerumque contusioni, aut externæ curdam violentie debentur, & absque ullis inflammatio- nis notis brevi tempore ad ingentem incrementum magnitudinem. Quidam eorum benigni merentur vocari, qui absque ullo periculi metu scalpello aperiri, & facili negotio consolidari possunt. Infestant fere sanguinei temperamenti subjecta, quorum exiliora quidem, sed multa, & sanguine turgida sunt vascula. Quæ si a violenta quadam externa caussa contundantur, vel dilacerentur, effundunt suum

cruorem intra spatium, quod musculos & cutim intercedit; qui ibidem accipulatus constituit tumorem, magis magisque incrementem. Neque enim alia ratione, quam circumspeta apertione sanari possunt; quoniam extravasatus crux libero tunc potitur exito. Quando autem hoc subsidium, quod in sectione consistit, omittitur; stagnans ea matieres, mora temporis, gravem subit corruptionem; tumque non ipsum modulcus curationi sit rebellius; verum etiam putredinosa ramenta ad humorum massam spargit, unde virium languor, corporis contabescit, & hec tòdea consumtio proficitur.

Idcirco hoc in casu quam oxyssime instituere convenit incisionem: namque facta per eam cavitas, maxime si sanauerint subjecta, & blandis temperatis, que gaudent succis, facilis coalescere solet negotio: quo etiam fine liquores balsamicos, & spirituosos injicere expedit, qui non tantum corruptioni ac putredini resistunt, verum etiam constringendo dilaterata vascula, totam egregie adjuvant consolidationem.

Longe vero aliter res se habet cum sanguineis tumoribus, quos malignos adpellare placet; & quorum specimen sicut secundus brevi ante recensitus casus. Malignitatem suam tumor ille in pectore subortus prodit eo, quod primum subjectum succis impuris & scorbuticis plenum, at variis morbis, mecoribusque fere confectum occupavit; deinceps in eo differt a benigno, quod a causa magis interna originem traxit, quæ procul dubio in humore acri, extravasato, & fibroso, vasculosoque partes colliquante querenda est. Neque hi tumores similes & simili, sed lenti incrementis suboriuntur; & non raro suam malignitatem ad vicinas spargunt partes; quod utriusque momentum in nostro casu deprehenditur. Quum enim impuri nostri corporis succi, quo diutius stagnaverint, eo aeriores evadunt, & ipsam denique subeunt putredinem: facile patet ratio, cur putredinosa ejusmodi corruptio, quæ nunquam non ulterius serpit, ad partes solidas,

das adjacentes propagetur. Et hi tumores insignem plerumque duritiem exhibent; quæ quo major fuerit, eo minus sectionem admittit; indicat enim, stagnantem humorem firmius impactum, ac induratum, partiumque solidarum graviter subesse læsionem.

Eventus horum malignorum tumorum nunquam non insaustus est, mortemque prænunciat, eo celeriore, si præmatra fiat apertio. Hæc enim variis modis noxam infert: dum vel tali ratione externus aer ad affectum locum irruit, qui & humoribus extravasatis majorem imprimit corruptelam, & solidis partibus sphacelosam affricat putredinem; vel remoto per incisionem stagnante cruento, denuo atrofa vasa, tumque sanguinis inducunt profluvium vix coercibile, atque mortiferum. Quo in casu, si ulla salutis spes restiterit, ea meo quidem arbitrio ex omni parte, in liquoris balsamici spirituosi injectione collocanda est. Namque neminem in arte chirurgica versatum fugiet, quod tam in constringendis, quæ lacerata sunt, vasculis, & hinc compescendo fluxu sanguineo, quam in abarcenda sphacelosa putredine, ipso spiritu vini, & solo, & cum balsamicis remixto, non nullum sit præstantius remedium.

Ex his clarissime perspici poterit, quæ curatio tumoribus sanguineis & benignis & malignis adaptanda sit: hi enim tantum abest, ut incisione aperiri cum frumento possint, ut potius ad illos morbos pertineant, qui pro symbolo habent: Noli me tangere. Nihil fere superest medico, quam ut convenientibus medicinis externis æque, ac internis, instantem siderationem atque mortem omni studio arcere annitatur. Patet etiam binis casibus, quam necessarium sit, cuncta morborum momenta penitus explorare: quoniam in his, qui nullam admittunt medelam, recta prognosis ad conservandam medici famam, plurimum conferre poterit.

C A S U S CLXXVI.

De efficacia olei carophyllorum in sphacelo ex causa interna nato.

Vir generosus, & annorum, temperamenti sanguinei castra sequutus a teneris, ante aliquot annos vitam elegit quietiorem; & sub hac, accendentibus hereditaria dispositione, multo vini Hungarici, ciborumque acidorum, salitorum, & fumo induratorū usu, nec non diurnis animi affectibus, in morbum incidit articularem. A quo, ut liberaretur, interne thermis Carolinis, acidulis Egranis, externeque balneis Tœplicensisibus, non sine fructu, usus est. Tribus autem abhinc annis accidit, ut dextro pede in lignum impegerit, & inde levem passus sit excoriationem, quam imposito chartæ frusto, nihil æstimavit. Postridie, cum sub fervidissimo coelo, corpus fortiori motu exagitaret; prævio horrore, æstu vehementi, cum magna totius corporis lassitudine prehendebatur. Acciti medicus & chirurgus, pedem profunda inflammatione contaminatum deprehendebant, cui paucis post diebus ipse sphacelus, spatium imperialis occupans accedebat. Neque vero, more consueto, latius serpebat, sed debitum mundificantibus ac consolidantibus medicinis rite applicatis, ulcusculum intra septimestre tempus penitus coalescebat.

Abhinc autem per aliquot menses adversa valetudine fruebatur æger; & cum primis catarrhosis ac rheumaticis affectionibus, ventriculi debilitate, flatulentis impi ventris molestiis, tormentis arthriticis, podagrericisque, vertigine, capitisque doloribus atrociter vexabatur. Quæ incommoda debellaturus, mense præcedentis anni Majo, decrevit Egrani ut acidulus. His per octiduum circiter potis: ex improviso fiebat, ut famulus tibialis detrahens ægrotanti, in dextro pede inter quartum & minimum digitum aliqualem observaret excoriationem. Ab omni vero dolore vacuum erat ulcusculum; quare, illo cum linteo de-

deligato, cubitum ibat vir generosus, nihil mali suspicatus. Verum post aliquot dies minimus ille dixit, colore plumbeo imbutus adparebat, quin tandem, multis topicis frustra applicatis, absque ullo doloris sensu, forcipe extirpari debebat. Tum malum ulterius serpere coepit, & plantam pedis in ulcerationis consensum rapuit; quæ adeo rebellis fuit, ut spretis efficacissimis & internis, & externis remedii, adhucdum inhærescat. Accessit insuper non modo glandularum inguinum tumor; verum etiam febris quædam symptomatica, per quam rigor maximus, sub sequente mitiori calore, incidebat. Hac superata, magis invaluit pedis corruptio: cui, ut ferantur suppetiæ, est, quod obnoxie rogamus,

C O N S I L I U M.

Vidi & intellexi ex datis ad me litteris, quæ virum generosum infestent affectiones: neque enim ulla me subit admiratio, quod externis, hactenus applicatis remedii nondum obsecundaverint. Namque illæ, præsertim sphacelosa pedis corruptio, non externam agnoscunt cauam; sed ab interna, nimirum insigni atque tanta lymphæ corruptione originem trahunt, quæ non modo totam humorum massam, verum etiam solidas, nervosasque partes, ac ima ossium pentalia contaminavit, & depascitur. Quod si vero causas hujus corruptionis disquiram, varia occurrent momenta, quibus aliqua debetur animadversio.

Primum quidem, cum vir ægrotans sub vita, quam olim egit, militari, sufficienti corporis motu gavisus fuit; non aliter fieri potuit, quin tum temporis illibatam præ se tulerit valetudinem. Postquam vero, missò hoc vivendi genere mobiliori, elegit magis sedentarium; neque tamen minus gulæ & appetiti indulxit: nimiam sibi met acquivit sanguinis & humorum abundantiam, in primis cum sanguineum temperamentum, ejus notæ sunt habitus

corporis spongiosus, & angustia vasorum, accedit. Magnam autem sanguinis mollem, juncis præsertim vita deside, & largis epulis, succorum vitalium impuritatem post se trahere, notissimum est. Namque illi justam quantitatibus proportionem excedentes debilitant partium solidarum, per quas vehuntur, tonum, & ad retardandam circulationem efficacissimum conferunt momentum. Hinc in imi ventris præsertim visceribus stagnantes, inepti fiunt legitimæ per organa colatoria depurationi: quare remanent variæ generis fôrdes, & universalem lymphæ pariunt corruptionem. Quæ omnia eo certius ac facilius fiunt, quo magis corporis debitæ, & antea consuetæ exercitationes intermittentur; quippe quæ ad promovendas omnes excretiones deprehenduntur & utilissimæ & efficacissimæ.

Sic enata humorum dyscrasia, accidente vietu perverso, majores omnino cepit vires. Usus enim vir generosus est multis vini calidioribus Hungaricis, cibis salitis, acidis, fumoque induratis: unde generata salia scorbutica, concurrente dispositione hæreditaria, arthriticas cauam præbuerunt doloribus. Intervenerunt animi diuturniores affectus, quibus expositus fuit. Hi vero illius sunt indolis, ut robur partium solidarum, ac nervarum, maximeque digestionis negotium insigniter destruant, & labefacent; hiac æquabilem humorum circuitum remorentr, omnes salutares excretiones sufflaminent, atque sic scorbuticæ diathesi novum præbeant pabulum. Et denique, uti innotuit mihi, locus, in quo degit ægrotans, non parum adjumenti malo dedit. Ille enim multis stagnis, paludibusque refertus, & hinc aer, udis, impuris ac putredinosis exhalationibus plenus est: unde partes solidæ magis relaxantur, transpiratio impeditur, & impuri humores accumulantur.

Quemadmodum vero hæ recensitæ causæ, generando sanguinis ac lymphæ impuritatem, eminus ad ulcerosam pedis affectionem contribuerunt; ita, si spe-

speciemus hujus proximorem caussam, hæc meo arbitrio in minus convenienti aquarum mineralium usu querenda est. Quam enim amplum est emolumenntum, quod in depuranda humorum massa illæ squæ prudenti ratione adhibitæ exserere solent: tantum ex ðem a senibus, aut per varias ægritudines nimium debilitatis, absque corpore rite præparato, aut decerti vitæ regimine potæ, damnum inferre deprehenduntur. Neque ideo pauca mibi innotuerunt exempla, quod ætate proverbiæ scorbutici, & arthritici, aquis mineralibus, maximeque acidulis utentes, accedente gravi mœrore, brevi post illam potationem, in sphacelos artuum externorum ulcerationes inciderunt. Dum enim multo aquarum potu, spirituosa humorum partes magis diluuntur, atque dissipantur; hi evadunt spissiores, & in extremis partibus difficilius circulantur; hinc in iisdem stagnant, dimittuntque serosam portionem, quæ deficiente in senibus calore nativo, tumores progenerant, in sphacelum abeuntes.

Eadem in nostro ægrotante contigisse, vero est simillimum; quoniam ille acidulas & corpore minus recte præparato, & eo tempore potavit, quo ad corruptiones sphacelos aliqualem jam sensit proclivitatem. Eo facilius quoque hoc malo corripi potuit, quo magis ab antecedentibus morbis, crebra arthritide, catharris, imbecillitate ventriculi, flatulentiis, vertigine, capitis doloribus, & ulcere pedis per septem menses tolerato, debilitatum præ se tulit corpus. Quum itaque ex his internis caussis in pede, tanquam loco, qui magis ex nervosis ac membranaceis, quam musculosis construitur partibus, sobortus fuit sphacelus: non mirum quoque est, quod iam subito, absque prævia inflammatione accesserit. Sic enim id vitii genus, ab interna caufa natum generari, confirmant medicorum observationes: ex quibus REMB. DODONÆUM. obs. XXX. pag. 68. EUGALENUM de scorbut. pag. 124. & BARBETTE in chirurg. allegasse sufficiat. Idem quoque malum sine doloribus invadere, testantur FERNELIUS Lib. 2. de abd. rer. caussis

Hoffm. Consult. Med.

cap. 15. & HILDANUS Lib. de gangrena & sphacelo cap. 5. Febris erysipelacea, & tumor glandularum inguinalium criticoquodam motu, putredinosæ isti super venerunt corruptioni; neque vero alium post se traxerunt effectum, quam ut corrupti humores ad affectam partem majori irruerint quantitate.

Quæ cum ita sint, facile patet, tres potissimum hoc malum curaturo esse indicationes, ut nempe primum totam sanguinis & humorum massam ab inherenteribus impuritatibus depurare, deinceps chyli generosi, hincque succorum laudabilium generationem adjuvare, & denique corruptioni obicem ponere annitatur. Hisce scopis sequentem medicationem convenientissimam fore reor. In locum potus ordinarii adhibeat æger decoctum ex radice chinæ, sarsaparilla, scorzonera, semineque foeniculi paratum; & eodem calidiori mane loco infusi theiformis utatur. Mane ex eo 40. guttas spiritus mei bezoardici sumat; sub epulis 20. guttulas balsami mei vitæ, & vespere pulvrem bezoardicum capiat. Alvus, si obstructa fuerit, misso purgantium usu, clysteribus emollientibus liquari; & extrinsecus affectum locum oleo caryophyllorum, cuius drachma una, in spiritus vi ni rectificatissimi uncia sit soluta, inungiri curet.

Relatio curationis.

Postquam hoc consilium acceperat vir generosus; ipse Halam venit, meaque se tradidit curationi. Gravem profecto, cum illum prima visitarem vice, deprehendi valetudinem, tantumque vitium collapsum, ut, dum alvum, quæ obstructa erat, infuso clymate aperiendam curarem, mox animi deliquium passus fuerit. Ad hæc ciborum adpetentia penitus prostrata; & somnus ferre nullus erant. Pes affectus magnum sovebat ulcus, a quarto digito per totam plantam extensum, & circa malleolos tumor adparebat lividus: qui postridie nigredine obductus, secundum spargebat odorem, & omni carebat sensatione. Jubebam

T t pro-

Protinus peritum vocari chirurgum, & ne sideratio latius serperet, tumorem illum incidi. Facta incisio, nullum plane dolorem inferebat; at scutor inde nares seriebat intolerabilis. Neque vero consultum reputabam, omnem sphacelatam carnem scalpelllo resecare; sed que sponte absecedebat, blande removendam, & ulcus linteo carpo, quod oleo caryophyllorum in spiritu vini rectificatissimo soluto erat imbutum, adimplendum curabam.

His per aliquot dies, coniuncto intermorum usu, rite applicatis, sibi videbatur corruptionis progressus; & laxi nervi, tendinesque multam nobis adhuc figebant crucem. Namque circa malleolos, in postica pedis parte, inter eos & magnum illum, quem chordam Achillis vocant, tendinem ampla patebat cavitas, integrum fere manum recipiens: siquidem non cutis tantum, sed omnis caro muscularum peronae postici & antici putredine consumta erat. Hinc primum occurrebat capacior nervus in eo loco situs, quem, cum servari requiret, in superiori & integra parte, non sine quadam doloris sensu, resecandum imperavi; inferior autem ipsius portio, que multis ramulis pedem subintrabat, perfectamque coalitionem admodum retardabat, forcipe evellebatur, absque ullo dolore. Deinceps, quam sinus ulceraris a dito ad malleolos usque protendetur, & injectus plantæ liquor, juxta malleolos, eo in loco, cui musculus pollicis flexor, & flexoris longi digitorum, & tibizi postici tendines inseruntur, rursus effueret; nova in plantam pedis siebat incisio, ut hac ratione ulcus eo facilius purgari posset. Tum quoque tendinum, qui muscularis peronae antici, postici, ac extensoris tertii digitorum internodii adhaerescunt, & putredine jam affecti erant, suppuratione ac plenaria separatio felici cum successu adjuvabatur. Videbatur quidem corruptio ipsi ossium substantiarum, maxime in calcaneo, & processu ossis peronae imminere; sed ab usu dicti superius liquoris omnino arcebatur.

Sic fracta putredinis vi, purgatoque probe ulcere, permiscui balsamicum, quem

sæpe nominavi, liquorem cum pauxillo balsami Peruviani, & quibusdam extractis vulnerariis; tandemque ad inducendam cicatricem, sarcotica ex myrra, & succino potissimum parata, applicanda curavi. Succrescens caro sensus erat expers; neque mirum, quoniam nervis carebat. Ceterum chirurgus, primo trimetri bis quotidie, sequenti tempore semel tantum, ulcus deligabat: & ad mu niendas vicinas a putredine partes, aquam arquebusadæ, aut spiritum vini rectificatissimum, camphoratum iis admovebat. Non minus cataplasma loco affecto imposita, aqua calcis vivæ, cum vino, herbisque vulnerariis decoctæ humectabat; & omnem aeris accessum summo studio arcebat. Atque tali ratione intra paucum tempus coalescebat vulnus, adeo, ut æger absque ullo impedimento ambulare, & scalas ascendere potuerit. Nihilo tamen securius fuasi, ut in affecto pede parvum, sonituli instar ulcusculum servaret apertum: ne ex eo præcocius consolidato nova pulularent incommoda.

CASUS CLXXVII.

De febre tertiana male curata, sapientia recidiva, inque erysipelas cum molestis symptomatibus transiente.

Serenissimus quidam Princeps, annum satatis sexagesimum sextum egressus, superiori anno, adulta æstate, inter acicularum Egranarum potionem, incidit in febrem tertianam, tum temporis epidemiam; quæ pulvere quodam ex regoli antimoniæ medicinalis, antimoniæ diaphoretici martialis ana scruplo uno, salis absynthii, centaurii minoris, ammoniaci depurati ana granis quatuor, extracti cascarillæ granis sex parato, & quovis vacuo die quater exhibito, profligata fuit. Sed elapsis novem diebus febris revertitur; quæ tamen ope electuarii, quod corticem chinæ, cum salibus ha-

Habebat, iterum prompte debellata est. Jamque serenissimus æger nihil timebat valetudini, quum ex improviso, aliquot post diebus, sinistram tibiam occuparet erysipelas: non illud sane recens malum, sed vetus omnino, ac familiare, quod jam multoties hanc partem exercuit: siquidem ante annos octodecim ipsi juncta erant multa supra-talum ulcuscula, quæ fonticulus in tibia excitatus ad sa- nitatem perduxerat.

Cessit quidem hæc cutanea inflamma-
tio, intus datis diaphoreticis, & foris
insperso pulvere contra erysipelas specifi-
co, quod ad Mysichtum auctorem refer-
tur; sed hyeme senescente tertiana re-
cruduit, quam pariter vicit commemo-
ratum superius electuarium. Hac depulsa
sacer ignis denuo eamdem partem ure-
re coepit, eoque extincto ter redit fe-
bris, eodem semper sopita auxilio; cu-
jus abitu revocata est pedis inflammatio,
concurrentibus desuper variis symptoma-
tibus, quorum potiora erant vertigo fre-
quentior, præcordiorum anxietas, mo-
lestaque hypochondriorum inflatio.

Qui sequutus est annus, is mense se-
ptembri postliminio quasi reduxit febri-
lem impetum, acuto potius, quam inter-
mittenti propiorem; quoniam non peni-
tus intermittere, sed quodammodo sal-
tem remittere videbatur accessio; simu-
que adjunctum habebat ingens corporis
incendium, una cum vomitu bilioso, &
quadam virium prostratione. Deseruit
tamen & hic æstus, summis diaphoreticis,
& consueto electuario; sed more suo
transitum fecit in pristinum pedis erysi-
pelas, quod etiamnum immoratur, &
solemni symptomatum adparatu corpus
excruciat. Hæc igitur malorum vicissitu-
dine fatigatus serenissimus Princeps, an-
xie anhelat auxilium, & cupidissime con-
siliū expetit, quibus præsidii ad pristi-
nam redire queat valetudinem.

Epicrisis cum consilio.

Contumac & refractarium malum
est, quo cum serenissimus Princeps
conflictatur, quod non omni vacat peri-

culo, aut certe metum facit, ne si in ve-
tustatem incidat, vim ac pertinaciam in-
ducat inexpugnabilem. Nam longe ejus-
modi, atque in spatiū protractæ passio-
nes, quæ frequentius, & parvis interval-
lis cum febrili impetu, & exanthemati-
ca humorum despumatione repetunt
haud ambiguis notis declarant, morbi-
fomitem non fluctuare in succis vitali-
bus, sed altius desixum esse in partibus
solidis, ibique tam firmiter inhærescere,
ut non nisi ægerrime evelli, & extirpa-
ri queat. Accedit, quod morbo toties,
totiesque recurrente fractæ & attritæ vi-
res mali impetum non amplius tam for-
titer sustinere, neque caussæ ejus obni-
xius repugnare, vel materia nocenti ad-
summa corporis exturbandæ sufficere pos-
sint. Quamobrem non sine ratione me-
tuendum est, ne forsan vitiola materia
intus retenta, vel variis ex caussis retro-
versa, in ipsius vita penetralia grassetur,
& maxime membranaceas partes puta-
nervosas cerebri, ventriculi & intestino-
rum tunicas funesta inflammatione ac-
cendat, quæ in proiectiori atate prom-
ptum ac paratum afferit exitium.

Optandum vero esset, ut enarrata
morbi historia pluribus expositis momen-
tis ad pleniorem & uberiorem tam cor-
poris affecti, quam caussæ morbificæ no-
titiam nos deduceret; quo sane efficeret-
ur, ut altius possemus inspicere morbi
indolem, & accuratius de eo ferre judi-
cium. Nam scire haud parum refert, quis
vitæ cultus, quæ diæta ratio in usu fue-
rit afflito Principi, quæ sit virium con-
ditio, quales eorum, quæ toto corpore
exeunt, successus; in primis, quomodo
alvus respondeat, an languis statu & so-
lemnī tempore missus fuerit, & qualis
ejus circuitus, an febre discussa, venæ
naturaliter ordinata sint, quem colorem
& habitum urina præ te ferat, & qui po-
tissimum motus animum laceffant. Insu-
per cognovisse, alrem pertinet, utrum
vertigo, præcordiorum anxietates, &
molesta, quæ hypochondriæ inhærent,
symptomata, perpetuo & continenter
adfligant, an potius quiescere ægro relin-
quant tempora, & silem febre extirpa-

te vel decumbente ad sommum pedem erysipelate, ægrum sollicitent. Quarum rerum cognitione destituti satis habemus, quæ in tradita morbi historia exponuntur, penitare exactius, eaque ad formandum de hoc malo judicium, atque ad inveniendam medendi rationē traducere.

Multis abhinc annis laboravit serenissimus æger ulceribus in sinistra tibia sponte subortis, una cum erysipelate eidem partī infesto: quæ mala luculenter ostendunt, ejus sanguinem, & humores multis refertos esse impuritatibus, falino-sulphureis, quas impediat, quæ ex naturæ instituto sunt, vacuationes intus in corpore accumularunt. Febris igitur ea anni tempestate, quæ fere per universum Germaniaæ ambitum fæviebat, accedens, & quidem eo ipso temporis articulo, quo serenissimus æger usui acidularum vacavit, expediendo infarctus viscerum, & oclusa eructoria referando, plurimum omnino potuisse valere ad tollendam humorum pravitatem, instaurandamque valetudinem; sed quoniam hæc ipsa sinistro adstringentium, & corticis chinæ usu nimis mature fuit exhibita; hinc natura provido admodum consilio non solum sopitam febrem resuscitavit, sed etiam salutari conatu nocentem humorum ad corporis extrema compulit. Quum autem aliquoties reversa febris accessio simili semper adstringentium auxilio suppressa fuerit; sane non mirum est, quod molesta quædam excitaverit symptomata, quæ etiamnum spem recipienda sanitatis longius extrahunt.

Habent enim id omnia febribus pellendis peculiariter destinata, in quibus etiam corticem chinæ numeramus, ut impietuosis illis, partium motricium solidorum commotionibus moram injiciant, spasmosque compescendo, febiles paroxysmos promte, & efficaciter suspendant. Dum vero id agunt, minime pro sanitate sunt, neque illam præstant integrum, quia caussam morbi effectricem, & materiam, quæ in-vitio est, non destruant, neque eas foras e corpore amoliuntur. Adstringente enim, quam habent facultate, tubulos viscerum, jam per se ma-

le affectos, angustiores & strictiores efficiunt, quorum coarctatio impedimento est, quo minus corruptus humor, a sinceri sanguinis commercio dimovendus, commodam exeundi viam inveniat. Quapropter nisi ante & post usum corticis chinæ obstructi viscerum canales, quos humorum depurationi natura dicavit, denuo aperiantur, & saluberrimæ, quæ ex inferioribus partibus, & per extimum corpus fiunt, vacuationes per diluentia, salia abstersiva, & mitiora laxantia restituantur, ac denique bilis & salivalis fermentativi laticis in volumine intestinorum secretio redintegretur: non potest profecto aliter fieri, quam ut materia, quæ febrem peperit, intus retenta, febrem subinde aliam super aliam, eamque nonnunquam pejorem regeneret; vel magis metuenda symptomata in secundam producat. Atque hæc præmatura febris cohibitio in nostro etiam casu natum eo indexit, ut materiam nocentem sub specie inflammationis erysipelaceæ ad habitum corporis amandaret, quæ quiescente iterum exarsit febrile incendiuta.

Quæ igitur in tam perplexo, tamque difficulti statu ineunda sit medendi ratio, & quæ potissimum remedia commodum locum obtineant, illud utique res esse videtur altioris indaginis. Quid nobis hac in re placeat, breviter strictimque, candide tamen & luculenter exponemus. Judicare in facili est, minus hic quadrare emetica, purgantia, & quæ vehementiore sudorem movent, vel acri & stimulante elemento, naturam ad perversas commotiones irritant: sed potius, quod in quibuslibet rebellibus & diuturnis passionibus obtinet, blanda & suspensa manu agendum est. At primo quidem nobis solemnne est in ejusmodi casibus commendare thermas vel acidulas, & hoc loco maxime Scwalbacenses, classo vase in ferventissimam aquam immisso calcfactas; quarum usus ita est instituendus, ut singulis diebus mane in lecto, vel extra eum, minimum quatuor librae medicæ sensim paullatimque, & quidem per duas septimanas, vel etiam ultra hauriantur.

cum affectum mentiuntur. Et quoniam hoc intestinum præ reliquis majoribus vasis instructum est, ideo ejus tono ac motu peristaltico destruncto, vel periculosæ ibi sunt languinis stagnationes, vel perverſæ humorum ad alias partes translationes. Ad hoc igitur intestinum male affectum omnia referenda sunt symptomata, quibus ægrotans noster adfligitur, nimurum asthma, palpitatio cordis, spasmus præcordiorum, torpor capitis, ocolorum hebetudo cum cataracta spuria, sanguinis enare dextra stillicidium, nimia vigilia, dolor lumborum gravatissimus, urina tenuis, & aquosa, languor artuum, ac denique frequens ad vomitum inclinatio.

Totius igitur curationis cardo in eo veritatur, ut destructio toni ab imprudenti medicatione, & præpostero adstringentium usu, huic potissimum intestino inducta emenderetur, ipsique pariter ac reliquis, præstina vis, tonus ac motus restituantur: quo peracto cæterorum symptomatum impetus & vehementia sponte concidet, & expirabit. Deditus hoc effectum in præsentia ægro sequenti ratione.

1.) Sob alvi duritie frequenter injiciendum curavimus decoctum ex floribus chamomillæ, summitatibus millefolii, baccis juniperi, semine anisi & oleo amygdalarum dulcium, adjecto pauxillo salis communis & nitri, cum aqua simplici paratum, cuius vim ante injectionem 30. vel 40. guttis balsami nostri vitæ robavimus. Nihil enim est præstantius ad totum intestinorum reparandum, bene præparato clysteræ, quoniam immediate partem affectam attingit, inque eam vim & efficaciam suam exercere potest. Quemadmodum vero clysteres fortiter purgantes ac stimulantes, vel ex meris emollientibus parati, ejusmodi in casibus parum utilitatis afferunt: ita eos, qui partes nervæ blande roborant, flatus discutunt, & spasmo rigentes fibras emolliant, præstantissimam his opem ferre deprehendimus.

2.) Imperavimus pediluvium, ante legi introitum quotidie usurpandum, cuius usus in omnibus affectibus spastmodicis, & sanguinis turbulentis motibus, atque con-

gestionibus vix satis laudari potest. Hæc tamen adhibenda est observatio, ut pedes in aquam non valde calidam, sed tepidam, sale communi, & herbis nervinis imprægnatam, satis profunde, & quidem per horæ dimidium immittantur.

3.) Interne commendavimus pilulas nostras balsamicas, bis in septimana circa noctem assumentas. Altero mane dosis salis nostri aperitivi usurpata fuit, cum subuncto usu aliquujus infusi, quod hisce speciebus constabat: Recipe summatum millefolii, florum chamomillæ vulgaris ana pugillos sex, anisi stellati, corticum aurantiorum recenter exsiccatorum, corticis ligni fastafras ana drachmas tres. M. D. F. species, ex quibus parata decoctio octo circiter patellis sumatur, & inde lenis expectetur diaphoresis.

4.) Exhibitus est pulvis, una hora ante prandium uso pandus: Recipe radicis pimpinellæ drachmam unam, radicis ari, salis absynthii, lapidum cancerorum, corticum aurantiorum recenter exsiccatorum ana scrupulos duos, olei cinnamomi, macis ana guttas sex. M. F. pulvis, cui interdum, urgente præcordiorum interno ardore, aliquot nitri grana adjiciantur. Loco hujus pulveris essentia corticum aurantiorum balsamica nostræ præparationis, mixta cū liquore nostro minerali anodyno ex ultimo haustu inter cibos sumpta, ad juvandæ digestionem, & blandam chyli spirituæ scendentiam promovendam, egregie profuit.

5.) Injuncta ægrotanti fuit equitatio, vectio in curru, & accuratum in diæta regimen. Quibus remediis per duos integros menses usurpati, æger plenissime convalluit. Cæterum notandum est, quod in ejusmodi affectibus hypochondriorum spasmodicis, a perversa adstringentium, & opiatorum exhibitione subortis, aliis præsidiosis nihil juvantibus, unice & velut ad sacram anchoram refugendum sit ad detentem internum thermarum Carolinarum, atque externum Tæplicensium usum, subuncto per aliquod tempus exactiori vita regimine. His enim, teste experientia, magna vis inest, destructum ventriculi & intestinorum tonum reparandi, viscerum & emunctiorum obstructions resolven-

di, omnisque generis excretiones adjuvandi. Balneo autem aquæ Tœplicensis, levissimæ, & valde subtilis, nihil in relaxandis fibrarum constrictionebus, partiumque tubulis ampliandis datur excellentius. Præstant etiam hoc ejusmodi balnea, ut sanguinis & humorum motus ab internis partibus ad externas, & habitum corporis, reducendo liberum & æquabilem sanguinis circuitum, quo sanitas potissimum continetur, corpori restituant.

CASUS CLXXIX.

De tertiana duplice cum purpura in gravida.

Illustris foemina, 25. annos nata, temperamenti melancholico-cholerici, nimia turget sanguinis, & humorum mole: siquidem ipsi adhuc virginis non modo menstrua fluxerunt copiosissima, verum etiam vultus tanta cruxis quantitate sanguinis fartus adparuit, ut atro rubore tinctus conspiceretur. Quamobrem crebris adsueta est venæctionibus, easque ob acutæ febris metum, repetitis nonnunquam vicibus, celebrare debuit. Adhac valde sensibilis existit, insignique ad vehementiores animi affectus pollet proclivitatem; ac diætae vietusque regulas negle-
ctu habet, cibis acidis, lacticiniis, atque pomis nimium indulgens. Viro nupta, & prima vice utero gerens, expletis jam sex gestationis mensibus, male coepit habere, meque protinus accersi jubebat. Quum itaque Sexto Kal. Julii accederem, & ipsa de tensivo gravitativoque pectoris dolore, tussi fere ferina, adpetitus jactura, somnique defectu conquereretur, urina existente rubicunda: ordinabam præter decoctum rasuræ cornu cervi, pulvillum ex matris perlarm, concharum citratarum, nitri depurati ana granis tribus, & antimonii diaphoretici granis duobus concinnatum. Versus vesperam, animi laxandi caussa, rheda se vehi curabat; redux vero in vehementem incidebat horrorem, quem post horæ dimidium astus præternaturalis excipiebat, per binas horas urens, tandemque su-

dore solutus. Per noctem, quæ insomnis erat, gelatinam cornu cervi, & pulverem, cui nitri depurati grana 12, antimonii diaphoretici grana sex, & cinnabaris nativæ tria grana habebat, tribus exhibui vicibus; quo sumto, versus diluculum, ventrem dejiciebat, & abhinc per quinque horas placido fruebatur somno.

Desiderabat etiam illustris foemina, ut ipsi vena secaretur; nec erant pauca momenta, quæ phlebotomiæ indicabant. Quamvis enim febrem suspicaret intermittentem, & probe scirem, hanc venæctione non temere esse oppugnandum, multo minus in paroxysmo instituendam: attamen cum eximia sanguinis abundantia minaretur abortum; & graante aliquot menses ardore vehementi, artuum gravitate, purpura scorbutica, atque Scarlatina, tensivo præcordiorum dolore, tussique ferina divexata, suau medicorum, venam cum insigni fructu tundendam præbuisset: eadem crebris sanguinis missionibus adsueta, & per aliquod tempus de lancinantibus ac spasmoidicis crurum femorisque tormentis, sensu pressorio circa intestinum rectum, rubore faciei, & astu volatico conquesta esset, nullus dubitavi, quin sanguinem detrahendum curarem. Quare V. Kal. Julii, cum hora decima matutina, a suavi expergefacta somno, ad meliorem valetudinem inclinare videretur; ac pulsus æque ac urina naturali similes essent, protinus duodecim circiter sanguinis uncias, interpolatis vicibus, ex vena incisa mitti jubebam; & elapsa hora, quindecim guttas mixtura, quæ essentia alexipharmacæ drachmas tres, & mixtura simplicis rectificatae drachmam unam sovebat, ex iusculo propinabam, insequente leni madore. A meridie quavis tertia hora pulverem citratum cum antimonio diaphoretico, pauxillo nitri, & unico. arcani duplicati grano paratum assuebat; atque hinc egregie habebat, cenæ utebatur largiori, & plenum per totam noctem capiebat somnum.

Postridie, summis dictæ bezoardicæ mixtura guttis quindscim, non quidem habe-

habebat, de quo conquereretur; at appetitus minus sibi constabat, & circa vesperam febrilis paroxysmus anticipando revertebatur. Frigus per duas inhærebat horas, tum vomitus ter infestabat, & tandem tribus horis molestus erat æstus, in largum desinens sudorem, & accedente insuperibili excandescientia, purpura scorbucicam relinquebat. Insistebam usu dictorum remediiorum, & cum timerem, ne ob animi pathemata, quibus etiam invita indulgebat, graviora supervenirent symptomata, accersendum adhuc seniorem quendam Medicum curabam. Accedens ille usurpatis a me præsidis adplaudebat; quæ etiam, cum illustris ægra sub leni madore bene haberet, continuabantur.

Nihilominus 3. Kal. Julii hora pomeridiana tertia redibat febrilis accessio, & post quatuor horas largo sudore finita, noctem post se trahebat placidam. Die sequenti cum meliore valetudine, accedebant crebra sternutamenta, parcum sanguinis e naribus stillicidium, & molesta tussis. Hinc clysterem ex floribus chamaelæ & saccharo Thomæo adplicari jubebam, & soluta per illum alvo memorata mixturae quindecim guttas ex juseculo propinabam; sumis epulis, lapidum cancerorum, succo citri saturatorum drachmam dimidiam, & posthac quavis tertia hora, pulvillum exhibebam, qui sic habebat: Recipe lapidum cancerorum citratorum, concharum citratarum ana grana quinque, nitri depurati grana tria, arcani duplicati grana duo, reguli antimonii martialis granum dimidium. M. D. pro dosi. Adpetitus erat exiguis; & cum vino Mosellano plus, quam par fuit, usq; fuisse, accidit, ut versus vesperam æstu volatico, ardore ruboreque faciei, narium obstructione, & rheumatismo dextri capitidis lateris quasi hemicranico, tussi stipato per sex infestaretur horas, & insequitam noctem somno minus tranquillo transigeret.

Ipsius Julii Kalendis febris iterum invadet, & praviis ingenti horrore, atque calore, illo per unam, hoc per duas horas durante, copioso sudore solvebatur;

tumque permittebat, ut & cena cum adpetitu, & somno placidissimo frui potuerit. Repetebantur pulveres, novissime nominati cum levamine. Sequenti, qui erat intercalaris, die crebra vexabant sternutaciones, cum narium quadam hemorrhagia, pullū existente æquali ac temperato. Subducto per clysterem rufus ventre, largis indulgebat epulis, & licet interdiu perquam sana videretur, accedente tamen vespera præter opinionem voltus manusque expallescebat, mox sequebatur ardor cum tussi, & ipsa illustris matrona humorem tenuem salsumque ex capite ad fauces destillare, naribus obstructis, querula enunciabat. Ego metuens, ne die intermedio febris quædam catharralis jungeretur, ad corrigendam scorbucicam humorum diathesin, consensu dicti senioris Medici, bis exhibebam pulverem, ex matris perlari, lapidum cancerorum citratorum, ana grana octo, antimonii diaphoretici grana quatuor, & reguli antimonii Medicinalis grano uno compositum.

Transacta sub quietiori somno nocte, 5. Nonar. Julii circa undecimam meridianam horam febris impetebat magno horrore; quem vomitus materie mucosæ ac biliosa tenacissimæ ter repetitus, excipiebat; tum sequebatur æstus vehementior, atque hunc solvebat sudor, accedente iracundia primum interruptus, & novo vomendi conatu turbatus, mox vero iterum largo succedens flumine. Præter dictos pulveres, finito paroxysmo, catharralem defluxionem præcavere tentabam, dato pulvere, qui ex lapidum cancerorum citratorum drachma una cum dimidia, coralliorum rubrorum præparatorum scrupulo uno, antimonii diaforeticæ ex regulo parati scrupulo dimidio, reguli antimonii medicinalis grana tribus erat concinnatus, & in sex partes divisus. Somnus minus tranquillus sequebatur, & 4. Nonarum, post falsas ex capite in fauces distillationes, hora pomeridiana tertia subito expallescebat, tum frigore percellebatur, mox æstu urebatur, tandemque sudore ferme diffluebat; adeo, ut suppositam haftenuis

catharralem febrim, in quotidianam degenerasse adpareret.

Quæ cum ita sint, quatuor potissimum resultant momenta, quorum discussio nem abs Te. Vir Illustris, enixe rogo. Prima enim quæstio est, quibusnam tutis evacuantibus saburram ex primis viis eliminare jam liceat? Sal enim Ebshamen se, salia, quibus humores scatent, scorbutica adaugere, radix Ipecacuanhae in tam tenore subiecto, justo vehementior, pilulae vero Becherianæ minus sufficientes esse videntur. Quamobrem doceri cupio, anne consultius sit, vomitum, qui sub accessionum initio sponte suboritur, hau slo largius, tepidiori infuso promovere? Deinceps scire aveo, quibusnam remedium ipsa febris oppugnari queat; & num deinde haec tenus usurpata remedia, cum primis ad abortum præcavendum insituta venælectio, legibus artis responderint?

CONSULTATIO.

Illustris persona, cujus adversa valētudo mecum per litteras communica ta est, non modo ex febre intermittente tertiana, eaque omnino duplice, verum etiam impuritate sanguinis, atque seri scorbutica, acri & purpuracea male habere videtur. Huc enim succorum acrimoniaz, nervosis potissimum inhærenti partibus, in acceptis ferenda sunt multa symptomata, maximeque tensivi & pressori in pectori dolores, defluxio rheumatica dextrum capitil latus obsidens, crebra sternutamenta, tussis, ardor narium, & copiosa sudatio. Quamobrem ea medicamina, quæ alias febres inter mittentes egregie solantur, veluti sunt salia abstergentia, laxantia, vomitoria, essentiaz amarae, & alexipharmacæ, cum spiritu vini paratae, cortex-chinæ, aliisque, in praesenti cum malo purpuraceo complicata febre, minus salutarem pollicitur opem, imprimis cum illustris fœmina nimium sensibilis, & ad animi, sanguinisque fortiores commotiones valde prona existat. In tali enim casu recentita re media materiam acrem peccantem

magis exæstuant, & in vehementiorem morum agunt: unde graviora proficiuntur symptomata, & febres malum motum ac indolem acquirunt.

Quapropter omnino ad convenientiora respiciendum est, quæ inter febris æque ac purpura sufficientem, sed blandam sordium viscidarum & biliosarum ex primis viis evacuationem indicant. Cuncta vero acria & purgantia & emetica, & quæ humorum ebullitionem concitant, cane pepus & angue vitare convenient; atque potius decocta ex manna, tamaridis, corticibus citri vel aurantiorum para ta adhibere juvabit. Quod si vero hæc ob ventriculi imbecillitate haud arise rent; operæ pretium facient pilulae balsamicæ, ad Stahlii, Becheri, vel meam mentem concinnata: quarum undecim vel quatuordecim vesperi deglutire, & breviante pulvrem absorbentem, cum aliquot nitri ac tartari vitriolati granis remixtum assumere expediet. Ejusmodi enim pilulas in purpuraceis affectibus vim evacuante sufficierent præstare, docet experientia; & licet etiam haud satis respondeant votis, sumta tamen altero mane ex infuso theiformi manna uncia, utique sufficient, bisque singula hebdomade tutissime poterunt usurpari. Neque enim, ut ad alteram quæstionem respondeam, opus erit, vomitum, sub paroxysmo febrii sponte subortum, potu calidiori herbæ Theebois, copiosius hau sto, magis promovere: cum potius fordes, in primis regionibus stabulantes, per alvum eliminare convenient. Et si verum fatear, ad nauseam vomitumque provocandum pura aqua fontana, eaque tepidior magis opportuna mihi videtur, quam quidem infusa calidiora theiformia: quippe quæ metum omnino faciunt, ne, si biliosa salsaque ventriculum obfederit saburra, agiliores ac subtiliores impuritatum particule, majori quantitate in sanguineam inde rapiantur massam.

Sufficient itaque vacuandi fine brevi ante commendata præsidia; & deinde, juxta tertiaz quæstionis tenorem, con jungenda sunt ea, quæ transpirationem,

at-

atque sordium subtiliorum per cutis portos promovere possunt excretionem. Hoc nomine insignem laudem merentur pulvres bezordici fixiores, leniter nitrosi, ac cinnabarini, qui cum aquis diaconis, & syrupo acetositatis citri in potionum redigi queunt formam. Nec levem efficaciam præstabit infusum florū chamomillæ, cum semine foeniculi mane loco potus Theebois sorbillandum; cuius præstans, & utique specifica virtus non modo in purpuraceis, sed & febrilibus morbis deprehenditur. Non minus præclaro cum fructu adhibebitur spiritus nitri dulcis, aut quod satius est, liquor anodynus mineralis, qui ad quadraginta guttas per intervalla est capiendus. Ceterum diæta recta potissimum habenda est ratio, & in primis omnis cerevisia pariter ac vinum summo fugiendum studio: quippe qui potus in purpuraceis adfectiōibus plane sunt inconvenientes. Eminent præ iis decocta temperata, quale hoc in casu rasura cornu cervi, radice scorzonerae, succoque citri parari potest. Neque minori industria vitare convenit cibos crudiores, coctaque difficiliores, pisces, lacticinia, poma, ova, omneque placentarum genus; a quibus præstertim versus imminentes paroxysmos abstinere juvabit. Denique non habeo, que circa usurpata haeretens remedia, atque venæsectionem moneam; nisi quod illa ad penitus eradicandum malum minus fuisse sufficientia arbitrer. Verum haud exiguum foveo spem, quin commendata jam medicinæ, si rite adhibeantur, operæ facturæ sint pretium.

C A S U S CLXXX.

De febre quartana in grāvida.

C U M J U D I C I O

D E

VENÆSECTIONIS ET CORTICIS
CHINÆ USU.

Fœmina generosa triginta annorum, viæ motus experti dedita, potuque

parciori semper contenta, tempore matrimonii, quo admodum felici per decem jam perfungitur annos, quatuor infantes, adhuc vivos peperit incoluptesque. Et licet a teneris illibata jam præ se tulerit sauitatem; tria tamen jam excurrerunt semeltria, ex quo male cœpit habere. Namque hoc tempore gravativum ardenterque in ventriculi regione dolorem, æstumque volaticum, & delassantem, maxime sumtis persensit epulis. Non raro tantis præcordiorum anxietatibus correpta est, ut animus defecerit; quæ autem, in sequuto vomitu, remiserunt. Pressorius quoque dolor circa cordis scrobiculum nonnunquam sæviit, & abhinc ad dorsum excurrit. Et in tali rérum statu grāvida facta, prioribus mensibus crebros toleravit vomitus; tertio autem, ex animi affectibus, corporisque refrigeratione, prævio ingenti frigore, in calorem incidit præternaturalem. Idem paroxysmus aucto rigore circa quartum diem revertebatur; & abhinc vera fiebat quartana, quæ jam tres complevit menses, & adhuc adfligit. Frigus quo cum incipit accessio, per duas ad minimum inhæret horas, etius per sex vel septem, tum excipit sudor. Ipse paroxysmus magnis præcordiorum anxietatibus stipatur; atque tunc assumpta quævis vomitu relictuntur. Diebus a febre vacuis, in conclave obambulare valet, viribus tamen, ac adiputu defecta; & urina nunquam caret sedimento. Sumit variis generis medicamina, laxantia, effuentias amaras, antifebribiles, atque salia; sed febris, licet semel, biseve fileret, mox tamen recruduit & perdurat adhuc contumacissima. Quæ cum metu abortus terreat, tuum, Vir excellentissime, pro ea debellanda petimus consilium, & num consultum sit venam in pede secare, doceri cupimus.

RESPONSUM MEDICINALE.

Quæ mihi prescripta sunt de febre quartana, Matronam generosam grāvidam per tres jam adfligente menses; sedulo mecum parpendi, atque

vo-

volutavi. Et si præsertim illa consideravero incommoda, quibuscum ante gestationis tempus conficitata fuit; ea a spasmo & hinc suborta inflatione ventriculi suam traxisse originem facile pervideo. Namque tali spastmo utrumque orificio rum, quæ ventriculo terminos ponunt, constringitur; hinc vapores flatulentii, ab alimentorum fermentatione enati, suo potiri nequeunt exitu, qui distendentes ventriculum, nerveasque illius partes, anxietates præcordiorum, doloremque in scrobiculo cordis gravativum parvunt; & constrictio nem harum partium efficienes, ad humorum majorem versus caput raptum, indeque pendente rem disponunt volaticum. Ejusmodi cardialgici spasmi familiares sunt sceminiis plethoriciis, in quibus ob difficultorem sanguinis per hepar, quod totum vasculosum est, transitum, crux stagnat, in que vasis ventriculi præcipue subsistit. Præ reliquis autem hisce molestiis opportuna sunt illæ, quibus menstrua fluunt inordinata, vel sanguinis missiones insuper habentur, vel sanguis nimis spissus & viscidus existit, qualis in nostra etiam ægrotante ob parcum potum, vitamque sedentariam judicandus est.

Et iisdem caussis debetur febris quartana: quæ meo quidem arbitrio plerumque a difficultori sanguinis per viscera imi ventris, maxime hepar ac lienem circuitu suos mutuantur natales. Quando enim humores per vas a portarum vena producta tardius circulantur; primum omnium in mesenterio, ventriculo, ac toto intestinorum canale stagnet. Hinc in locum liquoris subtilioris, fermentativi ac digestorii secernitur ferum impurum, digerendis penitus alimentis minus idoneum: unde generantur acida, viscidæque cruditates, quæ cum massa sanguinea per totum abripiuntur corpus, adque sensibiles medullæ spinalis tunicas delatae, spasmos motusque producent febres. Quum vero graviditatis tempore menstrua excretio sit cohibita; facile patet, qua ratione humores in ab domine cumulati, per viscera tardius progrediantur, siveque dicta ratione in-

ducendis viam pellant febribus.

Quarum si perpendamus curationem, maximeque percerutemur, num eo fine venæctiones sint profuturæ? non omnino negandum, quia egregium inde licet expectare emolumentum, si extra paroxysmum, detractis sex crux unciis, instituantur. Multa enim mihi innotuerunt exempla, ubi diurnæ febres quartanæ, tusa in pede vena, protinus conqueriverunt, utique si convenientes medicinæ fuerint conjunctæ. In more quoque positum mihi est, gravidis, si crux in abdominis visceribus stagnaverit, ex pedum venis sanguinem detrahere; licet vulgaris opinio id vetet maximopere. Neque ideo statuerem, ac si venæctio tam in gravidis, quam in aliis personis, ad morbos præservandos semper, atque generatim in pede sit celebrandæ. Quandocunque enim a conge sione humorum circa caput pedulque morbosa propullularunt symptomata; parum certe venarum in pedibus, qui cum plerumque frigidi, spastmoque contracti observantur, incisio feret adjumenti. Atque his in calibus magis proficiet sanguinis brachio facta detractio; quemadmodum in ægritudinibus a terrore, & hinc pendente humorum ad superiora congestione productis, plus simplici vice obseruavi. Neque porro venæctiones in pede commendare soleo, si venis exilioribus, & sanguine fere privatis existentibus, spastmodicæ affectiones magis a nervorum dibilitate, aut acri subtili que humore, tunicis nervosis insidente, quam a nimia humorum mole originem traxerunt: non enim raro mihi adnotare licuit, quod factam in hisce adfectibus sanguinis missionem, major spasmodorum exceperit vehementia. Et denique generatim sciendum est, in ipsis morborum paroxysmis, non nisi cum summo periculi metu, detrahendum e venis esse cruxrem. Contra vero, ubi sanguis nimius, spissus, viscidusque præsto est, & in imi ventris visceribus potissimum stagnat, venæque pedum insigniter fastæ sunt; harum incisio permagnum pollicetur frustum; neque ideo quicquam est, quod ab

ab illa in nostra ægrotante administranda nos deterrire queat.

His autem præmissis, eo dirigenda est omnis intentio, ut molestam febrem percursemus, atque sic abortus metum discutiamus. Quamobrem hortor primum, ut cuncta calidiora, sanguinemque exæstuantia medicamina, & præfertim essentiaz, cum spirituoso paratae menstruo, sedulo fugiantur, quoniam anxietates, inquietudinem & æsum febrilem magis exacerbant; sed potius eo respiciatur, ut spasmodicæ ventriculi distensiones, quas adhuc præsentes crebri testantur vomitus, decenter leniantur, atque consopiantur. Et hoc fine, experientia doctus, commendo liquorem meum anodynno-mineralem, cuius sex partes, cum una balsami mei vitæ, sine ambra moschoque parati commiscere decet. Hoc remedii genus mane pariter, ac vesperi, nec non tribus ante febris invasionem horis exhibere; tumque protinus infusum thesiforme, ex floribus chameæli, summittibus millefolii, semineque scenici confectum, intra lectum sorbere, & blandam inde diaphoresin expectare juvabit. Idem balsamum, paulo tepefactum, chartæque bibulæ infusum, epigastricæ regioni adPLICANDUM, impositis desuper linteis calidis, maximopere suadeo. Nec præterea quicquam commendo, exceptaturus, quid hæc remedia tulerint adiumenti.

Relatio.

Tusa quoque ex meo præscripto, tempore a febre vacuo, in pede est vena, eo effectu, ut febres accessiones statim conquierentur; & usurpatu subinde liquore anodynno, per quatuor vices, cum egregio adflictæ levamine, cessaverint. Verum enimvero, cum superatum omnem recidivæ metum arbitrata, itinere quodam sub gelidissimo celo perfundita, cibisque minus salubribus usa esset: rediit malum, utut priori mitius. Ego iterum consultus, vesperi novem balamicarum, quæ meæ sunt compositiōnis, pilalarum, mane salis aperitivi

drachmam, ut sumeret, imperavi. His per aliquod tempus adhibitis, electuarium ordinavi, ter quotidie capiendum, quod corticem chinæ, pulverem florum chamomillæ, atque Roob Sambuci habebat; & hoc per sex usurpatum dies penitus fugavit febrem. Qua profligata, iterum quavis vespera novem dictarum pilularum, mane drachmam dimidiā salis aperitivi, & hora pomeridiana quinta octoginta guttas Elixirii mei visceralis propinavi, eo effectu, ut prorsus sileret febris, & generosa mulier felici subinde fungeretur partu.

Non hoc loco erit alienum commemorare, magnum esse Medicorum errorē, si corticem chinæ foro medico prorsus relegaturi, generatim eum proveneno habent. Quamvis enim minime negaverim, quin improvidus ipsius usus, magna sepius sanitatis detimenta, & noxiā ad morbos chronicos dispositionem insert; attamen non paucis quoque exemplis habeo comprobatum, quod recte istius corticis usu nihil ad extirpandos, qui refractarii sunt, febiles affectus sit efficacius. Ille enim, præmissis congruis & evacuantibus, & alterantibus, non solus, sed cum anti-spasmodicis & diaphoreticis mixtus, diebus a febre vacuis propinandus est; & consopita sic febre, remedii incidentibus, evacuantibus, stomachicis, & quæ corpus in debita conservant transpiratione, per aliquod adhuc tempus insistendum. Consuvi igitur hunc corticem heroicis accensore remediis; quibus provide adhibitis felicissimus succedit effectus, incongrue vero usurpati, accedit irreparabile dānum. Quamobrem in usum vocaturum hoc medicinæ genus, non modo rationalem pathologiam, verum quoque therapiam, & medicinam operandi modum probe callere oportet; & satius utique est, ut qui hac scientia instructus non est, cortici huic plane supersedeat, solisque temperantibus, diaphoreticis, ac diluentibus pugnet, ac reliquum naturæ committat negotium.

CASUS CLXXXI.

De febre biliosa intermitente.

Quum per mensem Majum Juniumque currentis anni mensem frigida, humida, & pluviosa, tempes terris incumberet; accidit, ut sequentibus Iulio & Augusto mensibus febres biliosæ intermitentes tam simplices, quam cum continua complicatae, nec non tertianæ duplices, admodum incertæ popularem ederent stragem. Ex reliquis vero, qui meæ se mandarunt curæ, ægrotantibus, erat mulier quædam generosa, sex ultra triginta annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, obesa, succorum plena, animique sensibilioris, & ad iracundiam proni. Hæc sub finem mensis Iulii circa vesperum ingenti rigore prehendebatur, quem per aliquot horas durantem, vehemens excipiebat restus. Et hæc accessio per primam septimanam alternis invadebat diebus, deinceps anticipabat, atque tum intra octudemeron bis incidebat. Paulo post magis continuæ speciem referebat, siquidem uno die asperior erat paroxysmus, altero levior, neque calor præternaturalis cum paullo celeriori pulsu unquam remittebat. Ceterum hæc exhibebat symptomata. Per tres priores hebdomades molestæ vexabant vomitiones, die præsertim febri, qua non tantum assumta quævis, sed & faburram biliosam viridem, mucosamque rejiciebat, atque non raro vanis, laboriosisque conatus, cum alvi obstructione adnigebatur. Quarta septima vobis. jungebatur alvi fluxus, feces reddens viridelentes, & vix ægram in cubili conquiescere permittens, & hunc sequenti hebdomade tanta excipiebat obstructio, ut ope pilularum balsamicarum referari debuerit. Præterea ipsi paroxysmi tanta spirandi angustia erant stipati, ut suffocari videretur; jungebatur insignis corporis languor, ac maxima inquietudo; ut vix in lecto potuerit contineri. Non minus vehementes & capitales & dorsi dolores multam f��gabant

crucem; noctesque sine somno, at bene multis sudoribus molestæ transigebantur. Urina mingebatur pareissima & rubicunda cum sedimento. Pulsos, accedente paroxysmo, serebatur inæqualis, varius, celerior, & quandoque intermitens. Potus etiam ad extinguentam sitim assumti vomitu statim reddebantur; & constrictus quasi videbatur ventriculus.

Vocatus Medicus nihil utique omiserat, quod ejusmodi febribus plerumque solet opponi; dederat enim salia digestiva, absorbentibus, oculisque cancrorum citratis nupta, nec non leniora vomitoria; sed febris cum recentis symptomatis contumax inhærebat. Potabant etiam, rem esse conclamatam, & metandem in auxilium accersebant. Ego perscrutatus, affectum hunc febrem ab excandescientia gravi ortum fuisse, eademque adhuc foveri, & magnam subesse generis nervosi debilitatem; primam curandi intentionem ad compelendas & vomitiones & alvi fluxiones direxi: quum facile perviderem, hac excretionum vehementia perdurante, nec data remedia felici potiri effectu, nec generosos ad sanguinem deduci posse succos, viarium instauratores. Jam vero in questionem veniebat, quænam medicamina ad fistendum hunc ventriculi motum, nervosumque genus roborandum, tuto possent adhiberi? Neque enim opia, leniter adstringentia, martialia, & calidiora stomachica, interne pariter ac externe usurpata votis fecissent satis; & multiplex potius experientia docet, sedatas ope horum medicaminum vomitiones, insignes cardialgicas post se trahere anxietates, quæ summis vel cibo, vel potu, vel medicinis, mirum in modum invalescere, nec prius mitigari solent, quam rejectis denovo omnibus. Quamobrem, exploratis jaci egregiis, quas incomplectendis spasmodicis affectionibus liquor meus anodynno-mineralis possidet virtutibus, eundem in nostro casu adhibendum suasi, si ejus vacua dimidia cunctis olei caryophyllorum, & sex olei cinnamomi guttis fuerit remixta. Atque hoc remedium ad viginti guttas singultas

quatuor horis ex aqua cerasorum nigrorum propinavi; & externe, finita accessione, balsamum vitæ, ambra moschoque destitutum cum linteis ad ventriculi & abdominalis regionem applicari jussi. Unde factum est, ut intra nycthemeron vomitus conquiescerent, & ægra potus atque jusculta absque incommodo retinere puerit. Nihilo tamen minus ad confirmandam hanc excretionum vehementiorum quietem, dicta remedia, licet parcius, continuanda curavi; pro potu vero aquam cerasorum nigrorum, & decocta ex rasura cornu cervi, radice scorzonera, succo citri, & aliquot olei de cedro guttis confecto ordinavi.

Sic sedatis, quæ reliquis molestiora videbantur, symptomatibus, restabant adhuc calor præternaturalis, magna lassitudo, pulsus inæqualis ac intermitens, continua vigilia, & præterea crebri horrores, cum subsequente æstu incidebant, metumque injiciebant, ne febris viscerum inflammatoria, tanquam anguis sub herba lateret. Neque vero minus, multa perspectum habebam experientia, febres ejusmodi epidemicas, ac incertas, in subjectis omnino sensibilioribus, & ad irregulares nervosi generis motiones proclivibus, gravia exhibere symptomata, quæ periculi quidem terrere videntur metu, re autem vera, non adeo infastum ominantur exitum, cum primis, si convenientibus oppugnentur medicinis. Quum itaque mea sententia febres refetri mereantur ad affectus generis nervosi, & febriles motus nihil hinc aliud, quam universales systematis vasculosi nervosique spasti: consultissimum fore putavi, nervinis ac roborantibus uti medicinis, quæ roborando membranaceas nervosaque partes, eaundem nimiam ad motus spasmodicos proclivitatem debellare valent. Quo quidem nomine in omnibus, quæ ægris quieta aliqua tempora, ac intermissiones praestant, febribus, exceptis continuis, & inflammatoriis, post purgatas primas officinas, & rite adjuras excretiones, hoc electuarium probatissimæ fidei, ac excellentissimæ virtutis deprehendi: Recipe roob sambuci unciam unam cum dimidia,

pulveris chinæ drachmas sex, pulveris florum chamomillæ drachmas duas, extracti centaurii minoris drachmam unam, pulveris caryophyllorum scrupulos duos, julepi rosarum uncias duas. M.F. Electarium, quod in quovis accessionum intervallo quater, pondere drachmæ unius, interposito nonnunquam pulveris digestivenitrofi usu, exhiberi potest. Genus certe hoc remedii tantæ est efficacia, ut nisi inflammatorii, vel hectici quidpiam delitescat, per quatuor dumtaxat dies usurpatum, pleraque insigniter sopiat symptomata: æstus enim remittere, pulsus æqualis fieri, appetitus cum viribus instaurari, urina copiosior, ac naturali similis reddi, ac denique ipsi febriles paroxysmi sensim conquiescere observantur. Idcirco idem remedium in nostra ægrotante usurpavi, divinaque favente gratia obtinui, ut inde cuncta silerent incommoda, neque quidpiam molestiæ præter ventriculi inflationem, summis potissimum epulis infestam, æstum volaticum, lassitudinem, ac sudores nocturnos restaret.

Quas affectiones, cum ex ventriculi debilitate, indeque pendente digestionis viatio suam traxisse originem, facile cognoscerem; omni studio in id fore incertum putavi, ut lenta febris præcavetur. Quamobrem in more mihi est positum, ut lopitis post nervinorum & roborantium usum, febrilibus paroxysmis, vim digestivam ventriculi restaurare, omnesque evacuationes promovere annitar. Hoc fine alternis vesperis pilulas meas balsamicas, alteroque mane vel drachmam salis Sedlicensis, vel drachmam dimidiad salis mei aperitivi exhibere soleo; ut tali nimirtum ratione cruditates ac impuritates humorum ab æstu febri relinet, blande, tamen sufficienter eliminentur. Et denique moderatam frequentemque corporis exercitationem, atque Elixirii mei visceralis ante prandium usum commendare suevi. Hæc igitur in nostra etiam ægrotante, summo cum fructu, & perfecta febris sublatione, adhibui.

CASUS CLXXXII.

De febre lenta ex male curata tertiana.

Vir viginti sex annorum, sanguineæ temperaturæ, crebris oculorum congestionibus atque rubore in pueritia, nec non multis doloribus capitis discruciatus, deinceps vero nimis lucubrationibus, viet usque inordinato generi deditus, elapsa proxime æstate, cum intermitentes febres popularem ederent stragem, & ipse sub cœlo servidissimo inter canicularares dies, & perversa diæta, varii persungeretur itineribus, eundem incidit morbum. Per aliquot enim dies atrocí capitis dolore, ciborum fastidio, atque delassante corporis torpore affectus, vero febrili prehendebatur paroxysmo. Accidit quidam celebris Medicus, dato laxante pulvere, ut suæ valetudini nihil timearet, sed in publicum prodiret, ægrum persuadebat: unde hic febrili adhuc die, finita accessione, amicorum consortium frequentabat, & inter vini pocula, tutus ibidem degebat. Domum reversus, magna ex ardescens iracundia, protinus magno calore, capitisque dolore corripiebatur; qui per noctem, sequentemque totam diem continuatus, tertia in verum intermittentis febris paroxysmum, multis vomitionibus stipatum desinebat. Absente Medico priori, alter vocabatur; qui præter varia remediorum genera, quavis intercalari die vel purgantem, vel etiam emeticum propinabat pulverem, licet vir afflicitus sub singula vomitione sponte vomeret, viribusque defectus esset. Transactis septem circuitibus, dabatur ipsi electuarium, cum cortice chinæ permixtum, quod larga quantitate ex viño Hispanico capiebat, eo effectu, ut febris conquesceret. Verum non multo post, institutis quibusdam itineribus, recidebat; & oppugnata rursus purgantibus, sudoriferis, dictoque electuario, post quatuor paroxysmos denuo remittebat. Incerta tamen erat valetudo, siquidem febrile incendium, nunquam a vomitibus

vacuum, utut bis ope corticis Peruviani extingueretur, bis tamen urere rursus cœpit, & demum caninam veluti aduentiam comitem est fortitum. Quamobrem ad priorem refugiebat Medicum, & sumis ex ejus præscripto quibusdam pulveribus, ac observata recta vivendi ratione, brevi tempore plane convalescere videbatur.

Interim cum ob diurnam ægritudinem, sanguinis missiones, quas antea quotannis bis terve celebrare sueverat, per integrum neglectui habuisset annum; stillabat primum ex naribus cruentus, deinceps autem, cessante eo profluvio, cedematosa totius fere corporis intumescutia, ingenti capitis dolore, artuum torpore, & ciborum fastidio male habebatur. Credebat sibi venæctione consultum iri, quam etiam pronuper, non obstante medicorum dissensu, detractis octo uncis, instituendam curavit. Abhinc ad meliorum quidem sanitatem inclinare videtur, & tumor cedematosus evanescit; neque tamen ad hanc usque diem crebris humorum ebullitionibus, capitis quadam temulentia & veluti oblivione nunquam non stupatis molestatur. Præterea sèpius horror, cum æstu subsequente incidit, maxime ab epulis: junguntur corporis languores, gravia ac terroris plena insomnia, & insolite praecordiorum sub somno anxietates. Quibus malis pressus, tuum, vir Illustris, expedit consilium.

Epicrisis cum consilio.

Proposita morbi enarratio aliquot præclaras observationes, iis potissimum, qui in artis operibus versantur, apprime utiles, ac proficiens nobis suppeditat:

1) Satis aperte ac luculenter ostendit, quam leve & anceps auxilium ferant evacuantia, eaque validiora, ut fere sunt emetica & purgantia, in expugnandis intermittentibus, quæ populares habent circuitus, & quam parum impedian, quo minus febres hæ precipiti, & festinato

nato adstringentium usū cohibitæ , iterum iterumque revertantur . Quod nemini mirum videri potest , qui harum febrium caussam non tam in noxia humorū quantitate , quam potius in prava illorum temperie & mixtura quærendam esse intelligit . Quemadmodum enim omnes morbi , qui populariter grassantur , ita etiam hujus notæ febres ortum ac natales suos referunt ad perversam aeris & tempestatis constitutionem , qua excretio sordidum , quæ per cutim difflari solent , mirifice perturbatur . Intercepta autem liberior harum sordium evaporatione subtilem acrimoniam inducit humoribus , quam utique hisce in febribus magis , quam nocentem copiam , accusandam esse arbitramur . Unde in proclivi est judicare , ea remedia , quæ horum acrimoniam demulcent , ac temperant , quæ tonum cuti restituunt , ac denique cutaneam sordium diffusionem promovent , his in morbis plus ferre adjumenti , quam alia , quæ vi quadam & vehementia copiam humorum tam per os , quam per alvum evacuant .

2) Hac observatione evertitur vulgaris illa , multorumque consensu roborata opinio , chinam chinæ incuratione intermittentium valde utilem esse , planeque innoxiam , si remedia , ut vocant , universalia illi præmissa fuerint . Nullum enim ex his in præsentibus prætermissum est , nec tamen confociata eorum virtus tantum valuit , ut iis præpedita eset toties repetita febris accessio . Nec vero hic diffiteri oportet , hujus generis remediis locum aliquem esse tribuendum , quando exuberans impurorum humorum copia evacuationem sui imperat . Tunc sane cum bonis ægri rebus instituitur affluentium impuritatum expurgatio , quoniam verendum est , ne intus retentæ fordes , & inquinamenta humorum , longius trahant febrentes , omnemque adstringentium usum spectum reddant .

3) Commemorata medendi ratio planum ac testatum facit , quantæ in febribus calamitatib[us] sint improvide , & parum opportune data emetica : quorum visitant ventriculo inducit debilitatem ,

Hoffm. Consult. Med.

ut sub quolibet febris accessu se offerat vomitio , aut certe ingens ad eam proclivitas .

4) Insigni est documento , febrium redditus pejoris esse indolis & majori symptomatum vehementia stipari , quam primas earum accessiones , unde etiam longe aliam medendi rationem , quam qua medicus in præsenti casu usus est , desiderant , quæ si negligitur , facile febris ægrum repetit , novoque insultu cum excludiat .

5) Perspicimus inde , intermittentes maturius , quam earum caussa penitus evicta & superata sit , cohibitas , si non recidivas pariant , graviora tamen relinquere symptomata . Hinc enim cooruntur lento calor , totius corporis debilitas , artuum languor , & intumescens , appetitus prostratio , somni turbulentia , spasmi & anxietates p[re]cordiorum , quibus etiam in subjectis , quæ hæmorrhagiis adsueveront , graves & acerbi dolores subinde solent associari . Quod curationem harum febrium attinet , ea in præsenti ægro hunc in modum est instituenda . Primo dispiciendam , ut abdominis viscerum infarctus resolvatur : deinde oportet viscidam & biliosam primæ regionis colluviem clementer educere , ac denique ventriculi , omniumque viscerum tonum corroborare . Huic scopo ea , quæ sequuntur , accommodata arbitramur .

1) Recipe terræ foliatæ tartari arcani duplicati , nitri purificati , salis ammoniaci ana drachmam unam , lapidum cancerorum drachmas duas , misce , fiat pulvis , de quo drachma dimidia singulis diebus mane , & circa quintam pomeridianam cum sufficiente vehiculo sumenda est .

2) Recipe extracti cardui benedicti drachmas duas , succini , myrræ electæ , extracti rhabarbari ana scrupulos duos , extracti agarici , florum salis ammoniaci martialium ana scrupulum unum , M. F. pilula ex scrupulo uno numero quindecim , quæ alternis diebus circa lecti introitum devorari debent .

3) Recipe herbae veronicae , melissæ , herbae Thee ana manipulum unum , cor-

Vu ticum

ticum aurantiorum recenter exsiccatorum drachmam unam semis . M. F. species , arrorentur guttis quadraginta olei tartari per deliquium , & fiat infusum omni mane cum aqua calida hauriendum .

4) Recipe Elixirii stomachici Michaelis , essentia gentianæ rubræ ana unciam semis , extracti corticis chinæ drachmam unam , olei ligni saffras , olei caryophyllicorum ana guttas quatuor : quod medicamentum stomachicum inter cibos cum cœrevisia usurpari potest .

C A S U S CLXXXIII.

De febre lenta cum cachexia succedente male curationi febris intermittentis .

Non infirmæ dignitatis vir , quinquaginta , & quod excurrit annorum , temperamenti sanguineo-phlegmatici , & habitioris corporis , nec non hæmorrhoidum fluori obnoxius , & state novissime elapsa , in qua ob sumnum solis fervorem , & insignem siccitatem , dysenteria pariter , ac febres quotidianæ mali moris populariter grassabantur , in copiosum incidit alvi profluviuim . Brevi ante curam , quam avenaceam vulgo die Daber-Cur vocant , adhibuerat , sub qua & corpus inconsiderate frigori exposuerat , & diæta , quam nunquam rite observavit , erroribus indulserat , cibosque salitos , fumo induratos , aliasque crudiores largius comederat , & potuum nimiam ingefferat quantitatem . Fluor hic alvinus per sex circiter inhærebat dies , atque tum a Medico , ne forsitan nimis debilitaret æger , theriacalibus & constringentibus sistebatur . Vix autem octo inde effluxerunt dies , cum febre quotidiana , tunc temporis epidemica , magisque continua prehenderetur , quamvis enim vespertino tempore febrilis invaderet accessio , & mane demum sudore finiretur ; pulsuum tamen frequentia , locii perpetua rubedo , & visum in eo non quam non sedimentum ostendebant , virum spectatissimum ad apyrexiam haud redire . Consultus denuo medicus , hunc

affectum , nec evacuantibus , nec aperientibus præmissis , protinus chitato oppugnavit electuario ; quod æger aliquot librarum pondere , absque ullo levamine , majorique potius damno , devoravit . Neque enim cohiberi potuerunt accessiones , tantum aberat , ut , licet æstus mitior esse , & horror evanuisse videretur , quemvis tamen paroxysmum narium & extremon perfrigeratio antecederet , pulsusque semper debilior , celeriorque esset , cum summa virium jaætura . Alvis insuper sub toto morbi decursu contumaciter adstricta erat , nec nisi laxante , vel clystere solicitata , respondebat ; urina crassa atque rubicunda , copiosum deponebat sedimentum ; sitis vix notabilis observabatur , & somnus tantum non omnis eripiebatur . Ipsi quoque paroxysmi per magnis anxietatibus cardialgicis stipati , alternisque potissimum diebus acerbiores erant , & parciores sudationes habebant pedissequas .

Et hoc in rerum statu , lecto nunquam non affixus , bene multos miser translegerat menses ; tandemque meum flagitabat consilium . Quum itaque perceperisset , tantam corticis Peruviani molem assumtam fuisse : ordinabam pilulas balsamicas Hoffmanni , ejusdem fal aperitivum , pulveri bezoardico nuptum , infusa theiformia , liquorem anodino-mineralem , cum Elixirio viscerali maritatum , & essentias amaras , arcano tartari remixtas . Inde redibat quidem cum viribus ciborum aliqualis adeptentia ; at insistebat calor gliscens , urina manebat turbida , & missis laxantibus , salibus aperitivis , aut clysteribus , alvis clausa , ac abdomen flatibus distentum molestabat . Quamobrem ad superandam febris contumaciā sale ammoniaco depurato tamquam efficaciori aperiente , & a Muylio celebri medicorum insigniter commendato uti , illudque pondere dimidiæ drachmæ bis quotidie propinare cœpi . Neque tamen minus calor ille lensus , cum pulsuum frequentia ac debilitate rebellis inhærebat , licet accessionum vis paullulum fracta videretur .

His ergo remediis per sex hebdomades

incassum adhibitis, tentavi virtutem pulverum, ex cortice chinæ, cascarillæ, nitro, arcano duplicato, & oleo caryophyllorum consectorum, eosque ter quotidie per quatuor successive dedi dies. Hinc urina minus rubicunda, & parciori sedimento prædicta adparebat, nec ulla ferme paroxysmorum remanebant vestigia. Verum circa horum tempus, arteriæ movebantur justo celerius; præcordiales angustiæ invalescerant, & accedebat tensivus dolor, ac quædam quasi rigiditas tibiarum, crurumque, ut nec stare, nec rite ambulare potuerit. Missis igitur istis pulveribus, usurpavi liquorem bezoardicum anodyno nuptum, sub epulis essentiam gentiane dedi, & mane fotonum vaporosum ex herbis appropriatis, abdomini admittendum curavi. Sed nec his ambulandi potentia, nec reliqua valutudo restitui potuit: usus interno potius calore, adpetituque plane defectus, fersim contabuit, & vultus expallescere cœpit: Urina satis copiosa cum sedimento tmingebatur, & cum aliquando melius habere visus, in conclavi obambulare moliretur, ob nimiam pedum imbecillitatem in terram lapsus, tantoque simul terrore percussus est, ut abhinc peibus inniti prorsus nequiverit, nec semet erigere potuerit.

His per sex menses pressis incommodis, incepit denuo cruorem, cuius excrecio haec tenus siluerat, per hemorrhoides effundere; ac subinde insignem salivæ, atque tantam ex ore rejicere quantitatem, ut præ nimia fluxione somnus oculis eriperetur. Cruentum ex ano profluivum crebrius infestavit, omnesque penitus prostravit vires, & si vel vini, vel potus spirituosi quidpiam assumeret, vel etiam ad roborandam partium inferiorum infirmitatem, dorsum unguento martiato, oleis nervinis remixto inungendum curaret, protinus copiosiorem cruxis sensit effluxum. Neque vero ullam circa hypochondria, aut in abdomine duritiem, vel tensionem adnotare licuit præternaturali; &, quod notatu dignum erat, cibos crudos crassosque, quibus adsueverat, cum adpetitu comedere, & sine ulla mo-

lestia concoquere potuit; licet molliorum, maxime carnium summo urgeretur fastidio. Interim salivæ fluxus, lentoque calor cum virium debilitate assidue perseverabant, eo magis, cum ob hæmorrhoidalē fluxum per aliquid tempus ab omnibus & Medicis & medicaminibos abstineret. Tandem ad hunc compescendum usus est tintura martis Ludovici, cum essentia amara, & aliquot balsami vita guttis maritata: unde & cruenta, & salivalis excretio conqueverunt.

Verum paullo post continuis agitari vigiliis, mentis uia desitui, raptibusque furibundis vexari cœpit. Quare omisdicto remedii genere, clysteres ano infundebantur. Hinc in altum soporem, per viginti horas durantem, incidit, a quo expergefactus, rationis integratatem simul & femel recuperavit: insuper hæmorrhoidalis, utrū parciō, rediit excretio, cum reliquis symptomatibus. Horum itaque medelam anxius cupit, & præsertim scire gestit, num usus thermarum Carolinarum, aut acidularum Wisbadensium iphi sit profuturus.

CONSULTATIO.

Affectus præter naturam, quocum spectatissimus per tria conflictatur semestria, meo arbitrio non aliud est, quam cacheticus, cum lenta febre junctus, ex viscerum abdominis, maxime lienis atque hepatis opplitude ac obstructione suam trahens originem. Cujus ergo causa, quum magis in ipsa viscerum substantia, quam fluidis partibus sit radicata, omnes perit admiratio, quod nullus haec tenus remediis obsecundaverit, sed eo usque inhefescat. Generatim enim est sciendum, omnes morbos ex viscerum labore, eorumque vel obstructione, vel nimia relaxatione propulentes, maxime diurnos esse, neque parum & medentis & ægroti patientiam exercere sueville. Et si altiores jam radices egerit malum, spes perfectæ curationis certe est in angusto; nec quicquam Medico superest, quam ut recta vivendi ratione, &

convenientibus medicinis vitam adhuc protrahere annitatur. Quæ practica atque prognostica regula in omnibus hypochondriacis, cachecticis & scorbuticis affectibus, iisque inveteratis memori tenenda est mente.

Jam vero non pauca sunt momenta, quæ testatum faciunt, præsentem, cuius cauſa consultus sum, morbum altas in imi ventris visceribus egisse radices. Hujus rei primum fluor hæmorrhoidalis, quibus a multis annis obnoxius fuit æger, præbet argumentum. Quum enim hoc profluvium, licet sit criticum ac salutare, semper nimiam humorum molem, ac difficiliorē per abdominis vasculas partes circuitū significat: tanto magis, si symptomaticum, nimium, ac inordinatum fuerit, vitium viscerum abdominalis, vel nimis relaxatorum, vel obstructorum, & hinc præpeditam per ea sanguinis circulationem indicabit. Cum primis hic fluxus fieri solet, si vascula sanguifera, quæ hepar vel lienem transeunt, fuerint obstructa: sic enim humores majori copia ad vasa mesenterica vel hæmorrhoidalia regurgitant, ea dilatentur, & data levissima vel interna vel externa cauſa, ex iis vi quadam erumpunt: unde constans docuit experientia, fluxus hæmorrhoidalis nimii cauſam, vel in liene vel hepate obſtructo, tantum non semper residere.

Deinceps retardatum crux per abdomen in nostro ægrotante cursum, testatur nimius salivæ fluxus. Hoc enim incommodum a diuturniori sanguinis in vas majoribus, vel visceribus sanguineis stagnatione suos mutatur natales. Nam sub ea mora fluxilior ac serosa sanguinis portio a reliqua crassiori secedit, & vel in lymphatica vasa atque tubulosam porosamque corporis substantiam effunditur; vel ad vasa lymphatica excretoria, qualia sunt salivales ductus, majori copia rapitur. Priori in casu tumores oriuntur cedematosi; posteriori copiosior fit salivæ sputatio, quæ licet sit molesta, eo tamen respectu, quo cedemata anteverit, salutaris, ac veluti critica dici meretur.

Et si corporis habitum, quo noster pollet, spongiosum, flaccidum, vasis copiosis, exilibus tamen refertum consideremus; in eo ipso dispositionem ac miram aptitudinem ad concipiendam viscerum labem deprehendemus. Quum enim in ejusmodi corporibus cursus humorum per exilia vascula sit difficultor, & nimia corundem moles partium solidarum, atque motricium robur mirifice debilitat facile patet ratio, cur ea ad sanguinis excretiones, morbos chronicos, præstentem cedematosos præ aliis inclinent. Accedit in nostro ægrotante perversa vivendi, cui indulxit, ratio: dum enim cibis multis, iisque coctu difficultibus, crudis, salitis usus fuit, & vitam sine motu defecit, non abundantiam solum, sed etiam crassitatem ac spissitudinem humorum sibi met contraxit, quo illi ad progressum per minimos tubulos inepitiores, & ad inducendam obſtrutionem magis idonei fuerunt redditi.

Et si verum fatear, perversæ affectionum, quibus infestatus fuit, curatione insigne ad viscerum obſtrutiones indendas contulerunt momentum. Namque primum magnam meretur censuram, quod alvi fluxus, qui a ventricoli per potum avenaceum antea debilitati regeneratione originem traxit, crudis adstringentibus fuerit cohibitus. Neque etiam perversa febris tractatio excusari potest. Quemadmodum enim ejusmodi febres generatim, maxime si convenientibus oppugnentur, vel potius secundentur medicinis, in referandis viscerum infartibus, atque resolvendis humorum coagulis, mirificam, suffragante experientia, præstare solent virtutem: ita cum primis in nostro casu accedens ille febrilis motus, non alium quam salutarem habuit finem. Idecirco absurdissimum utique fuit, illum absque præmissis aperientibus, resolventibus, diluentibus, & evacuantibus, dato protinus electuario chinato suppressisse. Quamvis enim illud electuarium ob coricem chinæ, cum corridentibus & diaphoreticis maritatum, reliquis, quæ febribus opponi solent, specificis præferri mea-

reatur, & convenienti tempore ac ordine usurpatum præclaram ferre deprehendatur opem: attamen in hoc casu, qui materiae noxiæ præparationem ac evacuationem indicavit, non nisi magno potuit esse damno. Cum primis scire licet, eas intermittentes febres, quæ corpora spongiosa, sanguinis succorumque plena, & fluori hemorrhoidal obnoxia infestant, cautissime, & levi manu oppugnandas, nec nisi, evacuata omni materiae febris colluvie, ad specifica, & motus febribus cohibentia descendendum esse medicamina; quoniam ex his præpostere datis, cachectici & hydrocopic sequi solent affectus. Et særissime adnotare mihi licuit, quod post febres male feriatis artibus cohibitas, in feminis menstruarum, in viris hemorrhoidum tantæ exceperint suppressiones, quæ per totum vitæ tempus referari nequerint, & ob eam caussam perpetuis miseris exposuerunt ægritudinum calamitatibus.

Quæcum ita sint, nulla ratione mirandum est, quod adhibita hæc tenus efficiacissima remedia, nullum tulerint levamen. Ubi enim viscerum quædam præsto est labes, vel nulla, vel minimum agerrima locum habet medicatio. Et dictæ quidem viscerum obstructioni iunctica, quæ ægrotantem per tantum temporis tractum male habueront, symptomata debentur, qualia sunt virium insignis prostratio, vultus livor, ac pallor, carnosæ substantiarum consumtio, mala ventriculi digestio, oris siccitas, lentus calor, & pulsus languidi celerisque. Ad hæc, cum præsertim hepatis obstratum, & ideo sanguinis difficilior per illud regressus, & inde producta in vasis intestini coli ac hemorrhoidalibus stagnatio, præsto videatur esse; facile adparet ratio, cur ægrotus noster nimio jam hemorrhoidum fluore laboret, eumque vel vino, vel etiam calidioribus medicinis sumtis, vel liniamento nervino lumbis adplicato, largiorrem experietur. Neque etiam obscura est ratio, quare cohibitum per balsamicam & adstringentem medicinam, hr-

morrhoidalem pariter ac salivalem fluxum, mentis quædam exceperit ab alienatio: dum enim retentus tali ratione crux, & majori copia cumulatus, imi ventris vascula nimium distendendo, horum spasmodicam induxit distensionem; compressis abdominis visceribus, succi vitales majori copia ad caput compulsi, raptum illud produxerunt melanchoicum; qui redeunte cruento fluxu, iterum exspiravit.

Quibus ita diductis, restat jam, ut medendi huic malo proponamus rationem. At non caret hæc difficultatibus: siquidem amara, aperientia, carminativa, & stomachica remedia, quæ cachecticis vulgo opponi solent affectibus, partim hoc in casu ad nauseam usque, nullo salutis effectu sunt usurpata; partim a nimio hemorrhoidum profluvio prohibentur. Quamobrem, multiplici doctus experientia, hisce in casibus commendare soleo, ut ægri per aliquot hebdomades ab omni remediorum usu absineant; & solis decoctis, quæ ex carne gallinarum, cum radice graminis, asparagi, scenicali, cichorei, petroselinii, & succo aurantiorum, atque paucissimo sale & butyro parantur, crebro vescantur. Horum mane pariter, ac postidianis horis mensura dimidia erit capienda; ita tamen, ut alternis insimul diebus circa somni tempus drachma salis mei aperitivi dimidia assumatur. Præstante sane horum decoctorum virtus est, utpote quæ non modo innura illa salia, quæ ob præpeditam humorum in hepate secretionem, in massa sanguinea generantur, involvunt ac obtundunt, verum etiam generosis succis materiem suppeditant, & excretiones per urinam promovent, longe feliciori effectu, quam qui a remedis calidioribus, & activioribus, quæ sulphureis, amaris atque salinis scatent particulis, expectari potest. Hæc enim medicamina his in morbis omnino sunt inutilia: nam dum actiores ac sulphureæ, quas possident, particulæ, ob vasa hepatis obstructa, non rite ab humorum massa secerni possunt; augent omnino acrem ac sul-

phuream eorundem acrimoniam, qualis in cacheoticis atque scorbuticis semper peccat.

Præterea vero operæ erit præsum, ut spectatissimus ager exercitationi corporis, quantum fieri potest, sub cœlo sereno, sive gestatione in lectica instituenda studeat: aeris enim mutatio, & conveniens corporis motus, omnem sapientiæ remediiorum in morbis chronicis efficaciam longissime superat. Alter se res habet, si de aquarum mineralium, vel thermæ fuerint, vel acidulæ, usu loquamur. Quamvis enim ad referandas viscerum obstructions, hisce aquis & externe & interne adhibitis non præstantius repeiriatur subsidium: attamen hanc ignorari oportet, integrum has usurpaturis ventriculi ac intestinorum, nec non reliquorum viscerum robur esse debere, quo scilicet per corporis emunctoria commode progrexi queant. Quapropter in subiectis, a morbi vehementia nimium debilitatis, impuro sanguine præditis, & ad ejus excretiones pronis, ab hoc alias excellenti remedio plus damni producitur, quam emolumenti. Studendum igitur primum est, ut vires, atque vis digestiva nostro restaurentur ægrotanti; tumque, si pulsus, calor ac transpiratio secundum naturam successerint, acidulæ vel Amasiaæ vel Selteranæ tepefactæ, conjunctis stomachicis, atque salibus aperitivis, in usum poterunt vocari. Opus autem judicio erit, ut hæc curatio viribus ac constitutioni ægrotantis accommodetur; quæ etiam determinabunt, an externis quoque uti liceat balneis.

Appendix.

Nequæ spem fefellit commendata mendendi ratio; postquam enim laudatis jusculis rite fuit usus vir ægrotans, ad meliorem inclinare visus est valetudinem; & non modo muneribus præesse, verum etiam itineribus quibusdam cum insigni levamine fungi valuit.

C A S U S CLXXXIV.

De febre lenta desperata per lacriminum curata.

Matrona generosissima, consistenteriæ ætatis, tenerioris, strictioris ac debilioris constitutionis, per aliquot jam annos cardialgiis hystericis, post epulas potissimum, summis licet boni succubis, cum ructibus, naufea, quin & vomitu, infestantibus, crebro solvit adfagi: quibus plerumque enormes præcordiorum anxietates, inquietudines, calores volatichi, sudores gelidi, & capitales dolores fuerunt juncta. Hos quoque solos, cum gelida in vertice sensatione stipatos per aliquot sapientem dies passa est: at cardiacæ accessiones, ab epulis invadentes, post quafdam horas in sequita vomitione semper remiserunt. Interim sub hoc rerum statu corpus sensim languescebat; ciborum adpetentia erat exigua, & vel paucis eduliorum sumitis, statim satiabilis. Adhæc alvi perpetua urgebat obstructio; pulsus ferebatur naturalis, sed paullo debilior, & sub paroxysmo celerior; & menstrua debito ordine ac quantitate fluebant.

Ego judicavi, mulierem generosissimam, præter connatam, & a teneriori corporis constitutione magis sustentatam, generis nervosi debilitatem, ob crebra, quibus perfuncta est, puerperia, majorem viscerum imi ventris, maxime ventriculi, intestinorum ac uteri, nec non vasorum, nervorumque ad dictas partes tendentium sibi contraxisse insitum. Quum enim hanc ob causam nec legitima ciborum concoctio, nec generosi chyli generatio fieri potuit; humores etiam vitales sordibus mucosis, acibus, atque scorbuticis fuerunt referti. Hinc autem obstructions, in valculis minimis uteri, hepatis, vel etiam aliorum viscerum subortas esse, vero videbatur simillimum. Arque sic ex copioso, ventriculum & intestina obsideat muco, flatulentas derivarem molestias; ex-

earundem vero partium debilitate, & collecta in sinu ventriculi acri acidaque faburra, cardialgia & cephalalgia hysterica repererem originem.

Neque vero mirum est, quod generosa mulier, per novissimum gestationis tempus ab omni molestia vixerit immunita, omnesque cibos pariter ac potus impune potuerit assumere. Namque sub graviditate obstructa antea uteri vascula, extenduntur, referantur, atque liber sanguinis per ea cursus restituitur: non minus nimia humorum copia reliquis visceribus, antea præter naturam repletis detrahitur, & ad uteri ampliatam substantiam devolvitur; unde fit, ut remota causa, effectus quoque cesseret, & molestia remittant hoc tempore symptomata. Hinc etiam plerumque fieri observamus, ut exculo foetu priora recrudescent incommoda. Namque post partum coarctantur iterum expansa huc usque uteri vasa, eaque propter sanguis copiosius in illis cumulatus, revehitur denuo ad alia imi ventris viscera, & pristinam ludere incipit scenam: quæ non raro molestior priori est, cum per puerperium major uteri & nervosarum partium inducta fuit imbecillitas.

Et hæc eadem in nostro contigerunt casu. Postquam enim generosa ægrotans, superato feliciter partu, more solito per uterum cruorem copiosum, consistentia acriorem, atque graveolentem, clavisimum dyscrasiam humorum scorbutica testem, reddidit: finito hujus purgationis tempore, pristinas calamitates, majori ferme ac antea, collapsu virium stipatas pati cœpit. Abhinc enim corpus mirum in modum contabuit, adipitus ciborum penitus est dejectus, & si vel paucillum assumserit, protinus invadunt spastmi cardialgici, hoisque per crebra intervalla atroces capitis comitantur dolores. Præterea febrilis nonnunquam, admodum tamen incerti, incident motus horripilatione, & insequente astu conspicui; quos a virtuata digestione, natales suos mutuari credo. Hos plerumque mitio urinæ pallidæ, magisque viridescentes & copiosæ, cum doloribus urethrae ac

vesicæ antecedit. Noctu copiosis afflictæ mulier fere difflit sudoribus, nec placido, nec reficiente fruitur somno, & interdiu præ nimio corporis languore extra lectum commorari nequit. Vespertino potissimum tempore, major fit inquietudo, majorque lassitudo; urina mingitur varia, mox citrina, mox pallida, moxque mucosa; & novissime tussis sicca, absque ulla muci rejectione, cunctisque pectoris doloribus destituta accessit. Non minus ab ultimo puerperio relicti sunt dorsi dolores assidui, qui pungendo, lancinando, atque pressorio sensu molesti, ad inguina protenduntur, cum menstruis ab eo tempore suppressis. Qui dolores meo quidem arbitrio a sanguinis sub vehementioribus in partu laboribus facta in dorso ac utero stagnatione, suam utique reperunt originem.

Contra has itaque molestias, variis, iisque celeberrimi medicorum consulti fuerunt; neque vero ulla ab illis commendata sublidia votis fecerunt satis. Commendaverant enim mixturas tonicas roborantes, ac carminativas, ex amaris extractis, corticibus aurantiorum, radice gentianæ rubræ, carduo benedicto, trifolio fibrino, centaurio minori, liquore terræ foliatæ tartari, essentia ligni aloes, alexipharmacæ Ludovici, carminativa Wedelii, castorei, succini, tintura corallorum, spiritu bezoardico, li. quore cornu cervi succinato, elixirio uterino Crollii, spiritu carminativo de tribus, essentia martis tartarisata Ludovici, eademque cum succo pomorum para ta, nec non aliis uterinis, stomachicis, & antispasmodicis parata remedia. Vespere ordinarunt vel absorbentes, digestivos, antispasmodicos, & leniter carminativos pulveres, vel etiam pilulas tonicas, uterinas, & gummatoſas. Alvi obstructioni liquore terræ foliatæ tartari, oleo amygdalarum dulcium, potiunculis laxativis, salibus digestivis, atque rhabarbarinis succurrerunt; variis quoque topicis & cardialgiæ, & cephalalgiam oppugnarunt, & venam denique novissimo vere in pede tundendam curarunt. Verum omnium irritus, aut saltēm bre-

vissimus fuit effectus; nisi quod therma-
rum Carolinarum potus insigne malo tu-
lerit levamen.

Non minus etiam sub novissimo puer-
perio, ad præcavendas puerperio sole-
nes adfectiones, variis usq; est medicami-
nibus. Interdiu nimirum mixturas re-
solventes, quæ essentiam alexipharma-
cam Ludovici, succini, castorei & mix-
turam simplicem habebant, assumpsit, &
vesperi pulveres precipitantes ex lapidi-
bus cancrorum, cornu cervi sine igne,
antimonio diaphoretico, unicornu mari-
no, matre perlarum, cinnabari, succi-
ni, borrace, sale absynthii, castoreo,
& zedoaria paratos adhibuit, cerevisiam
cum floribus chamomillæ decoctam, te-
pidatque potavit; & sèpius oleum amy-
gdalarum dulcium sorbillavit. Præterea
ob accedentes febriles commotiones, cum
dictis pulvribus, mixtura ex extractis
cardui benedicti, centaurii minoris, gen-
tianæ rubræ, & corticum aurantiorum,
in liquore terræ foliatæ tartari solutis con-
cinnatæ usurpavit, atq; dorsum, ob atroces
istius dolores, unguentis nervinis, oleoque
succini illinendum curavit. Adhæc, cessante
lochiorum fluore, infuso laxante, quod
simil amarum, & uterinum, cum aqua
vinoque paratum erat, purgata, & bal-
neis aquæ dulcis usq; est. Inde febriles qui-
dem accessiones penitus conquieverunt:
nihil tamen feci solum fuit turbu-
lentus, copiosa sudatione stipatus, sitis-
que horis vexabat antemeridianis. Et
quum præter hæc, dicta jam superius ra-
tione, cuncta recruduerunt symptomata.
atque menstruorum subinde silet excretio:
malam utique uteri constitutionem, a
partu relicta suspicatus, metui, ne he-
cita demum accedat.

Quamobrem pro potu ordinavi deco-
stum, ex rasura cornu cervi, eboris,
visco querno, radice chinæ, sarcaparil-
læ, scorzonerae, caryophyllatae, & la-
pide pumicis cum aqua paratum; dedi
pulverem antihecticum, qui lapides can-
crorum saturatos, matrem perlarum,
unicornu verum, antihecticum Poterii,
sal absynthii, & cinnabarim habebat;
ante prandium ad instaurandum adpeti-

tum exhibui mixturam, quæ sovebat ex-
tracta amara in aqua soluta, & sub finem
epularum, trageam carminativam, sti-
mulo salino ad liquandam alvum nuptam
propinavi. A quorum usu si vires aliquan-
tulum receperit mulier generosa; haud
abs re futurum existimo, ut temperatis
antihystericis, ac menses provocantibus
ipsi succurratur remedii.

CONSULTATIO.

Qui matronam generosissimam per-
satis longum tempus graviter ha-
buit morbus, tædii æque ac periculi
plenus est. Quum enim vetustate, &
ionticis symptomatibus corruptus, per-
sonam valde sensibilem infestavit, nullis
que remedijs haec tenus obsecundavit:
non a vero aberrare mihi videor, si ve-
ram lentam febrim, nisi ipsa jam ince-
perit hecita, subesse statuero. Hujus
autem originem partim ex sanguinis spissi
& impuri in visceribus abdominis, me-
senterio, & uteri vasis stagnatione, par-
tim ex humorum vitiosorum colluvie in
primis viis arcessendam esse autumo.
Possem quoque de eventu hujus mali
quædam præsigire, si in communicata
mecum morbi historia, curatius adno-
tatum fuisset, qualis in ægrotante sit ar-
teriarum pulsus, anne frequens, & quo
potissimum tempore, num matutino,
num meridiano, aut vespertino talis ob-
servetur: quæ sola observatio, ad tra-
dendam in ejusmodi morbis prognosin,
egregium confert symbolum.

Quicquid vero sit, eo jam in curanda
hac gravi adfectione erit respiciendum,
ut, restaurata vi digestiva generosus pro-
ducatur chylus, quo inde laudabilis ge-
neretur sanguis, & vires pariter ac nu-
trimentum corpori accedat. Quum au-
tem hoc scopo in ejusmodi casibus nec
medicamentis, nec consuetis alimentis
potiri liceat: non sane convenientius, ac
efficacius unquam deprehendi subsidium,
quam lac asinum, ab asina non nimis
vetula, & in pratis medicarum herba-
rum, ut sunt hedera terrestris, urtica
mortua, scabiosa, millefolium, tussila-
go, veronica, pulmonaria, scordium &c.
fæ.

seribus, enutrita mulsum. Atque idem ut in nostra etiam ægrotante adhibeatur, hac potissimum ratione suadeo: Laxandi primum fine assumat mulier generosa mannam, pondere unius & dimidiae unciae, cum binis tremoris tartari scrupulis mixtam, & in juscule avenaceo solutam. Deinceps per septem successive dies dicto utatur lacte, ita, ut illius recens mulsi, & adhuc calidioris, mane libram unam, quarta vero pomeridiana hora dimidiad hauriat. Quo sub potu ab omni vino & cerevisia abstineat; in que horum locum decocta ex hordeo, scorzonera, aniso stellato, citrique canticibus confecta potet; & sub epulis, jucula ex carne gallinarum contusa, radicibus foeniculi, cichorei & graminis, ac succo aurantiorum parata sorbillat: vel peri vero circa somni tempus, pulvillum ex matris perlarum granis 15. nitri purificati granis quinque concinnatum, ex aqua cerasorum vigorum capiat. Elapsa sic septiduo, dicti supra laxantis interponatur usus; tumque lactis potatio eadem ratione per septem rursus repeatetur dies. Quo transacto tempore, si mulieris generosæ valetudinem, ac effectum commendari laetis rescivero; quæ ulterius e refutura arbitrer, lobens significabo.

Relatio curationis.

ELAPSIS decem diebus, nunciavit mihi Vir generosissimus, ægrotantis maritus, hanc, sumto laxante, ex praescripto lac asininum potare cœpisse, & vix per triduum continuasse, cum non modo dolorum in abdomine inferiori, atque dorso sœvientium vacuitate gavisa, verum etiam placidiore, & sudorum experte somno fructa esset. Protracta subinde ulterius ea potatione, sensim ad meliorem inclinasse valetudinem, interdia in conclavi obambulare potuisse, nec amplius de æstu præternaturali, nec de tam gravi, ac ante, cardialgia conquesum fuisse; sed & vires, & ciborum, quin & carnium adpetentiam recuperasse. Quamobrem omnino suasi, ut hæc me-

dendi ratio per quatuor adhuc continuaretur hebdomades: quod tam felici evenitu factum fuisse, posthæc percepi, ut ægra, majus in dies symptomatum levamen experta, recuperatis viribus, prorsus tandem convaluerit.

Quo ex casu clarissime perspici potest, quanta lacti asinino virtus, & a reliquis prærogativa debeatur. Illud enim alvum lubricat, quam reliquorum animantium lac magis obstruetam solet reddere, urinam movet, humores siccos, ac sulphureos humectat, ac virium instaurat robur. Quare insignem cum Hippocrate vetustissimi medicorum merentur laudem, quod nominatum lac in variis morbis valde commendaverint, multisque extulerint encomiis.

C A S U S CLXXXV.

De febre lenta cum nimio mensium fluxu.

MArona generosa, quinquagenaria, temperamenti sanguinei, aliquantulum cholericæ, habitus spongiosi, multis sed exilioribus vasis instructi, superatis anno ætatis tertio feliciter variolis, ad undecimum usque sub illibata vivit sanitatem. Hoc autem anno febre continua maligna per octo hebdomades infestata insignem virium sensit jastrum; atque paralyticam fere dextiri pedis resolutionem retinuit, adeo ut per integrum annum, non nisi fulcris innixa subaxillaribus obambulare potuerit. Qua frequenti balneorum, cum formicis potissimum consectorum, atque nervinorum linimentorum usu tandem percurata, nihil ramen fecius per plurimos abhinc annos in eodem pede percepit quandam formicationis sensationem, frictioni cum pannis calidioribus statim cedentem.

Annos 12. nata, menstruum crudorem jam fundere cœpit; cujus excretio per binas periodos succedens, post per integrum silvit semestre, absque ulla ipsius molestia. Deinceps ope domesticorum medicaminum revocata, statim terminis, ad decimum usque tertium

ætatis annum fluxit; tumque per quartanam febrim, qua corripiebatur, cohibita fuit. Febris hæc per integrum cum dīmūdo perseverabat annum, nec ullis cedebat remediis, donec tandem infuso vino amaricante, quod corticem chinc fovebat, expiraret. Succedebat autem lenta, sub qua medenii intentio ad restituenda potissimum menstrua ferebatur, & eo fine præter varia emmenagoa, vena plus simplici vice tundebatur, quo factum est, ut & fluor ille uterinus rediret, & lenta febris post semestre tempus conquiesceret.

Abhinc rite menstruata, rectissime valuit; nec nisi catharrosis quandoque correpta affectibus fuit, annosque sedecim nata morbillos feliciter superavit. Paullo post viro seni, & fere sexagenario nupra, jucundoque per 30. annos gavisa est conjugio. Sub hoc novem infantes vivos exclusit, ter abortivit, bisque carneas concretiones, quas molas vocant, post cohibita per trimestre tempus menstrua, utero reddidit. Ipsi pariendi labores semper fuerunt graviores, sed lochia nunquam non legitime fluxerunt. Cum primis autem secundum puerperium, multam ipsi crucem fixit; quum enim brevi ante illud longo itinere perfoncta, & post triduanos labores, robustum enixa esset foetum, incidit in diuturnam valerudinem, per quam licet uterinus crux rite excerneretur, tamen æstu præternaturali, siti, vehementibus dorsi doloribus, crebro vomitu, alisque profluvio per tres ultra viginti septimanas diflorciata est. Dolores illos dorsi a nimia ligamentorum uteri sub partu facta extensione medici derivarunt, & adhibitis variis medicaminibus, tandem persanarunt.

Restituta igitur valetudo, per multis annos sarta fuit teatraque, adeo, ut quotannis cum dilectissimo marito, itineribus 50. quin 70. milliarium perfungi potuerit. Nihilo tamen minus ante 20. circiter annos fluore albo laborare cœpit, qui licet nullas fere moverit molestias, efficacissima tamen sprevit medicamina, nec nisi suborta rursus graviditate cessa-

vit. Abhinc quoque saepius, maxime poss graviora animi pathemata recruduit; sed semper sponte iterum conquiviebat. Postquam parere desit, menstrua solito quidem tempore, at larga fluxerunt quantitate; & elapo sexennio, quum maritus subitanæ extingueretur morte, febris incidit acutam, eaque per integrum mensem graviter laboravit.

Præterea non ignorari oportet, generosissimam fœminam, ob nimiam, qua abundat, sanguinis molem, bis quotannis, Majo nimirum & Septembri mensibus venam, olim in pedibus, per novissimos autem annos, propter crebras, quæ ipsam infestarunt, præcordiorum anxietates, spirandi difficultate, æstuque volatico slipatas, in brachiis secandam præbere consuevisse. Ex cibis omnes, qualescumque fuerint, egregio cum appetitu comedere, inque primis placentis ac panificiis delectari soluit: sub epulis vino vel Hungarico, vel generoso Gallico, vel eo, quod Pontac dicunt, vel veteri Rhenano; & pro potu ordinario cerevisia tenuiori usa fuit. Ad hac mentis affectibus, præsertim iracundia facile commoveri; sed eosdem quoque statim refrænare potuit.

Et in hoc rerum statu degens, tribus potissimum abhinc annis, vacillare paululum sensit valetudinem, dum menses inordinati fierent, moxque parciores, mox justo copiosiores, nullo temporis servato ordine fluerent. Nihilo feciunt autem ab omni dolore imminutis, & placido somno frui, & integra ciborum adpetentia gaudere potuit; nisi, quod sumis epulis, coctu difficultioribus, aliqualem alvi fluxum passa fuerit. Verum sub auspiciis elapsi proxime anni, præter omnem spem ac opinionem, ingens crux uterini, variis frustis permixti profluvium incidebat; quo intra unius diei spatium sponte sedato, transactis vix tribus hebdomadi bus, nova priori copiosior, & vix intra octiduum compescenda sequebatur sanguinis eruptio. Et abhinc omnis ordinis expers fuit lunare tributum; siquidem singulis vel octo, vel decem diebus,

bus, mox majori, mox minori copia promanavit sanguis, magnis semper coagulis, ad ovi anserini magnitudinem interdum accendentibus intermixtus. Præterea omni mane vehementer nauseavit, magnoque corporis languore affecta, noctu pariter ac interdiu assidue ad somnum inclinavit; ciborum cupiditas sensim periit, horror cum subsequente astu per vices infestavit; & quemvis vel levissimum corporis motum magna lassitudo spirandique angustiacepit.

Interea orthostadia semper manebat ægra generosa; donec dicti anni mense Junio ex improviso, cum scribendis vacaret litteris, magno rigore, tensivisque dorsi doloribus corriperetur; quos brevi post sequebatur intensus calor, clapsis duodecim horis, copioso cedens sudori. Eiusmodi febrilis accessio bis adhuc, alternis semper diebus invadet, priori tamen longe mitior: & datis a quodam medico quibusdam remediis, mox remittebat. Notari vero meretur, sub prioris paroxysmi rigore tantam simul sanguinis, una cum magnis frustis cruentis ex utero profluxisse quantitatem, quam vix puerperæ solent effundere; intra horæ autem spatium hunc fluxum sponte conquevisse. Et ab eo tempore tam varia, tamque diversis symptomatis turbata fuit valetudo, ut ea ordine recensere, vix possibile videatur. Mox uterinus crux per aliquot dies promanavit, mox iterum siluit, tumque albus successit fluor, qui fundebat liquorem acrimonie primum plane expertem, & nec ardorem, nec dolorem vaginæ inferrentem; sensim vero acriorem, & graveolentem. Ad hanc ægra viribus sensim defici, adpetitus somnoque destrui, corpore magis magisque contabescere, vultu expallescere, atrocibus dorsi lumborumque doloribus agitari, vespertino tempore inhorrescere, & alvi cœpit esse segnioris.

Quamobrem curæ celebrioris cuiusdam medici se tradidit, qui uterinam potissimum haemorrhagiam cohibiturus, præter pilulas adstringentes, numero

novem quavis quarta hora capiendas, dedit tinturam corallorum; rhabarbarum cum aqua calida insulsum, bis singulo mense laxandi fine sumendum ordinavit; & externe fuliginem pulveris tam, & cum aceto vini in pultem redactam, poplitibus applicari jussit: nec non pilulas quasdam, coelestes ipsi dictas, quæ opium & extractum solani habebant, exhibuit, earumque binas, urgentibus nimium dorsi tormentis, vesperi devorandas sualit. His per triduum, cum instituta in brachio venæsectione, usurpati, cessavit quidem uteri haemorrhagia; at fluor albus magis invaluit, & dorsi lumborumque dolores, ad femora usque protensi, adeo increverunt, ut omnem prorsus somnam oculis eriperent. Insuper quavis vespéra, prævio frigore, calor quidam, utut mitis, incidebat, perque noctem atrocissima colica, ingenti nausea, ac vomendi conatu stipata sivebat. Non minus perpetua & molestissima desideri pariter, ac mingendi vexabat cupiditas; quum tamen urinæ paucissimum redderetur, & alvus, nisi clysteribus solicitata, minime reponderet, viresque in dies magis dejicerentur. Consulebat igitur alterum non minus celebrem medicum; qui propinatis infuso theiformi, pulveribus, & essentiis, id quidem efficiebat, ut colica remiserint tormenta; reliqua vero symptomata, cum prorumpente denuo per aliquot dies ex utero crux, in eodem permanebant vigore.

Sub fineum denum anni ego vocabar in auxilium, licet invitus tam spinoso manum admoverem malo. Nam vires penitus prostratae, corpus insigniter consumptum, & alvus semper obstructa erant, imi ventris perpetua murmura, & flatus vexabant, mingendi conatus assidue urgebant, ægramque non sinebant conquefcere, nausea, vomendi conatus, crudelesque dorsi dolores, cum adpetitus jaatura, multam figebant crucem, continua infestabant vigiliæ; versus noctem, prævio frigore, calor lenitus, cum cutis summa siccitate invadet, idemque volis potissimum manuum, plan-

plantisque pedum, cum primis post summis epulas inhærebat: bibendi vix notabile erat desiderium. Fluor albus adfligebat copiosissimus, quo immineto, dorsi tormenta mirum in modum invalecebant. Non minus crux incertis intervallis, mox quovis triduo, mox singulis oculo diebus ex utero profuebat; quem nunquam non cruentorum frustorum, fere fibrosorum, instar polyporum concretiōrum comitabatur excretioni. Ejusmodi hemorrhagias antecedebant crebriores mingendi cupiditates, urinaque sillicidium; quæ molestia, erumpente sanguine, nisi penitus cesserent, egregie ramen mitigabantur. Lotium recens tero laetis simile erat, aurantii magis pallidi coloris, graveolens; post quietem vere sedimentum leve, mucosum, instar materia per album fluorem excrete deponebat; & pulsus denique debiles ferebantur & celeriores.

Quo in rerum statu ordinabam primum pulvillum, ex æquali pondere lapidum cancerorum, matris perlarum præparatæ, solutionis oculorum cancerorum, tartari vitriolati Tachenii, & nitri antimoniatij confessum; vesperi trigesinta guttas liquoris anodynij mineralis ex aqua quadam analiptica propinabam; quem etiam obflatulentas molestias sub epulis, cum effentia millefolii, & corticum aurantiorum remixtum exhibebam. Mane sorbillandum suadebam infusum theiforme, ex herba melissæ, veronicæ, scolopendrii, summitatibus millefolii, floribus chamomillæ, hyperici, & aniso stellato paratum; quod cum generosa mulier aversatetur, solas millefolii summitates, cum aqua infundi, & bibi jubebam; hoc que cum iusculis tenuioribus, quibus radices cicchorei, scorzonerae, & foeniculi incoctæ erant, alternari permittebam. Præterea ad referandam alvum, primum bis, deinceps semel quavis hebdomade porrigebam duodecim pilularum Stahlianarum, quo unam alteramve movebant sedem. Tinctura enim rhabbari Rolfinckzii, ipsum rhabbarum cum aqua calida infusum, & potio laxativa ex manna calabrina uncia una cum di-

midia, rhabbari, & terræ foliata tartari ana drachma dimidia, in aqua florū acaciæ solutis & cum binis guttis olei de cedro permixtis concinnata, alvum neutiquam ducebant. Quare præter dictas pilulas, alvinæ siccitatæ non nisi clysteribus, qui habebant decoctum avenæ tenuis, flores chamomillæ vulgaris, oleum chamæmeli coctum, atque sal commune, succurrere licebat. Ad uteri porro coercendas hemorrhagias, illumque roborandum sacculos ex herba melissæ, charrefolii, floribus lavendulae, anthos, sambuci, rosarum rubrarum, semenibusque quatuor carmina- tivis, vino rubro incoctis, tepidos ad pubis regionem applicari jubebam; qui vero, cum ardorem inferre viderentur, omittebantur. Et ad mitigandos denique dorsi dolores, vesica decocto ex lacte, & herbis discutientibus confecto plena dorso admovebatur; nec sine levamine, ut breviori fatus ex semine foenigraci cum aqua decocto admittebatur.

His per aliquod tempus usurpati, referebat mulier generosa, nauseam a quo vomendi conatus plurimum evanuisse, reliqua vero atrociter adhuc infestare symptomata. Idcirco mutato paullulum medendi ordine, ad roborandum uteri & intellinorum tonum sub epulis pariter ac hora quinta pomeridiana sumendas præscripti 50. guttas Elixirii, quod sic habebat: Recipe extra Etii cardui benedicti, centaurii minoris ana drachmas duas, pulveris corticis chinæ, corticum aurantiorum recentium ana unciam semis, salis tartari drachmas duas cum dimidia, affunde vini Canariensis libram unam: M. digerantur. Vesperi capendum suasi pulverem, cuius hæc erat formula: Recipe lapidum cancerorum scrupulos duos, matris perlarum præparatae drachmam unam, succini præparati, tartari vitriolati, nitri purificati ana drachmam semis, corticis cascarilla grana duodecim. M. F. pulvis. Mane continuanda imperabam vel dicta iuscula, vel infusum millefolii; doloribus dorsi liquorem anodynū opponebam, & ventriculi regionem bal-

samo vitæ disto inungi jubebam.
Quæ quidem remedia ventriculi robur aliquantulum instaurare videbantur, adeo ut ægra jusculis, carnibus gallinaeis vel vitulinis elixis, ac perdicum assis absque fastidio vesici posset: verum reliquorum symptomatum eadem persistebat vehementia. Quin novissime, post præviam urinæ suppressionem, & inde subortam vehementem inquietudinem, magno rursus impetu, magna que quantitate promanabat uterinus crux, concremantis polyposis passim intermixtus. Adhac corporis contabescientia admodum invalescet; per album fluorem materia ferebatur foetidissima, adpetitus iterum evanescet, lensus calor, versus noctem potissimum, & summis epulis exacerbatus, sensim crescebat; urina præter dictas superius notas exhibebat subpinguem cuticulam, & puncta oleaginosa ipsi internatantia; atque, ut uno verbo dicam, desperata aderat lenta febris, quam pro penitus deplorata omnino haberem, si vel sudores nocturni, vel cœdematosi pedum tumores essent juncti.

Et hæc est gravissimi, quorum adhuc conflictatur mulier generosissima, morbi idea; cujus caussam in fluidis æque ac solidis partibus esse quærendam statuo. Ex solidis nimivrum, uterum præsertim ac intestina a naturali tono dejecta puto: humores autem vitales justo spissiores, acriores, & ad legitimum per vascula transitum minus idonei videntur. Hinc enim illos non modo in mesenterii & intestinorum, verum etiam uteri vasis stagnare, hæc infarcire, varicosa reddere, tandemque perrumpere, & cum concrementis polyposis, a cruris diuturnori stagnatione progeneratis effundi credo. Eadem quo que sanguinis in utero stagnatione atroces dorsi dolores, ac assidua alvi segnitiem deberi; & quoniam sanguineæ profusiones absque spasmodicis constrictiōibus fieri nequeunt, his per consensum ad vesicam propagatis, difficultem mictionem, & perpetuam illius cupiditatem in acceptis ferendam esse autumo; nisi forsan præternaturale vitium in sphinctere vesice delitescat. Præterea, quum ob dejectum

ad petum, & vitiatam digestionem, nec cibi rite concoqui, nec inde laudabilis generari queat chylus; non miror, si humores, accedente præsertim febrili incendio, sensim acriores & spissiores facti, febrem lentam, & plenarium virium collapsum induxerunt. Ceterum doleo, quod agricultans hactenus pro potu ordinario decoctis uti recusaverit; nonque nisi confusatam sibi cerevisiam, licet flatulentas excitare videatur molestias, potare voluerit. Quamvis enim interdum decoctum hordei, cum contusis cerasorum nigrorum nucleis paratum, bibere coepit; ob majorem tamen, quam inde percipere putat, ventriculi debilitatem, mox rursus desit. Quicquid vero sit, malo majora indies capiente incrementa, & omnes remediorum vires eludente, ad Te jam confugimus, Vir Illustris; atque ut nos doceas, quæ abs re futura sint præsidia, enixe rogamus.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Quæ mihi de adversa generosissimæ matronæ valetudine ample fatis, ac eleganter sunt prescripta, ita comparata censeo, ut spem recuperandæ sanitatis jam reddant arctissimam. Quoniam enim irregularis ac nimius mensum flor, qui plerumque fœminis sanguineis, plethoricis, & a solvendo hoc tributo circa quinquagesimum ætatis annum liberatis evenire solet, per convenientium medicinarum usum statim ab initio mitigari, & in ordinem reduci potuisse: attamen usurpatis adstringentibus, opiatibus, ac sedantibus, ille jam adeo rebellis & contumax videtur esse redditus, ut efficacissima etiam remedia longissime supereret & alpernetur. Melius vero caussam morbi, ejusque totam indolem introspexisse novissimum Medicum, ex prescripta ab illo mendendi ratione clarissimum est, quæ malo adeo conveniens & accommodata existit, ut non dubitem, quin si in principiis morbi adhibita fuisset, certam induxit fa.

sanitatis restitutionem. Jam vero corrup-
tissimus, ac fere desperatus est morbi
status. Namque atonia partium solidarum,
cum primis uteri, ejusque vasorum
adeo invaluisse videtur, ut legitimo san-
guinis & humorum per uterum æque, ac
alia imi. ventris viscera cursui perpetua,
& immedicabilis. injiciatur remora, ne-
que hinc aliter fieri queat, quin crux
vitalis variis locis stagnet, inque corru-
ptionem fere abeat; unde cuncta sym-
ptomata, maximeque febris lenta, cum
virium collapsu, & appetitus destruc-
tione siipata suam repetunt originem. U-
bicunque enim robur partium motricum
destructum, legitima chyli generosi præ-
paratio labefactata, & debitus excretio-
num per alvum præfertim ac sudorem
successus inhibitus est: ibi vitales quo-
que succi a naturali temperie deflectunt,
& omnes animales pariter ac naturales
universi corporis functiones insigniter
vacillant. Quo in rerum statu a remedii,
ut ut præstantissimis, parum adjumenti
potest expectari.

Quæ in nostra ægrotante forsan restite-
rit salutis spes; ea ex vigore naturæ,
quo ipsa pollere, & multas, licet gra-
ves, in juventute toleratas ægritudines
superasse scribitur, capienda est: qui si
tantus adhuc fuerit, quantus ad secun-
dandas remediorum vires sufficit, boni
quidpiam sperare licet. Ipsam vero me-
dendi rationem a recta vieti observatione
capiendam esse autumo; qua mon-
nenda erit generosa mulier, ut omni
studio cuntas occasiones, quæ mentem
ad graviores incitare possunt commotio-
nes, evitet; & ipsum corpus in æquali
calore, & assida requie conservare ni-
tatur; nec nisi in lecticis se nonpunctum
gestari patiatur. Cerevisiam penitus abo-
lere convenient; & in ejus locum pro po-
tu ordinario decoctum quoddam grati-
faporis adhibere, quale hoc fere est:
Recipe radicis chinæ, salsaparillæ, ligni
sassafras, rasurae cornu cervi ana uncias
sex, rasurae ligni santalini citrini, rubri,
radicis cichorei, glycyrrhizæ ana unciam
unam & semis. Conc. Cont. D. S. species,
quarum unciaæ binæ in tribus cum dimi-

dia aquæ mensuris per tres horæ quadran-
tes, additis, si ventriculus dulcia tule-
rit, papsulis Corinthiacis, aut aliquot o-
lei de cedro guttis, decoquantur. Quod
decoctum mane calidum, loco potus
Thee; reliquo tempore frigidum pro or-
dinario potu usurpari potest.

Deinceps ad aperiendam alvum, &
firmandum intestinorum robur est respi-
ciendum; quo fine commendo pulverem,
qui ex rhabarbari electi drachma dimi-
dia, nitri antimonati granis octo, olei
de cedro, vel macis guttula una confi-
ci, & alternis diebus circa somni tem-
pus ex aqua frigida fontana, hausto al-
tero mane decocto avenæ, cum passulis,
sceniculo, vel aniso parato, assumi potest.
Neque enim paucis mihi innotuit exem-
plis, quod aqua frigida pura, & terræ
calcareæ expers, vespere porta, in affe-
ctibus hemorrhagicis, & blandum su-
dorem movendo, & somnum concilian-
do, præclaram ediderit virtutem. Fo-
vet quippe elementum spirituosum, ro-
borans, æthereum, quod accedente cal-
ore in auras abit; & feliciori cum suc-
cessu adhibetur, si ejus mensuræ dimi-
dia 15. vel 20. liquoris mei anodynæ gut-
tae addantur, eaque successivis capiatur
haustibus; quam etiam matronæ gene-
rosæ iis, qui ab usu pulveris rhabar-
barini vacui sunt diebus, propinandam
suadeo.

Præterea frequentem in usum com-
mendo mixturam roborantem, cuius hæc
sit formula: Recipe aquarum menthae,
melisæ, cinamomi sine vino, ceraso-
rum nigrorum ana uncias tres, succi ci-
tri recentis unciam unam, coralliorum
rubrorum drachmas duas, hæmatitis præ-
paratae drachmam semis, syrupi balsami
Peruviani q. s. ad gratiam. Hunc vero
syrum, qui nervinum atque egregie
roborans constituit medicamen, paratu-
rus, balsami Peruviani unciam, cum bi-
nis decocti hordei libris mixtam, ex cu-
curbita ad dimidia partis consumtionem
destillet; & residuum magma, una cum
liquore destillato, & sachari libra una
cum dimidia, ad syropi consistentiam e-
vaporare sinat. Nec contemnendam o-
petem.

pem præstabunt juscōla carnis vitulinæ vel gallinarum, si cum herbis vulnerariis faniculæ, hederæ terrestris, vincæ pervinca, chærefoliæ coquantur, & succo aurantiorum permisceantur.

Ex topicis probatæ fidei, & excellentis virtutis erit epithema, quod ex aceti viñi, & aquæ ana libra una, florū sambuci, rutæ ana manipulis duabus, & corticis cascarillæ uncia una, in vase probe clauso, leni igne coctis parari, & cum linneis frigide abdomini pariter ac cervici, vespri sub lecti introitum atque mane adplaci debet. Et hæc sunt, quæ pro salute generosæ mulieris proponenda duxi; quorum legitimus usus pro ratione circumstantiarum a præsenti medico erit dirigidus.

Verum enim vero malum tantas jam egerat radices, ut exstirpari haud potuerit; tauctum abest, ut generosissima ægrotans vix inchoato præscriptorum remediorum usu, vitam cum morte commutaverit.

C A S U S CLXXXVI.

*De metu febris lenta post catharralem
O purpuratam.*

Vix annos duodecim tatos, temporenti cholericō-melancholici, elapsō anno mense Novembri, post diuturnum mœrorem, febre, sicut videbatur, catharralibenigna corripiebatur: quam septimo morbi die efflorescentia comitabatur purpuracea. Hac intra quatuordecim dies feliciter superata, vix octiduo interjecto, iterum prehendebatur, accedentibus vomitibus biliolis, & purpura: sed spatio trium hebdomadum exsiccata, ac surfurum instar secedente purpura, rursus evanescet. Quum vero ex dolore gravativo, quem æger in præcordiis pariter ac hypochondriis interdum persentiebat, ipse nimia humorum spissitudine laborare judicaretur, vena in pede tundebatur: quo facto, triduo post, redibat tertium dicta febris, vomitibus, purpuraque sīpata, & intra sex rursus dies, re-

trocedente absque ulla molestia exanthemate, disparebat. Eadem scena elapsis binis hebdomadibus, quarta vice ludebatur; tumque conquiescenti septima die febi succedebant hæmorrhoides cœce indolentes, & brevi tempore iterum evanescentes. Et abhinc transactis sub satis bona valitudine tribus septimanis, ex improviso febris pariter ac purpura invadebant rurus; sed intra biduum ægrum deserebant.

Nec ignorari oportet, per totum recensitarum affectionum tempus, alvum fuisse laxam, stercoraque mucosa, cruentis interdum striis remixta: ex quibus accedentibus in intestino recto crebris morsificationibus, æger se hæmorrhoidibus sic dictis mucidis ac decoloratis laborare credebat. Præter purpuram quoque maculæ hepaticæ, bruni coloris, totum corpus, maximeque dorsum obfederant, & haud ita pridem disparebant. Urina sub febrili paroxysmo pauca, coloris saturati aurantii minimebatur; & sedimentum roleum, cum innatante pingui cuticula exhibebat: reliquo tempore reddebat quidem iusto saturatior, sed cuticula pariter ac sedimento vacua, & potius intermixta filamenta, quasi biliosa ostendebat; talisque adhucdum cernitur. Adhibuit in hoc rerum statu essentiam alexipharmacam Stahlii, pulveres temperantes leniter nitrosos, atque decoctum ex radice scorzonerae, salsaparilla, rasura cornu cervi, passulis minoribus, & corticibus citri recentibus paratum. Et horum ope recuperavit quidem aliqualem valerudinem, adeo, ut vires, adpetentia, & somnus integræ jam sint, & ipse muneribus suis commode præesse queat: nihil tamen minus perpetuus adhuc corporis pruritus urget, & alvus non modo lubrica, striis sanguinolentis permixta redditur, verum cibos quoque non rite digestos interdum egerit. Præterea corpus sensim contabescit, licet post tusam pronuper in pede venam, & detractum, qui crassus, & obscuri erat coloris, sanguinem, paululum pinguis cere videretur. Interim a calore præternaturali, sudoribusque nocturnis immunis, sub perennante levi tran-

transpiratione bene habet, & quum propriet corporis contabelcentiam, febrem vereatur hecticam, constituit, proximo mense Majo, curam, quæ cum sero latet peragit, in usum vocare. Nihilo fecius tuum prius, Vir Illustris, expectat atque flagitat judicium.

CONSLIUM MEDICUM.

Vidi & intellexi ex premissa morbi historia, Virum quendam ob reliquam post febrem catharralem purpuratam saepius recidentem, ventriculi imbecillitatem, & corporis consumptionem metu lentem vel hecticæ incipientis terrori. Verum enimvero, si cuncta momenta curatius mecum perpendero, nullas nec febris lenitas, multo minus hecticæ deprehendo notatas; sed omne vitium in humoribus, acri monia scorbutica imbotis residere autumo. Et si ad primam mali originem respiciam; hanc a malo hypochondriaco, utut incipiente, quo laborare credo ægrotantem, & hinc pendente digestionis vitio, saburra ventriculi acida, atque sanguinis tardiori per hepar ac mesenterium circuitu repetendam esse duco. Neque vero his ample perscrutandis immorabor; sed paucis docebo, qua ratione restantia adhuc incommoda radicis extirpari, & metuenda purpurata febris recidivæ præcaveri queant. Atque imperaturum iri hunc scopum confido, siager instante vere, acidulis Selteranis primum per tres hebdomades solis, integrum omni mane lagænam forbillando, utatur. Ante hanc potationem pariter, ac ea finita, necnon inter eam quovis quinto die, quatuordecim mearum balsamicarum pilularum devoret; atque sub epulis pro potu decoctum quoddam, coniuncto vini generosi usu, adhibeat; aut in vini locum, ex ultimo haustu 60. guttas sequentis assumat Elixirii: Recipe efflentia gentiana rubra, corticum aurantiorum, tintura tartari ana unciam semis, efflentia succini, cascarilla, liquoris anodynii mineralis ana drachmas duas. M. D. His per tres hebdomades dicta ratione usurpa-

tis, eadem acidula cum una parte lactis vel caprini, vel asinini permixta, sorbendo quotidie unam cum dimidia mensuram, usumque pilularum & Elixirii continuando, per quatuordecim potentur adhuc dies. Præterea ab omnibus animi adfectibus, cumprimis mœrore & iracundia, nec non aere vespertino studiose cendum, corpusque vel ante prandium, vel sumitis epulis, & absoluta digestione, & equitatione & vestura sedulo movendum erit. Ceterum, si forsitan purpura iterum eruperit, operæ erit pretium, pulverem meum bezoardicū, æquali pondere precipitanti nuptum, cum viginti guttis anodynii liquoris adhibere: neque enim dubito, quin his rite adhibitis, pristina sit redditura valetudo.

C A S U S CLXXXVII.

De hectica cum pathematis hypochoondriacis.

Vir annum ætatis quadragesimum egressus, corpulentio lom, jam squalidioris corporis habitus, vix tui lauto, vite sedentaria, ideoque passioni hypochondriacæ obnoxius, a multis jam annis gravi spirandi difficultate, & per intervalla vertigine, capitis temulentia, & scorbutica dextra manus efflorescentia agitatus fuit. Variis contra has affectiones remediis, quamvis in cassum usus, bis demum thermas Carolinas potavit, non sine insigni levamine. Inde vero quædam movebantur hemorrhoidalia molimina, quorum denegato successui cuncta tribuebantur symptomata. Quæ cum juxta illustris Sthalii methodum, ope aquarum Egranarum atque Sedlicensium, ad ipsum fluorem redigere studeret, nec suis potiretur votis, constituit vernali currentis anni tempore Carolinas tertium adire thermas. Tempestas autem, quæ vere sicissima, & estate calidissima era, mutabat hoc propositum. Ergo inter suos degens, mense Junio preter omnen spem ac opinionemprehendebatur magno rigore, quem paullo post gravis astus, oppressione pectoris & spirationis

angustia stipatus excipiebat: sed datis con-
venientibus medicinis, intra triduum ab
hoc effectu restitutus, ad derivandum
pituita a pectori adfluxum, potiunculam
mannatam egregio cum effectu sumebat.
Neque vero aliam hujus repentinæ affli-
ctionis fuisse caussam, quam cohibitum
fluxus haemorrhoidalis successum statuo,
siquidem paulo post cœcæ haemorrhoides,
magnum inferentes dolorem adparebant.
His medicus sacculis paregoricis, atque
sanguinis ex pede missione succurrebat;
&, ardore doloreque non remittente, sed
potius majori virium collapsu, anitique
deliquis accedentibus, tuberculis admo-
veri hirundines, anoque infundi clysteres
jubebat. Inde sopitis aliquantulum do-
loribus, remanebat tamen suspecta cor-
poris contabescientia, & peculiaris conti-
nui frigoris in cruribus sensatio. Idcirco
me in consilium vocabat, qui cum tensa
insuper hypochondria, & alvum clausam
deprehenderem; famæ convenienti pro-
gnosi consulturus, metum tympanitidis,
vel marasmi omnino significabam, præ-
fertim cum me non fugeret, ægrum na-
tiva viscerum labo & atonia laborare.
Quam ob causam ad resolvendam visce-
rum obstruktionem, curandi dirigebam
nervum; & quum non nisi motus spasmoti-
cos ac flatulentos impedimento esse,
quo minus fluor haemorrhoidalis obvineri
potuerit, judicarem, tonicas pugnabam
medicinis. Præterea observabam, ægrum
ob scorbuticam humorum dyscrasiam,
non nisi temperatissima ferre remedia;
quare nullis nec essentiis, nec tinturis
spirituosis utebar. Accessit quidem no-
vissime cruxis e venis sedalibus eruptio;
alvus est liquidior, molliora hypochondria,
& placidior ac antea somnus: sed
quum corpus sensim contabescat, anxius
vir ægrotans, salutare flagitat consilium.

CONSULTATIO.

QUæ de viri cuiusdam adversa vale-
tudine, post novissimum therma-
rum Carolinarum usum in pejus
Hoffm. Consult. Med.

ruente, ex datis ad me percepit litteris, ita
sunt comparata, ut vel jam præsentem,
vel certe imminentem significant febrem
hecticam; cum primis si pulsus celerior,
urina rubicunda, sitis, & oris siccitas si-
mul præsto fuerint. Præterea vero succi
vitales scorbuticis impuritatibus scatere,
& primæ regiones spasmis, & flatulentis
molestis, multorum symptomatum cau-
sis, agitari videntur. Nec profecto cer-
tus his incommodis expugnandis foret
præsidium, quam legitimus fluxus haemor-
rhoidalis successus. Verum nisi ipsa na-
tura ad id excretionis genus inclinaverit,
arte parum præstabilitus, & multis poti-
us mihi innotuit observationibus, quod
nimio pilularum Becherianarum vel Stah-
lianarum, aut etiam venæ sectionis usu
minime votis potiri licuerit, tantum ab-
fuit, ut inde cœcæ dumtaxat accesserent
haemorrhoides, & flatulenta cum reliquis
symptomata magis adhuc increverint. Et
ejusmodi affectiones quo fuerint diuturniores,
eo magis robur ventriculi & to-
tius systematis nervosi labefactare, curam
que reddere difficulterem observavi. Quod
nostrum attinet casum; non equidem in-
stitutam eosque medendi rationem ad ex-
amen revocare placet; attamen id mo-
nendum utique duco, ut in posterum a
promiscuo sicut omnium medicaminum, ita
præfertim purgantium, ipsorumque
señna foliorum ufo sedulo sibi caveat æ-
grotans. Nam meo arbitrio rectum viven-
di genus, conjunctis paucissimis, iisque
probatae fidei remedii, utramque curandi
absolvet paginam. Atque primum egre-
gia virtus est jusculturum ex carne vi-
tulina paratorum, quorum libris circiter
duabus radicis scorzonerae uncia una,
cichorei drachmæ binæ, & quidpiam
succii citri, vel aurantiorum recentis in-
coquantur. Hoc enim remedii genus &
in demulcenda dyscrasia humorum scor-
butica, & in nutriendo corpore cunctis
palmam eripit; & matutino potissimum
tempore loco potus Thee large sorbillari
potest. Deinceps pro potu ordinario his in-
morbis commendare soleo decoctum quad-
dam, cujus hæc sit formula: Recipe ra-
dicis scorzonerae, rasuræ cornu cervi ana-

uncias quatuor, radicis cichorei, liquidaria una unciam, passularum minorum uncias duas, feminis foeniculi drachmas tres. Conc. cont. M.D. species, quarum uncia una cum dimidia ex quatuor aquæ mensuris per horæ coquatur dimidium. Nec alienum erit, vinum vetus Rhenum inter epulas simul haurire; Hungaricum vero justo est calidius. Ex cibis, qui sunt nimis saliti, acidi, ac flatulenti, vitare, nec non ab animi affectibus studiose cavere; contra vero pedes cum toto corpore in æquali calore semper conservare expediet.

Inter pharmaca tria potissimum commendabo; nimirum pilulas meas balsamicas, quarum undecim bis quavis hebdomade vel mane vel vesperi, ob vim, qua pollut, & alvum liquantem, & simul roborantem, summo cum fructu sumentur. Alterum est pulvis præcipitans, cuius scrupuli duo alternis diebus circa somni tempus ex aqua cerasorum nigrorum, vel florum acaciæ capiantur; & si angustiæ præcordiales, flatulentæque molestiæ nimium urgeant, cum quindecim liquoris anodynii guttis permisceantur: qui in casu infusum quoque clyisma operæ faciet pretium.

Quod si vero ex impedito fluxu hemorrhoidum atrociora ad anum & imum ventrem decubuerint tormenta; utilissimum erit, venam in brachio secare, & extrinsecus loco affecto liquorem, qui habeat aquam florum lambuci, calcis vivæ, rosarum, archebaudæ, & saccharum saturni, tepide applicare. Ipso autem cruento ex venis sedalibus stillante quidem, sed non rite ac sufficienter pro manante, non ludetur opera, & ad illum promovendum dictæ pilulae per aliquot successives dies, coniuncto infusi theiformis ex herba melissæ, floribus chamæmeli, & summitatibus millefolii parati usu adhibeantur. Nec sine fructu singulari usurpari poterunt pedilovia, ex aqua fluviali parata, & tepida dumtaxat esse, inæquali vero tempore, affusa sensim calidiori conservari debent. Et, si ex horum præscripto vixerit æger, spem adhuc soveo, fore, ut cum morbo suo in gratiam redire queat.

CASUS CLXXXVIII.

De febre hectica post partum.

Generosa mulier, quæ est triginta, & quod excurrit annorum, constitutionis sanguineo-cholerice, rarique ac teneroris habitus, vacuam quidem a gravioribus morbis transagit juventutem; at, quum viro nupta, & sex circiter fecundenixa; per decem jam annos, vigilias diutius protracta, nimisque lubrificationibus indulxit, ægrotare, & hypochondriacis agitari cœpit affectionibus. Cumprimis vero per novissimum quinquennium, superatistum variolis, & paulo post abortu, crebro de catharralibus capitis defluxionibus, & faucium doloribus conquesta fuit. Decembri anni proxime elapsi mense, laboriosum passa partum, ab eoque tempore adeo est debilitata, ut nunquam rite valuerit; donec mense Aprili currentis anni, Vien næ degens, molesta tussi, primum siccæ, deinceps humidiori corriperetur, quæ hucusque noctu præsertim multam figit crucem. Paullo post locum mutavit, mensaque Junio Pragam devenit; ubi prioribus post iter, quod ipsi semper fuit saluberrimum, hebdomadibus egregie valuit: sed quum, cessante subinde menstruorum fluxu, sanitas denuo vacillare inciperet, meam implorabat opem. Accedens egram valde extenuatam, pallidamque, continuis capitis doloribus, caloreque lento, qui rigorem quendam, & refrigerationem extremorum, ac spinæ dorsi excepérat, jam a mense Aprili molestari percepí. Præterea pulsus erat parvus, justo celerior, vesperique frequentior; noctu vexabat tussis, eaque mox subtilis, & veluti vitrea pituita, mox spissus, tenax, ac lividus, puri similis, factoris tamen expers exscrebatur mucus; sumto prandio, rigores corporis quotidie fere incidebant, quos semper phlogoses, magnum totius corporis languorem, viriumque collapsum inferentes

tes sequabantur. Urina, quam copiosam reddebat, mox tenais & limpida, mox paullo saturatior adparebat, sudor largius, & fere colliquativus promanabat; adpetitus plane dejectus, sed sitis inexplibilis, & alvus assidue segnis erat. Novissime pedes vespertino tempore intumescabant; & interdum suffocationes uterinæ, junctis animi deliquiis infestabant.

His rite pensitatis, vero mihi videbatur simillimum, generosam foeminam febre lenta, aut plane hectica, ad minimum incipiente, laborare; ejusque causam non modo in lymphæ dyscrasia, verum etiam virtus glandulosarum partium, & labe cuiusdam visceris esse quarendam. Neque me errasse credo, si tu sum, qua laborat, & ad quam perpetuam in larynge sentit irritationem, primum stomachalem sicciam fuisse, jam vero pulmonalem pronunciavero. Hujus autem originem tam a lympha acri, ex glandulis pharyngis, laryngis, & pulmonum stillante, harumque nervosas tunicas vellicante, quam a tuberculis, pulmonum substantiam occupantibus, & a stagnante succo nutritio prognatis repetendam esse censem. Que licet nondum subiisse videantur ipsam suppurationem, nullum tamen est dubium, quin incremente malo, tandem in vomicas, ulceras, veramque pulmonalem tabem sint transitura.

Quamobrem ad mitiganda primum symptomata, pulveres absorbentes, nitrosos, phlogosin ac æstum humorum temperantes; mixturas pectorales vel solas, vel anodynæ cuidam nuptas; tincturasque stomachico-pectorales, cum aquo paratas menstruo præscripsi. Deinceps pro ipsa morbi radice extirpanda, ægram fonte Selterano, cum asinino lacte maritato per octodecim dies sub convenienti regmine uti jussi: unde mistio quidem melius successit; sed capit isævi dolores haud remiserunt. Finita potatione punctoriis lateris dolor, cum uterinis suffocationibus, & molesta sanguinis ad caput congesione stipatus, generosam deprehendebat foeminam; adeo, ut suppressis simul menstruis, venam in brachio aperire, &

inde octo cruxis uncias detrahere decreverim. Emissus sanguis spissus & ater, paucò innatante sero erat: cui attenuando, atque resolvendo convenientissimum fore judicabam, ut lac asinum solum per octo circiter sorberetur dies. Verum quum ægrotans, itinere præpedita, huic curationi vacare non posset; fas, ut in ejus locum per ipsum iter brodiis ex capone & viperæ paratis, vesperi autem pulveribus temperantibus, cum aliquot corticis cascarillæ granis remixtis uteretur. Neque dubito, quin ab ipsa aeris mutatione aliquod levamen sit perceptum.

C O N S I L I U M.

POstquam generosa mulier, cujus morbus præmissa historia continetur, Praga huc Halam venerat, me accersi jubebat, & ut ipsi, longum adhuc iter profecturæ, meam de rite tractanda valetudine aperire mentem, desiderabat. Erat illa tam teneræ, sensibilisque constitutio-
nis, ut & fluidæ & solidæ partes a leviori caussa, animi affectu, tempestatis mutatione, errore diætetico, fortiori corporis motu & refrigeratione, ad vitiosos & præternaturales facillime proritari potuerint motiones. Quamvis enim in juventutis periodo integro corporis vigore ac robore gavisa esset: attamen per bene multos annos tam crebris vigiliis, & inordinato, qualis in aulis principum esse solet, victu, quam variolis, quas gravioribus symptomatibus stipatas una cum insequente abortu ante quinquennium pati debuit, insignem partium solidarum atque motricium, speciatim ventriculi & intestinorum debilitatem fibimur contraxerat. Hinc etiam diu de flatulentis, ruetibus, pectoris oppressionibus, nauies, phlogosibus, sanguinis ebullitionibus, spalmodicisque affectionibus conquisita fuit; & ab odore suaveolentium pessime semper habuit. Post novissimum autem, quod difficile admodum, largoque cruxis profluvio stipatum fuit, puerperium, incre-

verunt omnino recensitæ molestiæ; quo niam videlicet eo ipso tonus solidarum partium magis labefactari solet: & hinc potissimum accedens diuturna, mox secca, mox humida, noctemque versus gravior tussis, suos mutuatur natales. Tandem, cum tribus abhinc mensibus lunare persolvere desisset tributum; amplior inde morbosarum affectionum propullulavit cohors; siquidem ab eo tempore febre quotidiana, lentæ simili, vesperi plerumque, vel etiam a meridiæ cum refrigeratione extermorum, maxime digitorum, & narium, & subsequence astu, sudore copioso, pulsu celeriori, magnoque virium languore fæse exserente, nec non graviori tussi, cum multa rejectione infestata fuit.

At vero hæc cuncta mala in prima, ut dicunt, herba suffocari potuissent, & operæ omnino fecisset pretium, si post cohibita menstrua, vena protinus in pede tusa, & sic humorum adfluxu ad inferiora & consueta loca revocatus fuisset. Quum autem aliquot demum post septimanis in brachio celebrata est venæ secatio, ea vix sine ægrotantis damno fieri potuit: utpote humorum raptus ad pectus magis invitavit, eorumque stagnationem in pulmonibus adauxit. Neque etiam convenientem fuisse fontis Selterani, cum lacte asinino maritati usum arbitror; eo, quod ad ejusmodi curationes integrum ventriculi robur requiratur, quod in nostra ægrotante labefactatum, atque hinc digestio destruta, & prime regiones saburra mucosa, acri & vapo-rosa imbutæ videntur. Idcirco morbum hunc rebellem oppugnaturus, eo cunctos medendi nervos intendere debet, ut ope remediorum temperatissimorum, magisque diaëticorum, quam epharmacia desumtorum, labefactatum generis nervosi, maximeque ventriculi robur instauraret, astum contemperet, adfluxum humorum a pectore derivet, & legitimum menstrui fluxus successum restituat.

Quibus indicationibus satisfacturus, pri-mum ad purgandum ventrem, & educendas cruditates propinavi potiunculam

laxantem, quæ ex manna electæ drachmis quinque, tremoris tartari drachma dimidia, in aquæ veronicæ unciiis quinque solutis, & aliquot guttis olei anisi permixtis erat concinnata, & sexies movebat alvum. Deinceps cum venæ cruce-turgidæ conspicerentur, & pulsus arteriarum simul magnus esset, non alienum putavi, ut ad derivandum subinde humorum ad uterum & partes inferiores adfluxum, vena in pede tunderetur: ex qua etiam secata consulto quatuor cruoris, qui a naturali temperie haud multum recedere videantur, nisi quod innatans serum ad ignem facile coagularetur, uncias curavi detrahendas. Aut or quoque fui suasorque, ut, nisi accedat uterinu-s fluor, singulis binis mensibus circa istius excretionis tempus, binæ vel tres sanguinis unciae, ex vena in pede secunda mitterentur.

Præterea ad demulcendum calorem internum, humores acres diluendos, & spissos attenuandos, partesque strictas humectandas, pro potu ordinario præbui serum lactis; idque ex lacte vaccino recenti ad lenem ignem calefacto, & post additum citri luccum, percolato, tumque cum oculis cancerorum & faccharo cantho permixto parandum docui. Sub cæpulis Elixirii mei visceralis quadraginta guttas, ex ultimo haustu sumendas; manæ, pectoris virtio consulturus, infusum veronicæ, additis herba virgæ aureæ & hedera terrestris cum lacte, vel ejus floribus forbillandum; & vesperi circa somni tempus, ad sopiendam sanguinis ebullitionem, drachmam dimidiæ pulveris præcipitantis, una cum duodecim liquoris anodynæ guttulis, ex aqua fontana, & cerasorum nigrorum capiendam suasi. Denique commendavi, ut usum rerum non naturalium ita dirigat, ne quid inde sanitas caperet detrimenti.

Atque hanc medendi rationem, tanquam naturæ convenientissimam, ut si bi haberet valde commendatam generosa mulier, & insuper cuncta pharmaca, præsertim nimium dulcia, pectoralia, emulsiones refrigerantes, anodynæ, opia-

opiata, nitrofa, nec non balnea & aquas minerales vitaret, etiam atque etiam sum hortatus. Neque vero prohibui, quo minus alvo existente lubrica, pulverem quandoque ex cornu cervi sine igne, succino praeparato, & cortice cascarillæ confectum, vigente dolorum impetu assumeret. Consului quoque, ut ad roborandum genus nervosum, hoc interdum polvere uteretur: Recipe pulveris Marchionis drachmas duas, succini albi praeparati, nitri purificati ana scrupulosuos, olei desilati macis guftas tres. M.D. Atque tandem suasi, ut, si demum menstrœ purgationis adparerent vestigia, quotidie circa somni tempus quinque duntaxat pilularum deglutiret balsamicarum, & mane infusum theiforme ex herba melissæ & croco potaret.

Verum morbus remediis major fuit; si quidem ægrotans domuto redux, in casum adhibitis cunctis remediis, hectica demum febre infestata, placidaque morte extincta est.

C A S U S CLXXXIX.

De marasmo senili.

Mulier generosa, quinque & sexaginta annorum, statuæ mediocris, temperamenti sanguineo-cholerici, constitutionis sensibilioris, in juventute crebris perfuncta itineribus, vino Rheno, & aqua pura pro potu uti solita, & alvi obstructionibus obnoxia, stirpe quædam prognata est, in qua agnatorum plurimi, arthriticis, & apoplecticis affectibus infestati, & præmatura morte extinti fuerint. Hæc postquam viginti sex abhinc annis elapsis, marito orba, parere desit, crebras passa est hystericas pariter, ac hypochondriacas passiones; solo saepius odore gravi vel suaveolenti excitatas. Nihil tamen minus menstrua sub his passionibus debito & tempore & quantitate profluxerunt; quæ per se tamen demum rationem silentia, nephritidem post se traxerunt calculosatn. Verum succedente hemorrhoidum copiosiori fluxu, hæc quo-

Hoffm. Consult. Med.

que penitus conquievit molestia. Ante duodecim annos rheumaticis, atque tantis humeri dexter doloribus laboravit, ut incideret exinde in molestam totius brachii contracturam; qua ope balneorum Tœplicensium percurata, per incerta temporum intervalla, accessere pedum œdemata. Et per novissimum præsertim quadriennium, sanitas atque vires mirum in modum vacillare cœperunt; siquidem post levissimum in victu errorem, statim vomitibus biliosis, mucosisque, præcordiorum anxietatibus, flatulentis, ruſtibus, tortinibus, frigore extremorum, ac summo virium collapsu corripiebatur. Quibus molestiis consultura binis abhinc annis felici cum successu adhibuit balnea Tœplicensia, sed quum paullo post notabilem in victu committeret errorem, protinus non recensita solum recrudescebant symptomata, ad usque animi deliquum exacerbata; verum lenta etiam accedebat febris per bimestre tempus egram affigens lecto. Abhinc ad meliorem inclinare visa valetudinem, per elapsam proxime æstatem, ruri sub satis prospera degit sanitate. Verum eadem, ineunte autumno, quo asperior erat tempestas, & ipsa mulier generosa singulo mane aquam primum frigidam, post potum Succoladæ forbere solebat, destrui adeo cœpit, ut illam jam laborare senili marasmo, videatur vero simillimum. Nulla enim ciborum gaudet adpetentia, summa urget virium prostratio, facies interdum expallescit, oculi caligant, rigidique sœpius redundunt, & corpus sensim contabescit. Novissime tumor phlegmonosus dextrum occupabat pedem, & ab hoc ad imum ascendebat ventrem; sed accidente fluxu hemorrhoidalí, mox iterum evanescerat. Quæ symptomata cum gravioris periculi motu terreat, nec præsidia a variis hucusque medicis commendata quidpiam opis tulerint: ad Te configimus, Vir Experientissime, tuumque consilium flagitamus.

CONSULTATIO.

MOrbus; quocum conflictatur fētū. **N**a generosa, tam altas egisse videtur radices, ut nullum utique perfecta curationi superesse locum arbitrer. Illum enim pro hecūca sive marasmo senili habendum esse reor; ubi partim succorum vitalium temperies ac textura a naturali recessit statu, partim solidarum & motricium robur partium adeo est debilitatum, ut langueat digestio, functiones corpori propriā labefactentur, ejusque carnea sensim contabescat substantia. Quo qui dem in rerum statu spes salutis in angusto sane versatur; & ex ejusmodi radicatis affectibus clarissime dispaleficit, quam ardi sint salutaris artis limites, quantoque jura Medici naturae ministri potius, quam domini mereantur adpellari. Quæcumque enim proposuero, & adhibeantur medicamina, ab omnibus tamen non aliud expectare licebit effectum, quam ut mitigentur paullo symptomata, & misera aliquantulum protrahatur vita. Et ad hos scopos consequendos, pharmaceuticis omnino convenientiora erunt præsidia digetica; ex quibus, si tuleris ventriculus, lacaliniūm commendo, ejusque tepefacti mensuram unam quotidie per octo circiter dies sorbillandam hortor. Quod si vel non arriserit, vel non in promptu fuerit, operæ pretium faciet serum lactis; quod ex lacte, quantitate mensuræ unius, cum succo citri, quantum cochlear capit, permixto, decocto & percolato parari, & si justo acidius fuerit, cum syrupo papaveris albi temperari. Præterea ex usu mīhi est, in talismodi morbis pro potu ordinario exhibere potionem, & analeptica & temperante, & anodynā virtute insignem, qualis paratur, si ex cornu cervi raspati, panis fecalini triti ana libra una, corticum citri recentium, & cascariellæ uncis duabus, cum sex aquæ puræ fontanæ mensuris, invicem leni calore digestis, ex vesica quatuor circiter liquoris mensuræ destillentur. Nec ludetur opera, si vespertino potissimum tempore, pulvis Marchionis, cum uno vel altero ni-

tri grano permixtus, ex emulsione analeptica, cum seminibus quatuor frigidis majoribus confienda, nonnunquam capietur. Et denique consultum erit, alvinam obstructionem referare; quod commodissime fiet ope clysmatum, quæ ex lacte & aquæ æquali portione, floribus chamaemeli, rhabarbaro in aqua soluto, manna, sale communi, & nitro parari, & crebro infundi debent. Ceterum sumum precor languorum nostrorum medicum; ut, quibus perficiendis nostra ars haud sufficerit, ille ex alto clementer supplere velit.

CASUS CXC.

De marasmo senili funesto.

Princeps nostra serenissima, temperatura sanguineo-cholerica predita, annum ætatis septuagesimum primum egressa, ad hanc usque senectutem cibis durioribus, ut carnis sale conditis, vel fumo induratis, & brassica muria condita, aliisque delectari soluit; neque ullam inde sensit molestiam, nisi quod a flatuum retentione, qua dextrum maxime hypochondrium occupante, nec nisi emissis ruboribus sublevata adhuc laborat, sapientius male habuerit. Verum per quatuor abhinc annos crebro alvi profluvio infestari cœpit; quippe quod primum non nisi post usum fructuum horariorum, fragorum, cucumerum, melonum incidebat, perque unam vel alteram, quin sapientius quatuor hebdomades inhærebat. Quum igitur, accidente virium collapsu, robur ventriculi nimis debilitatum videretur, ad illud restaurandum extrinsecus balsamum vitæ Hoffmanni, interne elsentia corticum aurantiorum mox sola, mox elsentia trifolii fibrini, mox etiam sali volatili oleoso nupta, & olea quadam carminativa in usum vocabantur. Inde restituto iterum ventriculi tono, cessabat per aliquid tempus diarrhea, & serenissima Princeps cibos coctu difficultiores absque molestia rursus comedere valebat: sub quo victu metuenda

dām humōrem acrimoniam, datis p̄cī pitantibus, p̄cavere studebant medici. At vero sub finem elapsi proxime atini re-crudescebat ex improviso alvi fluxus, priori molestior, & cum doloribus intestini recti stipatus; nec ullis remedii, nec clysteribus sāpius iteratis penitus extirpari se sinebat, tantum aberat, ut cibi simul periret cupiditas, & vites insigniter prosterrentur, ipsaque lectum p̄z nimio languore deserere non posset.

Consultus quidam celebris Medicus, ordinabat primo mixtroram, quæ sic habebat: Recipe aquæ foeniculi uncias tres, florū fambuci unciam semis, cinamomi drachmas tres, pulveris bezoardici ex globulis scrupulos duos, lapidum cancerorum præparatorum scrupulum semis, M. f. mixtura, cuius unum vel alterum cochlear ter vel quater quotidie erat capiendum; & hac per aliquot dies adhibita, p̄scribebat tinturam, ex essentia pimpinellæ albæ drachmis duabus cum dimidia, lignorum drachma una cum dimidia, Elixirii proprietatis sine acido drachma dimidia concinnatam, & ter quotidie ad 25. guttas assumendam. Novissime per duodecim circuiter dies, fracta dejectio-num frequentia, semel dumtaxat vel bis de die egeritur alvus, & appetitus cum somno redit: sed sumis epulis, calor in volis manuum p̄ternaturalis sentitur, lotium turbulentum, salinis recrementis plenum mingitur, mane insigni faucium ariditas, & plus minus copiosus vexat sudor; atque vehementissimus dolor rheumaticus in dextrum incumbit brachium. Hinc ob febris hecīca metum, sequens p̄scribebat emulsiō: Recipe gelatinæ cornu cervi, rhinocerotis citrata ana uncias tres, aquæ florū tiliæ unciam unam, seminum quatuor frigidorum majorum, papaveris albi ana drachmam unam. M. F. emulsiō: colatur addecor alliorum rubrorum præparatorum scrupulum unum, perlarum orientalium grana duodecim, sacchari parum. M. F. emulsiō, aliquoties per diem sorbillanda.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

Quantum ex communicata mecum historia, qua persona quedam serenissima latet proœcta, & hucusque egregio ventriculi vigore gavisula premitur, percepi: ille ante quatuor annos cum alvi fluxu, cibos coctū difficiliores in sequente, novissime vero vehementius infestante, & cum doloribus in intestino recto, cibi fastidio ac virium languore stipato incepit. Quem convenientium remediorum ope debellatum, exceperunt oris siccitas, & sudor copiosus mane potissimum erumpens, atq; calor in volis manuum post pastum: unde hecīcam metuerunt medici imminentem. Neque vero aliter sentire possum, nec habeo, quæ circa p̄scripta medicamina moneam; tantum abest, ut potius emulsionis, novissime ordinatæ usum frequenter, maxime versus nocturnum tempus, vehementer suadeam. Deinceps vero, licet calidiora, ac vulgata stomachica sint fugienda remedia, omni tamē studio, eo erit respiciendum, ut ad instaurandum ventriculi robur, reficiendas vires & æstum temperandum, convenientibus pugnetur medicaminibus. Ex iis longo uia comprobatum commendando liquorem meum anodynum; cujus 20. guttae ex quatuor uncis aquæ puræ simplicis, vel ex cerasis nigris destillatae, alternis vesperis erunt capienda. Cum hoc remedii genere alternari potest pulvis quidam temperans, quem ex pulvere Marchionis, lapidum cancerorum ana drachmis duabus, nitri depurati drachma dimidia, olei de cedro Italico guttis quatuor conficiendum, & pondere duorum scrupulorum ex commendato vehiculo vesperi assumendum suadeo. Adhac, si alvi fluxus cum flatulentis molestiis rursus invalefacat, auctor sum, ut abdominis regio cum balsamo vitæ dileto inungatur. Præterea vero ciborum quoque habenda est ratio; quos inter frequentem usum jusculturum ex carne gallinarum, cum succo citti vel aurantium confectionum admodum laudo;

quippe quæ matutinis etiam & pomeridianis horis summo cum fructu poterunt forbillari. Quum porro humores salibus scorbuticis inquinati videantur, & metus sit, ne inde calor hecticodeus augeatur; opera erit pretium pro potu ordinario acidulis uti Selteranis, si quatuor earum partes cum una vini veteris Rhenani fuerint permixtæ. Ceterum optasse, ut certior essem, num gratiosissima Princeps, venæctionibus olim adsueta fuerit, illasque forsan neglectui habuerit: quoniam quam plurimis constat observationibus, eas in senibus intermissas, multarum ægritudinum matrem esse fecundissimam.

Relatio ulterior.

Priusquam accederet consilium illustris Hoffmanni medicum, hæc erat ægritudinis in Principe serenissima idea. Ad nonas Februarii, summis epulis æstu quodam prehendebatur, qui cum pulsu celeriori, & præcordiorum anxietate sensim increvens, vesperi explosis per anum flatibus, & soluta sponte alvo, remittebat, noctemque quietam relinquebat. Postridie eodem tempore invadebat calor præternaturalis, ut ut mitior; & tertio die cum dictis proxime symptomatis, & insigni virium prostratione vehementius adfligebat, nec nisi dejecta iterum circa somni tempus alvo cessabat. Abhinc per aliquot dies mitissimus fuit æstus, anxietates evanescabant, & alvus consueto more, semel bisve reddebatur quotidie. Interim noctes turbulentio transigebantur somno, eumque matutino tempore sueti excipiebant sudores; nec ciborum sibi rite constabat adpetentia, adeo ut ad eam invitandam, mane alternis diebus balsami de Mecha guttula octo, & essentia absynthii composite triginta nonnunquam caperentur guttulæ. Tum per duos tresve dies adhibebantur remedia, a Medico quodam extero missa; quæ erant sal volatile oleosum, essentia menthæ crispa, aqua carminativa, pulvis quidam salinus, corallis permixtus, & sacculus radice zingiberis ple-

nus, quem spiritu vini Franconico, eoque tepidiori madefactum, ad ventriculi regionem imponi jubebat. At vero, cum horum usum non modo majus caloris incrementum sequeretur, verum etiam diarrhoea rursus excitari videretur; illis missis, 10. Calend. Martii, assumebat serenissima Princeps pulverem, qui ex lapidum cancerorum, coralliorum rubrorum ana drachma dimidia, terra Lemniæ granis quindecim, & theriacæ cœlestis grano uno cum dimidio confectus, & in tres partes divisus erat. Quo diarrhoeam nondum competente, postridie usurpabat pulverem, qui habebat pulveris Marchionis, lapidum cancerorum, coralliorum rubrorum, terra Lemniæ ana scrupulum, theriacæ cœlestis grana duo, & quatuor sumebatur vicibus. Hoc etiam votis haud faciente satis, addebatur ipsi olei distillati mastiches quatuor guttulæ, & extrinsecus ventriculo emplastrum nervinum imponebatur, quod emplasti de tacamahaca drachmas sex, cum olei stillatitii menthæ scrupulo uno malaxatas fovebat. Et quum insignis moeror ob obtumum Principis cuiusdam serenissimi accederet, iis omnibus omissis, solus Marchionis pulvis guttae olei stillatitii menthæ nuptus, porrigebatur, conjuncto balsamo de Mecha usu.

Hoc tandem in statu rerum, Halassis ad nostras manus perveniebant medicinæ; quibus adhibitis, alvi profluvi remittebat, & melius habebat serenissima Domina. Verum non multo post ingenti virium languore adeo prosternebatur, ut spes vitæ in angusto esset, & ipsa sacro viatico instructa, extremum expectaret spiritum. Ceterum pulsus jam varius admotam ferit manum, moxque celerior, mox languidior est; & summis mane vel jusculis, statim intenditur. Post prandium non volas tantum manum, verum totum corpus urere incipit vehemens æstus, bronchia pulmonum tenaci obsidentur muco; interdum lancinantes sinistrum capitum latus adfligunt dolores; urina mingitur turbulentia, coloris saturati, & suspensam, bullulisque permixtam exhibet nubes.

lam : adpetitus plane prostratus est, vires incredibilem in modum immittuntur, corpus contabescit, & novissime inexpugnabilis dormiendi necessitas accessit. Nec denique ignorari oportet, serenissimam ægrotam hactenus pro potu ordinario partim iusculis, partim cerevisia tenuiori, partim vino Rhenano solo, ut in parciissima quantitate, partim etiam dicta superius emulsione, noctu præsertim uti consuevit, nec persuaderi potuisse, ut vinum acidulis Selteranis nuptum adhiberet. Neque venam unquam secundam præbuit; tantum abest, ut sanguinis missiones magno aversetur tædio. Meo quidem arbitrio, marasmus senilis, isque immedicabilis adesse videtur.

Ulterius consilium.

Percepi ulterius, quinam sit valetudinis, in qua degit serenissima Princeps, status; & doleo, quod ille tam corruptus ac deploratus sit, ut nihil fere fausti prænunciare liceat. Quod si enim etatem valde senilem, & præsentes adfectiones, maximeque nimium decrementum corporis ac virium consideravero; non nisi veram hecticam, quam veteres marasmus senilem dixerunt, & quæ a summa viscerum atonia & labo proficitur, suspicari possem. Ad eam vero inducendam, sanguinis intermissam vacuationem multum contulisse credo: quippe quæ decenti ordine ac tempore instituta, præstantissimum morbi id genus in senibus præcavendi exhibet præsidium. Quum autem altas jam radices egisse videtur malum, optarem, ut ab usu remediorum calidorum, quale est balsum de Mecha, abstinuerit gratiosa Domina, quippe quæ non minus ac omnia adstringentia, minime ventriculum roborandi, & alvi fluxum his in cibis sistendi virtute pollent, tantum abest, ut calorem præternaturalem magis asperent. Juxta meam potius sententiam, non aliæ restant indicationes, quam ut æstus temperetur, & vires instaurentur: quibus scopis diætética præsidia præ aliis

facent satis. Atque hoc cumprimis nomine excellentem pollicentur efficaciam tenuiores gelatinæ, quæ ex cornu cervi raspati libra dimidia, cum mensura una aquæ, & quarta parte vini Rhenani per tres horæ quadrantes decocta, tum albuminis ovorum ope despumata, & ad gratum saporem conciliandum, saccharo & pomis Sinensibus permixta confieri poterunt. Non minus præstantissimæ virtutis sunt emulsiones analepticæ; quarum hac esto formula: Recipe amygdalarum dulcium unciam semis, seminum quatuor frigidorum majorum ana drachmam unam, aquæ florum tiliæ, cerasorum nigrorum, rosarum ana uncias duas, cinnamomi cydoniatæ unciam semis. M.F. l.a. emulsio, adde matris perlarum scrupulos duos, nitri purificati grana octo, julepi rosarum drachmas duas. M.D. Operæ porro præmium facient potiones nervinæ, per vices ad unum alterumque cochlear suendæ; qualis sic parari debet: Recipe aquæ rosarum, cerasorum, melissæ, rubi idæi, florum acaciaæ ana uncias duas, cinnamomi cydoniatæ unciam unam, succi citri, syrupi acetositatis citri ana drachmas tres, matris perlarum drachmam unam. M.D. Ex hac quoque potiuncula interdum capiendas suadeo quindecim guttas liquoris mei anodynæ, cum oleo macis maritati; & ad coercendam, urgeat, alvi fluxionem, balsamum vitæ abdomini inungendum, iterum iterumque commendo. Et hæc sunt, quæ in tam gravi malo proponenda duxi; non enim decet multa variaque remedia exhibere, ea que quotidie cum aliis alternare; sed quæ abs re sunt, cum patientia continuare: quorum effectum Deus jubeat esse salutarem, ex animo precor.

Verum firmius in tanto senio radicatus morbus omnem spavit medelam: namque in serenissima nostra, hecticus calor, ac virium collapsus tantas sumfere vires, ut quatuor a dato consilio septimanis, animam placide exspiraverit.

C A S U S C X C I ,

De purpura consumaci chronicā.

Vix sexaginta tres annos natus, vita sedentaria & motus experti addidit, multisque mœroribus & solicitudinibus confectus, alvo semper lubrica, & somno quieto, sed adpetitu minus integrō gavissus, per sedecim jam annos purpura laboravit; eamque per totam pleurumque & statem, in corpore efflorescentem, licet orthostadius pati; verno autem & hyemali potissimum tempore, lecto affigi, & graviter non sine vita periculo cruciari. Postquam vero ante aliquot annos Hala ex nostra, in qua habetens degit, Frisiā occidentalem se consultit, ibidemque & animi a mœroribus liberioris esse, & motum corporis frequenter exercere potuit: immunis quidem ab ipsa purpura fuit efflorescentia, sed hujus in vicem ibidem locorum malum successit ischiadicum. Halam tandem redux, in purpuraceam totius corporis incidit rursus efflorescentiam: quæ, si forsitan retrocedebat, ingentes in femore, osse sacro, & tibia dolores relinquebat. Ante biennium insolito plane e loco erumpente humor ille exanthematicus; siquidem cum ineunte & statim, ulculculum in capite propter tempora, serum acre stilans exsurgebat, nonque nisi accidente autumno coalescebat. Elapso vero anno circa & statim initium recrudescebat; sed paucis hebdomadibus, fuso quodam sero, præter omnem spem & opinionem, sponte exsiccatum coibat, paucis post diebus, quamplurimæ, & ultra vigintiquinque in fronte, collo, ac pectori efflorescabant pustulæ, instar pilorum; quæ dacto pressæ, saniem fundebant purulentam, insignemque pruritum pariter ac ardorem inferebant. Verum mense Augusto, cum forsitan justo diutius sub aere vespertino, paullo frigidiori commora. retur, accidit, ut uno impetu omnes illæ pustulae retroactæ disperarent. Unde vix transactis aliquot diebus medium circa noctem, præfocantem incidit catharrum,

cum roncho in pulmonibus & copiosissima mucī rejectione stipatum, qua se suffocari crederet. Et huic ope venæfectionis pediluviorum ac clysteriorum percurato, mense Septembri novus succedebat paroxysmus, suffocationis omnino terrens metu. Quo denuo superato, sèpius quidem per totum illum annum, præfocantes ejusmodi accessiones invadebant; adeo, ut per noctes non potuerit in lecto decumbere, quin protinus dicto malo corriperetur: at omnes erant prioribus mitiores; cum a medico ipsi porrigeretur remedium quoddam, quo sumto statim remittebat morbi vehementia.

Circa currentis demum auspicia anni melius habere cœpit, somnumque in lecto decumbens rursus capere potuit. Insimul vero purpurata exanthemata inter nocturnos sudores, qui primum copiosi, & fecundissimi, jam parciores, matutinis horis erumpentes observantur, iterum efflorescebant. Sub quibus satis quidem bene valebat; at haud ita pridem ex improviso affectu suo catharroso præfocante, horis meridianis, cum olim nocturnis incideret, prehendebatur. Ille licet prioribus binis paroxysmis paullo benignior esset, vehementem tamen in pectore ronchium, magnamque sanguinis ebullitionem habebat comites, & tandem bis sumto superiorius dicto remedio cuius formulam & nomen ignorat, in profundum desinebat somnum; a quo expergefactus, ad priorem redibat sanitatem. Hoc autem asthma, purpuraceæ statim sequebantur excretiones; quæ duo morbi genera ita invicem alternabant, ut retrocedens exanthema mox exciperet asthmatica suffocatio, & hæc vicissim, foras acta purpura, solveretur. Omnis hanc obcausam vel levissima refrigeratio ipsi est infensiissima; quippe quæ intus vertendo materiam purpuraceam, subito inducit præfocantem catharrum; qui nunquam non cum majori pulsus celeritate invadit, ægrumque decubentem statim surgere cogit. Sudor præterea, qui purpuram comitatur, tam aceratamque corrodens est, ut cutim non modo excoriet, verum quoque hinc te-

exe.

exedat, quæ instar eorum, quæ cum spiritu vitrioli imbuta sunt, ad levissimum dilacerari possunt contactum. Ceterum nullas unquam fluxus hemorrhoidalis sensit notas; nec nisi dolores in osse sacro nonnunquam percepit; & denique bis quotannis venas in pedibus tundendas, detractis semper decem cruxis uncis, præbere solet.

JUDICIUM MEDICUM.

Origo ac fundamentum cunctorum symptomatum, quibuscum vir conflictatur amplissimus, unice dyscrasias & acrimonias serorum & lymphaticorum debet humorum. Quando enim in tali corporis constitutione serum acre beneficio naturæ, aut quod idem est, vigore partium motricium internalium, ad exteriōres, maximeque subcutaneos devolvit tubulos, emergit inde purpura. Quod si vero per externas causas, quas inter refrigeratio amplissimum locum occupat, serum istud excrementarium, ad interiora reprimitur, incubit ad nervosa & tendinosa juncturārum ligamenta, eaque vellicando, acutissima producit dolorum tormenta. Neque raro fit, quod noxia istiusmodi materia, intus versa, sensibiles ventriculi & intestinalium tunicas obsideat, & tum sanguina machinetur mala, velut spasmus, atroces dolores, flatulentias cum summa anxietate, inquietudines, alvi vel adstrictiones, vel etiam immoderata profluvia, quin & periculosas febres eaque ac inflammations.

Quemadmodum igitur dolorum ischiatricorum, & qui femora, atque crura post retrocedentem purpuram, in nostro occuparunt ægrotantem, ratio ex proxime dictis clarissime perspici poterit: ita nec difficile erit, affectionum asthmaticarum, quas nocturno tempore pati soluit, & nomine catharri praefocantis exprimit, causam perscrutari. Quando enim cunctæ acre purpuraceum serum, intus aëtum ad tunicas bronchiorum, quæ sunt exquisite sensibiles, irruit, spasmus illas reddit opportunas; quo constrictæ, san-

guinis per vasa pulmonum liberiori circulo remorat injicunt. Stagnantibus autem in pulmone succis, spirandi difficultas & præcordiorum anxietates protinus succedunt; & ob diuturniorem cruxis moram, lerosa & subtilior portio ab eo secedit, & per glandulas bronchiales in tubum bronchiorum & asperæ arteriæ stillat, ronchumque ac copiosiorem muci excretionem cauillatur. Adhæc in nostro casu est observatione dignum, purpuram per annos jam sedecim inhæsisse. cumquæ illa per cutim tam causticum fundi humorum, qui & cutim excoriat, & linta corrodit, simulque insignem spargit foetorem.

Quæ cum ita sint, merito jam meretur disquiri, undenam & ipsa lymphæ ferrique acrimonias, & hinc enata purpura, tanta ægrotantem occupans vetustate, suam traxerit originem. Hæc ut innotescat, scire primum licet, quod particulae salæ, sulphureæ, & omnes excrementitiae, quæ partim ex ipsis alimentis cum corpore communicantur, partim in ipso sanguine, ob ejus continuum motum & attritum generantur, circulo humorum expedito ac libero existente, assidue per organa colatoria secernantur, & ex corpore proscribantur. Quod si vero difficilis ac impeditus sit dictus ille succorum vitalium circuitus, & inde subortæ fuerint sanguinis stases, & vasorum excretoriorum obstrunctiones non fieri potest, quin sordes illæ recrementitiae intus retineantur, atque sic totam sanguinis & humorum massam contaminent, ac nutritioni reddant ineptam. Cum primis autem retardatur sanguinis per viscera imi ventris, maximeque hepar & lienem circulus, ad generandam scorbuticam dyscrasiam, permagnum conferre potest symbolum. Namque per principia constat medica, hepatis in œconomia vitali non aliud esse usum, quam ut per vasculosam ipsius substantiam, partes impuræ, salæ, & sulphureæ, quæ bilem constituant, secernantur; lienis autem functionem in attenuando, & ad transitum per vasa minima a daptando sanguine esse positam. Quandocunque igitur vitalis crux

cruer, cuius per venam portæ, & hujus ope per hepar atque lienem transitus in naturali etiam statu existit difficilior, a cedentibus variis caussis ægrius per hæc viscera progrereditur, & impeditius, re tentis per brevi ante dictas rationes bilio fæ & sulphureis fædibus, generatur humorum dyscrasia, nec prius, quam referentur obstructæ hæc viscera, & liber fluidorum cursus restituatur, radicitus exstirpari potest.

Adhac impuritas ejusmodi humorum, ab ipsa eorundem stagnatione & efficitur, & adaugetur. Sicut enim cuncta in toto microcosmo fluida, si careant motu, vi externi caloris insignem corruptionem ac putredinem subire, constans & perpetua docet experientia: ita illud idem eo certius corporis animalis humoribus accidit, quo illi ex sua essentia ad putredinem sunt opportuniiores. Quamobrem permultis morbi, ex sero impuro atque falso oriundi, veluti sunt variarum partium exulcerationes, scabies, tinea capitis, defluxiones feri falsi oculorum &c. si cum tumoribus glandularum subcutaneis fuerint complicati, non nisi discussis hisce tuberculis sanari posuerint: nec obscura videtur ratio; si enim glandulæ cutis, que depurandæ lymphæ serviunt, sunt obstructæ; nec lymphæ depuratio, nec etiam mali exinde suborti curatio obtineri poterit. Subinde mihi sepius adnotare licuit, a lochiorum, vel mensium, vel quoque hæmorrhoidum fluxu cito superpresso, & purpuram & aliam humorum impuritatem protinus progeneratam; sed restitutis cruentis excretionibus, iterum exstirpatam fuisse: ubi cauſa non nisi in stagnatione sanguinis per imi ventris viscera est quærenda. Verum chronicæ purpurae cauſa tantum non semper in contumaciæ viscerum, aut glandularum majorum & nobiliorum obſtrutione residet, & ob hancce rationem medicationem haud adeo facilem admittit.

Quibus præmissis, luculenter dispaleat, contumaciæ illius ac diurnæ purpurae, qua noster sollicitatur ægro-

tans, proximam cauſam, non modo in flagnatione humorum circa abdominis viscera, sed potius obstructione organorum depurationi sanguinis tributorum gerere. Cujus si primos prosequamur natales, occurrunt vita sedentaria, diurni mœtiores, neglecta sanguinis missio, & impeditus hæmorrhoidum fluor: quippe quorum onus ea est indeoles, ut genera randa sanguinis moli, labefactando par do humorum per abdominis viscera circulo, mirifice patrocinetur. Neque dubitabit, quin ex dictis caussis purpura, de qua sermo potissimum est, suam tra xerit originem; qui consideraverit, eam mutato vitæ genere, animoque a mœ toribus liberato, protinus velut exspasse.

Sed jam docere opera erit pretium, quanam ratione spinosum hoc sit adgredendum malum? Et ex hac quastione binæ propullulant aliæ, quarum prima symptomatum noxiōrum illi junctorum convenientem tractationem, altera totius mali plenariam respicit exstirpatiō nem. Quod primum attinet momentum votis omnino potiemur, si quæ jam humoribus inest, acrem ac noxiā materiem per congrua emunctoria e corpore prescribemus. Quo nomine consultissimum erit, ut omni refrigeratione studiose vitata, corpus in æquali & perpetuo loco potus Theebois in lecto sorbillare præstabilit decoctum calidum, ex radice chinæ, scorzonera, salsaparilla, & semine foeniculi confectum; quo etiam frigidio in vicem potus ordinari uti licebit. Quod si autem purpuraceum illud miasma, intus actum ad nervosas vel pulmonum vel intestinorum tunicas decubuerit; temperata discutientia & diaphoretica iussum vocare conveniet. Hæc inter meritis suis extollendus est spiritus bezoardicus nostri anodynī partibus remixtus, ad quinquaginta guttas intra lectum mane capiatur. Nec minoris virtutis sunt pul veres bezoardici, ex antimonio diaphoretico, vel antimonii cerussa, cornu cer

vi sine igne , cornu cervi usto , lapidibus cancrorum & cinnabari nativa præparata componendi ; quorum efficacia eo præstantior erit , si uis unum vel alterum sulphuris aurati antimonii , ultimæ præcipitationis addatur granulum . Hoc idem illud est remedium , quo amplissimus æger ad mitigandas asthmaticas accessiones sæpius felici cum successu usus fuit ; & insignem profecto meretur commendationem : siquidem draftica , quæ compedit antimonialibus medicinis , vi orbatum , nec vomitum amplius , nec alvum movet : sed flatus dum taxat pellendi , sudoremque egregie promovendi , pollet facultate . Habenda desuper alvinæ excretionis est ratio : sed sicuti perniciosissima in morbis purpuratis habetur alvi obstrutio ; ita etiam hanc moliti stimulantibus remedii , nihil aliud est , nisi oleum camino addere . Quicquid enim intestina ad spasmum proritare valet , illud quoque corticis cutanei constrictiō nem inducendo , & legitimum transpirationis succellum impediendo , ad sordium excernendarum retrouplusionem disponet . Idcirco ex laxantium farragine his in morbis , rhabarbarinis , mannatris , clysteribusque demulcentibus & emollientibus nec sunt tutiora , nec præstantiora .

Si itaque ad alteram nostrarum quæstionum progrediamur , quæ , quomodo radicitus extirpandus noster sit morbus , querit ; ardua sane provincia , ejusmodi in subiecto atestate proiectiori firmius radicatum affectum curaturo imponitur . Neque tamen penitus est desperandum ; siquidem , si temporis diurnitas , & ægrotantis patientia remediorum vires secundaverint , sæpius votorum nos reddi compotes observamus . Et ego quidem in chronicā tali purpura , acidulas Schleranas tepeſætas , vel solas , vel tertia latetis asinini parte maritatas , non sine singulari fructu ſæpiſſime adhibitas foisse noravi . Haec enim aquæ alcalinum fixum possident principium , vique hujus urinam potenter movent ; atque cum lacte permixtæ , egregia dyscrasiam humorum falsam & acrem temperandi pollent vir-

tute , nec sine ampla utilitate in doloribus arthriticis , & tuſsi pulmonali poſſunt usurpari . Deinceps ad secundam mali purpuracei curationem multum facit studioſa ab omni vino & cerevisia abstinentia ; cuius in locum laudatum ſuperius decoctum ſubſtituendum ſuadeo . Neque parum emolumenti expectare licet a corporis frequenti exercitatione , & aeris mutatione : quorum ſcoporum uterque institutis iteribus poterit obtineri .

Ex pharmacis , quæ noſtro fini reſpondent , efficacissima ſunt antimonialia , & cinnabarina , nec non tartarisata , quæ inter eminent regulus antimonii medicinalis , sulphur antimonii auratum tertiae præcipitationis , panacea Glauberiana , sulphur auratum ex ſcoriis tartareis , cum ſolutione auri præcipitatū , ceruſa antimonii , cinnabaris antimonii , tintura antimonii acris &c . Excellens enim ac peculiariſ , quam in glandularum obſtrutionibus referandis , & progressu lymphatici laticis promovendo exferunt , eſt virtus ; ob quam in morbis ex magna ſeri atque lymphæ impuritate ſubortis , conjuſto decoctorum aperientium uſu , omnium remediorum vim longiſſime ſuperant . Verum interponenda ſunt laxantia , ne ſordes acidæ , ac biliosæ , quæ per alvum eliminari debent , hac obſtructa ad ipsam humorum massam retrolabantur . Quo ſcopo ſalina neutiquam convenire , ſed porius rhabarbarum cum manna & cremore tartari in aqua communi infuſum , exhibendum eſſe ſupra diximus .

Ut denique ſpecialius methodum proponam , quam in noſtro ægrotante oportuniffimam arbitror : ſuadeo , ut ille vernali potiſſimum ac autumnali tempore , infuſum quoddam laxans rhabararinum , atque decoctum ſupra commen- datum cum antimoniali remedio maritatum , per aliquod tempus adhibeat ; ita tamen , ut illo per tres , hoc per quinque ſuccelliſive dies cum regimine diaphoretico utatur ; eorumque alternantem uſum per tres vel quatuor vices repeatat . Neque pauci ſunt ex impuritate lymphæ ſuborti , & purpuracei affectus , quos hac medendi

ratione , divina favente gratia , feliciter expugnavi : quam ut in præsenti etiam casu Deus reddat felicem , ex imo pectore precor .

CASUS CXII.

De pertinaci purpura scorbutica .

Nobilis profapiæ foemina , annorum quadraginta sex , temperamenti languineo-cholerici , naturæ admodum sensibilis , anno ætatis decimo demum octavo menses experta , sexto autem & trecesimo iisdem per vehementem animi affectum prorsus orbata , varia exinde sanitatis incommoda , maxime sanguinis ebullitiones , ventriculi debilitatem , flatulentias , & catharrales affectus sensit , iisque mitigandis venæ sectiones æquinoctiales , & aquas Selteranas quotannis fere magno cum emolumento opposuit . Comprimis autem præterita nuper æstate variis animi motibus , speciatim microne diurno ob filiam carissimam variolis defunctam agitabatur ; ubi notatu erat dignum , auditæ filiæ morte ipsam contremuisse , huncque tremorem singulis diebus eadem mortis hora rediisse , & tandem sponte cessasse . Decernebat itaque vacillantem ægritudinem aquis Selteranis oppugnare ; sed consultus Medicus loco earum serum lactis , herbis antiscorbuticis & refrigerantibus , præsertim multa acetosa & portulaca alteratum , & quidem ad duas quotidie libras , nullis permisis vel conjunctis laxantibus , nec flomachicis , bibendum suadebat . Mox autem primis potationis diebus pessime habebat inde , atque de ventriculi , hypochondriorum , & abdominis inflatiōnibus dolorificis , inadpetentia , artuum rigida tensione , & subtili spastica undulatione , ut quieta sedere non posset , sed hinc inde ambulare , & discurrere cogeretur , articulorum in manibus & pedibus tumore &c. conquerebatur . De quibus admonitus Medicus , potationis urgebat continuationem , & omnia sponte disparitura spondebat . His freta ægrotans , in quartam hebdodemam pro-

trahebat curam ; sed incommoda neutri quam cedeabant ; tantum abest , ut indies potius invalescerent ; unde perterrita Medicum denuo consulebat , & ab illo essentiam quandam nervinam , sapore cochleariam , odore sal volatile prodenter accipiebat . Sumta hujus unica dosi , lecho protinus adfigebatur , de artuum tremore , frigore tamen vacuo , cordis & præcordiorum angustiis , sudoreque frigido per biduum querula . Tertio die tremor ille concussorius artuum adeo revertabatur vehemens , ut lectus simul quateretur , subsequeente præcordiorum anxietate , sudoreque tamen calido . Et haæ adfectiones incerto circuitu per aliquod tempus inhærebant , adeo ut per duos træve dies quotidie recurrerent totidemque diebus conquiescerent .

Quæ scena cum per binas durasset hebdomades , alter medicus per litteras in consilium vocabatur : qui missa mixtura , ex aquis diaphnoicis & antispamodicis , absorbentibus citratis , nitro depurato , speciebus de hyacintho , cinnabari antimonii , spiritu nitri dulci confecta , sub paroxysmo assumenda : nec non pulvere digestivo nitroso , atque essentia ex scoradio , pimpinella , millefolio , & gentiana rubra parata , id effecit , ut singula mitigarentur , cordis angor & artuum tremor plane cessaret , nec nisi per intervalla calor cum sequente sudore invaderet , eaque accessione finita ægrotans e lecto surgere , atque cibum cum adpetitu capere posset . Tandem medicus ad explorandum coram & curatiis morbi statum accitur , qui accedens agram extra lectum , bono cum adpetitu comedentem , & satis alacrem deprehendebat ; sed post quemvis finitum sudorem , bis vel ter de die redeuntem , linteamina corporis cum recentibus in conclavi frigidulo permuntantem , simul autem purpuram , brachia & manus obsidentem , adque tergum & pectus semet extendentem animadvertebat . Unde judicabat , purpuram per linteorum mutationes sèpius retrocessisse , & per paroxysmos iterum expulsam fuisse . Namque per biduum tribus quotidie paroxysmis , cum oris siccitate ,

tate, calore & siti incipientibus, & post horum decursum in copiosum sudorem desinentibus corripiebatur, intercedente unica tantum die intercalari, quam rursus binis una dumtaxat accessione, eaque leni, post meridiem infesti excipiebant. Hinc spem plenariæ euphoriaræ quidem concipiebat, sed inanem; siquidem paucis post diebus paroxysmus denuo cum praecordiorum angustia, vehementi calore, præsertim pedum, ultiro citroque curstante, cum enormi sudore ingruebat, qui sudor, nisi linteis calidis saepius detergeretur, facile per cutem refrigeriebat, & dolores artuum post se trahebat. Hanc accessionem sequenti die hora quarta matutina sequebatur nova, tanto artuum tremore, & praecordiorum anxietate infesta, ut adstantes de vita metuerent, quæ per totam diem inhærens, circa vesperam demum nonnihil remittebat, postridie bis, tertia vero die semel reversa, tumque cum interno horrore & tanta cordis oppressione invadens, ut fuisse per integrum horam lacrymis, nonnihil solatii demum perciperet. Fuit autem observationeignum, quod ante ingrumentum paroxysmum excretio illa purpuracea in brachiis penitus disparuerit, sub eo ipso vero ad cutim, cum levamine, & redeunte animi antea dejecti alacritate, expulsa rursus fuerit.

Hæc tragica vehementium accessionum scena ludebatur ab ultima Augusti, ad quartam usque Septembres diem. Circa hoc tempus aliud quoddam symptomam reliquis accedebat, quo ægrotans, si vel unicum jusculis, vel tremoris hordei ac avenæ sumeret cochlear, protinus sputum limpida, tenacis tamen pituitæ incidebat; comesto autem solidiori cibo ab hac immunis erat molestia. Ab hoc quoque tempore purpura, parvis hinc inde furunculis intermixta, constantius & pertinacius per aliquot dies in cute comparebat, cum sudoribus, sine tamen praecordiorum angustia permanentibus. Verum levamen, quod in hoc rerum statu percipiebat, haud diu durabat: siquidem paucis post diebus retrocedente per noctem ex improviso purpura, febriles

paroxysmi cum cordis palpitatione, membrorum lassitudine, somnolentia, & utriusque hypochondrii flatulenta ac dolorifica tensione stipati recrudecebant. Urina per totum morbi decursum, admodum varia reddebatur, mox aquæ instar limpida, & assumto potu copiosior, mox rubicunda cum simili sedimento.

Opposita huic polymorpho malo medicamina fuerunt absorbentia simplicia, & succo citri nupta, antimonata fixa, leniter nitrofa, antispasmodica, diaconica, tonica, velut lapides cancerorum citrati, mater perlatum, cornu cervi sine & cum igne preparatum, pulvis Marchionis, corallia robra, species de hyacintho &c. Mixtura ex spiritu nitri dulci, essentia pimpinellæ, scordii & mixtura simplici parata, in expellenda, si retrocesserat, purpura egregiam locabat operam. Usurpatae porro sunt emulsiones, cum aquis cordialibus, diaconicis & antispasmodicis; interposito per vacuos a febre dies, laxantium lenissimum, ex rhabarbaro, manna, & tartaro solubili confectionum, nec non clysterum ex floribus chamaemæli cum cremore avenæ coctis, oleo olivarum, sali culinari vel nitro præparatorum usu. Non minus crebro sorbillata fuerunt juscula medica ta, cum radice cichorei, scorzonera, fœniculi, & succo aurantiorum alterata; & pro potu denique decoctum cornu cervi, cum radice scorzonera, salsaparillæ, liquiritiae & semine fœniculi confectionum inserviit.

Quæ cuncta subsidia, quum nec purpura subigendæ, nec immoderatis & perpetuis fere sudoribus coercendis, nec avertendis paroxysmis sufficerent, aquas Selteranas, quas ægra quotannis summo cum levamine potare sueverat, in usum vocare consultum putabat medicus; easque per primum oculum, ad eluendam ex ventriculo & intestinis pituitam folas, deinceps cum lacte asinino temperatas adhiberi jubebat. Præmisso igitur blando laxante, bibendi siebat initium, ad quatuor usque libras ascendendo, & in eadis per aliquot dies subsistendo: quum vero nec per alvum, nec urinam sufficien-

cienter excernerentur aquæ, sed potius cum sebsequentibus ventriculi flatulentis & hypochondriorum doloribus restarent: mox more ipsi afflictæ mulieri alias sueto, ad duos nimirum urcos, qui ad minimum septem libras continebant, portandæ decernebantur, addita pro subduendo ventre alternis diebus mannae uncia. Tum desideratum edebant effectum; utpote, iis per alvum pariter ac urinam prompte redditis, cibi cupiditas, somnus, atque vires redibant, hypochondriorum molesta inflatio evanescerat, atque purpura, cum cessantibus sudoribus, squamatim decidebat. Neque vero omnem delitescentis cuiusdam mali metum detrahebant perseverantes adhuc febriles motus, qui hora pomeridiana quarta cum pedum quadam refrigeratione, & subsecente sanguinis ebullitione adfligentes, ad sextam vespertinam quotidie durabant. Et, quod notatum dignum erat, fontem istum cum lacte assinno confusum morbi sequebatur exacerbatio; solum vero illud lac, experimenti causa sumtum, lactis alias impatiens, optime ferebat, adeo ut per eam diem febrilis etiam accessio dederit inducias.

Interim spes manebat firma, fore, ut ex continuato harum aquarum, per quatuordecim jam dies potarum usu, malum adhuc superaretur. Verum præter omnem spem & opinionem tum recidebat consuetus paroxysmus, corporis languore, somnolentia, frigore, sudore, siti, oris siccitate, pedum refrigeratione, continua præcordiorum sudantium angustia, ac difficulti spiratione stipatus; quo lecto prorsus affigebatur ægrotans. Circumstantes, consilii inopes, propinabant statim pulverem ita dictum vitalem Hallensium, quem sudor excipiebat copiosus. Consultus mox per litteras medicus mittebat pulverem ex antimonii dia-phoretici, nitri depurati, cinnabaris nativæ scrupulis duobus, pulveris Marchionis scrupulis quatuor, castoreique scrupulo uno paratum, & in decem partes divisum. Quarum una vesperi sumta, major sanguinis ebullitio somnum turbans, & dolores cardialgici inde sequi-

videbantur; neque alteram alias excipiebat effectus. Quid multis? antiqua sym-promatum scena ludi incipiebat: nam sudores immodici, cordis tremor & anxietas, cum meticolositate quadam, terroribus, pavoribusque conjuncta, capitales dolores, siti, oris siccitas, & inadpetentia turmatim recurrebant; neque sudores istos, punctorum cuti sensum inferentes, ulla purpuræ comitabantur efflorescentia. Scire quoque refert, pedes continuo sudore, eoque frigidulo manduisse; superiori corpore haud æque insudante.

Hoc in rerum statu ad coercendos potissimum sudores, porrigebatur pulvis ex lapidini cancerorum, coralliorum rubrorum, nitri depurati, pulveris Pannonicæ rubri ana scrupulis duobus, specierum de hyacintho drachma dimidia, croci martis antimoniati Stahlii scrupulo compositus; dabatur mixtura ex tinctura coralliorum, martis tartarizata Ludovici, spiritus nitri dulcis, & syrapi papaveris rhæados æquali portione concinnata. Nec his vero operæ pretium facientibus, pilule, quæ habebant extracti cardui benedicti, centaurii minoris, trifolii aquatici, antimonii diaphoretici martialis Ludovici ana grana quindecim, mane deglutientes; a meridie tinctura martis Zwœffleri capienda, & vesperi assumendum pulvis, ex coralliorum rubrorum, matris perlarum, eboris sine igne parati ana drachma, specierum de hyacintho, & antiæsthetici Poterii ana drachma dimidia concinnatus exhibebatur.

Sub horum usu ad meliorem inclinare videbatur valetudinem, adeo ut paroxysmis extra lectum perfungi potuerit; hi vero singulis diebus per horam anticipabant: & pedes, adhibitis in casum frictionibus, frigore pariter ac dolore continuo infestabantur. Verum enim vero infidum illud malum paullo post summo cum impetu recruduit, & ægram hucusque, recensitis symptomatis immersam detinet. Illa ceterum valde est sensibilis, & medicamenta calidiora, castoreum, volatilia, myrrhata, aloetica, pilulas Becherianas minime ferre potest.

Quæ

Quæ quum ita sint, & periculum in mora videatur positum, expedit sibi consilium curatorium, præservatorium, & diæticum.

CONSULTATIO.

Ferox, tardiuque plenus morbus, quo cum foemina generosa, corpore tenebriori, animo sensibiliori, & succis obcohibita menstrua impuris prædicta, per longum tempus conflictatur, purpura scorbuticæ nomen meretur. Cujus quidem materialis cauſa, quæ est acre serum, in nervosis ac motricibus potissimum residet partibus, quas stimulando, atque velli-cando ad præternaturales, & spasmoidicas prioritat commotiones, atque sic cauſam præbet, quo omnes œconomie vitalis functiones turbentur ac deſtruantur. Quenadmodum vero hæc in plerisque purpuras contingere ſolent affeſtibus; ita in nostro ſpeciatim caſu adhuc quædam occurruunt momenta, quæ cuncta ſymptoma ut graviora, ſic & diuturniora redunt. Ut enim sensibiliorem ac debiliorem generis nervosi conſtitutionem ſilencio prætermittam, qua prædicti præ aliis decumbunt gravius: ipſa remediorum, quibus uia eſt, farrago, nec non animi vehementiores affeſtus, regimen inordinatum, & frigus corpori liberalius admifſum, atque hinc intus versa purpuracea materia, peculiarem merentur conſiderationem. Nam ſicut nimius medicaminum uetus magno reconvaleſcentiæ eſt impedimento: ita miasma illud exanthematicum, ſi ſæpius retropellatur, longe deteriorē & virulentam velut acquirit in dolem; qua non ſolum truculentiora machinatur mala, verum tam fixam quoque ſedem occupat, ut ægerrime poſſit elimi-nari. Non igitur mirum eſt, quod adhibita hucusque artis præſidia, quæ corrigenda pariter ac excernendæ materię peccantiæ Medicis, laude digno conatu destinata videntur, temperantia, diaphoretica & an-tispasmodica, votis uonduum responderint. Nec improbarem commendatum fontis

Hoffm. Consult. Med.

Selterani tam ſoliuſ, quam laſte aſinino nupti uſum; ſed optaſſem, ut priu ope bla-dorum laxantium, & clyſterum primæ regiones, curatiuſ fuiffent purgatae.

Quicquid vero fit, in eo jam cardo rei vertitur, ut oſtendam, qua ratione malo huic firmius radicato liceat mederi. Et hoc ſine primam eſſe oportere curam arbitror, quo materia ſubtilis purpuracea ex vitæ penetratibus ad corporis ſuperficiem ex-pellatur; quod impetraturos nos eſſe con-fido, ope pulveris hunc in modum confi-ciendi: Recipe pulveris Marchionis drachmas duas, antimonii diaphoretici, ſucci-ni præparati, cornu cervi uſti ana drachmam, nitri depurati ſcrupulos duos, cinnabaris nativæ præparatae ſcrupulos M.F. pulvis, div. in 8. part. & bis terve quotidie aſſumatur. Huic crebro juvabit interponere unum vel alterum cochlear potionis analleptice, & leniter diaphoretice, quæ ſic habet: Recipe aqua florum ſambuci, cardui benedicti, meliſſæ citra-tæ, cerasorum nigrorum, ana uncias duas, matris perlarum drachmam, ſucci citri, ſyrupi papaveris albi ana drachmas duas. M.D.

Deinceps commendo liquorem meum anodyno-mineralem, cujus cum ſpiritu bezoardico Buffii mixti, triginta guttae vel mane vel velperi capiantur: pollet enim vi præstanti ſpasmos ſedandi, le-nem transpirationem promovendi, & materiam exanthematicam ad corporis corticem dejiciendi; majorique his in morbis cum fructu uſurpatur, quam ſpi-ritus ille nitri dulcis, cujus in historia morbi fit mentio, & quem ex ſpiritu in-flammabili, & vini rectificatissimo, in observationibus meis chymicis parandum docui. Neque erit alienum, decocto jam deſcripto, & ex rasura cornu cervi, radicibus ſcorzonerae, ſarfaparillæ, liquiritiæ, & ſemine ſœniculi confecto, ulterius & pro potu ordinario, & pro remediorum vehiculo uti.

Ad alvum porro liquandam, & ſordes e primis regionibus vacuandas, egregiam virtutem præſtabit pulvis rhabarbari, qui velperi ad ſcrupulos duos ex aqua fri-gida fontana bis quavis hebdomade pro-

Yy pina-

pinari potest; species autem de hyacintho, ob vim, quam obtinet adstrictivam, illi pulveri addere ineptum est. Neque minus huic scopo respondent clysteres, ex juris gallinacei libra una, olei amygdalarum dulcium, & florum chamomillæ uncis duabus vel tribus parati; quippe qui tensas spasmo fibras emolliunt, & impuritates blande subducunt.

His denique recta vivendi ratio conjungatur, necesse est; in qua cum primis calor conclavis, in quo degit, moderate calidus ac æqualis esse debet: & consutio erit, ante purpuræ eruptionem, in lecto se continere, & linteamina mutacionem differre, aut cautissime instituere. Vixit sit facilis, nec confert multis vesci carnibus, sed potius jusculis avenaceis, vitello ovi permixtis, vel gallinaceis, cum radice scorzonerae, cichorei, & succo citri vel aurantiorum alteratis, frequenter uti. Ceterum si vernalis accesserit temperatas, auctor sum suasorque, ut ægra somnem Selteranum vel solum, vel lacti aſſino, si tulerit ventriculus, nuptum adhibeat, eoque bis quotannis, conjuncta duplii venæſectione, utatur.

CASUS CXCIII.

De purpura alba & rubra, cum summa generis nervosi debilitate conjuncta.

Duos ultra triginta annos nata fœmina, vegeta quidem sanitate, & acuto hilarique ingenio a natura instruta fuit; at per varios in tenera jam juventute calus fracta, morborum vi omnino succumbere debuit. Nam juvencula adhuc, ob matrem, quæ noverca erat, cancro mammarum affectam, non solum curis domesticis sola præesse, verum etiam matri ægrotæ, non sine insigni fastidio, affltere cogebatur: unde ipsa quoque parum valuit, & cum primis febribus aliquando intermittentem incidit, quæ consulto suppressa, futuris procul omni dubio primam cauſam præbuit æ-

gritudinibus. Matre defuncta, pater cœpit ægrotare; cui iterum a manu esse debuit; licet purpura per tres menses admodum gravi, & calidioribus medicinis oppugnata laboraverit. Tandem hoc quoque morte extincto, multis mero-ribus oppressa, valetudinariam egit vitam; & hujus cauſa fontem Selteranum potavit, eo effectu, ut finita potatione, critica ac salutari corriperetur diarrhoea.

Paullo post, annus ætatis erat vigesimus sextus, mihi nupta, & brevi ante nuptias gravissimis ob cauſam coram judicio gerendam, sollicitudinibus, aliisque animi adfectibus agitata, indeque capitis horrendis doloribus, quin pridie nuptiarum magno rigore ac frigore correpta, ac ipsa denique festiva die saltando vehementer exstata, postridie lunare tributum, licet debitum nondum adcesset tempus, persolvere cœpit, Huic fluori statim insignis jungebatur fitis, quam nec Selteranis acidulis solis, nec iisdem cum vino maritatis explore valebat. Interim ego, negotiorum cauſa per duos treſve dies peregre factus redux, uxorem meam, purpura maligna rubra & alba per totum corpus occupatam, magnoque pectoris ardore & oppressione, nec non vigiliis infestatam deprehendi. Purpura in cruribus ac abdomen hinc inde exulcerationes producebat: neque tamen minus datis emulsionibus, pulveribusque nitroſis, ac fixis bezoardicis, exſiccabat, & cum reliquis symptomatibus, Deo ſint gratia, evaſcebat.

Verum cum ſequenti, qui erat Augustus, mense utero inciperet gerere, vacillabat rursus valetudo, quamvis gestationis tempore bis sanguis e pede mitteretur; ſiquidem primum ardorem precordiorum, & alvinam obſtructionem; progrediente graviditate œdematosum pedum tumorem, & brevi ante partum erysipelas pedum, crudeliffimis doloribus ſtipatum pati debuit; quæ fœtu in lucem edito omnia conqüieſcebat. Sed in puerperio purpura denuo efflorefcebat; & purgatio uterina larga quidem ſuc-

succedebat quantitate ; fundebatur autem serosus dumtaxat humor , insigni acrimonia imbutus , & intolerabili fetore nares feriens . Præterea corpus adeo contabescet , ut febre eam hectica extenuari crederes : & denique infans , quarta post partum septimana , morte raptus , vehementem crebat meroeni . Quamobrem finito puerperio , fontem Selteranum ipsi ad scatebram bibendum ordinavi ; unde factum est , ut per unum alterumve annum , accedente legitimo menstruorum fluxu , licet extenuata , satis bene valeret . Verum ante quatuor annos rursus imprægnata , variisque simul ægritudinibus , præsertim febre tertiana , affecta fuit ; quæ ope pilularum balsamicarum oppugnata & mitigata , non impedierunt , quo minus debito tempore felicem ederet partum .

Abhinc vero parere desit ; vitamque multis affectionibus immersam , misera traxit , quales hucusque fuerunt vehementes capitis dolores , perpetua pedum refrigeratio , contumax alvi obstrutio , assidua sitis , ardens circa cordis scrobiculum sensatio , corporis contabescencia , & molestus languor , adpetitus inconstantia , & menstruorum parcior fluxus . Ante aliquot annos post gravem cardialgiam , vomitus patiebatur , & per illos frusta sebacea magnitudine nucis juglandis reddebat : quos secundaturus , lene exhibebam vomitorium , quod tantus artuum extremorum tremor , inanisque vomendi conatus excipiebat , ut blandum anodynū ex aqua liliorum convallium spirituosa ipsi propinare deberem , quo sumto parum biliosi humoris magno cum impetu eructabat . Hinc abstinui a vomitoriorum exhibitione , & laxantibus pugnavi ; sed hæc qualia cunque , sive lat Sedlicense , sive aperitivum Hoffmanni , sive potiunculae mannatæ , sive pilulae balsamicæ per aliquot dies continuatae fuerint , nunquam respondebant rite votis : quid? quod mannatæ potiones , quas abhorrebat , statim vomitu reddiderit . Calidioribus ac resinosis medicaminibus uti , ob debilitem generis nervosi constitutionem , neu-

tiquam ausus fui ; & quod peculiari dignum est animadversione , omnes orthostadia aversatur medicinas , lecto autem per auctum morbi impetum affixa , eas cum voluptate pariter ac egregio fructu capit . Liquor anodino - mineralis uti semper , ita adhuc etiam , si præcordiorum anxietates , & spasmodicæ motiones nimis urgeant , levamen infert ; sed eo sumto , plerumque molestissimi suboriuntur ructus , & ultra duodecim horas atrociter infestant . Suaveolentia , inque primis balsamum vita , utut ambra privatum , summo fastidio aversatur . Ex cibis viliores amat , delicatioribus non delectatur ; vino , licet parcus , utitur ; nonnunquam tamen rarius potum calidum Theebois vel Coffeē , laeti nuptum sorbet , frequentius autem loco fabarum Coffee , ex amygdalis tostis fibimet decoctum parat , quippe quæ obunctuosum , quod fovent , principium , alvo lubricandæ inservire perhibentur . Hojus etiam lubricitatem ope humectantium , ac feri lactis ad mentem illustris Hoffmanni parati adjuvare , sed incassum tentavi . Sub epulis porro ad juvandam vim digestivam , Elixir viscerale Hoffmanni propinavi ; nec non aquas Selteranas , balnea ex aqua dulci , & tepidiora pediluvia , a quibus tamen capitis dolores exacerbari putat , in usum vocavi .

Omnium vero irritus hucusque fuit effectus ; alvus quotidie quidem responderet , sed arte liquari non potest ; urina plerumque aquosa , interdum turbulenta instar spissoris cerevisiæ , absque coctionis signis mingitur ; pulsus citior semper & parvus , quandoque micans fertur ; somnus est turbulentus ; sanguis e vena detractus , olim siccior ac spissior adparuit , jam laudabili consistentia prædictus videtur ; & animus , a prima juventute semper hilaris , magis morosus ac dejetus redditur . Ad hæc per integrum , qui novissimus est , annum , quavis vespera ingenti corporis frigore percellitur , quod calor pungens & mordax excipit , & hunc rarissime levis mador sequitur ; quo exhalante , bene habere vide-

tur, cessante vero spirandi suboritur angustia, & pectoris oppressio. Quo in spasmatico, qualis mihi videtur, affectu consilii sum inops; & licet ex mente cujusdam Medici thermas Carolinas, quas uxori meæ proficias ipse judico, adhibere vellem; metuo tamen, ne, cum corpus nulla arte purgari, neque ideo ad hanc curationem preparari potest, majus exinde pro-pullulet damnum. Quare abs te peto, Vir Experientissime, ut me doceas, quæ in morbo hoc intricato sint profutura.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

QUæ mihi, Vir Prænobilissime, de gravi & diurna amantissimæ Tuæ uxoris prescripsisti ægritudine, luculentiter testantur, eam insigni generis nervosi debilitate laborare; qua præsertim magnus ille alimentorum canalis, ventriculum puto & intestina affecta, & hinc spasmodicis pariter ac flatulentis obnoxia videntur affectionibus. Ubiunque vero solidæ & motrices partes a vigore & robe suo naturali dejectæ sunt; ibi succorum quoque vitalium legitimus cursus admodum retardatur, salutares quoque excretiones imminuuntur, & hinc dyscrasia humorum scorbutica, infelix multorum malorum mater, progeneratur. Atque si omnes casus, quos a teneris annis letissimæ fæmine sustinendos fuisse percepit, rite consideravero, hac in mea sententia insigniter confirmor. Namque quo sensibiliorem ac teneriorem a natura nacta fuit corporis constitutionem; eo majori ad irregulares motiones promptitudine nervosum systema inter duriorem, quam sub matris novercæ regimine sustinuit, educationem imbui debuit. Cohibita subinde febris intermittens, & hinc intus acta materiae morbifica, primum dyscrasias humorum dedit pabulum; quæ, avcta, per insentes ob parentis ægritudinem mæores, partium solidarum debilitatem, & hinc retardato fluidorum motu, nec non excretionum libero successu, mirum in modum omni no crevit, & in purpuratam

tum temporis desit efflorescentiam. Qua forsitan non radicitus persanata, laudabilis quidem instituto, nec infelici cum effectu exhibitas fuerunt aquæ Selteranæ: verum in sequuta animi graviora pathemata pessum dederunt speratam salutem. Commotis enim inde solidis æque ac fluidis partibus, febriles primum exceperunt molestia, quæ ex agitato sub iis per fortiorum saltationem corpore, rubram & albam post se traxerunt purpuram. Cujus noxia materies, cum ob imbecillitatem partium motricium, haud sufficienter e corpore fuit proscripta, accedente graviditate, & hinc labefactato magis robore, novam affectavit eruptionem; qua neutiquam potita, ardente in scorbiculo cordis dolorem, nec non erysipelaceum in pede produxit tumorem. Quamobrem rectissime sub finem puerperii exhibitas credo acidulas Selteranas; quippe quæ acrimoniam succorum vitalium temperando, motum eorumdem progressivum facilitando, & uterum fluxum restituendo, permagno utique sanitati fuerunt præsidio. Verum enimvero, quum legitimum partibus solidis nondum rediisse videatur robur, non mirum est, quod in sequuta nova imprægnatione, & accedente forsitan in vietu errore, tertiana febris, eaque superata, post enixum fœtum, varia propullaverint symptomata: quorum ad hanc usque diem adfigentium potissima sunt capitis dolores, assidua sitis, continuum extermorum, maxime pedum frigus, ardens circa cordis scorbiculum sensus; insignis virium languor; dejectus ciborum appetitus, & vomitus, iisque sebacei. Mea quidem sententia omnes hæ affectiones nimirum systematis nervosæ, maxime ventriculi ac intestinorum debilitati, & hinc pendenti ad motus irregularis promptitudini, maximam partem debentur. Nam si primæ regiones spasmus obsidetur, oriuntur primus sebacei vomitus; deinceps sanguis in libero per imum ventrem circuitu præpeditus majori ad caput ruit quantitate, ejusque vasa distendendo, cephalalgiam parit. Idem cruor copiosius ad præcordia versus,

horum vasa nimium infarendo , pectoris oppressionem , & anxietates inducit ; eminus autem , minori copia & impetu per exteriōres artus progrediens , ad corundem perpetuum frigus multum dispositit . Quemadmodum vero spasmos plerūque astonia sequitur ; ita hac in ventriculo ac intestinis locum occupante , perit ciborum appetitus , legitima digestio , vegeta sordidum per alvum excretio , & inde multæ generantur cruditates , quæ accumulatae , vellicando novam spasmorum præbent occasionem .

Quo facilius vero fuit , pathologicam præalentis mali explicationem suppeditare : eo erit difficilius , illud temporis vetustate corruptum , & in habitum degeneratum in tam sensibili subiecto debellare . Ipsa profecto pharmaco-mania , qua ejusmodi egrotantes simul laborare deprehenduntur , & per quam varietate medicorum æque ac remediorum delectantur , ipsis magno cedit impedimento , quo minus desideratam morbi medelam alsequantur . Nam nimio remediorum , cum primis si minus convenerint , usu nihil sane ad labefactandum partium solidarum robur , & hinc protractionem morbi diuturnitatem , ferme opportunus occurrit . Non equidem circa usurpata in præsenti casu hactenus subsidia quidpiam motuendum habeo ; tantum abest , ut ea morbi caussa ex omni parte congrua fuisse arbitrer ; neque vero præstantissimarum medicinarum accumulatum usum prodesse statuo . Quamobrem suadeo , ut jam mittantur cuncta pharma- ca ; nec nisi diaeteticis potissimum pugnetur præsidii . Ex his omni laude major est cœli , aerisque mutatio ; quam ut lectissima mulier , conjuncta corporis moderata exercitatione , sibi habeat commen- datam , etiam atque etiam hortor . Deinceps portationem lactis asinini , cum acidulis Selteranis æquali pondere maritati , admodum ipsi proficiam æstimo , cuius quotidie tres mensuras forbillare expediet . Non minus suis meritis extolli meretur creber usus jusculturum medicatorum , quæ ex carnibus virulinis , vel bovinis potissimum assis , additis radice graminis , cithorei , foeniculi , asparagi , petroselini ,

Hoffm. Consult. Med.

succoque citri vel aurantiorum parari pos- sunt . Sub epulis denique capiendas suadeo quinquaginta guttas Elixirii balsamico-visceralis , quale in Notis ad Poterium cum vino Hungarico conficiendum decui . Reliqua tuæ , vir Prænobilissime , dijudicationi relinquo ; & ut sumum Numen instituendam curationem clementer se- cundet , ex imo pectore precor .

C A S U S CXCIV.

*De febre purpurata puerarum pro novo
O incognito morbo habita.*

Puerperis per aliquod tempus infensum fuit malum quoddam , quod eas sequenti potissimum adoritur ratione . Secundo videlicet vel tertio a partu die percelluntur ex improviso quodam horrore , quem protinus ingens calor , cum summa pectoris oppressione , crebris suspiriis , & lochiorum retentione stipatus insequitur . Post aliquot dies pustulæ miliares per totum corpus , maxime per præcordia , coniunctis delirii , nervorumque subsultibus efflorescent , quarum malignitate , plus minus majori , pleræque oppressæ , vel circa quintam , vel etiam decimam morbi diem extinguntur .

Habitus eo usque hic atrox affectus pro febre miliari maligna ; & efficacissimis alexipharmacis , regimine quieto , & temperate calido , applicatione vesicatoriorum æque ac siccatur cucurbitularum oppugnatus fuit ; sed frustraneus omnium fuit effectus , & semper docta arte plus valuit malum . Idcirco doceri avemus , anne illud ex stirpandi ac superandi nullum occurrat remedium ?

Consilium celebrioris cuiusdam Medici .

Dificultas purpurae rubræ pariter ac albæ , quæ puereras potissimum occidit , medendi meo arbitrio in eo consistit , quod rigor , quem vocant la-

Et eum uno cum ea maligna purpurata febre incidat tempore. Quemadmodum vero utriusque mali caussa magis in humorum serosorum, quam ipsius purpure sanguineæ vitio quærenda videtur: ita neutri eorum venæflections, nec sudationes convenient. Illæ enim transpirationis insensibilis succelsum remorantur; hæ tenuissimum secum vehendo serum, spissius una cum maligno miasmate relinquent. Hinc sequenti via tutissime licet incedere, qua feminis adhuc gravidis, instanti puerperii tempore ea porrigitur remedia, quæ lympham atque serum depurandi virtute pollut. Quo quidem nomine magnam laudem merentur salina, antiscorbutica, velut est carduus benedictus, angelica, contrajerva &c. cum absorbentibus marinis ut matre perlatum, ostreis, conchis, dente hippopotami, coralliis, & cornu cervi maritata. Neque in subiectis quibusdam alienum est, balneis fccis, ac vaporosis uti; in quibus cutim vel fricare, vel etiam scarificare nonnunquam expedit; eo, quod tali ratione multum impurioris seri cum sanguine detrahitur.

Post enim xum vero fœtum, operæ premium exhibet pulvis Anglicanus, de Kent dictus, cuius vel solius, vel cum pulvere Marchionis remixti sexaginta grana singulis tribus horis vel ex aqua florum sambuci & fragorum, vel emulsione quadam sunt propinanda. Vespere mixtura ex diacordio Fracastorii, Theriaca, nitro, succo citri, & aceto rotaceo conflata cum aqua cinnamomi sine vino porrignenda est. Quod si vero hystericæ jungantur commotiones, abs re erit, missa illa mixtura, ne lochia cohibeantur, castoreum camphoræ nuptum in pulvere exhibere. Ubicunque etiam immodicæ alvi fluxiones accedunt, pulveres ex coralliis, theriaca cœlesti, bolo & terra sigillata parati, egregiam pollicentur utilitatem.

Contra vero ab omnibus essentiis, & aliis quibuscumque spirituosis medicinis cavendum: quoniam humorum ebullitiones exacerbant, & motrices partes ad spasmodicas proritant commotiones.

Sicuti enim non decet humorum insipuum adjuvare; ita quoque eo respicere oportet medicum, ut excretio malignæ materiæ per cutis spiracula, non in sudoris, quin potius madoris forma, in perpetuo conservetur successu. Quem in finem regimen temperate calidum, tam ratione clavis, quam lectorum & integumentorum servari debet: nec in potus ordinarii, qui largior sit, vicem quidquam decocto cornu cervi, cum succo citri permixto commodius exhibetur. Reliqua, quæ forsitan pro varia ægrarum constitutione occurrunt, symptomata, cujusvis medici præsentis judicio oppugnanda relinquuntur: in quibus omnibus id adhuc monendum duco, ne ea remedia, quibus febri purpurata succurrirunt, rigori sic dicto lacteo sint contraria. Sic enim nullum foveo dubium, fore ut divina favente gratia, prudens medici manus malo plus valeat.

RESPONSIO CONSULTATORIA.

PUrpurata febres nostris in regionibus, Misnia potissimum ac Saxonia, per multos jam annos, puerperis, ut familiariores, ita saepius quoque lethales sunt. Quum enim ante quinquaginta adhuc annos in nostris oris incognitè prorsus essent; tum temporis Lipsiæ primum puerperis infensæ cœperunt esse, & ideo febres purpuratae Lipsiensium vocabantur. Post ad vicinas quoque urbes, Halam Saxonum, Leucopetram, Naumburgum, & alias devenit malum; atque sensim latius serpendo, circulo tandem Saxonia inferiori inhalit. Neque vero puerperæ duntaxat, sed & alias mulieres, quin viri etiam hujus morbi tyrrannidem experiuntur, adeo, ut quosdam cito jugulet, alios ad plures menses discruciet. Hinc nata est purpura in chronicam & acutam divisio; quarum illa periculi expers, nec febre sifpata, diuturnitate dumtaxat molesta est; hæc febre, & vita discrimine nunquam caret. Utramque purpura genus, pro subjectorum, quæ adoritur, varietate, aut tempestatis diversitate, plus minus periculosa machina.

natur mala. Quemadmodum enim chronicā, si scorbutica invadit corpora, & longior & atrocior observatur: ita quoque acuta, si per tempestatum incongruas ac subitaneas mutationes, in subjectis, quae ex malo vivendi genere impuris scatent succis, incidit, malignior & periculosis deprehenditur. Omnis quoque purpura vel rubra est, vel alba; haec ut plurimum mali moris existit, & perniciōsior, quam illa: siquidem ubi febribus acutis, variolis, morbillis, uti sāpissime fit, conjugitur, funestum tantum non semper prænunciat eventum.

Causam atrocis hujus mali in lymphæ vappidæ, ac velut corrosivæ virtutē hære-re, vero est simillimum. Namque no-tissimum est, lymphaticum illum rorem diurniori in tubulis & diverticulis glandulosis mora ac stagnatione, acerrimum reddi & causticum: qui, si cum massa sanguinis ad interiora rursus vehatur, & ad nervosas partes decumbat, introducit ea symptomata, quae purpura antecedunt, atque comitantur. Haec sunt insignes praecordiorum anxietates, pecto-ris oppressiones, angores, inquietudes, tensivi ac spasmodici artuum dolores, summa lassitudo, spirandi angustia, horrores, animi delicia, & inexplicabili-s cutis pruritus: quae ocnia, expulsa ad cutim iterum purpuracea materia, protinus conquisescunt. Et sicut miasma purpuraceum ejus est indolis, ut subita-neas mutationes subeat, & mox ad cor-ticem cutaneum decumbat, mox vero ad vitæ penetralia insidiosum recedat: ita quoque pro hac varietate symptomata plus minus observantur ferocia.

Quod subjecta attinet, purpurae chrono-nicæ; eam familiarem adnotavi: foemini-s, quae vel per naturæ ordinem quin-quagesimum ætatis annum emensæ lunare tributum solvere desierunt, vel fluore albo improvide cohibito laborarunt, quo revocato, purpura rursus evanuit. Non minus tardii pleno huic affectui obnoxii reperiuntur, qui vitam motus expertem amant, animi affectibus, iracundia ac terrori nimis indulgent, lacticiinis, pa-nificiis, dulcibusque cibis multum dele-

stantur, & simul segniem habent al-vum; contra vita mobili gaudentes, te-nique vix utentes raro habent, cur a-tali malo sibi metuant. Præterea mihi sepius adnotare licuit, febres continuas, variolaceas, morbillaceas, aliasque, si vel alvus subiis stricior, vel justo liqui-dior, & tum adstringentium opere com-pressa fuerit, purpuram excipere: quum enim per alvum fortes subtiliores, salsae ac sulphureæ una cum crassis excernantur; haec, illa non respondente, intra corpus retinentur, & ad massam revertuntur sanguineam. Cum primis vero hic mor-bus puerperis & frequentior, & pericu-losior deprehenditur: namque scire licet, illis tempore prægnationis, ob cohibita-menstrua, præter nimiam molem, dy-ferasiam quoque humorum plerumque generari, utique, si inordinatum viven-di genus, vita sine motu defes, & som-nus diutius protractus accesserit. Tum, ubi pepererunt, vel cum ipsa febre la-tea, vel brevi postea toleratam pur-puracea erumpere solet efflorescentia; eo, quod per dictum rigorem lympha im-pura, hactenus quieta, in motum cie-tur, & ex glandularum, quibus eosque in-hæsit, latibulis, ad reliquam humorum massam compellitur. Quod si vero in causa inquiram, cur sepius memoratus affectus, nostro potissimum seculo, & præsertim sexui sequiori communis sit; nulla certe se alia mihi offert, quam ni-mius, & bis terve quotidie iterari solitus decocti fabarum Coffee potus. Quamvis enim huic infuso suas laudes, ob vim, quam exhibet, alvum liquantem, mini-me derogavero: attamen certis rationi-bus fultus credo, quod illud, si crebro & large potetur, alvusque simul officio suo-haud rite respondeat, omnino noxarum-ferax sit: siquidem non modo novas par-ticulas, quae œconomiae vitali, non adeo amicæ sunt, in corpore relinquit, verum etiam opere caloris latentes jam in-primis viis fortes acres, biliosas, im-puras commovet, & deficiente legitima-alvi solutione, secum in succos rapit: vitales.

Quibus præmissis, facilius fore existi-
Yi 4^o mo,

mo, præservandi pariter ac curandi hanc affectionem, proponere methodum. Præservandi quidem finis partim sub graviditatis decursu, partim ipso puerperii tempore habendus erit. Et quod imprægnationis statum attinet: hæc esto principes medentis cura, ut propullulanres sensim humorum impuritates, malignitatis purpuraceæ caussas, in prima, ut vocant, herba suffocer, nec increscere finat; id quod decenti fanguinis missione, & ventris purgatione obtineri poterit. Venæfæctio in foemina, quæ sanguineæ, succorum plenæ, gulæ largius indulgentes, & otio sunt deditæ, bis vel ter durante graviditate, quarto scilicet, sextoque prægnationis mense administrari, & in quibusdam brevi ante partum tertia vice iterari debet. Alvum vero semper oportet esse lubricam; cui scopo præter alimenta humectantia, pilulae balsamicæ Becheri, vel sal Anglianum, aut Sedicense, vel denique potio laxativa, ex manna, rhabarbaro, cremoreque tartari confectiona, admodum accommodata sunt. Adhac transpirationis, qua in depurando sanguine nihil præstantius est, legitimum succelsum omni studio adjuvare expediat: quem in finem sufficiens corporis motus, vietus humectans, & potus tenuis commendari merentur. Contra vero cibi nimium dulces, acidi, fructus horrai, poma, omne placentarum genus, & quæcunque spissos viscidosque generant humores, dum remorantur madoris excretionem, sedulo vitanda; & ex eodem fundamento a largiori coena, somno diuturniori, & animi pathematis studiose cavendum. Eadem scopo dicata sunt diaphoretica, quæ sicuti calidiora, qualia pleraque radices alexipharmacæ solent esse, nimis exæstuando humores, certam minantur noxam; ita temperatoriæ potissima sint, ex quibus pulveres bezoardici, nitro & præcipitantibus nupti eminent. Nec minorem spondent operam balnea tepida ex aqua dulci parata, quæ fœcis & vaporosis longissime præferenda esse statuo.

Excluso feliciter partu, purpuram præ-

servandi ratio in eo consistit, ut altero mox die, quo humorum a puerperio inductus ergasmus, pulsusque celer conquievit, portio pilularum ad Stahlii, Becheri, vel meum exemplar paratarum exhibeat, eademque postridie, si impeditior fuerit lochiorum fluxus, repetatur: quippe quæ primas regiones ab inhærentibus ipsis sordibus repurgandi fluxumque lochialem promovendi, virtute pollut egredia. Tertio die, quo lactea plerumque invadit febris, operæ est pretium, pulveris mei bezoardici, cum præcipitante æquali pondere maritati, drachmam dimidiam exhibere.

Quod si vero his neglectis, aut incassum adhibitis, purpura efflorescat, circumspiciendum ante omnia suadeo, num uterius fluxus vel parcior, vel plane cohibus sit; tumque, præmisso pediluvio, protinus quatuor vel quinque cruris ex vena in pede secunda uncias detrahere juvabit. Deinceps cavendum, ut a remedis, ita regimine calidioribus, nec non ab omni refrigeratione, & refrigerantibus medicinis. Unde nitroforum quoque cautum oportet esse usum, nec temere iis utendum, nisi pulsum celeritas, & sanguinis ebullitio urgeant. Nec denique alvi obstructio desuper habenda; sed nec stimulantibus, nec salinis solutio molienda. Medendi ratio, qua in hoc affectu summo cum fructu ottum solitus, in exhibitione pulveris bezoardici, cum præcipitante remixti, nec non castorini & cinnabarini, ac liquoris mei anodynæ mineralis unice consistit. In more etiam mihi positum est, ut, si præsertim angustæ præcordiales nimium adfligant, mixturam, quæ ex tribus partibus liquoris dicti anodynæ, una spiritus bezoardici Bussi, & dimidia essentiæ castorei componitur, una cum pulvere, ex pulveris bezoardici granis quindecim, cinnabaris nativæ præparatae granis quinque, & pulveris castorei granis duobus concinnato, puerperis exhibeam. Adducendum alvum non nisi clysteribus ex floribus chamælii, sale communi, & nitro paratis uti: & pro potu ordinario sequens commendare soleo-

de-

decoctum: Recipe rasuræ cornu cervi, radicis scorzonerae, sarsaparillæ ana uncias duas, Conc. cont. decoquantur in tribus aquæ communis mensuris. Infusum denique herbæ Theebois parcius, nec nimis calidum forbillare decet: qua methodo multas puerperas, assistente divina gratia, & a purpura præservatas, & curatas novi.

C A S U S C X C V .

De purpura alba puerperis plerumque funesta.

Familiaris admodum nostris in locis est purpura alba, qua pleræque puerperarum, maxime primipararum infestantur, quin & jugulantur. Illas enim secundo circiter, vel tertio a partu die ingens horror, cum sequente continuo calore, adoritur; & nonnullas summa pectoris, & præcordiorum anxietas disseruat. Quarto vel quinto die efflorescent primum per scapulas & collum, mox per totum corpus pellucidæ vesicæ, & septimo, interdum nono, deliria, ac convulsivæ agitationes junguntur, vitamque plerisque eripiunt. Quam diram luem ut præcaverem, circa medium prægnationis tempus, & brevi ante partum, cruentem ex rufa primum in brachio, altera vice in pede vena, larga quantitate detrahendum curavi; & novissimo ante partum mense, ad obtundendas æque ac e corpore proscribendas fordes impuras, quibusdam pilulas Stahlianæ cum pulvere absorbente nitroso mixtas, alternis diebus dedi; aliis drachmam magnesiam albæ cum aqua florum acaciæ quotidie propinavi: pertinacem vietus observationem injunxi, atque pro ordinario potu decoctum ex hordeo, radice sarsaparillæ, scorzonerae & semine anisi param tum exhibui.

Quom accederent partus dolores, illis facilitandis, & alvo simul liquandæ me confuturum putavi, si præberem pilulas balsamicas: nec spes vota fefellerit. Excluso subinde foetu, vitatis sedulo spirituosis, ac calidioribus medicamen-

tis ac alimentis, ex juseculo gallinaceo dedi drachmas duas olei amygdalarum dulcium recentis. Tum alvinam non minus, ac lochialem excretionem conservaturus, pilulas Stahlianæ quotidie devorandas suasi; & ad secundandam transpirationem, purpuræque efflorescentiam, commendavi pulveres præcipitantes nitrosos, qui habebant antimonium diaphoreticum, cornu cervi sine igne, lapides cancerorum, conchas marinas, succinum album, matrem perlarum, nitrum, arcum duplicatum, & cinnabarum antimonii. Potum esse tepidiorem, & vel theiformem, vel decoctum hordei cum radice scorzonerae & rasura cornu cervi compositum jussi: atque, ut uteri & partium genitalium inflammationem antevertarem, fæcculos paregoricos, camphora permixtos, ad abdomen & affecta loca curavi applicando; hisque sub divina gratia effeci, ut cruenta ex utero fluxio rite succederet, purpura sufficienter effloresceret, & ægræ a præcordiorum anxietatibus aliisque gravioribus immunes essent symptomatibus. Neque vero minus plurimas accidente septima vel nona die, post retenta subito lochia, ex improviso, avimi defectiones, deliria, atque mors rapuerunt.

Quamobrem in aliis alia usus sum mendendi ratione. Propinatis enim proxima a partu die pilulis Stahlianis, per reliquum tempus magnesiam albæ drachmam dimidiā, cum aqua florum acaciæ exhibui; unde aliquot semper sedes sequuntæ sunt. Deinceps lochia & purpuram sudorisque excretionem promovendi fine, ex decocto supra memorato vel spiritum nitri dulcem, vel urgentibus præcordiorum angustiis, eundem cum spiritu bezoardico Buffi, & liquore anodyno Hoffmanni permixtum, vel etiam sequentem dedi emulsionem: Recipe aqua florum sambuci, tiliae, scorzonerae, cerafformis nigrorum ana unciam, amygdalarum dulcium unciam dimidiā, seminis cardui mariae drachmas duas. M. F. la emulsiō; adde pulveris bezoardici Senerti, matris perlarum, cornu cervi sine igne, antimonii diaphoretici, lapidum

cancrorum ana scrupulum unum & semis, julepi rosarum q.s.M.D. Vespertino nocturno tempore, quo febrilis æstus insignior erat, lapidem de Goa vel solum, vel cum pulvere præcipitante sine nitro mixtum propinavi; per antemeridianas vero horas, mixturam simplicem, aut si metus convulsionum esset, liquorem cornu cervi succinatum porrexii. Non minus denique ad præoccupandam purpuratam febrim, pulverem Stahlii antispasmodicum, camphora permixtum adhibui: sed opium irritus fuit effectus; adeo, ut licet quædam mulieres, ex mortis eriperentur fascibus, plurimæ tamen, cumpri mis primiparae fuerint extinctæ.

Dubii igitur tediique plenus sum, eodem magis, cum hoc in rerum statu famæ periculum subire videar. Quare tuam, vir Experientissime, rescribere cupio mentem, maximeque doceri gestio: 1) num medici culpa factum fuerit, ut purpurata febris hactenus plerisque vitæ periculum attulerit? 2) quæ caussa tam atrocis sit mali, quod ne iis quidem pepercit puerperis, quæ præter observatum tempore graviditatis rectum vivendi genus, sanguinem sibi detrahendum curarunt, & locorum sufficientem experiuntur fluxum? & 3) an ne nullus medelæ sit locus?

CONSILIIUM MEDICUM.

Non miror, Vir amplissime, Te non parum esse perturbatum, cum non obstantibus variis, quæ & præservandi, & curandi fine tam diætetica, quam pharmaceutica adhibuisti, remediis pleraque puerparum purpura alba correptæ, & antecedentibus periculi plenis symptomatibus extinctæ fuerunt. Verum bono esto animo: ea enim, quæ summa cum cura ordinasti, medicamina ita omnino comparata esse censeo, ut morbo, ejusque caussæ ad prime responderint, & censura digni sint, qui famæ tuæ, quæ tamen salva est & integra, quicquam detrahere student. Funes enim exitus, quem purpura puerpe-

rarum, maxime primipararum hoc anno (erat autem post Christum natum millesimus septingentesimus vigesimus septimus) fortita est, caussam non nisi in subitanas tempestatum mutationes conjiciendam esse arbitror. Namque dum hactenus aer mox calidissimus fuit, mox eundem gelidissimus ac humidus exceptit; non sane fieri potuit, quin in puerperas quoque gravis exinde noxa redundaverit: quippe quibus, cum utero adhuc gerunt, ob retenta tum menstrua impeditiorem esse transpirationem & ideo magnam impuritatum colluviem, humores ad corruptionem disponentem generari, constans docuit, & adhucdum docet experientia. His si tempestatum, exaque communes injuriæ accedant, non mirum est, quod aucta impuritatum mole, in ipso puerperio fonticis exponantur ægritudinibus; eo minus, cum eadem dicti anni subitanæ aeris mutationes, in sanis etiam subjectis graves morbos, purpuras, diarrhoeas, dysenterias, febres tertianas & quartanas concitaverint pertinacissimas. Neque enim paucis innutuit observationibus, quod certa annorum tempora gravidis ac puerperis præalii sunt periculosa; dum vel crebro abortus, vel difficiles partus, vel alias gravissimas patiuntur afflictiones. Præterea vestris in regionibus, ipsæ forsan aquæ, & inde coctæ cerevisiæ vitium quoddam ex aeris inimica constitutione contrixerunt, nam adnotare mihi licuit, quod dysenteriæ atque febres malignæ, populariter grassantes, iis in locis, quæ spissas & crassas fovent cerevisias, graviores ediderint stragem, quam illis, ubi potuienta leviora sunt ac tenuiora. Accedit denique & illud, quod primiparis periculosis plerumque ac difficilius sit puerperium, quam aliis: siquidem uterus, & reliquæ partui dicatae partes ab insueto labore majorem in iis patiuntur violentiam, & ipse uterinus crux, ob viarum angustiam parcus & difficilis promanare soleret.

Quæcum ita sint, facilius utique erit, illud malum præcavere, quam eidem jam præsenti mederi. Præservatricem au-

autem curam ita instituendam reor, ut gravidis bis terve pro ratione plethoræ, quam possident, mittatur sanguis: & alvi perpetua conservetur lubricitas; quam mannat acrhabbarinæ, cum cremore tartari maritatis, tutius quam pilulis moriri licebit. Si spissior, ac minus salubris fuerit cerevisia; hujus in locum summo cum fructu substitui poterit decoctum ex scorzonera, salsaparilla, rasura cornu cervi, hordeo mundato, & corticibus aurantiorum vel citri confectum. Post partum si cunctetur lochialis fluxus, vena protinus in pede secanda; & ceterum dia-phoreticis temperatoribus, ex cornu cervi philosophice preparato, lapidibus can-crorum, matre perilarum, antimonio dia-phoretico, cum vel sine succo citri pa-ratis, nec non decocto cornu cervi citra-to erit utendum. Denique, si debitum accesserit regimen, puerpera in lecto magis decubuerit, quam erecta fuderit, & sudore madida a linteorum improvida mutatione abstinuerit; non dubito, quin optatus curandi eventus sit sequuturus.

C A S U S C X C V I .

De Variolis.

JUENIS generosus, octodecim anno-rum, obesus, sanguinis succorumque plenus, facie cruro turgida præditus, nec unquam venarum sectionibus ad-suetus, ante aliquot menses iter fecit, sub quo, nulla diætæ ratione habita, & vi-nis calidioribus indulxit, & a solis fervore nlmium exæstuated fuit. Domum redux crebris venationibus, Octobri mense, ma-ne pariter ac vesperi institutis, corpus in-signiter fatigavit; & nostram demum Ha-lam accedens, virtu rursus inordinato uti, & cum primis vino Gallico Pontac di-cto multisque ostreis delectari cœpit. Un-de ex improviso de lassitudine corporis, alvi obstructione, & capitis, dorsisque doloribus conquestrus, altero mox die cir-ca vesperam magno calore prehenditur;

facies rubebat, verba sine ordine mové-bat, arteriæ durius & celerius ferebantur; & præcordiales angustiæ cum ventris murmuribus vexabant. Vocatus medi-cus, infuso protinus ob alvi segnitiem per quatuor jam dies inhærentem, clysterem emolliente, exhibebat pulveres, ex lapi-dibus cancrorum, nitro & antimonio dia-phoretico confectos: quo facto æger bis alvum deponebat una cum multis fla-tibus, somno tranquillo fruebatur, & in-tegram recuperabat rationem. Nihilo minus pulsus erant citatiōres, & per fa-ciem macula quædam rubicundæ, ac af-pretudines efflorescebant, ut ideo flatim suspicio variolarum emerget. Daban-tur itaque pulveres bezoardici & dia-phoretici nitro nupti, ex aquis cardui benedi-cti, cerasorum nigrotum, florum tiliæ, & sambuci: a quorum usu quinta circiter morbi die variolæ primum per faciem e-rumpebant, septima vero totum corpus spissò obsidebant agmine; somnus simul erat turbulentus, & pulsuum celeritas uno vigore continuabat. Ad huc ardorem fau-cium, & summam deglutiendo difficultatem persentiscebatur: quæ inspectæ non nisi levem exhibebant ruborem. Alvis insuper bis terve quotidie reddebat, lotiū colorem naturalem aurantium absq; sedimento referebat; & demum copiosior ex ore saliva promanabat, tussisq; molesta jungebatur. Redigebantur præscripti pul-VERES, cum ob deglutendi impedimen-tum haud commode assimi possent, in emulsionis formulam; sed nihil oscius estus cum pulsu celeri remittere nolebat. Cete-rum ipsæ variolæ non nisi circa nares ele-vabantur; in reliquo corpore depresso magis, in medio soveam ostendebant, nec facies turgescet; sed cutis inflammata, in manibus exulcerata, ineffabilem ac i-gneum veluti ardorem exhibebat. Acce-debant sensim inquietudines, jactitatio-nes, deliria; spiritus difficulter trahebatur; arteriæ micabant celeres, debiles ac inæ-quales; oculi rubicundi copiosas fande-bant lacrymas; perpetui ad matulam ut-gebant stimuli, persistente salivæ conti-nuo fluxu. Tandem brevi ante mortem, sumitus liquor anodynus cum spiritu be-

zoardico mixtus, quem sæpius absque molestia adhibuerat, ardoris in ventriculo sensationem inferebat; & postquam per unum alterumque momentum extra lectum in sella erat commoratus, mox habebat pejus, spirandi invalescerat angustia; rationis usus cum loquendi potest peribat, pulsus quasi evanescerat, & denique die morbi undecima vitam cum morte commutabat.

Epicrisis :

Variolarum morbos in se quidem periculi expers, nec adeo malignus est, sed multum periculi & malignitatis a corporum, quæ invadit, dispositione recipit. Est enim causa hujus febris exanthematica materia quadam subtilior, acris caustica & inflammatoria indolis, quæ sub sanguinis & humorum involucro diu delitescit, & quadam quasi interna fermentatione se se extricat, primumque ad partes nervosas delata illa, quæ incipienti huic morbo accedunt, symptomata, nimis horrore cum frigore, dolores artuum, dorsi & capitis, vomitus vel etiam alvi adstrictiones, deliria, in quibusdam motus epilepticos, summasque anxietates & inquietudinem, non secus, ac si venenum assutum fuisset, efficit; donec tandem ipsa hæc acris caustica materia temperata, atque ad habitum corporis expulsa, exteriore parts deserat, quod circa quartum diem ordinaria naturæ lege evenire solet. Tunc vero non tam remittere, quam intermittere consueverunt gravia illa symptomata, pulsus ad statum fere naturalem reddit, calor fit mitior, cessat mentis alienatio; neque amplius anxietas præcordia tenet. Quicunque igitur primis diebus moriuntur variolis, illi ante istam criticam excretionem, vel in ejus actu decedunt.

Quamobrem si variolæ corpus offendunt, puris ac temperatis humoribus instructum, caustica illa inflammans & exulcerans materia ad cutim excreta facile mitigatur, & tubercula pure bene cocto

plena, sive parva apostemata enascuntur, ita tamen, ut ante suppurationem dolores, vigilæ, & calor præternaturalis cum anxietate denuo sœvire incipiant; & quando hæc febris secundaria doloribus & suppurationi superveniens, nimis vehemens est, & cum gravioribus spasmis conjungitur; certe non parum periculi imminet, & plures die undecimo, vel decimo quarto febre inflammatoria jugulantur.

Quo impuriora ergo sunt corpora, quo teneriorem, & exquisitius sentientem texturam obtinent, ut fere sunt homines in ætate juvenili constituti, temperamenti cholericæ, ad affectuum vehementiam dispositi, habitus corporis spongiosi, valisque copiosis & exilibus prædicti: eo minus etiam materia acris caustica temperatur, & ad habitum corporis expellitur; sed potius majorem induit acrimoniam salium multorum accessione, intusque remanet, & partes nervosas lacefendo, mortem facile inducit.

Summam vero materiæ variolosæ acrimoniam, atque adeo infelicem morbi eventum divinare licet, si statim in principio morbi vehemens dolor dorsum, os coxendicis, vel lumbos excruciat, si mens alienatur, & caput multo sanguine turgidum adpareat, si summa virium debilitas jungitur, & secundo statim die maculae erumpunt non rubicundæ, sed purpureæ, quæ speciem purpuræ mentionunt cum asperitate. Præterea egrum in malis esse indicatur, si facta plenaria variolarum eruptione pulsus persistit frequenter, licet reliqua symptomata mitiora evadant, & anxietates desinant. Periculum quoque portenditur, si universum corpus hisce exanthematibus obsolum est, si que non satis elevantur, nec pure albo repletur, sed in medio foveam, vel punctulum nigricans ostendunt, aut ad colorem lividum nigricatum accedunt. Non minus spes boni eventus valde dubia est, si facies non turgescit, nec urina sedimentum deponit, licet alvis fluida sit, nullisque torminibus infestetur.

In cura igitur nihil aliud agendum est, quam

quam ut in principio, si spasmi cum febre universum nervorum & vasorum systema nondum occupaverint, in subjectis sanguine abundantibus vena aperiatur; si que prima regio copiosis sordibus repleta fuerit, emeticum cum infuso laxante mannat exibeantur: ita enim sublatis impedimentis, & onere, quo premitur natura, subtracto, ejus auxilium in curando adjuvatur. Secundo vel tertio die, ubi jam omnia spasmo, asthme & dolore fervent, præstat abstinere ab evacuantibus; sed potius nimium astum ac fervorem, qui eruptionem antecedit, sedare oportet pulveribus bezoardicis nitroso-cinnabarinis, & tincturae refrigerantes, florum bellidis, vel rosarum, cum clystso antimoni, aut spiritu vitrioli paratae, potui sunt immittendæ. Postea totum curationis tempus transfigi debet diluentibus, humectantibus, & leniter diaphoreticis fixioribus pulveribus, quæ peccantis materiæ acrimoniam demulcent, temperant, & motus humorum ad habitum corporis deducunt. Atque in his laudem merentur pulveres ex cerussa antimoni diaphoretici, cornu cervi philosophice præparato, lapidibus cancerorum, matre perlarum, unicornu fossili compositi, quibus si nimius astus urget, circa tempus suppurationis aliquid nitri potest addi; commodissime autem cinnabaris præparata ipsi adjicitur. Possunt etiam cum iis concinnari mixturae ex aquis florum sambuci, tiliae, acaciæ, cerasorum nigrorum cum syrupo acetosatis citri. Ad potum vero decoctum hordei cum radice scorzonerae, semine foeniculi, & sicibus, vel decoctum avenaceum amygdalinum magnopere commendamus. Maximum periculum imminet ab ardore illo flagrantissimo, qui partes externas, imprimis manus ac pedes sub actu suppurationis excruciat, præfertim si copia adeat variolarum, eaque profundius cuti insident, & magna conjungitur humorum acrimonia, ubi periculosisima symptoma exsurgunt, nimirum dolores, anxietates, inquietudines, spasmi, febris, vigiliae, extremorum refrigeratio, pul-

sus inæqualitas, siue delirium accedit; mors in propinquo est. Quamobrem non semel, sed saepius magno cum fructu suavis externis partibus imponere epithema leniens, ex albumine ovorum cum oleo lini conquassato, mucilagine feminis psylli, vel cydoniorum paratum, qualia etiam partibus igne ambustis utiliter adplicari solent. Ita enim mitigatur ardor & dolor, qui hisce in partibus ob tendonum ac nervorum copiam universum fere nervosum genus in consensu trahit, & hac ratione plures servari possunt, alias certissime perituri.

Ad suppurationem promovendam solutione croci & myrræ cum aqua pura facta, & in emulsione cum lapidibus cancerorum exhibita, cum mitigando dolores, tum acrimoniam temperando, egregium sane præstat officium. Remittente febris suppuratoriæ impetu, alvus, si per tres vel quatuor dies nihil reddiderit, ducenda est clystere emolliente: quod si negligitur, a nocturna ejus adstrictione fauicum exulcerationes, vel capitis torpores, & soporosi affectus succedunt, aut seminium purpuræ, sive rubræ, sive albæ, quam nostris in regionibus non raro variolas sequi videmus, progignitur.

Quando sub exsiccatione alvus non respondet, eam movere oportet non purgantibus, sed lenientibus: quam in rem rhabarbarum & manna cum salibus neutris sufficiunt, quorum usus etiam post exsiccationem repetendus est. Ita enim gravia illa mala, quæ variolæ & morbilli in corpore relinquunt, & quibus potissimum corpora impura & infantilia infestantur, ut sunt febres lentæ, exulcerationes partium tam externarum, quam internarum, præsertim pulmonum, facillime averti possunt. Si tamen tale quid incidat, temperata balsamica, in primis myrrata, in syrump redacta, præstantissimam opem ferunt.

His in præsidii, eoramque convenienti usu prudens ac tutissima ejusmodi febribus exanthematicis medendi ratio consistit, que non facile medentem fallit, nisi hic morbus corpus offendat valde

impurum, viribusque dejectum, vel morbo jam occupatum, quo casu certe consilium præservatorium magis locum habet; unde ii, qui ex variolis periculum metuunt, eo tempore, quo illæ grassantur, corpus bene præparare debent. Quem in finem sequentem commendamus methodum: in adaltis & juvenibus sanguis, si copia peccat, ex vena incisa emittendus est. Deinceps per aliquot dies ea, quæ primas vias leniter expurgant, porrigena sunt, in primis decocta ex manna, rhabarbaro, polypadio, agarico, fumaria, & salibus neutrīs, vel etiam pilule ex mercurio dulci, extracto rhabarbari & fumariae conficiendæ. His subiungere oportet pulveres bezoardicos & diaphoreticos ex cerussa antimonii, cinnabari, lapidibus cancrorum, cum decoctis diaphoreticis, ex radicibus chinæ, sarcaparilla & scorzonerae parandis. Potest etiam sudor moveri cum liquore nostro anodynō, & liquore bezoardico invicem mixto, & loco potus ordinarii superius decoctum usurpari. Horum remediiorum usus, si per aliquot septimanas continuatur, variola vel non infestabunt corpus, vel lenissime & ordinate succident. Est denique dijcte, omniumque rerum non naturalium habenda ratio, eaque sedulò observanda, quæcunque ad sanguinis benignam indolem custodiendam, & excretiones provocandas conferunt.

C A S U S C X C V I I .

De Comite variolis extinctio.

Comes quidam Illustrissimus, 18 Calend. Feb. hora vespertina sexta ex improviso dolore circa sinistrum femur acutissimo, sensim ad costas usque spurias protenso, & sub fortiori inspiratione totum pectus pervadente corripiebatur. Cui licet nec calor, nec pulsus frequentia, nec capitis dolor, nec insolita corporis lassitudo jungerentur: attamen his prævenire cupiens, præscripti protinus mixtura

ex aquis destillatis discutientibus, pulvere absorbente, & diacordio Fracastorii consestam; eamque ad unum vel alterum cochlear per noctem dedi, eo effectu, ut maximam partem dolor remitteret. Verum postridie eodem vespertino tempore pristinum occupavit locum, tumque pulveribus bezoardicis tantillo theriacæ celestis noptis fuit oppugnatus. Nox paullo inquietior erat, & sequenti tertia die præter illos in femore cruciatus, per intervalla tantum adfligentes, accedebant capitis dolores, ut ut mitissimi; atque sub his punctis rubicunda per frontem ac genas prorumpabant.

Periculo vacue primum videbantur hec molestiae, cum innotesceret, illustrissimum ægrum tribus jam, dum hic degeneret, vicibus similes femorum dolores passum esse, qui obortis per faciem instar varorum tuberculis semper cesserunt. Exhibebam igitur mixturam simplicem refracta dosi; at quum quarto die dicta exanthemata non solum copiosius in facie adparerent, verum artus quoque superiores occuparent, valetudine reliqua satis quidem mediocri existente, insistebam rursus usui bezoardicorum temperatorium, eaque vel cum aquis discutientibus, vel in emulsionis forma porrigebam. Accidente nocturno leviter turbari videbatur; siquidem æger solito hilarior erat, & se male habere neutiquam credebat. Neque tamen minus, admoto capiti epithemate spirituoso, prorsus evanescerat delirii metus; sed nox reliqua turbulentio somno transigebatur, & ab eo tempore febrilis molestabat æstus; cui temperantibus & alexipharmacis moderatissimis prospiciebam. Præterea copiosa mucici excreatio ex solis fauibus, pulmone libero, & ab omnibus immuni existente, multam figebat crux; siquidem ad nonam diem continuata, non modo somnum oculis eripiebat; verum per continuam, quam inducebat, corporis erectionem, virium jacturam magis adaugebat.

Neque vero alia, quæ periculum mi-

na-

marentur, accedebant symptomata, & variolosa exanthemata sufficienter percutim efflorescabant; verum depressa manebant, in medio foveam ostendebant, nec nisi limpidam ac crudam materiam, frustra expectata ejus concoctione, continebant. Interim remediis cordialibus, alexipharmacis ac temperantibus sedulo succurrebam, nec ulla, quemet periculi terrent, observabam symptomata; tantum aberat, ut a nono potius die facies & artus superiores cum rubore intumescerent, crura vero gracilia manerent. Ardens quoque sub cure sensatio per vices tantum infestabat, & somnum satis tranquillam relinquebat. Quare spes adhuc salutis affulgebat, eo magis cum in facie suppurrari viderentur variolæ; quarum concoctionem datis bezoardicis pulveribus adjuvare studebam.

Verum undecimo, qui fatalis erat morbi die, transacta propter ardente cutis pruritum inquieta valde nocte, sumtoque mane juscule, naufragia & praecordiorum angustiis prehendebatur, mox omnes languescabant sensus, rubor inflammatorius subito disperebat, corpus tetano affectum obrigescerat, & eodem tandem die mors sequebatur placida.

Dissectum corpus, cuncta viscera ab omni inflammatione vacua, & ne unica quidem variolosa pustula obsessa exhibebat. Verum vena cava ascendens, omnisque mesentericæ, cruro atro quidem, simul tamen spumescente farcta ac distenta adparebant, contra venam cava descendens, & uterque cordis ventriculus parum sanguinis, sed coagulati continebant; & non ignorari oportet, proxima post mortem nocte cruentem ex ore ac naribus siliasse. Lien, qui colore & consistentia a statu naturali minime discedebat, justo major, & in lobos quasi divisos conspiciebatur. Pulmones a spumido cruento paulo expansi, superius circa claviculas cum pleura concreti, ibidemque macula quadam plombei coloris notata, intus foveabant multum muci viscidii, tenacissimi, & lapideæ subtantia; & circa divaricationes asperæ arteriæ tubercula scirrhosa numero plura cernebantur; quæ exterius

rubicunda, intus alba, & lapillis, semen linii vel milii vix adæquantibus referfa erant.

Ex quibus adparebat, Comitem illustrissimum, licet a febre variolacea convalusset, procul omni tamen dubio phthisi pulmonali correptum fuisse; in primis cum per valetudinem adhuc integrum, siccus nonnunquam affligeretur tussi. Eo citius quoque tabis accellio fuisse pertimescenda, quo magis ille arthriticorum moruuna præcocem jam expertus fuit insultum.

Appendix.

Non videtur hoc loco alienum, aliam juvenis generosi variolæ perempti sectionem recensere; eo quod multa exinde momenta occurrant, quibus peculiaris debetur animadversio. Aperita nimurum externa pectoris abdominisque cute, loco panniculi adiposi, qua prorsus carebat, stamina dumtaxat fibrosa, paucò adipe cincta; sed musculi abdominis grandiores, turgidi, & rubicundi in conspectum prodibant. Adacto igitur per eos musculos, & peritonæum cultro, omentum omni pinguedine vacuum, nec nisi ex teneris membranis atque valculis conflatum cernebatur: quid? quod nulla subinde pars, nullumque viscus ne tantillum quidem adipis exhiberet.

Ventriculus ab orificio sinistro ad secundum usque fundum inflammatu, & punctulis rubicundis notatus erat, quæ digito pressa tenuem plorabant sanguinem: sed a sinistro ad dextrum orificium super dorsum adparebat tractus, latitudine quatuor digitorum, sphacelo adfetus & ater. Intestina, lien, & hepar omni carebant vitio; at vesicula fellea secundum longitudinem intestino duodeno tam firmiter adhærescet, ut cultro separari debuerit. Ipse etiam biliosus humor extravasatus, non modo paucis guttis externe cystidis superficie incumbebat, verum vicinas quoque partes, maxime intestina, flavo imbuerat col ore. Ductus cho-

lidochus, qui perforat duodenum, externe angustior, attactuque durior deprehendebatur, & intus adeo obturatus erat, ut ne guttula quidem bilis per ipsum ad intestina deferri potuerit: quare contenta intestinorum ab omni amaritie libera, & fæces albæ conspiciebantur. Dissectus ille ductus bilem atram, spissamque, instar robor sambuci fovebat: quæ variis experimentis chemicis subiecta, multis mucosis, viscidis, ac terrestribus particulis, fundum valis potentibus prædicta reperiabantur. Reliqua denique viscera nihil alebant monstri; nisi quod renum sioister, multum sanguinis, intra tubulos & si phunculos istius harentis monstraret.

Epicrisis.

DOcemur ex casu priori, falsam esse opinionem, qua assertur, quod variolis correpti, iisdem circa internas quoque partes & viscera obsideantur. Deinceps notamus, variolas in iis, qui antea doloribus arthriticis ac ischiadicis disruckiati fuerunt, mali plerumque moris esse, & minus faustum sortiri eventum. Eo magis illud in nostro ægrotante contingere debuit, cum ille non solum patre podagrico genitus, verum ipse quoque vini nimio potu delectatus fuerit. Enimvero si succi vitales sero tartareo, acri, atque salino scatent, non possunt commode suppurari variolæ, neque ideo curari; quoniam ad suppurationem affluxus humoris dulcis ac gelatinosi requiritur.

Notatu porro dignum, salivationem, sive muci ex fauibus & ore exscrectionem, si nimia sit, præcocius incidat, & diutius persistat, nihil portendere boni. Ut enim faceam, quod ejusmodi copiosior fluxio a sero acri glandulas faucium vellicante originem suam trahat: id tantum commemorabo, quod per illam serum simul benignum, quod ad causticam variolarum materiam corrigendam summe est necessarium, profundatur, atque hinc vires proferuantur, somnusque perturbetur.

Perpetuae etiam observationis est, va-

riolosos, si suppuratione minus legitime succedat, sed ardens cutim orat dolor, undecimo morbo die tantum non semper extingui; eoque citius, si agri inquieti vel erecti sedere, vel extra lectum comorari ament. Et hoc erecto situ id refusat incommodi, ut crux ex inferioribus partibus in tam infirmo corpore, haud ritete per venas ascendere queat; & cordis motus debilitatus, sanguini ad caput & penetralia cerebri propellendo neutiquam sufficiat. Hinc frequentissimum est, ut nausea, animi deliquia & extremonum refrigerationes suboriantur, cutis externa constringatur, expallescatur, exanthe mata retrocedant, sanguis autem in capite subsistat, & lethales inducat convulsiones: unde quoque patet, cur in nostro casu vafa imi ventris crux fuerint turgida. Sed ex his simul innorescit, quanta in morbis acutis & exanthematicis, ex situ corporis, maxime circa statum, erecto damna sint expectanda.

Alterum quod attinet casum, & corporis sectionem; notabile exinde est, quod defunctus, qui per vitam fuit melancholicus, omni adipre privatus extiterit. Idem mihi adnotare licuit in viro summe melancholico, qui scelestæ manu ipse vitam laqueo finiverat, & dissectus, vastos quidem, ac multa carne præditos musculos, nullam vero per totum corpus exhibebat pinguedinem. Nec silentio prætermitti debet peculiaris vesicæ sellæ strictura, & bilis spista & atra consistentia; quam in aperto maniaci cadavere aliquando observavi. In hoc vero defuncto, ob defectum dulciorum, oleorum, aqueorum ac tenuiorum succorum, nulla quoque variolarum suppuratione contingere potuit: & si consideravero, quod fatalis huic familiæ morbus ille fuerit, & eodem decem liberorum perierint; vero videtur simillimum, quod vel pinguedinis defectus, vel præternaturalis partium constitutio a nativitate contrafacta, huic funesto caussam dederit eventui.

C A S U S C X C V I I I .

De virgine inflammatoria febre maligna defuncta.

VIrgo novem & triginta annorum, corpore spongioso, vasis exiliioribus instructo, facieque a cruro, cuius abundantia laborabat, turgida ac rubicundiori prædita, in lauta vinosaque diæta vivens, nec corporis motui nimium tribuens, in humili quoque ac paludofo loco degens ac dormiens, per aliquod jam tempus rheumaticis ac catharrosis affectionibus, dentium præsertim, & cervicis doloribus infestata fuit. Hinc bis quotannis venam tundendam præbere suevit: detracto semper gelatinoso, ac levius rubicundo sanguine. Verum per aliquot novissime vices menstrua retinebantur, quibus defecta ob matrem gravi morbo affectam, curis domesticis vacare debebat: sub quarum administratione, & venæsectionem circa proximum autunmale æquinoctium negligebat, & vehementioribus animi affectibus indulgebat. Inter hæc, toleratis per aliquot dies rheumaticis artuum, dentiumque doloribus, IV. Nonar. Octob. postquam hoc & accedente die pilulas sic dictas cephalicas assumerat, ex improviso, hora pomeridiana secunda ingenti per tres horas afficiebatur frigore; quo finito tantus pedem dextrum obsidebat spasmus, ut ipsi vix potuerit inniti. Postridie vena in pede secabatur, paucò cruore detracto: sed paullo post vehementes dorsi, & ossis sacri dolores, artuum, maximeque pedum contracturae, præcordiorum anxietas, imi ventris tormenta, agrypnia, & alvi excipiebant obstrutio. Quarto morbi die datam a medico purgandi fine essentiam, moxque pulvrem sumebat; sed alvus neutiquam movebatur; nec eam adhibetæ quinto die pilulae solvabant. Clysterum iufusionem recusabat, & tandem

Hoffm. Consult. Med.

ex usurpati eodem die foliis sennæ, quorum drachma una cum binis passulæ minorum uncii erat permixta, bis rejiciebat materiam instar miutal concisam. Nihilo tamen minus summae petoris angustiæ, oppressiones, & puncturæ infestabant: quæ demum partim pulvere ex bezoardico Sennerti, pulvere Marchionis, nitro & castoreo parato, partim liquore anodynō, bezoardico nuto, alternati datis oppugnabantur.

Verum persistebant symptomata, velut angustiæ præcordiales, puncturæ dextri lateris, ad dorsum usque protensa, vomitiones, vigilæ, & intumescientia extreborum inflammatoria: arque septimo tandem morbi die purpura in solo dorso efflorescebat. Sub hac sorbillare jubebatur decoctum avenæ tenuis, vel solum, vel cum floribus chamæmeli maritatum, vel oleum amygdalarum dulcium: unde cum redeunte somno, plura mitigiari videbantur symptomata, alvus sponte reddebat, & sudor per totum corpus promanabat. Insistebat igitur dictorum medicaminum usui, & cum primis allegatum pulvrem, omisso castoreo, sed majori nitri dosi acutum crebro capiebat.

Octavo morbi die, comestis vesperi pruni coticis altero mane alvum reddebat; sed circa somni tempus calor cum pulsus celeritate increscerebat, & nono novus iterum horror corpus percutiebat: quo finito, dolores ex pedibus uno quasi isto evanescebant, rumore eorundem immunito, ut sola ex uno in alterum transire posset lectum, sed suspecta pulsus celeritas continuabat. Medicus in usu pulverum bezoardicorum, nitrofororum, & cinnabarinorum pergebat, eosque cum aqua cardui benedicti exhibebat. Accedebant nihilo secius deliria, increscerant angustiæ præcordiales, manus inquietæ jailitationes, sitis insignter urgebat, & assutum potum rugitus & murmura imi ventris exciperant. Admovebantur capiti epithemata discutientia: naribus intrudebatur stylus, ad prioritandum sanguinis fluxum; dabatur mixtura ex aqua cardui benedicti, spi-

ritu cornu cervi succinato, nitri dolci, syrupo acetositatis citri, cum pulvere supra dicto bezoardico, sed omnium irritus erat effectus. Superveniebant potius decimo morbi die continuæ mingendi cupiditates, sed urina reddebat pauca, rubra, absque sedimento: invalecebant deliria, languor, & summi angores, & hos inter undecima die animam expirabat.

Cadaver brevi post mortem valde intumescebat, & cœruleo colore, maxime circa caput suffundebatur; nec non sanguis ex dextra nare copiosus profluebat.

JUDICIUM.

Delata ad me fuit hæc morbi historia, ut meam de ejus genere sententiam aperirem: varia enim ipsi nomina medici imposuerant. Quidam febrim accusarunt malignam; sed huic opinio ni non possum addere calculum. Quamvis enim ingens corruptio ac putrefactio corpus post mortem obsederit; eam tamen magis sanguini, in externis partibus stagnanti, & inde in putredinem abeundi deberi crederem, quam a miserate quodam maligno fermentativo, humores colliquante derivarem. Et preterea hæc est omnium malignarum februm indoles, ut ægros subito cum summa virium prostratione adoriantur: quod de nostro casu prædicari nequit. Neque pro rheumatica febri præsentem morbum haberi posse judico; licet dolores dentium & artuum rheumatici ejus invasionem fuerint comitati: nam his affectibus neminem facile perire, experientia constat. Meo potius arbitrio morbus pro febre continente, quam Græci synochiam vocant, cum inflammatione partium internarum complicata, est habendum. Hæ vero febres a sanguinis nimia mole, stagnatione, & impedita transpiratione laboriuntur; invadunt potissimum subjecta, sanguine plena; cum horrore incipiunt, quem calor continuus, ac mentis alienationes ob raptum humorum ad caput excipiunt: nec raro sanguinis enaribus fluxu solvuntur, aut hic certe

post mortem insequitur.

Hæc si cum nostro casu contulero, oecurrit primum ipsum morbi subjectum, insigni cruxis mole abundans. Etenim hanc habitus corporis spongiolus, vasis sanguineis, ut exilioribus turgidus, facies rubicunda, diæta lauta vinosa, vita sedentaria, menstruorum defectus, & neglecta venælectio non modo luculentæ significant, verum etiam tanquam mediaæ caussæ progenerarunt. Quum vero ob nimiam sanguinis abundantiam salutares corporis excretiones, maxime quæ per cutim fiunt, cohibeantur; & inde fortes impuræ, biliolæ ac sulphureæ intra corpus retineantur: emergit in plethoricis magna plerumque serorum humorum colluvies, ac impuritas, quam Græci cacochymiam dixerunt. Quam in nostra quoque præsto fuisse ægrotæ, adfectus catharrosi, rheumatici, dolores dentium & cervicis, quibus cum & ante novissimum morbum, & sub eo ipso conficitata fuit, satis testantur superque. Accedit & illud, quod defuncta variis miceribus, excandescencia, aliisque animi affectibus ante diri morbi invasionem agitata fuerit. Quum vero hi vehementes animi motus, in debilitandis partibus solidis, & corrumpendis humoribus, insigni polleant potentia: id quoque, testante perpetua observatione, post se trahunt periculi, ut iis nimium indulgentes, si acutis corripiantur morbis, & gravius decumbant, & ad anceps vitæ discrimen deducantur. Quibus caussis concurrentibus, non est mirum, quod præsens morbus tam infasto potitus sit fine: siquidem non dubito, quin eidem ventriculi potissimum ac membranarum cerebri inflammatio accesserit, quæ tandem ob tantam plethoram in totius externi corporis siderationem, testante corporis post mortem intumescencia, & materia cruentæ fœtidæque per nares effluxu, desit.

Quod si vero penitus in caussam, quæ ad generandam illam lethalem febrim contribuerunt, inquiram: ex iis se primum mihi offert intermissa venælectio;

quæ

quæ si vel præservandi fine ante ipsam morbi invasionem , vel saltem in hujus principio , detraetio copiosius sanguine , fuisset instituta , magnam profectio intulisset opem ; præsertim cum in ejusmodi morbis & subjectis , vena non semel , sed bis , sapienter , summo cum fructu soleat incidi . Generata igitur ex neglecta phlebotomia ingens sanguinis moles , ad subeundum febrile incendium per accedentem vehementiorem excandescientiam disposita fuit . Hujus enim ea est indoles , ut non modo massam sanguineam vehementer commoveat , & exasperet ; verum etiam solidas ac nervosas partes , maxime ventriculum & intestina , ad graves spasmos , & irregulares motus proritetur ; qui , nisi tempertive succurratur , in periculosa dictarum partium se penumero transeunt inflammationem . Et idem in nostro contingit casu ; enatus enim ab iracundia primarum viarum spasmus , per temperantia , nitrosa , antispasmodica , & sedativa remedia , debellari debuisset , & forsan potuisset . Quum vero loco horum pilulae sic dictæ cephalicæ , quæ aloetica , colocynthiaca , & helleborata foverunt ingredientia , repetitis sicut propinata vici bus , non aliter potuit fieri , quam ut confirmata spasmorum vehementia , ingens ad inflammationem inducta fuerit dispositio . Hinc porro factum est , ut propagato vi consensus hoc primarum viarum ad alias plus minus remotas partes spasio , exceperint dolores dorsi & ossis sacri , rigiditas artuum , maxime inferiorum contractiorum similis ; angustiae præcordiales , oppressiones pectoris , tormina imi ventris , & alvi obstructio . Et eidem spasmodicæ ventriculi stritorum in acceptis feredum est , quod data subinde laxantia nullum edere potuerint effectum ; sed majorem symptomatum intolerant exacerbationem .

Summam denique perniciem post se traxit ingens ille corporis horror , qui nono morbi die , subitanea dolorum & tumorum in pedibus cessatione stipatus supervenit . Hoc enim inverso & ad interiora adest partium externalium spasio , qui in acutis febribus circa dies judi-

ciales accedens certum minatur interitum , succi vitales ad interna copiosius aguntur viscera , & vita penetralia ; & in iis sonica mala , vehementiores præcordiorum anxietates , motus convulsivos , atque deliria , cum aucta pulsuum celeritate machinantur .

Supersunt adhuc quædam momenta , peculiari digna animadversione . Ex iis primum est , quod defuncta assumptis vel cibis , vel potibus , maiores illico præcordiorum angustias & puncturas in pectori percepit : unde clarissime confirmatur , læsum fuisse ventriculum . Deinceps rugitus ac murmura ventris hausta potulenta presso pede in sequentia , ansam nobis suppeditant , ut significemus , ejusmodi liquidorum fluctuationes cum murmure & sonitu , in morbis acutis , certissimum præbere indicium mortis ; eo quod a summa œsophagi , ventriculi , & intestinorum paralysi proficiuntur . Docebatur denique ex hoc tristissimo casu , graviores animi commotiones in plethoriciis , eo magis , si fuerint simul cacochymici ad magnos & peracutos disponere morbos : hisque certissimum adferre exitium , si vel convenientes sanguinis omittantur missiones , vel validiora purgantia ac vacuantia improvide adhibeantur .

C A S U S CXCIX.

De febre maligna petechiali .

Vir annorum triginta sex , temperamenti sanguineo-cholerici , striatoris habitus , multis in juventute morbis , crebris compotationibus , & nimio veneris legitimæ usu defatigatus , vitam traxit valetudinariam . In qua , commisso forsan ante quatuor hebdomades excessu , lassitudine quadam , capitis dolore , horripilationibus , cum vago æstu alternantibus corripiebat ; & secundo die lectum prorsus petere cogebatur , in quo die quarto punctula rubicunda per totum corpus efflorescebat . Consulebat igitur medicum , qui datis , nescio quibus remedii id efficiebat , ut maculæ retroce-

derent, & in harum locum summæ præcordiorum anxietates, mentis abalienationes, mingendique insignis difficultas, aut saltem crudelis sub miętu dolor succederent. Quare sexta morbi die ego vocatus, non solum brevi ante recensita symptomata, verum etiam pulsus ordinis plane expertem, æstum magnum, urinam multo sedimento præditam, insigniorem sitim, perpetuas vigilias, & crebram desidendi cupiditatem in ægerto observavi. Præterea vehementer vociferabatur, caput manibus scalpebat; & quæsus, quomodo haberet? pectus tantum valide percutiebat, nihil respondens; cum primis lotium non nisi inter magnos clamores, ab oris ramen spuma, & pollicum in manus compressione liberos, reddere valebat.

Quo in rerum statu pro potu ordinavi infusum theiforme, ex floribus chamoillæ, milfolii, semine anisi & foeniuli confectum; singulis tribus horis dedi mixturam, quæ habebat mixturæ simplicis, essentia alexipharmacæ ana drachmas duas, syrapi papaveris rhæados drachmam unam, & circa somni tempus pulvrem bezoardicum, essentia castorei irroratum exhibui. Quibus per tres dies usurpatis, non modo quietior reddebat æger; verum etiam maculæ illæ rubræ, vesiculis albis, pellucidis, quæ pressæ serum plorabant fœtidissimum, intermixta per totum rursus adparebant corpus. Sub his vociferatio, difficilior mictus, nimia sitis evanesceret; & restabant præcordiorum anxietates atque deliria, cum pulsu languidiori: sed & hæc symptomata, applicato fronti epithemate, quod acetum rosaceum, spiritum rofarum, in quo camphora erat soluta, nitrum purificatum, & oleum ligni Rhodii sovebat, remittebant, restituto iterum somno. Urina haec tenus rubicunda, deponebat jam copiosum, velut limosum sedimentum: neque quidpiam majorem figebat crucem, quam intolerabilis totius corporis pruritus.

Præscripsi porro mixturam ex tintura bezoardica, spiritu nitri dulci, syrupo papaveris rhæados confectam; vesperi

propinavi pulverem bezoardicum, temperantem, nitrosum; & pro potu decoctum ex radice scorzonera, rasura cornu cervi & hordeo mundato paratum exhibui. Verum decimo quarto morbi die, prævia quadam refrigeratione, re-crudecebant præcordiorum anxietates; sed imperato regimine temperato, & continuato dictorum remediorum usu, punctula nigra rursus efflorescebant, & in maculas latiores confluebant, cum insigni levamine, & quod subsidebat in urina, tenuius sensim reddebat. Redebat igitur lœta valetudo, nisi quod eximius corporis languor adhuc restaret; assumtos cibos dolor ventriculi gravativus exciperet, & erectum corporis situm animi deliquia comitarentur. Sed ab his quoque molestiis liberatus, applicato extrinsecus roborandi fine spiritu vini, in quo oleum nucis moscatæ, lavendulæ & caryophyllorum erat solutum; interne dato Elixirio stomachico, & purgato per pilulas balsamicas tandem ventre, prorsus convaluit. Quum vero febris hæc popularem in nostra civitate edat stragem, doceri cupio, cujus illa sit generis, quam medelam exposcat, & num instituta in præsenti casu medicatio artis respondeat legibus?

CONSULTATIO.

POstquam per nostras terras autumnali clapsi proxime anni tempore, febres varii generis tam intermittentes, quam continuæ, eæque petechizantes, epidemiam in mortales exercuerunt tyrrnidem: ille sub præsentis anni auspiciis, maximeque per Februarium mensim, in quo venti ex Euro & Austro spirarunt, hyememque humidiori ac calidiorem efficiebant, aliam prorsus induerunt faciem. Namque intermittentes prorsus fere exspirarunt febres, & in harum locum contagiosæ exanthematicæ successerunt. Hę primum mitiores ac benigniores, accedente vernali tem-

pestate perquam malignæ, & contagiose evaserunt; corporibusque, quorum viscera non fuerunt integra, aut quæ diuturnis animi affectibus, vel iracundia ac terrori vehementiori indulserunt, certam intulerunt perniciem. Habant autem hunc in modum: Per aliquot dies de insolita lassitudine, dolore artuum gravativo, pallore vultus, somno turbulentio, adpetitu prostrato conquesisti ægrotantes, subito horrore, magnis dorli capitisque doloribus stipato prehendebantur. Hunc excipiebat æstus, cum pulsu debili, & angustiis præcordialibus; alvus mox fluidior, mox adstricta erat: quæ symptomata secundo die sèpius remittebant, & febrem mentiebantur intermittenter. Tertio autem die cuncta invalescebant, & abhinc in continua vehementia, cum urina rubicunda, & paullulum turbida, persistebant: quartu maculæ per dorsum, pectus, atque manus potissimum efflorescebant, quæ magnitudinem lenticulæ referentes, ex rubro pallidiores, petechias simulabant, & symptomatum remissionem habebant comitem.

Intra biduum disparebant hæ maculæ, & mali exacerbationem post se trahebant, vires nimirum insigniter prosternebantur, pedes ingentibus torquebantur doloribus, capitisi dolores, aurium tinnitus, continua vigiliæ, largi sudores, & intensa siti vexabant, cum pulsu celeriori, sed vix notabili calore. Circa septimam diem purpura miliaris totum corpus obsidebat; quæ, si rubra esset, salutem promittebat, alba vero spem vitæ admodum angustiam reddebat. Pustulæ videlicet a collo, dorso, pectore, quæ primum occupabant, per universum corpus cum magna cutis asperitate extendebantur; in quibusdam majores erant instar pisorum, & aperiæ serum foetidum fundebant, quod certiorem prænunciabat salutem, quam si sero tenui plenæ cernebantur. Facta purpura rubræ efflorescentia, morbus reddebatur mitior, spiratio liberior, inquietudo & præcordiales angustiae remittebant; sed pulsuum celeritas cum siti, sudore, & obstructa alvo ad-

Hoffm. Consult. Med.

huc continuabant, ingens totius corporis pruritus accedebat, & ægri circa undecimam demum diem ad meliorem inclinare videbantur valetudinem; siquidem urina adparebat cocta, pulsus siebat moderatior, sudor cum siti imminuebatur, alvus respondebat, & ita sensim convalescebant.

Verum ubi post excretam purpuram, virium decrementum increscetebat, pedes molesto ardore urebantur, erectum corporis situm animi deliquia comitabantur, & perpetuæ urgebant vigiliæ: factum plerumque est, ut nona vel decima morbi die exanthemata disparerent, anxieties præcordiorum & inquietudines increbescerent, deliria cum pulsus inæqualitate jungerentur, ipsaque tandem mors vitam clauderet. Cum primis funestus observabatur morbus, subjectis, quæ diuturno mœrore, aliisque animi pathematis confecta erant, fœminis ex inordinato mensium successu valetudinariis, & viris perverso vivendi genere, crebris comportationibus, ac nimio veneris usu defatigatis, & plerumque junioribus. Generatim infestabat illa febris homines, diætæ erroribus immersos, fructibus horræis, cibisque salitis ac acidis nimium delectatos, ac corpus frigori liberiori exponentes. Quibusdam præter ordinarium exanthema purpuraceum, circa decimam quartam morbi diem post præviuum calorem, & pectoris oppressionem aliud excretionis subcutaneæ genus per corpus erumpebat, quod in tuberculis, varis similibus, rubore ardoreque stipatis consistebat. Quæ priusquam suppurrarent, ingentes dolores, cui ardore, & agrypniam inducebant, nec datis decoctis sanguinem diluentibus, ac temperantibus cedeabant; sed non nisi post adplicatum exsiccans unguentum, quod ex floribus sulphuris, cerussa, camphora, sacharo saturni, & unguento pomato constabat, sensim exsiccata disparebant.

In oppugnando hoc malo, sequenti mendicione non sine fructu usus sume. Abstinui ab omnibus vacuantibus, sudoriferis, laxantibus, & ipsa venæsecione; nec nisi diaphoretica fixiora,

cum cinnabari remixta , & ex aquis ana-lepticis , ac leniter diaphoreticis , addi-to vel succo citri , vel syrupo acetosifatis citri propinata adhibui . Ælbum nimium ope nitri , pulveribus additi , temperavi , & interposui ustum liquoris anodynii , be-zoardico nupti , vel tinturæ bezoardicæ , cum spiritu nitri dulci permixtæ . Alvum obstructam , vitatis & salinis , & purgantibus , per clysteres alternis die-bus injectos referandam curavi ; & loco potus ordinarii decoctum salsaparille , scor-dii , scorzonerae , rasuræ cornu cervi , cum succo citri , vel ejus corticibus recentibus maritatum exhibui .

Quibus præmissis , facile perspici pote-rit , quod febris , cuius causa consultus sum , ejusdem cum iis per nostras regio-nes grassantibus naturæ sit ac indolis : neque enim puncta illa rubicunda , quar-to moibi die efflorescentia , pro veris ha-benda sunt petechiis . Non etiam mirum est , quod noster ægrotans , cum pver-so vitæ genere corpus debilitatum præ se gessit , gravius ac periculosius expertus fue-rit malum . Præfertim vero ex symptomatibus ipsum infestantibus notari meretur insignis mingendi difficultas , ipsaque mi-ctio dolorifica , cum ingenti semper vo-ciferatione juncta ; quippe quæ ab acri-monio sanguinis & humorum salina & scorbutica suos mutuatur natales ; quem-admodum eidem sero acri pura sympto-mata , quibus solicitatus fuit , veluti dif-ficillima spiratio , intensus capitis dolor , corporis lassitudo , delirium , alvi fluxus , anxietas , & inquietudo corporis , & in-explebilis bibendi cupiditas , omnino de-bentur ; quæ exereto per transpirationem sero acri mox conquiieverunt .

Neque habeo , quæ circa institutam medendi rationem moneam ; utpote quæ artis legibus ex omni parte fuit accom-modata . Quum enim morbus noster a miasmate salino , caustico , volatili , in massa humorum diutius delitescente , tandemque per ipsam sanguinis fermenta-tionem extricato , cuius generatio in-temperie hyemis tepidæ ac humidæ , transpirationem impediens , & partium motricium tonum relaxanti debetur ,

suam traxit originem , facile judicare po-tuit prudens medicus , ineptum valde esse acrum , salinorum , humores com-moventium , & solidas partes stimulan-tium remediorum usum ; nec alias relin-qui indicationes , quam ut acrimonia pec-cantis materiæ salina causticaque dilu-tur , ac temperetur , eaque cocta , & ex-cretionibus opportuna , circa criticos dies c corpore prescribatur . Non quoque ne-gligenda sunt , morbo declinante , blanda laxantia ; ut eorum ope , sordes impuræ , viscidæ , biliosæ , quæ sub æstu febrii in primis viis generati solent , rite elimi-nentur . Quod si enim hæc omittantur , & impuritates illæ ad massam rufus ra-piantur sanguineam , frequentissimum est , ut vel lentus calor cum corporis lan-guore & contabescientia , vel dolores car-dialgici , vel spastmodici arthritici afflitus faboriantur .

C A S U S C C .

*Historia febris epidemice per annum
1720. grassantis .*

FEBRES anni millesimi septingentesimi vigesimi epidemicæ , revera non aliq- fuerunt , quam intermittentes : sæpen-mero autem sub acutarum , quas in prin-cipio mentiebantur , larva imposuerunt ægro pariter ac medico , tumque pver-sa medicatione oppugnata , adfictos ad vitæ perdoxerunt discrimen . Quarum has proponendas duxi observationes : Inci-pientes horrorem , & totius corporis re-frigerationem movebant , quem dolores ac tensiones artuum , maximeque dorsi , angustiæ pæcordiales , pectoris oppres-siones , nausea , vomendi conatus , ipsaque in quibusdam vomitiones sequebantur . Tum vehemens æstus , pulsu celeriori , magna siti , capitis doloribus , inquietudi-ne , ac virium prostratione stipatus , to-to accendebat corpore ; & ciborum cu-piditas prorsus concidebat . Sed non ea-dem symptomatum in omnibus erat fa-cies : æstus uno die asperior infestabat , qnam

quam altero, neque tamen per quatuor vel sex priores dies a calore præternaturali prorsus vacua sinebat esse corpora. Horror post primam invasionem per primos sex dies non revertebatur; sed alternis dumtaxat diebus circa accessionis primæ tempus, levis refrigeratio corpus percurrebat, quam protinus tensivi artuum dolores, inquietudo, sitis, ac tantum caloris incrementum excipiebat, ut quidam delira loquerentur: tandem sudoribus reslovebatur accessionis accessio, & mitis tantum calor inhærescebat. Quicunque quieti hos morbi insultus perferebant, sudoresque convenientibus secundabant medicinis, iis in veram intermittentem, quæ quietiora præstabat tempora, mutabatur febris: in aliis vero, qui perverso regimine utebantur, in acutam, sæpius exanthematicam vel petechiale, vel purpuraceam transibat.

Malum præterea frequentius infestabat juniora corpora, quæ quintum & vi gesimum excederant, & quadragesimum nondum attigerant atque annum; nec non vilioris sortis, ac durioris vitæ generis homines, qui & matutino & vespertino sese liberius exponebant aeri, ut ferre milites erant. Quicunque febre tertiana simplici detentæ, vel perverso regimine, vel medicinis inconvenientibus, febrem irritabant, protinus eam reddabant irregularem ac malignam. Sic in pago quodam, prope nostram urbem si to, magna erat suspicio grassantis ibidem febris contagioæ, ac fere pestilentialis, quæ tamen penitus examinata, non nisi tertianam simplicem male ferias empiricorum artibus in malignam petechiale ac purpuraceam transeuntem exhibebat.

Cum primis perniciale morbi vim sunt experti, qui febrem epidemicam sub acutæ specie primum imponentem, calidioribus alexipharmacis ac sudoriferis potentioribus oppugnari permiserunt; aut sudoris legitimum successum improvida refrigeratione perturbarunt, aut venas sub febre, licet simplici tertiana, secandas præbuerunt. Sic binos mihi adnotare hinc casus, ubi subjecta febre nostra cor-

repta, quibus sanguis erat missus, omnino, & quidem cum prima paroxysmi invasione perierunt: quippe quæ salis bene antea habentia circa accessionis novæ tempus, velut attonito morbo prostrata, inter gelidos sudores exspirabant. Alii haud æque plethorici post institutam venæ sedionem gravius decombebant, & æsto, inquietudine, præcordiorum anxietate atque deliriis longe vehementeribus agitabantur. Contra vero, quæ sanguinis nimia abundabant mole, ex phlebotomia non quidem periculosorem, sed longiorem sibi contrahebant morbum; qui tandem vel critico alvi profluvio, vel metastasi ad aures facta, quæ ad aliquod tempus obsurdescebant, solvabantur. Qui denique calidiora diaphoretica, præsertim urgente accessionum impetu sumebant, in acutam certissime incidebant, vel petechiis, vel purpura maligna complicatam.

Scire porro refert, quod, ubi lotium turbari, & sedimentum demittere incipiebat, spes salutis, ad minimum futaræ intermissionis in propinquo esset. Eandem significabant accedentes alvi fluxus, & sudores calorem solventes. Qui hos vero, disjiciendo hinc inde, vel nudando corpus, reprimebant, haud secus accidit, qui calidiori regimine, vel spirituosis alexipharmacis illos cogere ac vi promovere studebant, in diuturnam, ac gravissimam se præcipitabant valetudinem. Nec minorem sibi contrahebant noxam, qui cibis crudis, coctis difficultibus, salitis, flatulentis, fumo induratis, frumentis horribilis, vel potibus spirituosis, vi nosæ &que ac cerevisiariis, maxime frigidis, sub febre utebantur.

Hanc itaque periculi plenam affectionem curaturus, eo potissimum medendi intentionem direxi, ut naturam sequerer, ejusque motus convenientibus secundarem medicaminibus, ac moderato regimine. Quem in finem iis, quos vomendi conatus vexabant, primis morbi diebus tempore intermissionis, aliquot ante imminentem paroxysmum horis, summo cum fructu lene propinnavi vomitorium; quo plerumque effeci,

ut exquisita redderetur intermittens tertiana, quæ consueta methodo facilime potuit expugnari.

Sub ipso paroxysmo, vigente caloris vehementia, ad extinguidam sitim, potum tepidiorem crebris, sed parciорibus assumendum suasi haustibus; & pro potu præscripti decoctum hordei, rasure cornu cervi, radicis scorzonerae, & corticum citri, cum liquore acidulo, velut est clyssus antimonii, distemperatum. Non minus pulverem præcipitantium, nitro, & diaphoretico fixo nuptorum; vel mixturarum, ex dictis pulveribus, & aquis diaconois confectionarum, aut juleporum usum interposui.

Declinante paroxysmo, ad promovendum transpirationis successum, essentiam quandam alexipharmacam, vel tincturam bezoardicam, vel mixturam simplicem propinavi. Tempore intermissionis pulveres dedi temperantes, ex absorbentibus, & salibus digestivis confessos; nec non stomachica ac blanda laxantia felici cum successu subjunxi. Et hac ratione oppugnatæ hæ febres nunquam fere non leptimo vel nono circuitu solvebantur. Quod si vero nihil feci persisterent, tempore intercalari decocto ex roborantibus, stomachicis & laxantibus parato usus sum; & ne hoc quidem votis satisfaciente, motuum tantummodo vitium, evacuata omni materia, subesse persuasus, tutissimo ac felicissimo cum effectu corticem chinæ convenienti ordine adhibui. Superata febri, ad ejus recursum præcavendum, & ventriculum roborandum, antifebrilia atque stomachica remedia per unam alteramve septimanam adhuc continuanda suasi, rectumque vivendi ordinem imperavi: quo factum, ut plerique evaderent. Hæc vero tibi, Vir illustris, prescribenda, totoque judicio subjicienda duxi.

Epicrisis, & ulterior præmissæ historia illustratio.

Febres, quæ per elapsum proxime annum toti fere Germaniæ fuerunt e-

pidemicæ, intermittentes quidem, sed sicut malignæ merentur adpellari; & sub finem dicti demum anni in continuas mutabantur malignas. Piores voco intermittentes, eo quod in sanis subjectis legitime tractatae, typum tertianæ simplicis, vel duplicitis exhiberent, tumque curatu essent faciles. Eisdem quadam malignitatis labo simul fuisse notatas, tria potissimum sunt, quæ testantur, momenta. Primum est, quod ab initio continuorum instar adorta, quieta neutiquam ęgris præstiterint tempora; sed quoadam tantummodo remissiones exhibuerint, a pulsuum frequentia, & præternaturali corporis languore nunquam penitus immunes. Alterum argumentum præbent humorum sub iis febribus ad caput factæ congestiones: mox enim graves capitis dolores, mox insignis temulentia, ac quædam mentis alienatio, mox soporosi affectus, mox surditas, & intumescientia glandularum vel parotidum, vel salivarium; mox insultus apoplectici, siue sequi lethales superveniebant, multamq; fugebant crucem. Nec denique minus harum febrium malignitatem innuit delicata earundem indoles, qua levi valde brachio oppugnari volunt: namq; purgantia, calidiora, sanguinem exagitantia, adstringentia, cortex chinæ, sanguinis missiones, improvide adhibita, easdem vel in exanthematicas, purpuraceas, miliares, petechizantes, vel lentas & hecticas commutant; vel ipsum vitæ periculum infurunt; quod cum exquisite intermittentibus longe sit aliter.

Quibus expositis, si persequamur febrium nostrarum causas, ipsa profecto illarum frequentia, qua tantam hominum multitudinem, nullo nec sexus, nec temperamenti, nec, si juxta meas observationes fatear, ætatis respectu habito invaserunt, docet clarissime, illas neutiquam ex perverso tantum vivendi genere, aut quodam diætæ errore, sed ex aliquo potius vitio omnibus communis esse derivandas. Cujus natales si in aeris & tempestatum per dictum annum obseruatorum infolita plane constitutione que siverimus, a veritatis tramite nos mini-

me aberraturos esse confido. Namque vernali tempore, & sub æstatis auspiciis cœlum semper humidum ac pluviosum erat, & eodem etiam die frequenter mutabatur, adeo ut mox calidissimum, mox rursus frigidum observaretur. Verum non perpetua modo constat experientia, sed ego quoque in disputatione de salubribus anni temporibus ample demonstravi, ea potissimum & loca & anni tempora, quæ terra per copiosas pluvias humidiori existente, brevi post ardorem solis fervidissimum exhibent, producendis foventibus perniciosissimis morbis, & præsertim febribus esse opportunissima. Hinc enim corruptiuncti stagnantes aquæ, & exhalant putrida ac æconomiae vitali inimicissima effluvia, quæ per inspirationem, vespertino maxime, ac matutino tempore, aut occidente vel oriente sole, corporibus animalium insinuantur, succosæ vitales corruptiunt.

Deinceps subitanæ illæ frigidi & calidi cœli mutationes in ipsa hominum corpora vim exserunt pernicialem; dum mox ad relaxationem, mox constrictiōnem corticis cutanei disponendo, saluberissimum transpirationis succelsum remorantur. Unde fit, ut humores recrementiti, plus minus acres ac impuri, qui per cutis spiracula debent eliminari, intus retineantur, & peregrinis non raro putridissime permixti miasmatibus ad massam retrahantur sanguineam. Cum hac autem per nervosas, motricesque totius corporis partes feruntur, & si demum ad sensibiles, quæ cerebrum ac medullam spinalem cingunt, membranas perveniant, has stimulando, universalem totius nervosi ac vasculosi systematis ipsam, in quo consistit essentia motus febrilis, introducunt. Et hac est nostra ratione febrium genesis, quæ quo impuriora fuerint corpora, eo periculosisiora in iis machinantur mala. Quemadmodum enim ipsa venena, fortioraque, & quæ draffica vocant, remedia, pro varia corporis, cui propinantur, dispositione, varios quoque ac diversos exserere solent effectus: ita etiam res se habet cum nostra febrili materia, quæ revera existit virulen-

ta. Nam febres, quæ exinde in subjecti per omnia sanis ac integris generantur, mitissimo ac placidissimo gaudent decursu; contra quæ impuris succis, corpore que per quascunque caussas debilitato sunt prædicta, gravissimis immerguntur symptomatibus, & in vita versantur periculo. Ita novi foeminas, quæ menstruorum defectu laborantes, cum hanc febrem inciderent, circa illius declinationem sapore, & apoplexia lethali correptæ perierunt; nonnullas, quæ ante a chlorosi vel albo fluore fuerant contaminatae, purpura rubra & alba sub hac febre affectas fuisse vidi; nec paucas utriusque sexus adnotavi personas, quæ mœroribus, aliisque diuturnis animi pathematisbus immersæ, febrem cum petechiis, sapore & spalmo oris canino complicatam debuerunt sustinere.

Clarissimum ex his fore spero, ut cognoscamus, quæ nostrarum febrium natura, indeoles, ac origo fuerint: neque vero ignorari oportet, sequentis dicti anni æstatis, præsertim adultioris constitutiōnem, ad foventas illas, quin & maligniores reddendas fuisse aptissimam. Fuit enim illa calidissima, & hinc præter nostras, aliasque quotidianas febres, alvi quoque biliosos fluxos & dysenterias populares movit. Nec obscura est ratio: per nimium enim & perpetuum solis fervorem succi vitales relolvuntur, a blanda & naturali temperie deflectunt, & multis acribus ac biliosis imbuuntur sordibus; quas in hominibus vilioris fortis, tenuis ac impurus vietus, mirum in modum accumulavit; unde his frequentissimæ fuerunt illæ febres. Et quam denique insequata hyems tepidior, ventos non nisi ex Euro vel Austro spirantes exhibuerit, factum est, ut relaxato magis fibrarum ac partium solidarum tono, au etaque humorum impurorum, stagnantiumque putridorum colluvie, sub finem dicti superius anni descriptæ hactenus intermitentes in acutas transierint malignas.

Tandem vero opera adhuc pretium erit, quæ in curandis nostris intermittentibus observare licuit, in medium proferre. Illæ nimis calidioribus oppugnatæ

remediis, in magna deliria ac furibundos raptus degenerarunt; contra in opportunitatis adstringentibus cohibitæ, vel crebris ac gravioribus infestarunt recidivis, vel in lentes diurnas, multis sudoribus stipatas desierunt. Data sub morbi initio purgantia gravissima excitarunt symptoma; magnumque malignitati attulerunt augmentum. Ego potius missis omnibus purgantibus, vomitoriis, & sanguinis missionibus, solis diaphoreticis, precipitantibus, ac bezoardicis pugnavi, & pulveribus ex antimonio diaphoretico, lapidibus cancerorum, cornu cervi usq; & philosophice præparato, cinnabari & nitro confectis usus sum; hisce decocta humectantia, quæ rasuram cornu cervi, radicem scorzonerae, hordeum mundatum, radicem chinæ, & poma citri habebant, interposui. In juvanda præseruimus diaphoresi egregiam collocavit operam extractum cardui benedicti, in spiritu vitrioli temperatori solutum, idque tempore remissionis, vel intermissionis usurpatum. Essentias alexipharmacas, & sic dictas bezoardicas, cum ex radicibus calidioribus, & spiritu vini sint concinnatae, exæstuando humores, pulsuumque certitatem adaugendo, noxias depescendi. Ad liquandam alvum summo cum fæcili vel pilulas meas balsamicas iæterne dedi, vel clysteres emollientes,

ex oleo florum chamomillæ vulgaris, oleo amygdalarum dolcum, melle, sale-Epsomensi, & tantillo nitri confectos, anno curavi infundendos. Verum a nitroforum nimio usu studiose abstinui, si accederent petechiae, vel purpuracea exanthemata, maxime in declinatione morbi: ea enim virtute nimium refrigerante, humorum ab ambitu motum revocando, ad sphacelum disposuisse animadvertisi. Si retrocederent exanthemata, & soporosi, temulenti, ac deliri affectus jungerentur vesicatoria nucha, vel brachiis imposita insignem tulerunt opem.

Quia febribus illis, præsertim continuis convalescebant, a præmaturo alimentorum nutrientium usu cavere sibi debebant; inde enim cardialgiam molestissimam, eamque periodicam propullasse animadvertisi, quæ laxantium & antispasmodicorum ope debellanda erat. Qui porro in continuis illis decimam diem superarunt, omnes fere evaserunt. In febribus vero intermittentibus, non præstantiora fuere remedia salibus neutris, cum nitro & extractis amaris maritatis; quippe quæ viscidos, tenacesque humorres resolvendo, & ad excretiones disponendo, nisi immoderationi adhiberentur quantitate, utramque curationis absolverunt paginam.

I N
CONSULTATIONES MEDICAS
INDEX RERUM
LOCUPLETISSIMUS.

A

- De **A** Bortu, ejusque cauiss. 518. 519.
ex terrore . 84. crebro ex utero
minus purgato , ejusque cura . 517.
crebro cum continua ciborum per vomiti-
um refectione . 518. cum molarum ex-
cretione , 427
- Abscessu musculorum abdominis retropul-
sa podagra . 345. musculorum abdomi-
nis & dorsi ex tumore glandularum in-
guinalium . 262. ossis femoris 413. oc-
culto musculorum hypochondrii sinistri .
260. differentia abscessus a tumoribus
sanguineis . 654
- Acero saturnino hemicranicos dolores mi-
nus tuto repellente . 9
- Achorum capitis per oleum amygdalarum
& evulsionem pilorum repulsione, epile-
psiae causa . 92
- Acida primarum viatuum saburra quæ in
corpo exferat damna . 281
- Acidulæ justo copiosius haustæ nocent . 467
dissuadentur in affectibus idiopathicis
capitis . 15. frigidæ dissuadentur in pe-
ctoris affectibus . 213. in erosione intelli-
norum . 400. convenient in corporibus
strictioris habitus . 362 cur in crudita-
tibus primarum viatuum , arthriticisque
morbis præ thermis sint adhibenda . 515.
num hyeme potari queant . 759. vidæ a-
quæ minerales .
- De acuslico Deckeri instrumento . 72
-- acuta febri . vid. Febris acuta.
- Adipis defectus quid notet . 719
- De Adstringentium noxa in febribus & hæ-
morrhagiis . 509. hæmoptysi . 175.
- Aer , qualis corpori conferat . 281. ejus
subitanæ mutationes mulsum faciunt
ad generandum scorbutum . 633

- Affectus animi . vid. animi pathemata .
Allium dicitur calculi augmentum impedi-
re . 441
- De alvi obstructione contumaci . 539. sub
mensium fluxu . 571. a largis venæ sectioni-
bus ac largis sudationibus . 66. a sanguinis
in abdomine stagnatione . 515. capitis
morbos inducent . 117
- laxitate perpetua sub paroxysmo hyste-
rico . 379. 384
- Amasianæ thermæ commendantur in aridu-
ra pedis . 413
- De ambulandi impotentia . 75. ex febri acu-
ta . 145. imbecillitate naturali . 651. ex
lapsu in regionem ischiadicam , osse fe-
moris nec fracto , nec luxato . 648. 650. in
febre lenta . 671
- amoris effectibus . 570
- amuletis ad hæmorrhoides cœcas . 333
- ani excrescentia cum generis nervosi de-
bilitate . 330
- Animus circulo humorum irregulari exi-
stente , male afficitur . 385. secundum
eius constitutionem , omnes corporis
motus se habent . 281. pathemata illius ,
quæ corpori damna inferant . 103. 564.
maxime lument mox cibo vel potu . 241.
exacerbant motus epilepticos . 83. a ge-
neris nervosi dispositione dependent .
228
- Anni temporum mutationes certos pariunt
morbos . 180
- Antilepticus pulvis . vid. pulvis antepil.
- De antifebrium usu & noxa . 360
- antimoniij tinturæ usu in promovendo
urinæ fluxu . 56. in serosis affectibus ca-
pitis . ib.
- antimoniali cura rite instituenda . 488.
554. 647
- Antispasmodicus pulvis . vid. pulv. antisp.
An-

- Antispasmodicæ pilulæ . vid. pilul. anti-spam .
 De anxietatibus præcordiorum . vid. præcordia .
 - apoplexiæ gradibus . 37. caussis ac prognosi . ibid. levioris specie . 42. illius causa . 46. cura . ibid. præservatione . 39. effectu camphoræ in illa . 44. spasmodicæ exemplo . 568. lethalis epilepsia supervenientis casu . 80
 - apoplectico insultu peculiari . 471. a diurno mœrore . 538. partium atoniam relinquentे . 16. post infictum capiti vulnus remittente . 331. an in eo thermæ Carolinæ convenienter . 25.39
 De dispositione ad apoplexiæ . 41
 - apoplectica febri . 472
 - apostemate . vid. abscessus .
 - appetitus vehementioris caussa . 32. canini exemplo . 175
 - aquæ levioris notis . 401
 - frigidæ præstanti usu . 368. speciatim in nimis hæmorrhagiis . 678. in malo scorbutico . 626. in epilepsia . 95. in melancholica hysterica . 342
 Aquæ mineralès integrum supponunt robur viscerum . 611. incepit adhibitæ quas edant noxas . 655. quo in casu ad hydropem disponant . 26. commendantur in affectibus hæreditariis ferosis . 542. in morbis spasmodicis chronicis . 580. dissuadent in affectibus epilepticis . 82. in asthmate convulsivo . 230. ejusque præsertim paroxysmo . 229. in tinnitus aurium . 112. gutta Serena . 136. in debilitate ventriculi . 386.640
 - maritaria ad conjugium secundum commendantur . 330
 Aqua ex pane quomodo destillanda . 157. 186.
 De ardoris in lingua sensu chronicæ . 364
 - ardore ventriculi . vid. Soda .
 - aridura pedis ex scorbutica humorum dyscrasia . 414
 - arteria aorta descendente cartilaginea . 436.
 - arteriarum pulsu . vid. pulsus .
 - arthritidis origine . 545. natura . 228. caussis . 229. præservatione . 545. diæta . 546. arthritide lumbari . 550. rheumatica . 549. hemiplexian relinquentे . 58. scorbutica . 549. vaga . 543.
 De arthrite cum peculiari manuum callositate . 547. in calculum transeunte . 548
 - arthriticis doloribus sudore discussis . 364. præsertim febrili . 548. & cum hoc efflorescentibus ulcusculis . 363
 - moribus cessantibus hemicrania caussis . 8. aliorum morborum fundamentis . 6. præsertim pulmonis læsionum . 216. & affectuum asthmaticorum . 229. vid. podagrici dolores .
 Artuum agitations infantum sub somno cui debeat cura causæ . 73
 De afa fœtida nervorum debilitatem relinquentे . 389
 - ascite spasmum primarum viarum excipiente . 432. cum tympanite juncto . 431.
 - asthmate . 68. a motu corporis . 209. defuncti sectione . 236
 - cachectico ab exsiccato ulcere scroti . 423.
 - chronicæ . 563
 - convulsivo ex purpura . 699. ejusque medela . 700. cum purpuratis exanthematis alternante . 698. ope Egranarum curato . 568. ejus natura . 231. quomodo hydropem post se trahat . 237. cur post partum remittat . 233. cur a diæta erroribus mitigari videatur . 596. commendantur in eo thermæ Carolinæ . 225. balnea . 230. lac asinum cum Selteranis . ibid. dissuadent aquæ minerales frigidæ . ibid. illius paroxysmi descrip. 226.234
 De asthmate flatulento . 213.215. cum colica . 217. ejusque caussa . 218. in eo commendantur thermæ Carolinæ & acidulæ Egranæ . 215
 - humido . 210. ejus caussa . 211. prognosi . ib. cura . ib.
 -- hypochondriaco . 226
 -- spasmodico a potu post iram sumto . 239. cum tumore testis sinistri . 231. a stagnatione sanguinis in pulmonibus . 216. hirudinum adplicatione sublato . 61. cum hydrope perperam curato . 234
 -- convulsivo . 377
 -- flatulento ex polypo cordis . 217. seq. cum tussi ex polypo cordis & tuberculis pulmosum . 220
 -- & hypochondriaco . 226
 -- atonia partium post insultum apoplecticum . 538
 -- œsophagi . vid. œsophagus .
 -- pharyngis . vid. pharyngis aton .
 De atonia sinistri lateris ex lapsu ab equo . 67.

- ventriculi . vid. véntric. aton. 668
- atrophia cum febre lenta . 410. luxatio-
nem femoris sequente. 413. in arrophicis
morbis commendatur serum lactis .
422.
- auditu difficulti a nimia relaxatione . 114.
a nimia siccitate . 117. a gypseo cerumi-
ne . 113. cum fluxione serosa . ibid. ad
variam aeris constitutionem mutato .
ibid.
- gravicūm variis symptomatibus . 115.
ab alvi obstructione . 117. a serena tem-
pestate exacerbata . 116
- aurantiorum essentia . vid. ess. cort. au-
rant.
- aurium fluxione serosa : 113.114
- tinnitus . vid. tinnitus aurium .
- Autumnus & hyems non favent curationi**
morborum chronicorum . 57. nervorum
79. in primis epilepticorum . 94
- Axungia gallinæ pollet vi caliginem visus
dissipandi . 131

B

- Balnea ex aqua dulci commendantur ad
præcavendum abortum . 520. in calcu-
lo renū . 61. in colicis doloribus . 299.
in fluore albo . 502. in genitalium partu-
tum imbecillitate . 499. malo hypo-
chondriaco . 357. in mania . 108. in tu-
more testis duro . 492. in vesicæ dolore .
465.
- Balnea ex aqua cum lacte in hysteris affe-
ctibus cum corporis consumptione com-
mandantur . 576
- Balnea artificialia parandi modus . 532
- humida puerperis præ vaporosis conven-
iunt . 712. seq.
- mineralia dissuadentur in cacockymia .
587. lue venerea . 422. in spasmis partium
internarum . 122 commendantur in mor-
bis spasmoidicis externis . 385. in calcu-
lo vesicæ felleæ . 392
- thermarum num in podagra & arthritide
semp̄r convenient . 640
- vaporosa quomodo instituenda . 492.
commendantur ad ariduram pedis . 414
in tumoribus tympaniticis . 433
- Balsamum ad paralysem . 54
- Peruvianum commendatur in aurium flu-
xione . 114. ejus syrpus quomodo sit
parandus . 673
- vitæ ad diarrhoeam commendatur . 697
- Bilis acrimonia unde nascatur . 31

- Bilioſa intermitte febri . 668
- Burbonierſes aquæ dicuntur sulphureæ &
antiparalyticæ . 134. dissuadentur in af-
fetu cerebri . 136
- Burri emplastrum regium . 90

C

- De cachexia ex atonia ventriculi & intesti-
norum . 415. a silente podagra . 430.
ex infarctu hepatis , numque in ea pro-
fint mārtialia , & venæfictio . 318. ex
diuturna soda . 420. cum asthmate & tu-
more hydropem minante . 422. cum len-
ta febri . 671. cum scirrhoso uteri tumo-
re & fluxione dolorifica in pede . 417. cum
tympanitico affectu . 425
- Cachecticis cur familiaris sit hydrocele .
405.

- De Cacockymia . 555. ejus cauſa . 632. in
ea commendantur aquæ Pyrmontanæ .
556. vid. Humorum dyſcrasias .

- De calculo hæreditario . 195
- pulmonum ejusque generatione . 248
- renū . 190. ejusque signis . 322. cum poda-
gra . 442. absque dolore in hemiplectico
excreto . 62. inverterato cum hernia scrota-
li . 444. in arthritidem rauscente . 548.
in ureteres ingresso rite tractando . 446.
ejusque cura . 442. præservatione . ibid.
ad Calculum renū dispositio in quo
consistat . 442. qualis in eo convenientia ce-
revisia . ibid. commendantur acidulæ
Schwalbacenses . 443

- De calculosis colicisque doloribus præser-
vandis & curandis . 307
- calculo vesicæ felleæ . 318. dato emetico
per alvum excreto . 409. icterum indu-
cente . 408. vicinas partes ad spasmum
prioritatem . 391. cura per balnea . 392.
per acidulas Selteranas . ibid.
- vesicæ urinariae cum incontinentia urin-
næ , stranguria , dysuria ac hernia scrota-
li . 467. cum spasmus & exulceratione
vesicæ . 394. ejusque signis . 456. cura
per Carolinas , vel Spadanæ . 437
- calculorum . 44. excretione una vice fa-
cta . 410
- callositate manuum peculiari . 546
- Camphora operatur vi sulphuris anody-
ni . 47. est antispasmodica . 46. non qua-
drat in ulcerosis affectibus . 256. nec alvo
existente segui prodest . 47 quando externe
usuari possit . 644. quando interne .
ibid. præsertim cum nitro permixta . 47

De

- De camphoræ ad duos scrupulos sumtæ effectu in apoplexia hypochondriaco-spasmodica . 43
 - camphoratis in podagra & erysipelate externe noxiis . 643
 Cantianæ aquæ qualia foveant principia . 293.
 De Capillorum defluvio sub febre acuta . 370. ex cephalalgia diurna . 1
 De capitis affectu cum efflorescentia in pede . 256
 - debilitate . vid. debil. Cap.
 - doloribus . vid. cephalalgia.
 Capitis morbi foventur ab alvi obstructione . 117. debentur plerumque sanguinis turbato per illud circulo . 371. num in iis conferat cauteriorum usus . 52. idiopathici respuunt usum Carolinatum . 74. symptomatici ab iis levantur . 157. sero levantur ab urinæ promotione . 36. spasmus peculiaris . 589
 De carcinomate linguae a retrocedente podagra . 153
 - cardialgia , ejusque sede , caussis & præservatione . 286. signis . 277
 - spasmodica cum colica flatulenta . 284. ejus caussa . 293. in qua commendantur Carolinæ . 295. Egranæ cum lacte . ibid.
 - flatulenta hypochondriaca . 286
 - suffocativa inter venæ sectionem suborta . 654
 Carolinae thermæ binos fovent fontes . 36. cuius utriusque elementa ac virtutes describuntur . 37. 274. quibus vasis sint excipiendæ . 315. quomodo adhiberi debeat . 274. ante eorum usum in plethoricas vena secanda . ibid. sub poratione quæ sint observanda . 273. qualis vietus feligendus . 304. post earum potum quamdam sint in usum vocanda . 275. in corpore subsistentes quomodo promovendæ . 315. quæ iis substitui possit curatio . 651. an Selterane surrogari queant . 583
 Carolinae num profint in apoplectico insulitu . 37. 38. in seporosis affectibus . 34. commendantur in abdominis morbis . 39. ad abortum frequentem . 521. in arthritico-rheumaticis affectibus . 550. qua cautela in asthmate convulsivo ab humorum dysferasia . 225. flatulento hypochondriaco . 215. ad calculum vesicæ . 456. cardialgiam . 295. capitum morbos symptomaticos . 36. chronicos morbos ex viscerum obstructione . 548. in colicam .
 chronicæ . 311. ad hæmorrhoides restituendas . 314. ad hydropem ex hæmorrhoidum obstructione præcavendum . 434. in malo hypochondriaco . 356. & inde subortis capitis affectibus . 167. cur in his malum interdum exserant effectum . 514. laudatur ad mensum obstructionem referandam . 170. 277. in nephritis calculosa . 449. scrotibuto . 616. Soda diurna . 422. spasmodicis morbis . 573. spasmus ventriculi hypochondriaco . 273. 274. in urinæ ardore . 40. præcavent chronicos morbos . 301. polypum cordis . 192. exacerbant calculosos & podagrivos dolores . 315. per caput difficilius progrediviuntur . 125. hinc dissuadetur in capitis affectibus idiopathicis . 6. 39. 56. in atonia partium solidarum . 334. debilitate nervosi generis . 39. in erosione partium solidarum . 449. in pectoris affectibus . 177. in morbis ex solo motuum vitio . 599. in infantibus . 448.
 Carolinæ cum balneis aquæ dulcis in scorbuticis affectibus . 633. cum Teplicensibus in hypochondriacis affectibus . 661. lienteria . 401. in spasmodicis intestinalium morbis commendantur . 339.
 Carolinarum externus in balneo usus quibus noceat quibusve prosit . 275.
 Caryophyllosum masticatio commendatur ad roborandum ventriculum . 210. vid. oleum caryoph.
 Catalepsos cum singulu exemplum . 93.
 Cataplasma discutiens in oculorum affectibus . 192. in gonorrhœa . 482. ad tuberculum præputii . 268.
 De Cataracta . 139. an remediis curati queat . ibid. quo tempore operationi sit opportuna . 140. an in dubiis casibus deponi queat . ib. an tuto in senibus deponatur . ib. an periculoſa sit depositio . ib. an dolorem exhibeat . ibid.
 catharris in veram podagram terminatis . 637. capitis partium inferiorum stricturas post se trahentibus . 5. a tinea solutis . 542. pectoris refractariis . 186. in iis nec vim nec cerevisia prodest . 182.
 - catharralibus diurnis defluxionibus ex hæreditaria dispositione . 540.
 - catharrali febre , ejusque subjectis , & malis consequtariis . 178.
 - purpurata febri quinques recidiva cum metu lenta . 648.
 - Cauteriorum usu in magnis capitis affectibus .

- ctibus.
—cephalæa periodica. 50
—cephalalgia rebelli. 3. diuturna cum dolore artuum vago. 1. vehementissima. 21
—atrocissima post usum stupharum sudatoriarum. 483. post seminis largam excretionem. 267. ejus caussis. 109. ab extremorum refrigeratione incipiente. 542. in anteriori capite a sero in sinibus frontalibus stagnante. 3. in postico, magisque externo capite. 4
—cerebri consensu cum testibus. 494
—cerevisæ mutatione melioris valetudinis caussa. 189. effectu in revocanda hæmoptysi. 25. noxa in morbis chronicis. 26.
De cerevisæ triticeæ usu in calculosis affectionibus. 442
—Cerumine gypso auditus difficilis caussa. 113. inspissato rite emolliendo. 117
—Chelidoni effectu in morbis hydropicis. 443.
—Chinæ cortice legitime adhibendo. 560
671. ejus virtutibus. 658. noxa in febribus intermittentibus. 81. 508. & hæmorrhagijs. 509
—Chlorosi post matrimonium in album fluorem desinente. 147. ejusque subiectis. 158
Cibis & potus qualis conferat hypochondriacis. 282
Cinnabarinæ commendantur in morbis a stagnatione lymphæ. 119
Cirsocele, vid. hernia varicosa. 119
De Claudicatione ex luxato osse femoris. 413
—Climate. vid. cælum.
—Clystere. 490. in purpura. 706. in convulsionibus verminolis. 599. balsamico temperante. 325. carminativo. 219. uterino. 304. lacteo in erosione intestinorum profuso. 328
Clysteres commendantur in flatulentis molestiis. 565 ad reparandum intestinorum tonum. 663. in spasmis intestinorum. 382 in metu hydropis. 434
De cœcitate subito oborta, ejusque caussa ac curacione. 371
—cœli mutatio in melancholico-maniacis morbis. 106. nervorum affectibus. 101 in podagra commendatur. 640
—Coffee potus efficacia ad purpuram extandam. 646
Colica in sene lethali. 299. calculum mentiente. 296. cum nephritide & molimini- bus hæmorrhoidalibus complicata. ibid. cum purpura alternante. 309. cum alvi obstructione & asthmate flatulento. 217 cum ictero sanguis recidente. 432. ex hernia. 403. ex podagra per itam retro-pulsa. 638. ex stagnatione & acrionia succorum. 296. ex haustu aquæ frigidæ post corporis exæstuationem. 309
flatulenta. 27. cum dolore nephriticō. 321
—hæmorrhoidalali. 299. ex obstructo hæmorrhoidum fluxu. 306. an sit ileos hæmatites Hippocratis. 300. ejusque vera curatione. ibid. venæ sectionem requirentē. 305. inepta tractatione. 335. infelici curatione. 304
—colica nephriticā ex calculo ureteribus impacto. 322
—spasmodica cum subsequente ictero. 309. ex podagra retro-pulsa. 307. ex defectu fluxus hæmorrhoidalis rite tractanda. 301. 304
De colica spasmodica convulsiva cum tumorē & dolore pedum per Carolinas sanata. 312
Colici dolores oriuntur ab acti purpuracea materia. 299. nec non a stagnante in intestinis sanguine. 311. quomodo sint tractandi. 323. an iis conferat venæ sectio. 316
De colli singulare dolore ex vitio ventriculi. 159
—collyrio ad oculos. 127
Colon intestinum in malo hypochondriaco maxime patitur. 623
Concubitus cum feminis menstruatis annoceat. 478. creber quomodo ad uteri hæmorrhagias disponat. 507. post illum menses supprimi, abdomen & mammæ sine graviditate turgescere possunt. 475
De coadylomatibus ani. 331
Conjugium fecundum qualem conjugum requirit constitutionem. 528. an epilepticis sit suadendum. 88. cum quæstione; num spes sit prolis. 524
Contabescens corporis unde oriatur. 631
Continens febris. vid. febris continens.
Continua febris. vid. febris continua.
Contorsio artuum paralyticorum quo modo differat a spasmodica. 56
De Contractura manuum atque pedum. 586.
Convulsiones fieri possunt a doloribus. + 259.

259. cur meditationibus excitentur. 596.
 peculiares. 80. atoniā paralyticā re-
 linquere solent. 75. menses fluentes dum
 taxat comitantes. 603. genuum. 58. ocu-
 lorum sub somno. ibid. palpebrarum pe-
 culiares. 605. hysterica. 392
 De convulsivo epileptico affectu. 70. eoque
 rarissimo. 96
 - spasmodico affectu. vid. spasmodico-con-
 vulsivus affectus.
 Convulsivi paroxysmi cur circa menstruam
 periodum incident. 87. cur retardantur
 ab erroribus diæta. 593
 De Cordis palpitatione. vid. palpitatio
 cordis.
 - Corium oleo betulae inundatum. Fuchsen-
 feder commendatur pro odore in hysteri-
 cis affectibus. 380
 De Cornachini pulvere. 63
 - Corporis contabescientia suspecta. 425
 infirmitate ex nimia profusione semenis. 496
 - Cretæ noxio in soda usu. 421
 Cucupha ad capitis dolores. 277. confor-
 tante. 33. ad hemiceraniam. 10. robo-
 rante. 112. Wepferiana. 15
 Cucurbitula commode substituuntur veng-
 festioni. 388. quo in casu ipsi anteferen-
 da sint. 233
 Cuticula sanguinem e vena detractum in-
 vestiens unde fiat. 196
 Cutis efflorescentia rebelles quomodo op-
 pugnanda. 537
 De Cynosbati effectu in calculo. 441
- D
- De Dauci hortensis usu in vertigine. 15
 - de debilitate capitis, variarum congestio-
 num causa. 1
 - nervosi generis. vid. Nervosi generis de-
 bilitate.
 - Deckeri instrumento acustico. 113
 - Decocto pro potu. 15. 24. 29. 40. 104.
 114. 123. 146. 181. 189. 194. 199. 203.
 223. 225. 314. 319. 323. 320. 34. 352.
 364. 366. 368. 371. 372. 384. 395. 450.
 465. 467. 473. 498. 516. 540. 545. 550.
 580. 590. 613. 620. 629. 638. 640. 646.
 652. 661. 686.
 - Decocto antimoniali. 128
 - antivenereo. 484
 - Manageria laxante. 51
 - mundificante. 155
 - ad gonorrhœam. 489
- ad pollutiones. 495
 Deglutio quomodo fiat & impeditur. 163.
 difficultis. 171. 291. 599. potulentorum.
 116. ex atonia pharyngis. 166. 168. cum
 metu suffocationis. 168. in sedendo im-
 pedita, in stando libera. 548. ejus pecu-
 liaris difficultas. 44. qualis sit in hemi-
 plexia. 50. in paralysi. 165
 De Deinacensium aquarum elementis ac vi-
 tribus. 20
 Delirio breviori tam epilepsia post male
 curatam intermittentem. 80
 - diuturno a terrore sub somno, largis
 venaæctionibus curato. 183. post febrem
 acutam. 383. cum febre tertiana. 104.
 ex haemorrhoidibus cohibitis. 677. he-
 licæ superveniente lethali. 187. periodi-
 co cum motibus epilepticis a mensuram re-
 tentione. 108
 Dentitione difficulti. 257. epilepsia stipata
 funesta. 251. rarissime paralysim post se-
 trabente. 73
 Diabete ex calculo in uretere. 200
 - defuncti sectione. 463
 Dixitica in morbis inveteratis optima
 sunt præsidia. 379
 Diaphragmatis vulnus. vid. vulnus dia-
 phragmatis.
 De diarrhoea in sene. 645. ex potu aquæ
 Sedlicensis. 8. variis symptomatibus sti-
 pata, menstruum semper præcedente flu-
 xum. 82. cum paralytico affectu in in-
 fante inter sudores aeri liberiori exposi-
 to. 72. cohibita caussa tumorum ingui-
 nialium. 266
- Digestio vitiata disponit ad cephalalgiam.
 3.
 De dolore tensivo fixo in hypochondrio si-
 nistro. 261. tensivo lateris dextri calcu-
 lum mentiente. 344. pressorio in regio-
 ne pubis. 515. singulari colli ex vitio sto-
 machi. 159. per sternum ascendentem.
 209. dorsi ad ventriculum excurrente.
 570.
 Dolores abscessus occultos comitantes non
 solvuntur nisi applicatis emollientibus.
 261. artuum atroces cum corundem exul-
 ceratione. 533. vid. arthritis
 De doloribus capitis. vid. cephalalgia.
 doloribus circa sinus frontales. 542
 - duodenii inflatione. vid. inflatio duode-
 ni.
 - dyscrasia humorum. vid. humorum dy-
 scrasia.
 - dysuria cum stranguria alternante. 468.
 cum

cum affectu semi paralytico . 75. com te-
nesmo & materiae flavæ excretione per
anum. 461. mensium fluxu irregulari .
77

E

Ebrii parentes generant imbecillos infan-
tes . 105

De efflorescentiis corporis pertinacibus .
536. faciei ex potu frigido . 550. in pede.
156. pustularibus epilepsiam tollentibus .
78

De Egrani acidulis , easque potandi ratio-
ne . 609 illæ commendantur ad asthmati-
co-spasmodicum affectum . 210. in asth-
mate flatulento hypochondriaco . 215.
in cardialgia . 295. colica chronica cum
cachexia . 318. in defluxionibus oculo-
rum acribus . 125. ad hæmorrhoidum
irregularē succellum . 299. in hypo-
chondriaco malo . 366. in melancholia .
100. caue hypochondriaca ex retenta
purpura suborta . 372 & hysterica . 395.
in spasmodico epileptico affectu a men-
suum retentione . 110. præcavent morbos
chronicos . 301. in colicis affectibus præ-
Selteranis laudantur . 323. ad referandas
viscerum obstrunctiones Carolinas sua su-
perant virtute . 329

Egranæ cum lacte commendantur in acri-
monia humorum scorbutica . 77. 624. in
cardialgia . 286. in colicis doloribus . 299.
cum balneis Teplicensibus commendan-
tur in affectibus scorbuticis . 633
Electuarium antifebile . 671. confortans .
540. nervinum . 640. roborans in debili-
tate generis nervosi . 20. ad tussim feri-
nam . 186

Elixir balsamicum . 33. 89. 273. 415.
563.
— stomachicum . 356
— diureticæ antispasmodicum . 431
— nervinum . 12
— pectorale . 202
— stomachicum . 384
— laxans . 195
— viscerale Hoffmanni commendatur ad
ciendos menses . 92

De emetica potionē . vid. portio emetica .
— emeticorum usu in istero diuturno . 409.
improvide adhibitorum noxa in inter-
mittentibus . 673

Emmenagogæ morbos spasmodico-convul-
sivos exacerbant . 92. hinc iis nondum
Hoffm. Consult. Med.

fanatis haud sunt adhibenda . ib.
Emplastrum anodynū . 330. Burri re-
gium in dolore cervicis proficuum . 90.
ad calculum vesica felkeæ . 392. ad dolores
ossis sacri . 186. pubis & dorſi . 516.
ad flatulentiam . 160. ad gonorrhœam .
422. mixtum cruentum . 452. nervinum .
615. ad oculorum defluxionem . 126.
oxycroceum est nimis attractivum . 650.
saponatum Barbette commendatur ad
infarctus viscerum . 282. Stomachale .
378. ad tophos venereos . 488. ad tuber-
cula pulmonum . 191. ad tumores nodo-
sus . 534. tumorem pedum erysipela-
ceum . 348. ad tumorem testium . 492.
ad tussim ferinam . 220. rheumaticam .
244. vesicans . vid. vesicatorium , ad vi-
sus obscurationem . 129. in vomica pul-
monum . 203

De emprostethoni exemplo . 34r
empyemate feliciter curato . 241. an per
anum ejici queat . 247

Emulsio . 622. analectica . 697. ad gonor-
rhœam . 482. ad marasnum . 695

Enterocèle . vid. hernia scrotalis .

De Epidemicæ febris per annum 1720. gra-
fantis historia , caußis , & cura . 724
— febris historia ac cura . 725

— Epilepsia ac achoribus retropulsis . 93.
ex male curata scabie . 77. cum brevi-
mentis alienatione a male curata febi
intermittente . 80. in lipothymiam desi-
nente . 97. in veterata cum lipothymia .
92. cum vermis . 82. salivatione ex-
acerbata . 78. a copiosis venæsectionibus
retardata . ib. per efflorescentias pustula-
res sublata . ib. ejus notis antecedenti-
bus . 79

Epileptici motus spiritu salis ammoniaci
præservantur . 16. venæsectionibus largis
exasperantur . 94. frequenter reddun-
tur . 87. & invitantur . 568. animi patho-
matibus exacerbantur . 83. sed a fluxu
menstruo levantur . 84. circa pubertatis
annos sponte cedunt . 90. respuunt a-
quas minerales . 81. num in iis aqua fri-
gida . 96. & conjugium . 88. ac qualis vi-
etus conferat . ibid.

Epithema ad nimias hæmorrhagias uteri .
687

Erthinus-pulvis . vid. pulvis sternutat.

Erysipelas . vid. Tumor erysipelaceus .

Essentia balsamica . 159. carminativa . 416
corticū aurantiorum quomodo paran-
da . 3. euphrasia . 138

- De Excoriatione vesicæ . 463. & renum
subita a suppressis hæmorrhoidibus .
438
- excrementis globosis . 506
- excrescentia ani , vid.ani excrescentia .
- excretionum suppressione a spasmis .
631
- exulceratione vesicæ . 464. cum calculo .
471. ejusque signis . 472
- facium cum ingenti salivæ fluxu .
158
- F
- De Famine avidissima sub paroxysmo hystericō . 383
- faucibus pali sensationem exhibentibus .
vid. sensatio pali .
De faucibus pustulis obsecisis . 8
- faucium exulceratione . vid. exulceratio .
- febribus acutis ex levi refrigeratione
spasmodicos affectus post se trahentibus .
147. carum typus dato laxante pervertitur .
ibid.
- febri acuta continentē . 722. eaque inflammatoria ,
ibid.
- continua . 198. convulsionibus stipata
ex suppressa tertiana . 584. spasmus musculorum maxillarium . 106
- apoplectica . 472
- biliosa . vid. biliosa febris .
- intermitente , tertianam mentiente
cum polypo cordis lethali . 160. convulsivis moribus stipata . 564. ex suppressis hæmorrhoidibus per Carolinas sanata .
344. sine alio . 600. arthriticos dolores solvente . 548. male curata epilepsia causa .
80
- Febres intermitentes quem habeant usum .
659. quibus in subjectis cautiū sint tractandæ . 677. ante paroxysmum cur nihil cibi sumendum . 244. suppressæ post se trahunt excretionum sanguinearum anomaliam . 677. hemieraniam . 7. quomodo tractandæ .
661
- De febri intermitente biliosa . 670
- De febri intermitente epidemica , ejusque causa . 675. inflammatorias febres mentiente . 671. evacuantia calidiora non ferente .
672
- lenta . vid. lenta febris .
- maligna . vid. maligna febris .
- peculiari .
- quartana . vid. quartana . 194
- quotidiana . vid. quotidiana .
-- tertiana . vid. tertiana .
Febrifuga qua polleant virtute . 460
De Femorum consensu cum pedibus . 418.
- flatulento malo per purgantia in hydro-pem mutato . 434. flatuum copiosissimo proventu . 399. flatibus intra membranas œsophagi ascendentibus , inque collo rumorem exhibentibus .
160
- flatulentia uterina . 417. ejusque generatione ,
ibid.
- fletus involuntarii exemplo . 468
fluore albo . 575. ejusque subjectis . 158
caussis . 519. nativo . 502. suppressis lochiis . ibid. ex mensium obstructione .
501. cum hæmorrhoidibus cæcis . 499. cum hæmorrhagia uteri alternante . 683. cum hysteris symptomatibus . 379. cum menstruis alternante . 525. non nisi suborta graviditate curato , nec felicem impendente partum . 683. cohíbito tumorum uteri caussa . 417. ejus cura .
502
- De fluxione aurium serosa . 112. dolorifica pedum .
416
- Fœminæ cur præ viris sint obnoxiae morbis .
572
- De fetus mortui semestris variolis putrefacti exclusione . 122. simultanea cum vivo excretione .
48
- fonticulorum effectu in vitiis oculorum .
90
- fonticuli pedum exsiccatione per nimiam sputationem facta .
28
- Freyen Waldensis aquæ usu .
282
- Frigiones in paralyticis affectibus præ aliis externis nervinis conferunt .
72
- De frigidī potus noxa .
316
- frigore pedis sinistri .
381
- Furunculo in inguine .
344
- G
- De Galbaneto Paracelsi correcto . 350
- Gargarismate nervino .
168
- Gelatinarum nutrientium preparatione .
697. seq.
- Genitalium partium affectu singulari .
498. atonia & impotentia ad generandum , ejusque notis . 525. consensu cum oculis . 497. debilitate , ejusque causis & cura . 362. iuflammatio gangrænodea sub paroxysmo febrili . 472. relaxatione nimia ac erosione ulcerosa . 486. spasmus 452. peculiari cum generis nervosi debilitate

- tate 278. ulcere gangrænode lethali .
 487
In Glandularum obſtructionibus quæ pro-
ſint remedia . 701. seq.
Glandularum tumores repreſſi ad phthysin
& hæticam diſponunt . 191
—totius corporis induratione extincti Se-
atio . 192
—inguinalium tumores . 265. a terrore .
 268. ex meaſtruis terrore ſuppreſſis . 265.
—subaxillarium tumores . 696
—ſubcutanearum tumores . 192
—Gonorrhœa ſimpli benigna ex immodi-
ca venere . 473. ejusque cauſa . 478. cura.
 ibid. num a balneis enaſci queat . 479. ut-
 rum proſtant injeſtiones . ibid.
-- cum exulceratione renis dextri , colli ve-
ficæ & proſtatarum . 490
-- diurna cum inflatione ventriculi .
 489
-- inverterata cum variis ſymptomib . .
 482. ab ulcere ſcirrho proſtatum .
 479. ex veteris intempeſtivo uſu . 481.
 num in ea thermæ & balnea conueniant .
 480
-- virulentia cum topis . 487
-- per adstringentia male curata . 491
Gravidæ cur p̄t alii morbis ſint oppor-
tuſe . 17. cur ſerofæ adfectiones in iis inva-
 leſcant . 158. ſub venæflectione in ani-
 mi deliquia incident . 524. quomodo
 illis vena ſecanda . ibid. quale regimen
 conferat ad obtinendum feliciter partum .
 523.
De graviditate falſo imputata . 395. cur ſub
 ea cefſent pathemata hysterica . 679
-Gula inferioris ſpålmo . 44
Hummata gallica quomodo diſſerant a to-
phis oſſeis . 554
Gumimi guttae , ejusque vires . 237
Guttæ roſaceæ repreſſio hemicraniaæ cauſa .
 624.
De gutta ſerena ex nimia venere . 497. a
 potu frigido in corpus calefactum ingeſto
 536. cum turbatione humorum oculi .
 122. unius & obſcuratione periodica
 alterius oculi . 130. ejus ſignis . 441.
 cauſa . 136. ſententia St. Yves de illa .
 133
In gutta ſerena commendantur mercurialia
ac cinnabarina . 154. ſulphur antimonii
 auratum . 136. aquæ Selterianæ cum la-
 te . ib. noſcent vomitoria & validiora va-
 cuantia . ib. num conueniant veficatoria .
 ib. & aquæ minerales . ibid.

H

- De Hæmatophobia inſigni .** 522
Hæmoptysi . 173. ejus cauſa ac præſervatio-
 ne . ib. origine . 181. tanquam juvenili
 morbo . 178. in plæthoriciſ facile con-
 tingentes . 182. ex obſtructo viſcere .
 247. ex vasis aſperæ arteriæ . 176. ex male
 curata ſcabiæ . 77. cum febre lenta poſt
 tuſſim graviorem . 177. cum meru hæti-
 cae . 179. cum pulmonum labe . 183. hy-
 pochondriaca . 176. ejusque cauſa . 23.
 a phthys p̄cavenda . 175. adstringenti-
 bus traſtata in phthysin abeunte . 248. potu
 cereviſe revocanda . 24. nec non potu vi-
 ni . 28. p̄cavenda per pediluvia 174. &
 venæflectionem . 177
Hæmorrhagia omnes abſolvuntur motibus
ſpasmodicis . 174. in iis nimis commen-
 datur aquæ frigidæ potus . 413
de Hæmorrhagia palati . 4
-- uteri . vid. uteri hæmorrhagia .
Hæmorrhoidales venæ externæ quem habe-
ant ſitum . 330
de Hæmorrhoidalī affectu . 599
- Hæmorrhoidibus quid indiſtent . 675.
 cum meaſtruis conſentientibus . 333. eo-
 rumque ſuppreſſionem excipientibus .
 331. cum podagra coſpirantibus . 641
 loco ſcetus non ab impregnatione men-
 ſe proruſpentibus . 474. colicam tollen-
 tibus . 312. hemicraniam levantibus . 9.
 in puer ſeptem annorum fluentibus .
 600
De hæmorrhoidibus albis . 466. vefice .
 476
-- cœcis , carumque generatione . 277
 cum fluore albo . 499. curatione . 294
-- inordinatis in femina . 332
-- nimis . 334. in virgine . 410. tinetur
 quadam provocatis . 373. earum cauſis .
 676. cura . 374. num proſtant Carolinæ .
 334. commendatur venæflectione in bra-
 chio . 334
-- palati . 195
-- ſuppreſſis a refrigeratione . 334. a terria-
 na male curata . 677
-- sanitati labem inferentibus . 306. ſopo-
 roſi affectus cauſis . 34. ſpasmi ventricu-
 li cauſis . 165
-- ſympomaticis . 294. an in malo hy-
 pochondriaco ſemper ſint accusandæ .
 295
-- vefice ex male traſtata purpura ſcor-

- butica. 466
-- per urinam. 12
- Hæmorrhoidales motus sæpius inducunt morbos paralyticos. 71
- Hæmorrhoidalia spasmodica pathemata an a pilulis Becheri, resinæ jalappæ nuptis prognasti queant. 338
- Hæmorrhoidum fluor an arte promoveri queat. 8. 300. quo scopo commendatur Carolinæ. 314. Egranæ. 337
- Hæreditarii morbi per periodos recurrunt. 542. curatu sunt difficiles, ib. per aquas minerales commodissime oppugnantur. ibid.
- de Hæstica lethali post partum. 690. cum pathematis hypochondriacis. 689. cum vomitibus & diarrhoea. 186. ejus metu post hæmoptysin. 179
- Hemicrania variis symptomatis stipata. 276. pertinaci cum febre continua invalefcente. 541. ab arthriticis doloribus cessantibus. 5. suppressis. 8. ex coryza suppressa. 5. ex gutta rosacea expulsa. 624. periodica. 4. cuius formes in primis plerumque viuis hæret. 9. rara, ejusque caussis ac cura. 4. seq. tertiana febri succedente. 7. cum hemiplexia, 51. cum ophthalmia. 8. fauicium pustulis sanata. ibid. mercuriali cura tractata hemiplexia caussa. 6
- Hemiplexia variis medicaminibus frustra oppugnata. 47. ex cura mercuriali in hemicrania. 8. ex affectu rheumatico arthritico. 58. cum hemicrania. 51. qualis in ea sit deglutitio. 50. an conferat venæfæctio repetita. 49. vomitoriorum usus. ibid. vinum, aquæ minerales ac balnea. 63. specificum ex sale culinari ad eam. 52
- ad Hepatis vitia sapo balsamicus. 320
- de Hepatis vulnere. vide vulnus hepatis.
- hernia inginali, 456. peculiaris. 402. ex vomitorio. 467. ex equitatione. 483.
- intestinali passionem iliaram misantem. 401. ejusque caussis, & curatione. 402
- scrotali. 445. & præcavendi illius incrementum ratione. 446
- scroti aquosa, vid. hydrocele.
- varicosa. 527. ejus caussa. 528. cura. 378. an ad sterilitatem contribuat. 529
- Heurnii pulvis contra hæmoptysin. 47
- De Hirschbergensium aquarum effectu. 75
- hirudinum selectu & modo adhibendi. 473
- usu ad hæmorrhoides promovendas, 401. cæcas. 377. ad spasmum pectoris & cervicis. 58. an iplis venæfæctio præmitti debeat. 409
- horrore corporis circa nonum diem in febribus acutis contingente, mali omnis. 722
- Humorum circulus retardatur ab atonia partium solidarum. 539
- per uterum quot modis queat turbari. 514
- commotiones verno potissimum fiunt tempore. 125
- Humorum diathesis venerea tenacissima qua ratione possit oppugnari. 483. dyscrasia quomodo generetur. 225. 272. 590. a raritate variolarum potest proficiere. 138. qua ratione ad calculum & podagrum contribuat. 443. parat dama. 631. commendatur ad eam acidula Pyrmontanæ. 590
- Humorum dyscrasia scorbutica dolorum arthriticorum & podagricorum est causa. 544
- impuritas quomodo a potu frigido repte queat generari. 536. raptus ad caput quæ inducat symptomata. 595
- vitium non semper in morbis est accusandum. 240
- Hymores oculi. vid. oculi humores.
- Hydrocele, ejusque singulare species. 404
- quotuplex sit. 405. ejus generatio. ibid. curatio. 406. cur in sinistro latere sit frequenter. 405. num suadenda in illa sit extirratio testiculi. 406
- De Hidropo ex asthmate resultante. 257. ex podagra retrocedente. 430. ex podagra repressa, & cohibitis hæmorrhoidibus. 237. ex impedito per hepar ob cohibitas hæmorrhoides circulo. 433. asthmate complicato & perperam curato. 234. hæreditario. 23. ejusque subiectis. 423. defuncti sectione. 236. præcavendo per Carolinas. 433. num conferant purgantia. 238. peritonei, ejusque generatione. 406
- De hydrope pectoris, ejusque origine. 229
- hydropico tumore cum metu tympanitidis. 429. ejusque signis. 436. in quo necessaria est potentior alvi vacuatio. 426
- Hyems. vid. autumnus.

De Hypochondriaca passione . 340. in fæmina cum fluore albo. 345. cum hæmoptysi & vertigine . 20. cum tumore erysipelaceo pedis . 343. cum vertigine . 31. ex dysenteria adstringentibus cohibita . 357. ex hemorrhoidum anomalii . 337 num iis semper debeatur . 295. a crebris purgantibus . 256. quæ ejus sit proxima cauſa . 342. 11. quæ remotores . 176. 342. medicorum variae opinione de ea. ibid. quæ vera sedes . 280. in ea maxime intestinum colon patitur . 623. qua ratione hæmoptysin producat . 23. & quomodo spirandi angustia inde nascatur . 211. cur in ea omnes actiones corporis afficiantur . 354

-- hysterica passione ex suppressis subito menstruis . 348. cum calculo vesicæ felleæ . 384

De Hypochondriaca scorbutica passione, in qua commendantur acidula Selterianæ cum lacte . 359. nec non Spadanæ . 636 -- spasmatica passione . 353. in qua commendantur Carolinæ . 357. balnea aquæ dulcis . ib.

- cum debilitate vasorum spermaticorum & parium genitalium . 360. cum febribili commotione & intercurrente purpura . 357

-- flatulenta passione . 363. functiones animales turbante . 366. in qua commendantur Egranæ . ib.

Hypochondriaci paroxysmi cura . 343. qualis conveniat viatu . 281. num venæsectiones, purgantia, aquæ minerales ac theriacalia conferant . 282. & vomitoria. ibid. cur hypochondriaci thermas Carolinas vomitu reddant . 343

de Hypochondriaca melancholia. vid. melancholia hypochondriaca.

- hysterica passione . 375. circa menstruum tempus invadente . 525. sub mensium fluxu infestante . 344. sub graviditate cessante . 679. cum motibus convulsivis, ac epilepticis stipata . 392. cum fluore albo . 378. quo in calu Pyrimontanæ cum lacte commendantur . 380

- hysterici paroxysmi descriptione . 610

- hysterics & hypochondriacis affectibus ex crebro partu & abortu . 521

- hysterico scorbutico malo . 380

-- spasmatica affectu . 382. ex lochiorum mensiumque retentione . 384. cum corporis consumptione . 375. cum tumore perdis cædematoſo . 385. vid. spasmæ hysterici.

Hoffm. Consult. Med.

-- melancholia . vid. melancholia hysterica.

I

Jalappæ resina fovet sal acre subtilissimum . 225. cum salibus mixta potentius operatur, ib. qua dosi sit propinanda . ib. in corpore facile coagulatur . ib. quod non sit, si cum amygdalis fuit trita . 339

De ictero ex ductuum biliferorum spasko . 239. ex iracundia . 408. ex atonia ductuum biliferorum . ib. ex calculo vesicæ felleæ . ib. brevi ante partum invadente . 524. cum colica alternante . 317. eique superveniente . 311. diuturno emeticis feliciter oppugnando . 407

- nigro ex repulso circa regionem hepatis erysipelate lethali . 530

Ileos hæmatis Hippocratis num significet colicam hæmorrhoidalem . 300

de Imaginibus ante oculos obversantibus . 125

- imprægnatione præcoci vires corporis prosterrente . 355

- incontinentia urinæ ex dysuria . 468. ex tumore pedum præposto tractato . 454

- incubi exemplum . 43

- infantum lactentium natura . 255

- inflammatione intestinorum ex coabitis hemorrhoidibus . 305. quæ præcaveri venæsectione potest . ib.

- inflammatoria congestione renum . vid. Renes .

-- febri lethali . 721

- inflatione ventriculi Carolinis sanata . 274

-- cardialgia cum hemiætrania . 276

-- & duodenæ hypochondriaco-spasmatica 278

Infusum theiforme . 40. 80. 82. 110. 177. 270. 306. 416. 593. in epilepticis affectibus . 613

in oculorum affectibus . 124. in vesicæ affectu . 464

Infusum vinosum . 503. aperiens . 320. ad corrigendam humorum acrimoniam . 82

De injectionum noxis in gonorrhœa benigna . 479

Insecurum quid dicatur in medicina . 257

Intermittens febris . vid. febris intermis.

- De intestinorum consensu cum pedibus. 300
erosione acidularum frigidarum potum
haud ferente. 400. spasmus . vid. spasm.
intestin.
— iracundiae effectibus in corpus. 623. præ-
sertim in vias biliferas . 392. unde fit
isterus. 408. & sistendo mensium fluxu .
108
— ischuria peculiaris . 566. a relaxatione
ureterum . 567. ab atonia vesicæ . ibid.
ejusque cura . 568
— juscum medicatis . 24. 419 eorumque
utilitate in cachecticis morbis . 677
- L
- Lac quomodo corrumpatur in nutricibus .
256. infantibus . ibid. non convenit in
destructo ventriculi tono . 386
De lacte asinino . ejusque viribus . 622.
præstantia præ reliquis lacticis generibus.
381. eo utendi ratione . 681. illud com-
mendatur in corporis infirmitate ex ni-
mio veneris usu . 497. in lenta febre . 681.
hysterico malo cum consumptio corporo-
ris stipato . 376. melancholico affectu .
104. in scorbuticis morbis . 633. senibus .
156. in tussi phytica . 202. dissuadetur in
cachexia invalescente . 238
- Lac asinum acidulis Selteranis nuptum
commendatur in asthmate convulsivo .
231. spasmodicis . 281. & convulsivis affecti-
bus . 601. vid. Selteranae .
- Lac caprinum levat tussim . 184
Lactei liquoris ex mammis effluxus in fe-
mina sterili unde derivandus . 169
Lactantes foeminae in puerperio melius ha-
bent quam aliae . 1
Lactentium infantum natura . 256. an iis
conveniat purgans acre ex resina jalappæ
& mercurio dulci . 250
- Lauchsfadienia balnea corpori nimis debi-
litato nocent . 70
- Laxantia typum febrium acutarum perver-
tunt . 147. vid. pulvis & potio laxans .
- De lenta febris origine . 680. diagnosi ex
pulsu . ib. ætiologia . 684. 685. curatio-
ne . 681. præservatione . 671
— lenta febri ex hemorrhoidibus male suc-
cedentibus . 338. ex intermittente male
curata . 672. cum atrophia . 409. cum
hæmoptysi . 178. cum nimio mensium
flusso . 681. a redentibus menstruis ex-
spirante . 682. per lac asinum curata .
678. ejus metu post cathartalem & pur-
- puratam . 676
de Lichenibus . 479
— Lienteria cum male spasmодico flatulen-
to ab erosione tunicarum intestinalium.
400
- De Ligaturarum usu . 377
— Linguae peculiari refrigeratione . 231.
cum ore concretione . 105
- Linimentum antispaßmodicum . 60. balsa-
micum . 43. ad debilitatem pedum . 415.
nervinum . 89. ad imbecillitatem ventri-
culi . 142. in paralyticis affectibus . 51
niveum ad membra paralytica . 56. ro-
borans . 606. spirituolum . 561
- de Lippitudine serosa . 126
- Liquor anodynō-mineralis commendatur
in quartana . 669. purpura chronicā scot-
butica . 705. ejusque peculiaris effectus .
707
— balsamico traumaticus . 328
- Litus ad paralysin . 57
- Lixivium ad paralyticos effectus . 55
- De loquendi impotentia naturali . 145.
lochiis non succedentibus fluoris albi
caussis . 502
- lumbrico vivo e naribus excreto . 85
- Lumborum dolor cur omnes fere spasmō-
dicos ac convulsivos antecedat mo-
bos . 229
- De lunæ potentia in corpus humanum .
596
- luxatione femoris interna . 466 & hinc
pendente atrophia . 468
- Lymphaticorum intra duplicaturam peri-
tonæ hærentium vasorum ruptura di-
sponit ad hydrocelem & hydropem peri-
tonæ . 406
- de Lypothymia rara . 33. epilepsiam exci-
piente . 109. cum epilepsia inveterata .
92 ejusque caussis & origine . 34. unde
gravidis sub venælectione eveniat .
519
- M
- de Maculis totum corpus occupantibus .
353
- Magnesia alba effectu . 557. sinistro .
365
- malignis febribus , carumque signis .
722
- maligna petechiali . 724
- manageti decocto laxante . 51
- Maonata in morbis spasmodicis sunt tutis-
sima laxantia . 645
- de

- de Mania ex terrore in puerpera feliciter curata. 107. in qua valde commendatur balnea aquæ dulcis. 110. per venefictionem exacerbata. 108
—Maniaco melancholico affectu. ibid.
—Mataismo senili. 693. funesto. 694
Martialis an in cacheoticis affectibus. 318
ac mensium suppressione adhibeti queant 507
- De Masticatorio Wepferiano. 14
de Meditationibus morbos convulsivos excitantibus. 596
—Melancholico affectu. 99. ab insigni tristitia. 103. peculiari a nimia nervorum tensione. ibid. cum spasmoidicis affectibus complicato, ejusque causa. 578. ejus paroxysmi descriptione. 98. in eo commendatur aeris mutatio. 106. fons Egranus. 100. lac asinum. 104. Succoladæ potus præinfuso Thee & Coffee. 103
—maniaco affectu. 104. in quo commendatur balnea Tæplicensia. 103. Selteranæ cum lacte. 104
—Melancholia hypochondriaca. 115. a retenta purpura. 370. eaque sub potu Egranarum rursus efflorescente sanata. 372. a caustica materia nervis insidente saepe generata. ib. cum nimiis hæmorrhoidibus stipata. 373. in ea commendatur fontes Spadani vel Schwalbacenses. 370
—hysterica. 394. ex mensium imminutione. ibid. in qua commendatur aqua frigida. 398. & fons Selteranus lacti nuprus. 397
—Melissa nervis amica. 401. memoriam confortante. 494
Memoria cur a nimio veneris usu labefactetur. 497
de Memoriæ debilitate post fonticulum excicatum. 10. terrore. 11. a vertigine. 16. ob largas venæ sectiones epilepsie accidente. 94
Menses magnum cum hæmorrhoidibus habent consensum. 333. rite fluentes sublevant insultus epilepticos. 85. cur circa illorum tempus spasmoidici affectus exacerbantur. 515. quot modis queant irregulares esse. 313
de Mensium cessatione causa variorum morborum. 387. speciatim plethoræ & cochyliæ. 2
—imminutione. 2
—inordinato. fluxu. 683. a suppressis in- termittentibus. 677. ab uteri vitio post puerperium relisto. 582. gravissimis symptomatibus stipato. 512
—nimio fluxu cum frequenti abortu & molarum excretione. 516. cum febris lenta. 683. cum grumorum sanguineorum excretione. 683
—obstructione diurna male tractata. 509. a male curata tertiana. 508. post febrim quartanam. 511. post febrim malignam. 169. cum virium languore. 511. ejus caussis. 509. quomodo fluor albus inde nascatur. 510. multorum morborum caussa. 510. facta itinere reserata. 33. an ad eam referandam positive dentur remedia. 510. quomodo molienda reseratio. 511. quo fine commendantur Carolinæ. 170
—Mensium suppressione ex iracundia. 108. subitanea ex terrore. 331. per potum frigidum calenti corpori ingurgitatum. 322. multorum malorum caussa. ib. post partum hecæca caussa. 688. delirii periodici & motuum epilepticorum caussa. 108
cum Menstruatis factus concubitus an sit noxius. 478
Mercurius pro salivatione excitanda num interne an externe sit adhibendus. 483
—dulcis quomodo paretur. 254. caute est usurpandus. ibid. alias fontica machinatur mala. 666. movet salivationem & alvi fluxum. 354. præsertim si nubatur salibus. ibid. hinc scorbuticis neutram convenit. ibid.
Mercurialia remedia commendantur in gutta serena. 136. & morbis a stagnatione lymphæ oriundis. 119. maxime si cum diaphoreticis maritata fuerint. 537. ubinam contra indicentur. 6. dissuadentur in scorbuticis. 623. sine regimine adhibita sunt semper pernicioса. 138
de Mictu cruento nativo cum peculiaribus symptomatibus stipato. 450. ex hæmorrhoidibus suppressis. 439. potum Pyrmontanarum excipiente. 457. cum incontinencia urinæ ex tumore pedum præpostere tractato. 454. rationi ex ramo venæ hæmorrhoidalis externæ hypogastrice. 453
—difficilis sub alvo impeditius succedente. 438. a calculo vesicæ. 455. a caruncula urethræ innata. 482. in maligna petechiali. 724
de Mictu dolorifico. 457

- Mingendi stimulo. 466. cum tenesmo ex spasmo vesicæ. 459. ex vitio spincteris vesicæ. 459
- Milii semen cum lacte commendatur ad tumores scirrhosos. 418
- Millefolium vi pollet antispasmodica. 289
- Minerales aquæ. vid. aquæ minerales.
- Mixtura antepileptica. 85. antihysterica. 394. antispasmodica. 306. bezoardica. 60. ad cardialgiæ. 277. diaphoretica. 74. 505. diaphoretico sedativa. 611. roborans. 687. simplex præstantior est. quam reliqua alexipharmacæ in acutis febribus. 47. topica ad ulcera scorbutica. 646
- Mæror prosternit vires corporis. 354. quæ damna excitat. 565
- Mola quibus indicetur signis. 467. ejus excretio. 516
- nutritionis quid sit. 437. unde oriatur. ib. cur post se trahat pedum œdemata. ib. ab initio venæflectione arceri potest. ib. frustra oppugnatur purgantibus. ib. quomodo curanda. 188
- Molares thermæ. vid. Carolinæ.
- Morsus vehementioris exemplum in epilepticæ. 78
- Motus corporis quo tempore sit instituendus. 281. quem habeat usum. 303. præfertim in chronicis morbis. 585. ejusque neglectus quæ moveat damna. 656. ipsius asthma & spasmodum præcordiale inducentis exemplum. 211
- N**
- de Nausea nocturna. 486
- Nephritide simplici. 446. ejusque causa & cura. 447. quomodo generetur post mensum cessationem. 567
- calculosa. 448. post mensum cessationem. 419. num in ea conferant thermæ Teplicenses. 449
- Nephriticis paroxysmis rite oppugnandis. 423
- Nervina potio. vid. potio nervina.
- Nervorum cerebri induratio locum non habet. 136
- mœrbi quotuplices sint. 135. in iis commendatur aeris mutatio. 106
- obstrusio non datur. 135
- opticorum paralysis. 333. unde subiatur in gutta Serena. 136
- par quintum per quæ loca distribuatur. 97
- Nervorum tensio quos in corpore producat effectus. 100
- Nervosi generis debilitas unde cognoscatur. 528. unde contrahatur, quorum corpora disponat. 528
- de Nervosi generis debilitate, & apoplexia præcavenda. 39. cum audiū gravi. 115 cum excrecentia ani. 331. cum purpura alba & rubra. 706. cum spasmo variatum partium. 266
- Nicotianæ usus num noceat hypochondriacis. 345
- Nigri vomitus. vid. vomitus.
- Noxium quid dicatur in medicina. 257
- Nux moschata cum saccharo in tussi commendatur. 248
- O**
- Obesi ad hydropem minus proclives dicuntur. 423
- ad obesitatem imminuendam commendatur potus Thee. 525
- Obstrusio nervorum non datur. 135
- viscerum. vid. viscera.
- de oculorum consensu cum paribus genitalibus. 497. convulsione sub somno. 62. dolore eum suffusione. 124. humoris aquei turbatione. 122. vitrei ac chryallini turbatione cum gutta Serena. 122. maculis carumque caussa. 124. ad quas pinguedo viperarum commendatur. ib. morbis ex nimio veneris usu. 496. nubeculis. 156. obnubilatione peculiari. 411. panno ex nativa succorum impuritate. 192. prominentia extra orbitam. 123. varicibus. 133
- de œdeme. vid. tumor œdematofus.
- œsophagi atonia in acutis. 723
- obturazione ab excrecentia, ejusque signis. 162. a frusto carnis. ibid.
- repletione a copiosa pituita. 171
- spasmo. vid. spasmus œsophag. in œsophago subsistentia ciborum a tumore glandularum. 191
- de Olei animalis Dippelii effectu. 86. ejusdem cum essentia afæ fætidæ permixti effectu. 97
- caryophyllorum virtute in sphacelo a cauſa interna. 655
- Ophthalmia cum hemicrania. 7. scorbutica diuturna. 126
- Opisthorono affectu. 603
- Oris distorsione in hemiplexia. 48
- Offis sacri doloribus & emplastro ad illos. 186

- P
de Palpebrarum oculi peculiari convulsione. 597
- palpitatione cordis vehementi cum asthmate. 236. a polypo cordis. 232. a terrore. 575. a decubitu in latus sinistrum exacerbata. 574. post pastum. 369. post somnum. 35. cum sensu renis inter umbilicum & epigastricam regionem. 230. cum sensu rotundis in scrofulculo cordis. 388
Paracentesis num conferat in tympanitide. 429
de Paralyysi in infante a repulsis sudoribus. 72. in puer. ibid. saepius recurrente. 71. cum purpura. ibid. leviori cum dysuria. 75. lateris dextra. 63. sinistri. 65. dentitionem rarissime excipiente. 73. dispositione ad illam. 36
-- faciei. 116
-- nervorum opticorum. 133
-- pharyngis. 165. ex solo terrore nata & cum spasmo & oesophagi complicata. 167. cito curata. 61
Paralyticci affectus saepius ex haemorrhoidum anomalii. 71. nec non purpuracea materia sudoribus possunt. ibid. in iis visceris quoque interna a tono suo sunt dejecta. 64. & pulsus in laeso brachio debilior. quam in sano. 54. in infantibus temporis diuturnitate sponte cedunt. 74. eorum curatio cur sit difficultis. 64. quae sint fugienda ib. qualis potus conferat. 65. in iis melius est scarificare. quam crebro venam secare. 67. praestant frictiones. 68. ad illos balsamum. 54. linimentum. 56. litus. ib. lixivium. 55
Partus cur primiparis sit difficultis. 715
Passulas rhabarbarinas parandi modus. 412
Pectoralia nocent in haemoptysi. 175
Pectoris vitiis quinam sint obnoxii. 249
commendantur in iis pediluvia. 233. num conferant acidulæ. 214. thermæ Carolinæ. 177
Pediluvia commendantur ad haemoptysin præcavendam. 174. in pectoris vitiis. 233. in spasmodicis affectibus. 663. somnum conciliant. 101. de illorum sinistro effectu. 562
de pedum aridura. vid. aridura. consensu cum femore. 418. cum intestinis. 301. contabescientia. 568. debilitate paralytica. 73. peculiari. 382. summa. 414. frigore peculiari. 555. motus abolitione ex prava curatione post lapsum. 646. frigiditate. 622. sudoribus. vid. sudores. torpor. 562
re. 591. ratione in omnibus morbis habenda. 515
- penis erectione sub paroxysmo spasmodico. 269. ungento que ad ejus erectionem juvandam. 487. retractatione peculiari. 498. vid. genitales partes.
Periculorum quid dicatur in medicina. 256
Periodici morbi soinitem suum in primis habent. 131
de Petechiali febre. vid. Maligna petech.
Phantasia quomodo turbetur. 374
de Pharyngis descriptione anatomica. 163. atonia. 162. summa. 168. paralyssi. vid. paralyisis pharyngis. spasmo vid. spasmus pharyngis.
- Phlyxi ex haemoptysi adstringentibus tractata. 247. pulmonali funesta. 200. cum delirio defuncti sectione. 186
Pilulæ anodynæ catharticæ. 83. anthelminthicæ. 598. antispasmodicæ. 29. 98. 234. balsamico consolidantes. 467. Becherianæ nimis exsiccant. 411. quod averti potest, si brevi ante prandium sumantur. 3. eadem cum resina jalappa mixta num pathemata spasmodico haemorrhoidalia producere queant. 337. 89. 112. ad menstrua promovenda. 582. polychrestæ dictæ in nervorum morbis sapientia noxiæ. 359. carundem, & quæ conrra obstructions audient nimius usus est noxious. 98. purgantes. 146. 484. roborantes. 283. styrace commendantur in tussi secca. ib.
de Pituitæ nimia ex ore rejectione cum pathematis hypochondriacis. 138. ejusdem post pastum infestantis causa. 208
Plethora quæ damna corpori inferat. 301 quomodo in gravidis præcavenda. 524. augmento corporis præcavetur. 325. plethoricis qualis esse debeat virtus. 575
de Pleurite spiraria, ejusque caussis. 244. una cum vera feliciter expugnata. ib. vera viuum primarum viarum excipiente. 245. anodynæ non ferente. 247. dolore hypochondriorum slipata. ib.
- Podagra cum haemorrhoidibus consente. 645. ex haemorrhoidibus perturbatis. 9. ex sudoribus pedum celsantibus. 443. ex cathartis. 637. cum calculo renum alterante. 443. adolescentis. 639. hereditaria, ejusque natura. ib. sanguineo haemorrhoidalii. 641. inveterata, ejusque natura. 640. ejus eruptione a sabbura intestinalium retardata. 308. topicas exacerbata. 644. infuso purgante retropulsa. 271. repulsa colicæ caussa. 307 ege-

- ædematis causa. 254. spasmodorum vagorum causa. 560. ulceris lingue cancerosi causa. 153. in paroxysmo rite tractanda. 639
 -- Pollutione nocturna. 493. molesta. 337
 crebra. 497. cum excretione semenis involuntaria. 491. & noxis exinde resultantibus. 359
 de Polypo cordis asthmatis causa. 221. ejus origine. 223. signis 232. facili generatione in plethorici. 211. præservatione per Carolinas. 233
 Portio analeptica. 203. 463. contra calculum Abelii. 441. diaphoretica. 705. manna. vid. laxans. nervina. 104. laxans. 37. 77. 127. 132. 172. 177. 194. 215. 275. 308. 370. 465. 502. 551. 587. 591. 624. laxativo emetica. 7
 Portus qualis confert hypochondriacis. 282.
 frigidus sub fluxu excretionum sanguinearum noxiōissimus. 513. ad repentinam humorum impuritatem contribuit. 536
 de Præcordiorum anxietate a teneris infestante. 92. inflativa. 343. ejusque causa. 109. & remedio. 343
 -- Præputii tuberculo, & cataplasmate ad illud. 268
 Primiparis cur sit difficilior partus. 715.
 de Prostatarum ulcere scirrhoso, gonorrhœa diuturnæ causa. 480. de curatione. 365. seq.
 de pruriginoso pustulari affectu. 537
 -- Pueritii pedum demulcendo. 60
 -- Psoræ curatæ exemplo. 20
 -- Puerorum morbo. 191
 Puerperis cur sit familiaris purpura. 711
 purpura alba. 713. purpurata febris. 709.
 infensus est terror. 110
 de Pulmonum infantis vivi descensu in aquam. 203. ejusque causa. 244. calculis, eorumque generatione. 248. labe cum haemoptysi. 183. ejusq; signis & causa. 185. ex tuberculis scirrhosis. 197. scirrhis, eorumque generatione. 249. tuberculis. 248. iisque medendi ratione. 191. in pulmonum vitiis commendantur Selteranæ laeti nuptæ. 177. vulnere vid. vulnus pulmonum.
 Pulsus in paralyticis affectibus laesi brachii debilior est, quam in sano. 50
 Palvis antiepilepticus Stahlii 90. Hofmanni, ejusq; egregia in epilepsia virtute. 83
 antispasmodicus. 17. ejusque nimio uso noxiō. 149. bezoardicus. 128. contra calculus Abelii. 441. cephalicus. 368. Cor-
 nachini commendatur in hemiplecticis affectibus. 63. diaphoreticus. 626. ad gonorrhœam. 489. Heurnii contra haemoptysin. 47. incidens. 663. laxans. 122. in oculorum affectu. 124. in senibus ibid. laxans rhabarbarinus. 10-15. ad motus irregulares. 523. ad nephritidem præcavendam. 450. nervinus. 65. nervino antiepilepticus 89. in phytisi. 190. præcipitans. 167. resolvens. 123. roborans. 132. ad genitalium partium affectum. 499. gonorrhœam. 482. sternutatorius in auditus difficultate. 114. in capitis serosis affectibus. 56. in epilepticis morbis. 82. in visus obscuratione. 130. sternutatorio cephalicus. 3. stomachicus. 120. 142. 593. temperans. 217
 Purgans ex resina jalappæ & mercurio dulci num lactentibus sit propinandum. 250
 Puigantia fortiora ac crebro data varia machinatur mala. 237. inducunt malum hypochondriacum. 236. evacuant serum ac lympham laudabilem. 259. relinquunt alvum pigram 98. inducunt icterum. 504. febrem. 259. in perverso haemorrhoidum successu usurpata hydropem accersunt. 434. post iram sunt instar veneni. 241. num convenienter in hydrope. 238. in malo hypochondriaco. 283
 de Purpurae origine. 711. subjectis. ibid. symptomatibus eorumque ætiologia. 372. caussis. 711. distinctione in albam & rubram. ib. in acutam & chronicam. ib. puerperis familiari. ibid. in hemiplecticis per affectum latus copiosus erumpente. 51. cum colica alternante. 309. ejus cura ac præservatione. 711. commendantur Selteranæ & Egranæ. 372. dissuadentur Sedlicenses. 188
 -- alba puerperis funesta. 713. alba & rubrum summa generis nervosi debilitate. 706
 -- chronica contumaci. 696. ejusque ea 699. cura. 700. cur sit contagiosa. 372. in ea commendantur Selteranæ cum lacte. 701
 -- scorbutica pertusaci. 702. peculiaribus stipata symptomatibus. 244. paralyssi juncta. 68
 -- urticata cum spasmis hypochondriorum alternante. 358
 -- Purpurata puerperatum febre. 709
 in Purpuratis morbis noxiū est regimen calidius. 697
 Purpuracea materia saepius foget morbos, paralyticos. 71. haud satis foras trusa quo.

- quomodo expellenda.
de Pustulari pruriginoso affectu. 597
Pyrmontane supponunt integrum ventriculi robur. 41. hinc non convenienter senibus ib. nec in morbis capitis ac pectoris. 197
movent calculos. 40. commendantur in coochymica humorum dyscrasia. 556
—cum lacte commendantur in humorum dyscrasia. 590. in scorbuticis ac spasmodicis affectibus. 532. in passione hysterica cum fluore albo. 380
- Q**
- De Quartana cum haemorrhoidibus cecis. 360. cum obnubilazione sensuum. 417. in grava impune tolerata. 379. ejusque causis. 668. & cura. 669. mensium suppressionem post se trahente. 512. an corpori inferri utilitatem. 313. an conveniat in ea venæfæctio. 677
—quotidiana intermittente. 410
—continua post cohíbitam diarrh. 400
- R**
- de Radmansdorffensibus aquis. 326
—raucedine. ejusque causa. 172. singultum excipiente. 604. tussi phytice superveniente. 202. diurna cum tussi & copiosa pituitæ lœti excretione. 171. illius remed. 172
—Recti intestini erosione ulcerosa. 328. spasmus. 325. de Regiminis calidioris noxa in morbis purpuratis. 72. circa venæfæctionem. vid. venæfæctio.
Remediorum continuus sub tempestate calidiori usus non fit proficius. 27
de Renum calculo. vid. calculus renum.
—ac vesicæ exulceratione subita a repressis haemorrhoidibus. 438
—sinistri inflammatoria congestione. 12
in Renum vitiis commendantur Selteranæ laeti nuptæ. 445
de Rhabarbari anima. 319
Rheumatismi quibus familiares sint subjecti. 178
de Rheumatismo lumbari. ejusque causis. 550
—pulmonali. vid. tussi rheumatica.
—scorbutico. 586
—spasmodico. vid. spasm. rheum.
Riverius præstans fuit medicus. 46
de Rosione peculiari circa cordis scorbuticum. 388
—ventrici perpetua potu seri lactis subl. 292
—Rustuoso morbo ex impedito haemorrhoidum fluxu. 392. periodico, dirisque symptomatibus stipato. 216
- S**
- Sabulum non semper indicat præsentiam calculi. 298
Sacculus ad debilitatem partium genitalium. 362. ad gonorrh. 479
Sal aperitivum. 89. 117. 176. ejusque virtut. 219
—volatile Anglicum parandi ratio. 128
de Salivatione spontanea. 271. cum faucium exulceratione. 158. hemiceranæ superveniente. 5. copiosa post usum nimium pulveris sternutatorii. 420. cacheftica, ejusque caussis curatione. 150. seq. nimia unde oritur, & quomodo præserves pedum cedemata. 676. in variolis quid portendat. 720. violenta. 359
Salivatio mercurialis commendatur in gutta serena. 123. obscuratione visus. 136. tumor. testium. 492. dissuaderet in epilepsia 78 sine regimine noxia est. 643
Sanguis coagulat. quo experimento cognosci queat. 284. ejusdem e pulmonibus redditi fetoscorbuticus. 22. circulus irregularis animum quoque afficit. 385
Sapo baltamicus. 320. laxans. 80
Saporis quæ sit caussa. 144. amari quæ sit caussa. ib. corrupti quæ sit caussa. 101. 143 quæ cura. ib. putridi ac fastidiosi quæ sit caussa. 144. falsi cum affectibus spasmodicis conjuncti quæ sit caussa. 142
de Scabie contumaci. 371. ex prohibita transpiration. 37. circa mensium tempus efflorescente. ib. humida ex contagio inducta. 87. rebelli rite debellanda. 537. secca pruriginosa rebelli. 30. cum visus difficultate. 137. male curata haemoptysis & epilepsia caussa. 77. repulsa ad vertiginem contribuente. 17
Scarificatio an venæfæctioni substitui queat 591. ad podagram commendatur. 639
SchWalbacenses acidulæ commendantur in calculo renum. 444. in febribus suppressis 661. in hypochondriaco malo, cum vertigine stipato. 33. in melancholica hypochondriaca. 370. mensium obstrunctione. 512 ad roborandas partes. 334. in spasmodicis morbis. 580. in vesicæ quibusdam vitiis præ Selteranis. 477
de Scirri ventriculi suspitione. 270
—uteri cancroso exemplo. 328
—scorbutico affectu. 615. ejusque signis. 536 caussis. 642. cura 618. cura speciali. 633
de Scorbutico hæreditario. 23. cum effusione feri acris in humero & dorso. 620. iaveterato. 618. diu delitescente. 537. male trastato cum pedis rigiditate. 622
—scorbutico malo cum spasmis hypochondriorum stipato. 634. rheumaticis & arthri-

- thriticis symptomatibus conuncto. 629
de scorbutico spasmodico affectu. 624
Scorbuticis noxiosissima sunt mercurial. ib.
noxia quoq; salina & aloetica remed. 621.
de Scorbutica humor dyscrasia cum debilit.
partium solidar. 616. vid. humor dyscrasia.
— Scrotomia ex ophthalmia. 126
— Scroti ulcere. vid. ulcus scroti.
Sed liceses aqua ubi noceant. 67. non con-
veniunt in purpura praesenti. 70. 188. in
quibusdam movent diarrh.
Selteranæ acidulæ quomodo bibendæ. 386
quibus casibus alii acidulis sine præfe-
rendæ. 25. qua ratione Carolinis possint
substitui. 310. in pituitosis subjectis, cum
minus sufficient, cum Sedlicen sunt alter-
nandæ. 197. commendantur in arthrit. 546
in debilitate generis nervosi. 40. ad poda-
gr. & calculum præcavendum. 461. ad pecto-
sis & renum vitia. 41. ad pulmonum af-
flictus. 563. in spasmus vesicæ. 470
— cum lacte commendantur ad tēperandam
humor acrimon. 26. 77. in convulsionibus
verminosis. 614. in calculo vesicæ sellæ. 392.
in debilitate partium solidar. 540. in
epilepticis morbis. 96. præsertim sympto-
matic. 92. in febre lenta cum hæmoptysi. 178.
in gonor. simplici. 478. in hypochondr.
malo cum hæmoptysi stipato. 23. in hypo-
chondriaco scorbut. malo 360. in inconti-
nentia urinæ. 469. in melancholia hyster.
397. in melancholico maniaco affectu. 104.
in pulmonum vitiis. 177. purpura chron.
427. scorbutica. 70. ad renum ulcerosam
corruptionem coercendam. 445. ad scor-
buticos affectus. 467. in serosis diuturnis
affectibus. 453. in russi nativa. 177
de Seminis excretione denegata, membro ta-
men erecto. 13
Senes ad scorbutum sunt proclives. 620. abi-
mi laboribus indulgere non debent. 34.
quale iis conferat vinum. ibid.
de Sensatione perpetui frigoris. 558. pali-
faucibus infixi. 161. ossi sacro infixi. 417.
umbilicq; infixi. 288. peculiari in utero
fluorem album antecedente. 379
Sensuum ac rationis integritas unde depen-
deat. 105
de Serum lactis parandi ratione. 59. 153. 412.
419. 454. 548. commendatur illud in acri-
monia humor. 59. in arthriticis. 546. & a-
trophicis affectibus. 412. in hectica & ma-
rasmo. 420. ad inflammationem præca-
vendam. 714. in spasmodico convulsivis af-
fectibus. 601
- Serum lactis dulce quomodo parandum. 46.
186. commendatur in scirro pulmon. 91.
de Serpigne in brachio sub morbillis. 193
— Singultu. 597. cum rustibus. 569. in paro-
xysono hysterico. 381. in melancholico af-
fectu. 373. in melancholia hysterica. 396.
ejusque causa. 397. in paroxysmo epile-
ptico. 192
— Sito sero lactis cum tamarind. temperanda
384. inextinguibili post usum gummæ gut-
tae. 235
— Situs ereti noxa in morbis acutis. 720.
— Soda diuturna cachexia causa. 420. num ab
usu crete tutum levamen accipiat. 421 seq.
— Solaris tinturis. 198
— Somno tuto conciliando. 102. per pediluvia
116. levia a nimia nervorum tensione. 101.
concupio reficiente. 102
— Somnolentia in hemiplexia causa. 159.
post pastum oborientis causa. 124
de Sonitu in abdomen sub alvi dejectione
edito. 350. peculiari columbinæ simili. 396
— Sono in auribus quomodo fiat. 112
— Sopore alto febres acutas excipiente. 33
— Soporoso affectu post hemorr. adstringen-
tibus cohibitas. 34. ejusque causa proxima.
36. & num in eo conferant Carol. 34.
Spadani fontes quo in casu Selteranis sint
præseendi. 477. commendantur ad calcul.
vesicæ. 457. in debilitate generis nervosi
cum dyscrasia humor. 133. in debilitate
partium solidar. 334. ad excoriationem
vesicæ inveteratam. 463. in melancholia
hypochondr. 370. in ulcere vesicæ & pro-
statarum. 487. cum lacte in hypochondria-
co-scorbutico affectu. 637
- de Spasmo cervicis. 364
— cynico ex dyscrasia humor. scorbutica. 144
— faciei dextrae lateris peculiari. 625
— genitalium partium. vid. genitales partes
— gulæ inferioris. vid. gula.
— hypochondriorum ex incerta graviditate.
474. ex male curata tertiana. 661
— labiorum peculiari. 341
de spasmo œsophagi. 425. ejusque signis. 427
ex suppressa quartana. 562
— intestinor. in quo Carolinæ cum Tæpli-
cibus commendantur. 339. — intestini re-
cti ac uteri cum sanguinis stillicidio. 325
— manuum. 41
— musculorum maxillarium, febri conti-
nuæ superveniente. 146
— pedum. 271
— pharyngis. 44. 119. 134. 140. maxillar. 566
— præcordiorum a motu corporis. 211
ven-

- ventriculi. 163. ex difficiili sanguinis per hepar circuitu. 274. ejusq; cura. 270. & nox. 629. ex defuncti sectione. 270. - chronico. 268. - hypochondriaco. 271
- intestinorum, partium genitalium, vesicae ac ureterum. 266. - vesicae. 469. causa. 473. cum ejus calculo & exulceratione. 471. ægre curando. 465. - & hypochondriorum ex incerta gravitate. 485
- Spasmis vagis ex repulsa podagra. 560
- Spasmodico affectu gravibus symptomatis stipato. 570 ex menstruis male succedentibus. 573. ex relista generis nervosi debilitate cum ischuria & apoplexia. 565. cum purpura. 564
- de Spasmodico affectu abdominis ex suppressis hæmorrhoidibus. 331. -- chronico. 562. - hæmorrhoidalí intestinorum. 299. ad a pilulis Becheri cum resina jalappa acutis prognosci queat. 338
- inflatiyo ventriculi & usu Carolinarum & Tæplicensium in eo. 274
- totius intestinorum voluminis. 340
- per Selteranas cum lacte curato. 568
- Spasmodici affectus per totum plerumque corpus extenduntur. 631. facile abeunt in habitum. 572. cur circa menstruum tempus exacerbantur. 515. cur circa vernale æquinoctium recrudescent. 229. in iis diuturnis commendantur Selteranæ cum lacte asinino. 523. iis infernas partes sufficientibus nocent balnea mineralia. 177. in paroxysmo nocet venæ seſtio. 110
- de Spasmodico convulsivo affectu. 592. 494. singulari in grida. 602. chronico. 609. cum epilepticis commotionibus. 612. a plexu mesenterii incipiente. 573. ejusque cauſis. 593. terrore. 598. vermis. 608. digita perverſa. 622. virtus primarum viarum. 593. labie retropulsa. 595. cauſis externis levissimis. 596. curatione. 593. 598. commendantur in eo Selteranæ laeti asinino nuptæ. 601
- epileptico affectu a mensium retentione, & Egranatum, balneorumque Tæplicensium in eo usu. 210
- flatulento. 577. post puerperium. 599. per lac a sininum & Selteranas curato. 759
- Spasmodicis rheumaticisque pathematus febribus acutis ex levi refrigeratione supervenientibus. 147
- Specifico ad hemiplexiam. 52. specifica certe num dentur. 26
- Sphacelo ex cauſa interna. 655. ejusque cauſa. 656. & cura. 657. seq. citra præviam inflammationem suboxente. ib.
- de Sphacelationis interiorum in vulnere perempti cauſa. 210. Spiritu salis ammoniaci epilepticas accessiones tremorante. 16
- vino perperam in obstructas nates injecto. 5
- sputatione muci copiosissima post insultum apoplecticum. 538. nimis peculiari. 27
- stagnatione sanguinis in intestinis colicæ cauſa. 298. - statum sanguinearum generatione oculis cognoscenda. 619
- sternutatione peculiaribus stipata symptomatis. 540. ex consolidatis capitis ulceribus. ib. spasmodyc. affectiones solvante. 341
- sterili conjugio. 524. debetur inæqualitatibus conjugum. 527. contra eam quæ commendantur. 530. - stranguria cum dysuria alternante. 468. - strepitu ossium sub corporis motu. 143. circa taleolos pedum. 414. vertebrarum colli. 166. - subluxatione ossis femoris ex cauſa interna. 648. quomodo ab initio rite sic tractanda. 647
- succino, egregio remedio contra sterilitatem. 530. in vesicæ morbis. 477. capiti insperso ad illud roborandum. 382. memoriamq; confortandam utili. 12. cujus essentia in debilitate partium genitalium commendatur. 362
- Succoladæ potus quomodo a melancholicis cum fructu fit bibendus. 103
- de Sudore acerrimo. 698 acido. 548. catharticales serofos affectus solvente. 343. copioso potu vini rubri debellato. 443. somnum comitante. 437. alvi obstructionem inducente. 67. cutim arrodente. 621. particulae abdominis & pedum. 25. pedum suppressione multorum cauſa. 345
- Sudores repressi quos inducant morbos. 73 in infante pariunt diarrhoeam. 72
- de Suffimigio ad rheumatisum lumbarem. 552. - suffocati infantis sectione. 204
- Suffusione oculorum incipiente. 124
- Sulphuris antimonii aurati usu. 709. in gutta serena. 136. in hemiplexia. 61
- Sulphura mineralium commendantur ad curandos morbos contumaces ex lymphæ via ſuborto. 537
- de Sulfurru autium 136. vid. tinnitus.
- de Syrupo balsami Peruviani parando. 686
- Tabacus. vid. Nicotiana.
- de Teniacensium aquarum elementis. 86
- Tenesmo molestissimo. 329. cum excretione materiæ flavæ. 461
- Tentigine cum nocturnis pollutionib. 477
- Terroris indole. 12. insigni noxa in epilepticis morbis. 82. 86. in puerperis. 110. circa menstruum tempus. ib. & inde pendebutibus Spasmodicis affectibus. 570. vices cor- po-

- poris prosternit. 355. maniam in puerpera
 inducit 107. memoriam debilitat. 11
 - Terrena aestiva, ejusq; origine. 508. cum
 delirio. 105. duplice cum purpura in gravi-
 da 672. ejusque curatione. 666. male cura-
 ta in erysipelas & molesta symptomata
 abeunte. ib. in lentam degenerante. ibid.
 mensium obstructionis plenaria ib. & spa-
 smi hypochondriaci causa. 661
 - Testium consensu cum cerebro. 494 dolore
 valde tensivo. 497. exstirpatione quo casu
 instituenda. 255. num ea in hydrocele sit
 dissuadenda. 406 tumore. v. tumor testium.
 de Tetenode spasmo. 564. rigore ab usu tin-
 eturæ adstringentis. 474
 These porus commendatur ad imminuen-
 dam obesitatem. 525
 Thermae convenient personis succulentis.
 362. feminis. 573. quibus in casibus acidu-
 lis sint præferendæ. 149. nocent in gonor-
 in veterata. 480. in subjectis venerea labo
 inquinatis. ib. cur excitent interdum pur-
 puraceas efflorescentias. 515
 de Tinctoris solaribus. 239
 - Tinea capitis cath. defluxiones solvente. 542
 in plicam fere Polonicam transeunte. 540
 - Tinnitu aurium pertinaci. 111. ejusq; origi-
 ne & caussis 19. 107. 112. curatione. 19. 111
 -- cum effluxione serosa ex auribus. 557
 Toepliceses thermae quas possideant virtu-
 tes. 415. in hypochond. passione. 663. in me-
 lancholico maniacis affectibus. 102. in ne-
 phitide calculosa. 449. in nervor. affecti-
 bus. 315. dissuadentur in infantibus. 73. ir-
 ritæ in hemiplectico affectu. 54
 de Topho in fronte curato. 487. & emplastro
 ad illam. 488. topis osseis a gummatibus
 Gallicis discernendis. 554
 de Topicis ad pollution. nocturnam. 496. ad
 podagr. 444. ad ulcus linguae cancros. 153
 - Traumatico liquore. 653
 - Tremore manuum. 146. peculiaris period. 702
 - Triburgensem acidularum usu. 348
 - Tuberculis totum corpus obfidentibus.
 535. fungosis in vagina. uteri. 506. in pul-
 monibus. 197
 - Tumore abdominis raro. 436. gelido post
 usum aquarum Sedicens. 70. interno. ejus-
 que caussa. 428. hydrozem minante. 423
 - aquoso a tardiori sanguinis circulo pro-
 veniente. 405. — colli a flatibus. 160
 - erysipelaceo cum passione hypochondri.
 348. ejusque caussa & cura. 117. faciei cre-
 bro recurrente. 511. pedum ex tertiana
 male curata. 659
- globoso in inguine. 403
 - hypogastricæ regioni a puerper. rema-
 neute 419. — linguæ ab improviso mer-
 curii dulcis usu excitato. 66
 - mamma cum obstruct. mensum. 169. 170.
 - nodoso. frontis ex ulceribus præpostere
 consolidatis. 533
 de Tumore edematofo a podag. retroceden-
 te. 234. a salivatione spontanea præserva-
 to. 392. ejusque subjectis. 676. manuum ac
 faciei. 562. pedum. 414. vitio uteri acceden-
 te. 437. ex vitio viscerum imi ventris. 651.
 sub paroxysmo febris intermittentis re-
 trocedente mali ominis. 160
 - pedum asthami superveniente. 223. diu-
 turno a dyserasia humor. scorbut. 615. a
 prohibita transpir. 454. a potu Carolinar.
 orto. sed post balneorum usum cedente.
 532. russim levante 222. num in eo licet
 spirituosis uti. 316
 - phlegmonefo pedum per fluxum hæmor.
 sublato. 693. — pectoris dextri. 390
 - sanguineo ejusque differentia ab apostem.
 380. & distinctione in benignum & malig-
 num. 654. cruris 652. pectoris. 653
 - scirrhofo glandular. subaxillarium. 189. o-
 varii quo indicetur signo 515. commenda-
 tur ad illum cataplasma ex semine milii
 & lacte. 418
 - subcuraneo artuum, quid indicet. 537
 de Tumore testis sinistri cum asthm. convuls.
 231. ejusq; cura 497. testis dextri ex gonor.
 improvide suppressa. 492. indurato saliva-
 tione curando. scirrhofo rite sanando. 493
 - venero 453. — ventris post partum. 499
 - Tussi post hæmoptysin. 179. ex atonia pul-
 mon. 195. ex assumptione liquidor. cum co-
 chleari facta. 13. cum calculo renum alter-
 nante. 194. a pastu invalecente ejusque
 caussa. 181. lacte caprino levata. 184
 - catharrhalis ejusq; deductione pathologica.
 180. cur noctu sit mitior. quam de die. 181
 - chronicæ. 455. convulsiva hysterica. 392
 - diuturna sine pulmon. labo 194. purganti-
 bus potentioribus expugnata. 55
 - ferina ab irritatione laryngis. 191. cum
 asthm. 222. & ad illam electuatio. 186. ac
 emplastro. 222
 - habituali ex nativa succor. impurit. 192
 - humida habituali post retrocedentem ma-
 nuum ac faciei tumorem cessante. 561
 - nativa, in qua Selteranæ cum lacte com-
 mendantur. 193
 de Tussi phytifica. 200. funesta. 189. theuati-
 co scorb. 79. seq.
 - siccæ.

- siccæ a schirris pulmon. 191. ab eorundem vomicis. 202. cur a lacte Selteranis nupto exacerbetur. ib. in senibus pilulas de styra- ce pro egregio agnoscit remedio. 275
- stomachali. 420. ejusque notis. 182. ex virtu oesophagi & ventriculi. 171
- Tympanitide. 427. cum cachexia complica- ta. 425. cum ascite conjuncta, numquic in ea conveniat paracentesis. 703
- V
- de Varicibus oculorum. 133
- Variolis 691. arthriticis infensis. 720. ea- rumq; caussis. 716. malis signis. ib. cura ib. præservatione. 718. num obsideant interna visceræ 720. earum hæreditaria pernicie. ib. raritate humorum dyscrasiam gene- rante. 138
- Venarum raninarum sectione lethali. 44
- Venæ sectione sub debita cautela ac regi- mine instituenda. 67. 302. 521. 546. 551. ejusque noxa 11. speciatim in acutis nono die. 147. in maniacis. 105. in paroxysmis spasmodicis. 110. usu in cachexia 61. in apopl. leviori. 33. in quartana gravidarum. 668. in plethorici ante usum Carolinar. 274. in colica curanda. 300. præservativa. 316. in avertenda hæmoptisi. 177. in preca- vendis inflammationibus. 305. febribus continuis. 448. in hypochondriaco spasmodicis affectibus. 282. hysterico spasmodicis. 393. convulsivis. 596. in maniacis & melancholicis morbis. 640. in gravidis. 394
- de Venæ sectione in brachio ejusque noxa in- mensum suppres. 692. utilitate in flagnat. humor. circa partes corporis inferiores. 327
- copiosa & crebra, ejusque damnis. 545. in debilitando corpore. 185. in retardandis quidem, sed exasperandis paroxysmis e-pilepticis. 78. 93
- intermissa in senibus ad marasmus contribuente. 697. - sæpius iterata ejusq; da- mno in epilepticis. 87. hemiplect. 49. & pa- ralyticis affectibus. 71. hirudinum adpli- cationi præmittenda. 713
- Venæ sectioni num substitui possiat cucur- bitula. 387. scarificatio. 591
- de Venero malo. 552. mulieres, & cachectica scorbuticaque subiecta gravius adfligente. 534. diu in corpore delitescente. 448. ejusque damnis. 486. reliquiis. 497. curat. 488. 553.
- de Veneris nimio usu ad epileps. contribuen- te. 79. gonorrh simplicis. 477 & in veteratae caussa. 481. infirmitatem corporis indu- cente. 496. memoriam destruente. 497
- Ventriculi atonia ex abuso dulcium. 188. multorum morbor. 417. & speciatim ca- chexiaæ caussa. 450. -- debilitate, ejusque caussis. 524. conlectariis ib. induratione. 270. inflatione hypochondriaca, a gonorr. perverse tractata. 488. rosione cum vehe- menti appetitu, matutino dumtaxat tem- pore infestante. 340. scirri suspicione. 270
- Vermibus eorumque signis 85. noxis in gra- vidis. 608. cura. 613. cum epileps. junctis 82
- Vertigine. 627. ejusque origine ac genera- tione. 196. cum animi deliquis, & summa spirandi difficultate a terrore. 96. cum flu- xu auris seroso alternante. 558. cum ne- phritis. 15. cum hæmoptysi in hypochondriaco. 20. cum hypochondriaca passione. 31. cum visus virtus ex gravi lapsu. 130. a descensu per scalas laboriente ejusque caussa. 115. excretione pituitæ per nares & pulmones soluta. 627. pediluvii exacer- bata. 28. motitatione corporis arcenda. 18. masticatione corticum aurantiorum miti- ganda. 22. temulentia inferenda, horisque tantum autem eridianis adfigente. 69
- de Vertigine caduca cum peculiaribus sym- ptomatibus in gravida. 15. levioris apopl. specie. 18. ejusque caussa proxima. 17
- idiopathica cum inflammatoria circa re- nem sinistrum congectione. 12. ejusque si- gnis. 14
- periodica, peculiaribus stipata symptoma- tibus. 27. stomachali. 30. ejusque caussis. 31. temulenta. 156
- Vesicatorio. 95. ejusque usu in acutis. 150. in auditu difficulti cum fluxione serosa. 114. in oculorum vitiis. 651
- Vesicæ felleæ structura præternaturali. 720
- excoriacione ejusque signis. 463
- de Vesicæ ac renis exulceratione subita a suppressis hæmorrhoid. 438. -- exulceratio- ne cum intercurrente mistu cruento. 464
- hæmorrhoidibus albis. 476
- hæmorrhoidalib; affectu ex male tractata purpura scorbut. 465. -- raro affectu 475
- in Vesicæ affectibus commendatur luccinum 476. Spadanæ & Schwalbacenses. ibid.
- de Vetera quenam acidularum effectu. 75
- Vigiliis diuturnis humorum tenuitatem augentibus. 101
- Vino a senibus rite bibendo. 54. speciebus nervinis imbuto, calido, ad membra para- lytica adpli- cando. 74. hæmoptysi revo- cante. 29
- Vinum Hungaric. præ Rhenano in ventricu- li


- li debilitate commendatur. 183. — laxatum. 422. — Rhenanum Selteranis distemperatum inter curam lactis tuto pro potu potest adhiberi. 26. — Tockaviense morbis capitis vertiginosis est inimicum. 31
Viperæ gaudent virtute antispasmod. 239. carum pinguedo in maculis oculor. 124. in visus obscuratione. 132
Viscerum obstructions unde proficiuntur 424. ex eorum labe profecti morbi curatu sunt difficillimi. 676
de Visus acie majori post somnum. 130
- caligine axungia gallinar dissipata. 131
- difficultate cum scabie. 137. -- dimidiati exemplo. 194. & caussa. 196. -- duplicati ex emplo in hemicitania. 4. vertigine. 12. hirudinibus ano admotis cedente. 13
- imbecillitate ex turbatione humorum oculi. 123. -- immunitio ex turbatione humoris aquei. 119. -- obscuratio ex vitio tunica retina. 129. ejusque origine. 131. ex paralysi nervi optici. 133. a pellicula tunicam corneam obducente. 127. periodica. 124. sanguinis missione sublevata. 123
de Ulcere capitis fœdo. 540. corporis venero 533. fauci cum ingenti salivæ fluxu. 158. femoris pertinaci. 645. labii superioris maligno. 153. contumaciore ulcere labii inferioris. 155. linguae cancroso. 152. malitioris. 155. intellini recti lethali. 329. pedum. 157. sponte suberto in affectu hemiplectico. 58. Scroti fœtidissimo. 552. scroti serpiginoso exsiccatio variorum malorum caussa. 423. sphaceloso ex incongruo aquarum mineralium usu. 657
Unguentum ad callum ossis femoris. 647. ad colic. dolores. 325. ad emplastri dia sulph. Rulandi imitation. 552. ad excrescentias ani. 332. nericum. 63. ad penis erectionem juvandam. 489. roborans. 652
de Vomendi conatum caussa. 595
- Vomitorio leni. 370
- Vomitorii icterum inducentibus. 408. num convenienter in gutta Serena. 156. hemiplexia 49. hypochondriaco malo. 282
- Vomitum convulsion-specie. 519. ejusque in gravidis caussa. ib. a largis hemorrhagiis orti caussalib. ciborum perpetuo. 518. spirandi libertatem inferente. 340. materiae acidissimæ vertigini juncto. 30. materiae faporis vitriolacei corrodentis. 276. critico. 639. in febre intermitte continua. 670. hysterico. 348. nigro ex potu succo-adæ in hypochondriaco. 284. sub puerperio 513. sebaceo. 707. spontaneo. 279. tussi superveniente. 181. cum tussi physisca juncto. 189
de Uretere mirifice expanso in diabate defuncta. 482
- Urina chylosa. 457. -- gelatinosa. 476
- lactea. 485. vermes indicante. 398
- purulenta. 455. - tenui spasmodicos. 398. & hyster paroxysmos prænunciante. 377
-Urinæ immunitio clystere therebinthiato sublata. 51. -- incontinentia. vid. incontinentia -- retentione. vid. fisturia.
- promotione in affect. capitis seros. utilis. 56
- Utero membrana adiposa carente. 417. ejusque vasis sanguineis. 507
- Uteri atonia. ejusque signis. 529. caussis. 314. damnis. 504. -- haemorrhagia. ib. enormi cum fungosa in vagina excrescentia. 506. diuturna cum fluore albo alternante. 100. a coitu crebro eveniente. 507. gravidis ratio absque abortu contingente. 474. ejusque subjectis. 507
de Uteri spasmo cum sanguinis stillicid. 325
-- tumore scirrhoso a cohibito fluore albo 418. cancroso. 128. -- ulcere. 504
- Uulnere diaphragmatis & hepatis cum sequuta motte. 206. & sectione. 207. tendinæ si lethali. 209. musculosi non semper lethali. 207. 210. -- hepatis. ejusque magnitudine cognoscenda. 206. 209. an sit lethale. 207. cito sanando. 208. -- pulmonum. 204. an sit lethale semper. 205. periculo so sanationem admittente. 206
W
Wepferi cucupha & masticatorium. 14
Wildungenses aquæ commendantur ad excoriationem vesicæ inveteratam. 464
Wisbadenses, quo casu reliquis sint præreudæ. 307


Wachst du nicht bald wieder auf
Wie ich gern hör' dich singen wie es dir einst schien
Vorher aber sagtest du mir du wirst nicht wieder

Hans Christian Andersen

¶ Angina pectoralis

R. Agave. ℥ij. infund. in decoct. althea. et Linzib. cum
poussille vin. alb. poser. add. Syrup. althea. ℥j. m
xineatus in ore. per aliquod temp. regulacion. accessus
canales reatuſſ






ESTANTE 8.^o

Tabla 8.^a

N.^o 7





HOFEMANNI
CONSULTATIO
RESPONSA QUE
MEDICA *

25

18

12.860